

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/bullarumdiplomat05cath>

BULLARIUM

ROMANUM



HECEL
B

BULLARUM
DIPLOMATUM ET PRIVILEGIORUM
SANCTORUM ROMANORUM PONTIFICUM
TAURINENSIS EDITIO

LOCUPLETIOR FACTA

COLLECTIONE NOVISSIMA PLURIM BREVIVM, EPISTOLARVM, DECRETORVM ACTORVMQVE S. SEDIS
A S. LEONE MAGNO USQUE AD PRAESENS

CURA ET STUDIO

COLLEGI ADLECTI ROMAE VIROVM S. THEOLOGIAE ET SS. CANONVM PERITORVM

QUAM

SS. D. N. PIUS PAPA IX

APOSTOLICA BENEDICTIONE EREXIT

AUSPICANTE

ENO AC REVMO DNO S. R. E. CARDINALI

FRANCISCO GAUDE

33082
21/3/94

TOMUS V

ab EUGENIO IV (an. MCCCCXXXI) ad LEONEM X (an. MDXXI)

AUGUSTAE TAURINORVM
SEB. FRANCO ET HENRICO DALMAZZO EDITORIBUS
MDCCLX

*Hancce operis Editores Taurinenses, Legum beneficio se uti velle, pro additionibus notisque,
deklarant, ita ut, sine eorum facultate, aliquid praelo iterum committere liceat nemini.*

LECTORI BENEVOLO

TAURINENSES BULLARII EDITORES

Nobis erimini datum non iri arbitramur quod quintum Magni Bullarii volumen formis nostris excudere serius absolverimus quam legentium nostrumque studium requirere videbatur, quum nec una nec levis morae excusandae caussa suppetat. Quartus equidem annus est, quo profundum hocce, fere dicimus, aequor ingressi, sperabamus fore ut mitesceret unda paullatim ventique quiescerent: at contra evenit. Quo enim in dies eelerius progredi conabamur, eo, ingruentibus impedimentis, retardari saepe, saepius sistere necesse fuit. Multo siquidem maiora ad Mainardianum textum in vulgus emittendum emendatum expolitumque adiumenta nobis quaerenda fuerunt, quam operis in limine, non iis sane, quibus nunc utimur consiliis freti, credideramus. Pluries namque animadvertimus, vulgatam Mainardi typis lectionem sensum haud conspicuum exhibere, erroresque eiusmodi esse ut lectorem, licet horum studiorum non inscium, suspensum omnino detinerent; integra quia hic pericope desideratur, illic omissa aut corrupta, officinatorum vitio, verba fuere; ordo item disponendarum tabularum nonnunquam perturbatus, ratioque temporum permixta;

denique nec conflandis voluminibus apte concinneque distributa materia videri iis debet, qui nihil in id genus operibus non castigatum ad unguem aequi bonique accipiunt.

Cum vero crebrae ad Eminentissimum S. R. E. Cardinalem GAUDE, operis patronum vigilantissimum, a nobis Romam missae epistolae haud satis esse viderentur ut omnia ad hanc Taurinensem editionem ornandam expeditissima forent (nec enim potest omnia epistola fari), romano iterum nos commisimus itineri, sapientiae pontificiae latices iterum ex ipso purissimo fonte haustum ⁽¹⁾. Sanctissimi in primis D. N. PII PP. IX (Quem diu Ecclesiae suae bono sospitet Deus) haec, inter cetera, beneficia fuerunt: opus nostrum, cuius IV volumen ipsimet Ei obtulimus, denuo apostolica benedictione fulcivit: operis adiutores sociosque editores paterna complexus benignitate est: universis catholicis praesulibus (vivae vocis oraculo Eminentissimo D. Cardinali Patrono impertito) « sponte lubenterque indulset ut si forte archivia consulendi ac diplomata in huius editionis usum extrahendi munus alicui e canonicis viris sive cathedralium sive collegiatarum ecclesiarum suarum committere luberet, ipsos, dum actu officio illi obeundo operam impendissent, a choralis servitii onere ita pro eorum arbitrio dispensare valerent, ac si reapse choro interessent. Qua quidem re plurima haecenus in hae Bullarii editionem exhibita Apostolicae benignitatis argumenta, novo eoque amplissimo paternae sollicitudinis pignore auxit atque cumulavit » ⁽²⁾: demum magnum aureum numisma sua imagine caelatum nobis, insigne munificentiae egregiaeque in nos voluntatis indicium, donavit.

Eminentissimum postea Patronum (quem singulari Dei beneficio nacti sumus) adivimus, apud quem omnis operis dirigendi summa cura residet; praesertim cum R. P. D. Aloysius Tomassetti, antistes domus pontificiae, collegii adlecti Romae praeses, multis negotiis praepeditus multisque curis distentus, nequiret ulterius operam suam impendere. APPENDICIS ordi-

(1) De primo ad Urbem itinere loquuti sumus in operis PROGRAMMATE, quod dedimus Augustae Taurinorum, kal. sextilis an. MDCCLVII.

(2) Excerpta ex Encyclois Eminentissimi Cardinalis GAUDE datis Romae, nonis iulii an. MDCCLXIX, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, etc. universi orbis catholici.

nandae rationibus coram Eminentissimo Patrono diligenter pensatis, nihil ad illam conficiendam recognoscendamque non opportune statutum est atque sancitum. Et sane, Vaticani Codices non ita Cocquelinii manibus triti, nec adeo sunt pervisi ut sit ab adeundo, consulendo excerptendoque abstinendum; illos consultum excerptumque adiimus, qui magnam praebebunt additionum segetem atque emendationum: tabulae multae ac variae privatis in archiis latitantes rei diplomaticae cultoribus lucusque negatae, eruendae e pluteis, exscribendae, praelo committendae sunt; multo illas aere paratas, nonnullas possessorum dono oblatas ⁽¹⁾, plurimas inter magnam voluminum vim insertas, quasque Cocquelinus ratione consilii operis ductus cogitare praeteriit, vel haud potuit habere, vel demum ignoravit (nec ullus iustus rerum aestimator hâc illum ignoratione carpet) recolligimus formisque nostris, hâc mente, hoc consilio, excudimus, ut maioris momenti non desiderentur tabulae, nec nimia earum copia opus ipsum plus aequo exerescat.

His pluribusque aliis officiis, quae referre haud vacat, functis, altero mense reversi Roma, pertexturi quod exorsi eramus, non modo primo APPENDICIS volumini extremam admoveere manum constitueramus, sed etiam quinto Bullarii. Nihilominus necessitate, non voluntate, fuit adhuc differendum. Cum enim, appetente praeteriti anni vere, armis omnia plena essent, nec inter armorum strepitus rumoresque bellantium studiorum secessui aptus locus inveniatur, necesse fuit per plures menses inceptum iter retardare. Quae cum ita sint, quis nobis iure succenseat, si quantum ad haec omnia obeunda negotia dedimus temporis, tantum ab curis typo-

(1) Honoris causa nominamus Eq. **Aloysium Cibrario**, Virum apprime eruditum, optimeque de historia italica meritum, qui Bullas S. O. Milit. Ss. Mauriti et Lazari concessas in nostras manus exscribendas tradidit, ea qua pollet humanitate et in graviora studia constantia. Cui adsciscendum pulamus Rev. D. **Aristidem Sala**, canon. Metropol. Mediolanensis, Curiaeque Archiepisc. magistrum a Tabulario, qui in eo adservatarum tabularum accuratissima exemplaria (de spectatissimi Praesulis Ill.^{mi} ac Rev.^{mi} D. D. Caroli Caccia-Dominioni, Episcopi Famaugustani, doctrina ac pietate conspicui, qui eam Archidioecesi in spiritualibus moderatur, licentia) ad nos mittit; nec non Reverendissimum P. D. **Ioannem Schiaffini**, abbatem Olivetensium, olim generalem Ord. administrum, qui multos iam per Etruriae, nonnullos etiam per Galliae archiva pontificios apices magno studio secundisque curis ad nostram ditandam editionem colligit. Alios nunc praeterimus, non quia minores sint in nobis in eos grati animi sensus, verum ne longiores efficiantur.

theticis detraximus? Atque hae morae ac tarditatis caussae fuerunt, quas eorum nemini, quos hisce de rebus consulimus, improbari, immo non necessarias videri cognovimus.

Tandem, adiuvante Deo, quintum Bullarii volumen, ad finem perduximus, quod APPENDICIS primum insequetur. Hoc itaque libenter, Lector, accipe, quod amplitudine atque praestantia rerum nulli est secundum. «Qui apostolicas Constitutiones (ad rem Coquelinius ⁽¹⁾) in hoc volumine comprehensas accurate legerit, facile deprehendet quam magni illae momenti res contineant. Sive enim profectam Ecclesiae disciplinam ac recte dispositos christiani populi mores; sive constabilita adversus exorientes errores novasque haereses spectemus dogmata, vix aliud pontificiarum Constitutionum volumen est, quod maioris ponderis statuta exhibeat, feracioremque sacrae theologiae ac disciplinae magis magisque firmandae, illustrandae atque asserendae materiam suppeditet. Multis nimirum et gravibus ab aetate Eugenii IV ad Leonis X, Summorum Pontificum, orthodoxa Ecclesia iactata est fluctibus: quo tamen impeditiora tempora fuere, eo sapientiores, divinae providentiae munere, visa est nacta esse Rectores, qui suis vigilanter fungentes partibus, opportunam malis ingruentibus medelam adhibuerunt; nec aetati dumtaxat suae, verum etiam posteritati prospexerunt. Tale tantumque volumen pluribus de caussis catholicae religioni prodest, ecclesiasticam disciplinam iuvat, apostolicaeque Sedis dignitatem et iura tuetur». Quae quam sapienter dicta sint, nullus dubitat. Licet enim nostrum non sit Pontificum Maximorum fastos evolvere; tamen quoniam latet, gloriam fuisse Eugenii haud perituram Florentinum OEcumenicum Concilium celebratum, Graecorum Ecclesiam Latinae unitam, schisma Orientis teterrimum pene extinctum? Quem praeterit Iulii fortitudo, qua facto docuit honestatis plenam esse sanctamque, qua patriam prosequimur, charitatem, Servatoris imitatus exemplum, qui Hierusalem Romanis divinitus depopulandam praevidens *flevit super eam*? ⁽²⁾ Quem demum Leonis acta fugiunt, qui Lutherum eiusque asseclas, nec non pestifera illius dogmata damnavit, delevit, extinxit,

(1) In EPISTOLA NUNCIATORIA Em.^{mo} S. R. E. Card. Valenti in fronte tertiae partis voluminis II (quae huic nostro v. respondet) posita.

(2) *Luc.*, XIX, 41-44.

servata Iesu Christi Ecclesia ab omni labe incorrupta contra hominum deliramenta?

Intrinsecae autem huiusce voluminis praestantiae, extrinseca etiam (eodem quo et aliis, hucusque in lucem positis), nec flocci facienda, accedit. Qui enim promiseramus Romanam Mainardi editionem emendatam auctamque duros; debitum agnoscentes, gratissimo nos foenore nomina nostra expedituros confidimus. Et re vera, quod ad emendationem pertinet, bullas constitutionesque pontificias aliis in collectionibus insertas, ad praestantiores editiones exigimus, maiorisque momenti varias lectiones in notulis, minoris in textu inteximus. Quum vero nil suppetit quod consulamus, tabulis diutinum excussis, emensisque criticis accurate canonibus, quas diversas lectiones proprio Marte proponimus, ad paginae calcem relegamus, hisce appositis siglis (R. T.), quae Recensores Taurinenses curatoresque operis innuunt. Postilla, calendarum, nonarum, iduum dierumque interpositorum calculum arabicis, lectoris commodo, characteribus expressum modo in Romana editione absonum, modo ab pontificatus annis discrepantem, ad veritatem reducere nitimur. Notulis tandem adiunctis ad extremam paginarum oram (quas ut ab illis, quae in Mainardiana editione sunt, distinguamus, supradictis siglis obsignamus) historiam, geographiam, veteres Ecclesiae ritus, voces obsoletas idque genus alia cursim delibamus. Dum itaque haec ad editionis nostrae nitorem suffarcimus, res in diuturnum tempus extrahitur, onerosaque nobis iique haud leves sumptus effunduntur. Qua quidem in re non est silendum, illustria esse nomina illorum qui haec nuperrimae editioni subscripserunt (ita ut si magnis tantum nominibus magnum conflaretur opus, nihil optandum nobis superesset), sed longe pauciora quam quod oporteret ad opus secundis ventis vehendum. Quae etsi ab incepto nos non deterrent (serius enim ocus, toto terrarum orbe ubi Romanae Ecclesiae nomen in honore est, plerosque ad studia nostra iuvanda paratissimos expertum iri arbitramur); tamen et in caussa sunt cur remissius quandoque incedamus, offendiculis veluti in via adpositis.

Praesens itaque volumen (quod Mainardianis officinatoribus tertii tomii pars tertia est) prolixo libentique, Lector, excipe animo. Hoc unum opta-

mus, quod ingenue fatebimur antequam loquendi finem faciamus. Si nos labores, pericula, largiores sumptus non deiciunt: si bibliothecarum forulos revolvere, veteres tabulas perserutari, archiva per amicos cooperatoresque consulere, libros non paucos excutere hand piget: si sapientum animadversiones consiliaque, quibus crescit opus vigetque, perlibenter amplectimur: verbo, si typographi, si editoris officio fungi, quantum possumus, ita nos Deus adiuvet, gestimus, benevolentia cooperatioque (qua deficiente, viribus destitui fortissimum quemque oportet) subscriptorum nobis non desit.

INDICULUS


SS. PONTIFICUM CONSTITUTIONUM

QUAE IN TOMO V

EXTRA ORDINEM CHRONOLOGICUM VAGANTUR.

(Vide *Adv.* praepositam indiculo tomi v).

<i>Datum A. D.</i>		<i>Pag.</i>	<i>Datum A. D.</i>		<i>Pag.</i>
EUGENIUS IV.			LEO X.		
4 Februari	1441 Cantate Domino . . .	58	18 Iunii	1516 De supernae dispositionis.	644
16 Ianuarii	1446 Gregis nobis crediti . . .	85	18 Augusti	1516 Primitiva Ecclesia . . .	664
			1 Octobris	1516 Romanus Pontifex . . .	679
			(<i>Absque data</i>)	1516 (?) Inter alia laudabilia . . .	684
			19 Decembris	1516 Divina disponente clemen-	
				tia	678
SIXTUS IV.			20 Februarii	1517 Inhaerendo vestigiis . . .	690
26 Iulii	1479 Sacri Praedicatorum et Mi-	278	3 Ianuarii	1518 Sicut prudens	700
16 Iulii	1481 Exposuistis nobis	285	1 Martii	1518 Nuper in sacro Lateranensi	
				Concilio	689
			10 Ianuarii	1519 Cum, sicut accepimus . . .	658
IULIUS II.					
(<i>Absque data</i>)	1506 (?) Percepimus	420			



EUGENIUS IV

PAPA CCIX

Anno Domini MCCCCXXXI.



An. C. 1431

Die 3 martii 1431 electus est in Romanum Pontificem Gabriel Condolmerius, presbyter cardinalis S. Clementis, qui Eugenius IV voluit appellari. Hic, patria Venetus, Ordinem Canonorum saecularium S. Georgii in Alga Venetiarum, cui initium dederat, professus, a Gregorio XII Senensi praefectus est Ecclesiae. Coronatus nono ab electione die, sedit in pontificatu annos xv, menses xi, dies xx, temporibus Ioannis VII Palaeologi in Oriente imperatoris, et Sigismundi, Alberti II et Friderici III, regum Romanorum. Sex habitis promotionibus, xxvii cardinales creavit. Tandem, sexagenario maior, mortuus est die 23 februarii, anno 1447, et

Bull. Rom. Vol. V.

1

sepultus est in basilica S. Petri. Vacavit An. C. 1451
Sedes dies x.

In Basileensi pseudo-synodo, die 5 novembris 1459, contra Eugenium electus est pseudo-papa Amedeus Sabaudiae dux, qui ante aliquot annos eremiticam vitam induerat, et Felix V est appellatus. Hic ab Eugenio PP., intentato prius eidem iudicio, tamquam haereticus et schismaticus damnatus, tandem poenitentia ductus, abiectoque pseudo-pontificatu, Nicolaum V verum esse Pontificem profitetur anno 1449, decennio post male arreptam dignitatem. Quo pacto, eius pseudo-cardinalibus eundem Nicolaum per speciem deligentibus, dedit Deus Ecclesiae suae pacem.

I.

Quod S. R. E. cardinales in consistorio secreto pronunciati, non dicantur creati cardinales, quousque cardinalatus insignia non susceperint. Nec votum habeant in eligendo Summo Pontifice, aut alio actu, quousque licentiam Summus Pontifex eis impertiatur.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Causae huius declarationis. — 2. Cardinalibus, ante insignium susceptionem, nullum ius ex sola nominatione acquiritur ad eandem dignitatem. — 3. Votum non habent in eligendo Papa, vel alio actu, donec eis de more os aperiantur. — 4. Alias praesumentes poenis puniuntur. — 5. Obstantium derogatio. — Subscriptiones cardinalium.

**Eugenus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Proemium
In eminenti Sedis Apostolicae specula, divina disponente clementia, constituti, de universis orbis Ecclesiis, earumque statu pacifico et tranquillo cogitare nos convenit: sed eo propensius ad Romanam Ecclesiam, quae aliarum Ecclesiarum mater est et magistra, aciem considerationis extendimus, quo, sublatis dubiis, et confictis seu callidis opinionibus, ex quibus possent dispendia et scandala provenire, penitus confutatis, ipsa Romana Ecclesia pacis et quietis, auctore Domino dirigente, optata quietudine perfruat.

Causae huius declarationis.
§ 1. Saue, quamquam ex libris Romani Ordinis, alias caeremoniarum nuncupatis, et aliis Ecclesiae Romanae libris seu antiquis codicibus comprehendi possit, et ex illis resultet, quid nominis, tituli vel honoris, per secretam procurationem (1) de alicuius persona in eiusdem Romanae Ecclesiae cardinalem per Romanum Pontificem pro tempore in secreto consistorio factam, eidem personae in cardinalem sic pronuntiatae per promotionem huiusmodi acquiratur; quia tamen, temporibus modernis, quibus aliquotiens nonnulli in secreto consistorio in cardinales assumpti fuerunt secreta, et eis, ex bonis respectibus,

(1) Leg. f. promotionem vel nominationem (v).

insignia cardinalatus, saltem omnia, minime assignata fuerunt; nonnullorum aliter sapere, quam oportet sapere, satagentium astutas considerationes et inductiones subtiles, iuxta praemissa et eorum effectum nonnulla dubia prodierunt.

§ 2. Nos ad submovendam causam et occasionem quorumcumque dubiorum, quae quomodolibet super iis insurrexere haecenus, et possent insurgere forsitan in futurum, de venerabilium fratrum nostrorum Iordani Sabinensis, Hugonis Praenestiniensis episcoporum, et dilectorum filiorum Ioannis tit. S. Laurentii in Lucina, Ludovici tit. S. Caeciliae, Antonii tituli S. Marcelli, Ioannis tit. S. Sixti, Francisci tit. S. Clementis, Angelotti tit. S. Marci, presbyterorum, ac Lucidi S. Mariae in Cosmedin, et Arduini Sanctorum Cosmae et Damiani, diaconorum eiusdem Romanae Ecclesiae cardinalium, unanimi consilio et consensu, praesenti irrefragabili constitutione decernimus et declaramus, per huiusmodi pronuntiationem sic in secreto consistorio de quibusvis personis haecenus factam, seu in posterum faciendam, alicui sic in cardinalem in praeteritum pronuntiato, seu in posterum pronuntiando, licet per eum ad cardinalatus initium (1) dispositus videatur, nullum ius, seu titulum re aut nomine acquisitum fuisse, aut acquiri potuisse haecenus seu posse; neque aliquem per quempiam per scripturam vel nominationem pro cardinali reputari vel haberi debuisse seu potuisse haecenus, vel debere seu posse quomodolibet in futurum, donec et quousque, de similibus consilio et consensu sic pronuntiato in Romana Curia, praesenti cardinalatus insignia, videlicet per capelli rubei traditionem, ac tituli assignationem, anulique, iuxta morem consuetum, in digito immissionem; absentem vero ab eadem Curia, per huiusmodi capelli missionem, realiter sine impensa, aut saltem in generali consistorio.

Cardinalibus, ante insignium susceptionem, nullum ius ex sola nominatione acquiritur ad eandem dignitatem.

(1) Leg. f. licet pro nunc ad cardinalatus officium (v).

Votum non habent in eligendo Papa, vel alio actu, donec eis de more consue-
riatur.

§ 3. Quodque in cardinalem sic pronuntiatus, etiam postquam insignia huiusmodi omnia receperit, et etiam admissus fuerit et receptus, ut praefertur, in electione Romani Pontificis pro tempore, vocem activam, aut aliquem actum habuisse vel habere potuisse, aut debuisse, sive posse vel debere minime censeatur, donec et quousque, per Romanum Pontificem pro tempore existentem, de similibus consilio et consensu, sibi in practicandis, consulendis et deliberandis negociis consistorii antedieti, postquam in consistoriis aliquibus mores in talibus observari consuetos expertus et interrogatus consiliative aut consultive responsum dandi expressa licentia tribuatur, seu ad hunc effectum (ut verbis utamur communibus) ei fuerit os apertum. Decernentes irritum et inane quicquid in contrarium per quoscumque etiam praedecessores nostros, aut alios quavis auctoritate scribendo, nominando, seu etiam reputando, scienter vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari.

Alias praesumptas poenas puniuntur.

§ 4. Si quis autem in cardinalem sic pronuntiatus, contra praemissa, cardinalem pertinaciter se ausus fuerit nominare, eo ipso, ex tunc omni iure, quod sibi quomodolibet acquisitum praetendere posset, privatus sit, et perpetuam inhabilitatem incurrat ad huiusmodi cardinalatus honorem. Caeteri vero in hoc ei adhaerentes vel dantes consilium seu favorem, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant, a qua (praeterquam in mortis articulo constituti) nequeant ab alio, quam a Romano Pontifice absolutionis beneficium obtinere.

Obstantium derogatio.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, privilegiis, indultis, concessionibus et exemptionibus apostolicis specialibus vel generalibus, sub quacumque verborum forma, etiam poenas et censuras in se continentibus, in contrarium editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo nostrae constitutionis et declarationis, etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1431, 7 kalendas novemb., pontificatus nostri anno primo.

Ego Ioannes, cardinalis S. Laurentii, dietus Rothomagen., subscripsi.

Subscriptiones cardinalium.

Ego Ludovicus tituli S. Caeciliae, presbyter cardinalis Arelaten., subscripsi.

Ego Antonius tituli S. Marcelli, presbyter cardinalis, subscripsi.

Ego Ioannes tituli S. Sixti, presbyter cardinalis, manu propria subscripsi.

Ego F. tituli S. Clementis, presbyter cardinalis, manu propria subscripsi.

Ego A. tituli S. Marci, presbyter cardinalis, manu propria subscripsi.

Ego Iordanus, episcopus Sabinensis, manu propria subscripsi.

Ego H., cardinalis Cypri, episcopus Praenestinen., subscripsi.

Ego Ludovicus (1), cardinalis de Comitibus, manu propria subscripsi.

Ego A., cardinalis Nova, manu propria subscripsi.

Dat. die 26 octobris 1431, pont. anno 1.

II.

Quod congregatio monachorum de Observantia S. Iustinae, Ordinis S. Benedicti, quaecumque legata pia eius monasteriis et locis, quamvis non expressis, facta, acceptare, et ad ea consequendum procuratores constituere, et iuxta capituli generalis et visitorum iudicium distribuere possit.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius constitutionis. — 2. Declaratio (de qua in rubrica). — 3. Contrariorum derogatio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Dispositione divina gregi dominico, quamvis immeriti, praesidentes, dum praes-

Exordium

(1) Leg. f. Lucius.

clara dilectorum filiorum congregationis monachorum de Observantia S. Iustinae, Ordinis S. Benedicti, merita recensemus intra nostrae mentis arcana, et ad commendabiles, quibus eorum ministeriis erga Deum et homines iudesinenter exuberant, fructus digne nostros diffundimus cogitatus, votis illorum gratum libenter offerimus auditum, per quae ipsorum statui ac indemnitatibus consuli possit, eorumque religio salubria iugiter suscipiat incrementa.

Causae huius constitutionis.

§ 1. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte congregationis huiusmodi petitio continebat, eis diversa donationes et legata facta fuerint, ipsorum monasteriis sive locis non expressis, et propterea ab aliquibus haesitatur, an congregatio praedicta, cum illius singulares personae proprietatis incapaces sint, praemissa, super quorum aliquibus lis indecisa pendet, et quae deinceps eis, annuente Domino, sicut donationes et legata valeant acceptare.

Declaratio (de qua in rubrica)

§ 2. Nos omnem super iis ambiguitatis materiam semovere, necnon conscientiarum scrupulis obviare cupientes, ipsius congregationis in hac parte supplicationibus inclinati, quod congregatio praedicta donationes et legata huiusmodi acceptare, necnon ipsa vel eius visitatores pro praemissis et etiam quae dictis monasteriis ac locis haecenus facta fuerunt, et in antea fieri contigerit, donationibus legatisque vindicandis ac recipiendis, syndicos, sive procuratores constituere et deputare, necnon donationes et legata praedicta, etiam quaecumque et qualiacumque fuerint, prout generali praedictae congregationis capitulo sive dictis visitoribus pro tempore videbitur, inter huiusmodi monasteria atque loca, illorumque personas, et alias in dictae congregationis usus, ac pro felici eius statu et directione dispensari, converti et distribui licite possint, auctoritate apostolica decernimus et indulgemus per praesentes.

§ 3. Non obstantibus litis pendentia huiusmodi ac constitutionibus apostolicis,

necnon statutis et consuetudinibus monasteriorum, locorum et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariorum derogatio.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1451, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 13 novembris 1451, pont. anno 1.

III.

Declaratio et mitigatio Regulae fratrum B. Mariae de Monte Carmelo, ab Honorio III haecenus approbatae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Instantia Ordinis pro mitigatione Regulae in nonnullis capitibus. — 2. Causae ad petitionem huiusmodi inducentes. — 3. De carniū esu; — 4. De mansionē et deambulatione in claustris. — 5. Fratres ad observantiam anterioris Regulae non tenentur. — 6. Concessis vero antea privilegiis gaudent. — 7. Confessariumque sibi ex ipso Ordine possunt eligere. — 8. De relapsis. — 9. De ieiunio sextae feriae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspēcta nonnumquam ea, quae ad propagationem Religionum quarumcumque, et in divinis obsequiis mancipatarum personarum prosperum statum conservandum, ac animarum salutem earundem salubriter instituta fuerunt, ut fructum afferant exoptatum, reformat et moderatur. Et, ut religiones ipsae, praesertim a Sede Apostolica approbatae, in suo vigore perdurent, prout temporis pensata qualitate in

Exordium.

(1) Hanc Regulam approbavit Honorius III, sup. tom. III, Const. LXXVIII, pag. 415, eamque primo mitigavit Innoc. IV, ibid., Const. XIV, pag. 523, Quae honorem.

Domino prospicit expedire, libenter impendit suae sollicitudinis partes.

Instantia Ordinis pro mitigatione Regulae in nonnullis capitibus.

§ 1. Sane, cum sit nobis, pro parte dilectorum filiorum Ioannis Faci, magistri generalis, ac provincialium et claustralium priorum et universorum fratrum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, nuper expositum, quod in certis capitulis Regulae fratribus dicti Ordinis per bonae memoriae Albertum patriarcham Hierosolymitanum traditae, inter cetera cavetur expresse: quod fratres praedicti Ordinis ab esu carnis absterneant, nisi pro infirmitatis vel debilitatis remedio sumantur; eisdem etiam, quod singulis diebus, dominicis dumtaxat exceptis, a festo Exaltationis Sanctae Crucis usque ad festivitatem Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi ieiunare teneantur; quodque singuli eorum manere debeant in cellis suis, die ac nocte in lege Domini meditantes, ac in orationibus vigilantes, praecipitur.

Causae ad petitionem huiusmodi inducentes.

§ 2. Et propterea nonnulli ipsius Ordinis professores, propter arctitudinem et rigorositatem Regulae huiusmodi, tam ex fragilitate humana, quam ex debilitate corporea nequeunt eandem Regulam observare, dispendium suae salutis incurrant. Quod plures etiam, asperitatem huiusmodi pertimescentes, ab ingressu eiusdem Ordinis retrahantur.

De esu;

§ 3. Nos vero, qui plantare Religionem sacram, et plantatam modis omnibus fovere intensis desideriis affectamus, super hoc, quantum nobis est possibile, providere salubriter cupientes, et rigorem huiusmodi quadam temperie mitigantes, ac Regulam ipsam moderantes, apostolica auctoritate, tenore praesentium, statuimus, ordinamus et concedimus, quod dicti Ordinis professores, qui nunc sunt et pro tempore erunt, tribus dumtaxat diebus singularum septimanarum, etiam quibus, ut praefertur, ieiunare, iuxta eandem Regulam, sint adstricti, praeterquam in Adventu et in Quadragesima et aliis generalibus prohibitis diebus, carnibus vesci.

§ 4. Ac horis congruis in eorum Ecclesiis et illorum claustris, ac per eorum ambitus manere et deambulare licite et libere valeant.

De mansione et deambulatione in claustris.

§ 5. Decernentes eos et eorum singulos circa praemissa ad arctiorem observantiam, quam supra praemittitur, occasione professionis in dicto Ordine emissae vel in posterum emittendae, minime teneri.

Fratres ad observantiam anterioris Regulae non tenentur.

§ 6. Et nihilominus fratribus eisdem, qui Regulam ipsam, ita ut praemittitur, moderatam observaverint, quod eis proficiat in remissionem peccatorum; omnibus et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, protectionibus et praerogativis eidem Ordini per antea concessis, uti et gaudere possint, eadem auctoritate concedimus per praesentes: constitutionibus apostolicis et statutis, consuetudinibus etiam praedictis, et aliis Ordinis et Regulae praedictis capitulis, inramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Concessis vero antea privilegiis gaudent.

§ 7. Et, ut ipsi fratres in humilitatis et paupertatis spiritu, ac castimonia virtutum Domino famulantes, ad huiusmodi mitigatam Regulam observandam ferventius animentur, omnibus et singulis fratribus dicti Ordinis, praesentibus et futuris dumtaxat, qui Regulam istam sic, ut praemittitur, moderatam observaverint, seu in observantia ipsius vixerint, ut superiores ipsorum dicti Ordinis vel alius quicumque idoneus eiusdem Ordinis sacerdos, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem, in statu et sinceritate S. R. E. ac obedientia, vel devotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, necnon observantia praedicta persistente,

Confessariumque sibi ex ipso Ordine possunt eligere.

aucloritate apostolica, concedere valeant, devotioni ipsorum, tenore praesentium, indulgemus. Sic tamen, quod iudem superiores, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eisdem fratribus, si supervixerint, vel per alios, si forte transierint, faciendam iniungant: quam ipsi fratres facere teneantur, ut praefertur.

De relapsis. § 8. Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam, fratres praedicti reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus quod, si ex confidentia remissionis huiusmodi, praedicti fratres aliquando forte committerent, quoad illa, praedicta remissio nullatenus suffragetur.

De ieiunio sextae feriae. § 9. Et insuper, quod per unum, ex quo nostra praesens concessio ad eorundem fratrum pro tempore existentium notitiam pervenerit, computandum, singulis sextis feriis, impedimento legitimo cessante, ieiunent. Quod si praedictis sextis feriis, ex praecepto Ecclesiae, regulari observantia, iniuncta poenitentia, voto, vel alias ieiunare teneantur, una alia die singularum septimanarum eiusdem anni, qua ad ieiunandum non sint adstricti, ieiunent. Et si in dicto anno vel aliqua eius parte essent legitime impediti, anno sequenti, vel alias, quum primum potuerint, modo simili supplere ieiunium teneantur. Porro, si alias forsitan praelibatum ieiunium in toto vel in parte adimplere commode non potuerint, eo casu superiores ipsorum, ieiunium ipsum in alia pietatis opera, prout saluti animarum illorum viderint expedire, commutare valeant, quae ipsi pari modo debeant adimplere. Alioquin nostra huiusmodi praesens concessio, quoad non observantes dumtaxat, nullius esset roboris vel momenti. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1432, 15 kalendas martii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 16 februarii 1432, pont. anno 1.

IV.

Statuta et ordinationes a clero Urbis in publicis solemnitatibus servanda, aliaque circa eiusdem reformationem et gubernium decernit (1).

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Ab Urbis vicario factas olim pro clero constitutiones, — 2. Confirmatione apostolica dignas, — 3. Firmat, servarique mandat. — 4, 5. Tenor dictarum constitutionum. — 6. Ordo in publicis processionibus servandus. — 7. Earum tempore non confabulandum, sed orandum. — 8. Clerici et beneficiati caste domi vivant. — 9. Clericorum et presbyterorum filii eis ad altare non ministrent. — 10. Clerici, nisi senes sint, ad monialium domos non accedant. — 11. A ludo quolibet abstinendum. — 12. De vestium modestia. — 13. Nec arma deferant. — 14. Comam non nutriant. — 15. De servitio a beneficio praestando. — 16. Beneficia obtinentes saecularia officia exercere non possunt. — 17. Nec clericus exerceat artem clericis interdictam. — 18. Notarii vicarii Urbis debent esse clerici. — 19. In rebus hac constitutione prohibitis procedi potest per simplicem denunciationem. — 20. De funeralibus et sepultura. — 21. Legalizatio praesentis edicti.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In apostolicae dignitatis specula, licet immeriti, disponente Domino, super gregem Eius constituti, iniunctum nobis apostolatus officium exequi cupientes, ad ea libenter nostrae circumspectionis dirigimus intuitum, per quae inter personas ecclesiasticas, sublatis erroribus, virtutum norma pro Regis aeterni gloria resurgat: ac totius aequitatis et iustitiae salutaria proveniant incrementa: et iis, quae propterea rite processisse comperimus, ut illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, muniminis firmitatem impartimur.

§ 1. Sane petitio pro parte venerabilis fratris nostri Gasparis, archiepiscopi Con-

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Ab Urbis vicario factae olim pro clero constitutiones.

san., nostri in spiritualibus in alma Urbe vicarii, nuper exhibita nobis continebat, quod dudum venerabilis frater noster Daniel, episcopus Parentin., tunc noster in dicta urbe in spiritualibus eisdem vicarius, intendens reformationi dilectorum filiorum universi cleri dictae urbis, pro eorum salutaris regimine et vita laudabili nonnullas constitutiones et ordinationes, prout in quodam instrumento publico super hoc confecto latius continetur, edidit et publicavit inviolabiliter observandas.

Confirmatione apostolica dignas.

§ 2. Quare pro parte dicti archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut constitutionibus et ordinationibus huiusmodi, pro earum subsistentia firmiori, ac salubri gubernaculo morum et honestatis dictorum cleri, robur apostolicae confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignemur.

Firmat, servatque mandat.

§ 3. Nos igitur clerum ipsum in viam Domini salubriter dirigi cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, dictas constitutiones et ordinationes, quarum tenorem cum instrumento praefato de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, ratas habentes atque gratas, eas auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communitus, decernentes nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Tenor dictarum constitutionum.

§ 4. Tenor autem dictarum constitutionum et instrumenti sequitur, et est talis: *Daniel episcopus Parentin., sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia Papae quarti, in alma Urbe et eius districtu in spiritualibus vicarius generalis deputatus, universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam.*

§ 5. Ad ea ex officii nobis commissi debito libenter intendimus, per quae ecclesiasticus ordo per viam Domini salu-

briter dirigatur, ac utiliter conservetur. Cupientes igitur, ut mores et vita clericorum dictae urbis, pro eorum salute et honestate ac aliorum exemplo laudabili, in melius dirigantur, infrascriptas constitutiones et capitula per eosdem clericos et quemlibet ipsorum observanda, ad honorem Dei omnipotentis edidimus et ordinavimus: quorum tenor per omnia sequitur, et est talis.

§ 6. In primis igitur statimus et ordinavimus, quod in quibuscumque processibus faciendis clerici ordine infrascripto incedant, videlicet: quod illi, qui fuerint pro tempore deputati portare pluvialia, sint propinquiore nobis, aut successori vel locumtenenti nostro; antiquiores vero archipresbyteri Ecclesiarum cardinalium suo ordine bini et bini, deinde antiqui canonici dictarum Ecclesiarum cardinalium, secundum antiquitatem et posterioritatem eorum, incedant: et hoc sub poena arbitrio nostro, aut officialis aut successorum nostrorum huiusmodi vicariatus, seu officialium suorum, qui pro tempore fuerint, exigenda.

§ 7. Item, quod nullus, dum processionaliter incedit, cum aliquo confabulare praesumat, sed cantet aut orationibus a seipso, si cantare nescit, insistat, sub poena praedicta.

§ 8. Item, ut clericorum mores in melius refoventur, et clerici ipsi continenter et caste vivant, quod nulli, et maxime ecclesiastica beneficia obtinentes, in sua domo vel alibi retineant concubinas, aut mulieres de fornicatione suspectas, de quibus aliqua sinistra suspicio valeat exoriri, sub simili et iuris communis poenis.

§ 9. Item, quod nullus clericus aut sacerdos, habens filios etiam legitimos vel ex concubina aliqua, praesumat quod filius seu filii sui palam deserviant in missa sive aliquo servitio divino ecclesiastico, sub poena, arbitrio nostro, successorum nostrorum, seu deputatorum, ut praefertur, inferenda.

Ordo in publicis processibus servandus.

Eorum tempore non confabulandum, sed orationem.

Clerici et beneficiati caste domi vivant.

Clericorum et presbyterorum filii eis ad altare non ministrent.

§ 10. Item, quod nullus clericus, siue Clerici, nisi senes sint, ad monasterium domos non accedant. praefati domini vicarii pro tempore existentis, aut eius officialium licentia, cuiuscumque conditionis aut status existat, praesumat accedere ad quodcumque monasterium monialium, exceptis qui senio sunt confecti et quibus nulla possit etiam sinistra suspicio, utpote in octuagesimo eorum aetatis anno existentes, sub poena similiter inferenda.

§ 11. Item, quod nullus ludere praesumat ad arandum, sive ad taxillos aut ad aleas, nec forte digitos ludere non audeant, sive cartas, aut aliquem ludum in taberna aut loco publico sive privato, in quo ludat pecunias, aut vinum, aut prandium, sive coenam, sive minimum quod comestibile, sub poena, ut praescribitur, inferenda.

§ 12. Item, quod nullus clericus benediciatus, cuiuscumque conditionis, praesumat ad saccam aut largas, more hominum saecularium, suo vestimento portare, quae manicae palmo cum dimidio latiores non sint, sub poena inferenda praedicta.

§ 13. Item, quod nullus caligas divisatas seu solatas, aut caputium quod ultra unam cannam panni contineat, seu arma offensiva vel defensiva portare praesumat, sub poena, ut praescribitur, inferenda.

§ 14. Item, quod nullus clericus benediciatus, cuiuscumque status sive conditionis existat, de caetero portet comam patentibus auribus, quae tangat aures; coronam vero rotunditatis unius magnae hostiae quilibet honeste ferat: nemo propterea attonsus incedat, sed in coma, ut superius dictum est, ut clericus non laicus cognoscatur, reformetur: contrarium facientes nullo gaudeant privilegio clericali, sed ut laici puniantur et reputentur, et alias, arbitrio dicti domini vicarii, castigentur.

§ 15. Item, irrefragabili constitutione nostra sancimus, quod nullus clericus, qui non servit Ecclesiae, in qua benediciatus existit, in divinis, percipiat distri-

butiones quotidianas, aut emolumentum vel lucrum, seu obventionem aliquam vel aliquas, etiam funeris vel rei alterius, si non interfuit funeri aut rei illi, de qua percipitur emolumentum aut lucrum, seu percipiuntur obventiones: sed pars illa interessentibus aut servientibus accedat. Et, si per superbiam, vel potentiam, vel quovis modo non deserviat, aut non intersit, portionem ut praesens vendicare potentialiter voluerit, ipso facto, excommunicationis sententiam et sui beneficii privationem incurrat: ita ut talis, quod sic contrafecerit, eius canonicatus et praebenda, et quaecumque beneficia per huiusmodi privationem vacantia impetrari possint libere et iuste.

§ 16. Item, quod nullus clericus aut canonicus, cuiuscumque status, gradus et conditionis existat, qui in Urbe beneficium aut beneficia habet, debeat tenere vel regere, seu habere aliquod officium saeculare in Urbe, aut extra Urbem, clericis interdictum: qui vero contrarium fecerit, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrat, et beneficia ipsius libere et licite impetrari, ut supra, possint: pronunciantes ex nunc, prout ex tunc, eos, ipso facto, omni beneficio ecclesiastico privatos, ac omni clericali privilegio denudatos.

§ 17. Item, quod nullus clericus exerceat artem aliquam clericis interdictam; si quis autem contrarium fecerit, poenam arbitrio nostro et successoris nostri imponendam incurrat: nec sit opus, in casu praedicto ipsum clericum moneri: cum iura disponant, quod quilibet clericus appareat in totum clericus clericalia exercens, et non semiclericus et semilaeicus.

§ 18. Item, quod in officio vicariatus audientiae causarum duo notarii exercent officium notarii, qui sint clerici beneficiati, si possint haberi et deputari: si vero plures notarios deputare voluerimus, aut successores nostri voluerint ad dictum officium, sit in nostra et eorum potestate eos deputare; et si contrarium ordinatum

Beneficia obtinentes saecularia officia exercere non possunt.

Nec clericus exercent artem clericis interdictam.

Notarii vicarii Urbis debent esse clerici.

fuerit, in laicos deputando et ponendo, acta dictorum notariorum laicorum in dicta Curia confecta non valeant, nec teneant ipso iure, nullibique fidem faciant in aliquo iudicio aut facto; sed sint, eo ipso, nullius efficaciam, roboris vel momenti.

In rebus hac constitut. prohibitis procedi potest per simplicem denuotiationem.

§ 19. Item, quod in supradictis et propredictis omnibus et singulis capitulis et prohibitionibus, per nos et successores nostros, qui erunt pro tempore, eorumque officiales, procedi possit contra delinquentes et contrafacientes in praedictis et quibusenque aliis criminibus, tam per inquisitionem, quam accusationem seu denunciationem, et praedictos delinquentes vel quasi punire et condemnare, prout et sicut in supradictis capitulis est expressum et declaratum.

De funeralibus et sepultura.

§ 20. Item, quia secundum sacrorum canonum sanctiones, qui altari servit, de altari vivere debet, et qui ad onus eligitur, non debet a mercede repelli; auctoritate apostolica, irrefragabili constitutione in perpetuum valitura statuimus et ordinamus, quod quicumque praelatus, cuiuscumque praeminentiae, dignitatis, status et conditionis existat, sive peregrinus, cortisanus et advena, utriusque sexus, qui vel quae in parochia alicuius Ecclesiae Urbis moram traxerit, in eaque parochia diem clauserit extremum, nullo condito testamento, sepeliatur in Ecclesia dictae parochiae, ubi morabatur; funeraliaque integraliter habeat et percipiat eadem Ecclesia, sive illius rector, cum in vita et in morte dictus rector, in cuius parochia fuit, et non alius, per manum salutarem eidem et omnia ecclesiastica sacramenta impendere ac dare debeat, etiam si solum per tres dies in dicta fuerit condito testamento, et alibi elegerit sepulturam, Ecclesia, de cuius parochia assumptus extiterit, habere debeat canonicam portionem et medietatem cerae, secundum dictae urbis consuetudinem; quibuscumque privilegiis, gratiis sive indultis in contrarium allegantibus nullatenus

profuturis: cum nimirum debeat reprehensibile iudicari, ut clerici aliorum clericorum labores et fructus, per improbam ambitionis temeritatem, subripere debeant et habere, quos sacri canones, pie, iuste debitaque benignitate pensata, pauperibus clericis laudabiliter Altissimo famulantibus concesserint erogari: mandantes omnibus et singulis clericis et personis ecclesiasticis, cuiuscumque status, gradus, ordinis existant, in Urbe et eius districtu commorantibus, ut praedicta omnia et singula contenta, descripta et narrata in dictis constitutionibus et capitulis per nos ordinatis, sub poena et ad poenam in dictis capitulis et constitutionibus apposita et appositam, observent et observari faciant, non derogando aliis constitutionibus et ordinationibus hactenus in dicto clero antiquitus observatis, sed potius illas et illa confirmando. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri, et per honorabilem virum Petrum Paulum Laurentii, nostrum et Curiae nostrae notarium, subscribi, nostrique sigilli fecimus appensione muniri.

§ 21. Acta fuerunt haec Romae, in Palatio Apostolico, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, die secunda mensis novembris, indictione nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii Divina Providentia Papae quarti anno primo: praesentibus ibidem egregiis viris domino Iacobo de Tuderto, auditore causarum Curiae ipsius domini vicarii, et presbytero Ioanne Angelo de civitate Pennensi, ipsius domini vicarii capellano, et presbytero Valentino, canonico Ecclesiae Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Petrus Paulus Laurentii Lelli Pauli, Romanus civis, canonicus Ecclesiarum Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, et Sancti Marci de Urbe, Dei gratia publicus apostolica auctoritate notarius, et nunc notarius Curiae

Legalizatio praesentis edicti.

supradieti domini vicarii, quia praedictis omnibus et singulis una eum supradictis testibus interfui et praesens fui, sed aliis occupatus negotiis per alium scribi feci, ideo ea subscripsi et publicavi, et sigillo praefati domini vicarii signavi rogatus, meumque signum apposui consuetum, in fidem et testimonium omnium praemis-
sorum.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, octavo kalendas martii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 23 februarii 1432, pont. anno 1.

V.

Privilegium curialium sive officialium Sedis Apostolicae obsequiis existentium, aliorumque pro eorum negociis ad eandem Sedem venientium, et apud eam commorantium, aut inde recedentium, ne interim extra Romanam Curiam conveniantur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Privilegium (*de quo in rubrica*). — Secus acta irritantur. — 2. Secus attentantes excommunicationis poena puniuntur — 3. A die afflictionis praesentium etc. — 4. Obstantium derogatio. — 5. Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Divina, in eminenti Sedis Apostolicae specula, disponente elementia, constituti, ad ea libenter intendimus, per quae officiales praedictae Sedis obsequiis eius, ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarum salute quaerenda et iustitia consequenda, de diversis mundi partibus confluit multitudo, tutius et quietius se promptiores valeant exhibere.

§ 1. Hinc est quod nos, ex certis rationalibus causis moti, etiam nonnullorum praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, districtius inhibemus locorum ordinariis, necnon commissariis et delegatis eorum, caeterisque universis et singulis, quacumque potestate et auctoritate praefulgeant, cuiuscumque dignitatis, gradus vel praeminentiae fuerint, ne contra officiales praefatos, quocumque nomine nuncupentur, in nostris et dictae Sedis obsequiis, nunc et pro tempore existentes, necnon quoscumque alios, pro suis et eorum causis et negotiis prosequendis, ad Sedem praedictam venientes, ac in ea (durante negotiorum et causarum huiusmodi prosecutione) moram trahentes, et recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut privationis officiorum vel beneficiorum, seu quamvis aliam sententiam promulgare praesumant. Nos enim omnes et singulos processus ac sententias contra tenorem et mentem nostrae inhibitionis huiusmodi latas et habitas, ac in posterum habendas et promulgandas, et quaecumque inde secuta declaramus nulla, irrita et inania, nulliusque extitisse vel existere roboris vel momenti, necnon quicquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentatum forsitan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum et inane.

§ 2. Et nihilominus in omnes et singulos ordinarios ac officiales, commissarios et delegatos eorum, qui se de dignitatibus aut beneficiis ecclesiasticis quibuscumque, officia aut negotia huiusmodi apud dictam Sedem prosequuntur praedictorum eos illis forsitan privando, aut privatos decernendo vel declarando, seu cuiuscumque privationis praetextu, illa personis aliis conferendo, seu de illis in ea quomodolibet intromi-

(1) Quoad clericos beneficiatos respectu ordinariorum, vide Concil. Trident., cap. 1, sess. 23, et cap. xi, sess. 24.

Privilegium (de quo in rubrica) (1).

Secus acta irritantur.

Secus attentantes excommunicationis poena puniuntur.

serint, tam in dantes quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis et interdici latas sententias promulgamus, quas volumus eos incurrere ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia absolvi nequeant, nisi a nobis, vel per nos deputandis, praeterquam in mortis articulo constituti.

A die affixio-
nis praesentium
etc.

§ 3. Praemissa autem a die affixionis praesentium ad valvas basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ex certa scientia quoscumque ligare volumus et arctare.

Obstantium de-
rogatio.

§ 4. Non obstantibus apostolicis et quibuscumque generalibus, provincialibus, vel synodalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus, ac privilegiis, per quae effectus praesentium impediri posset quomodolibet, vel differri, etiamsi de illis, eorumque tenoribus habenda esset praesentibus mentio specialis, et quae praesentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Clausulae.

§ 5. Nulli ergo etc.

Dat. Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, octavo idus martii, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 8 martii 1452, pontif. anno II.

VI.

Approbatio congregationis S. Iustinae de Observantia monachorum Ordinis S. Benedicti, cum declaratione circa capituli generalis celebrationem, definitorumque ac visitorum, abbatum et priorum electionem et auctoritatem.

SUMMARIVM

Prooemium. — 1. Causa constitutionis edendae. — Congregationem S. Iustinae Benedictinorum confirmat. — 2. De generali capitulo singulis annis tenendo. — 3, 4 et 5. De definitibus in eo eligendis, illorumque facultatibus. — 6. De visitoribus. — 7. De loco futuri capituli. — 8. De obedientia praelatis Ordinis praestanda.

— 9. De recipiendis in Congregationem.

— 10. De translatis a monasteriis ad monasteria. — 11. Singula monasteria, eorumque praelati suis gaudent privilegiis.

— 12. De modo reformandi monasteria.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

— 13, 14. De electionibus praelatorum et reddituum divisione. — 15. Obstantium derogatio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,

ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

Etsi ex solitudinis debito pastoralis, sub regulari observantia singulis Altissimo militantibus, in his per quae suis statui et indemnitatibus consulitur, nos favorabiles esse deceat pariter et benignos, praeclaram tamen dilectorum filiorum monachorum de Observantia Sanctae Iustinae congregationem Ordinis S. Benedicti, ad quos etiam, antequam, divina favente clementia, ad apicem Summi Apostolatus assumeremur, specialem gessimus in Domino caritatis affectum, spiritualis dono laetitiae vitam et conversationem contemplantibus, quibus eis aliisque proficiunt, et salutaria piis fidelium mentibus exempla transmittunt; tanto solertius ea prosequi, necnon instaurare studiis gerimus assiduis, per quae congregationis huiusmodi status feliciter adaugeri solidarique poterit, quanto per assumptionem huiusmodi maior nobis desuper attributa facultas est, et ampliorem christicolis speramus iugiter provenire salutem.

§ 1. Attento itaque quod fel. rec. Martinus Papa quintus, praedecessor noster, nonnulla eisdem monachis contulit privilegia, quae non usque adeo ad pleniorum eiusdem congregationis soliditatem, augmentumve sunt sufficientia; idcirco nos, propter dictorum monachorum laudabilem vitam, et exemplares mores nobis diu cognitos, praefatum praedecessorem nostrum sequentes, atque, ubi opportunum fuerit, nonnulla innovantes et adiicientes, proprio motu, auctoritate apostolica et ex certa scientia, necnon irrefragabili perpetuaque constitutione sancimus, et praesentium serie statuimus,

Causa constitutionis edendae.

Congregatio-
nem S. Justi-
nae Benedicti-
norum confir-
mat.

volumus pariter et ordinamus, quod omnes et singuli dictae congregationis Ordinem ipsum professi, praesentes et futuri, quamvis in diversis pro tempore monasteriis sive locis morentur, unum tamen corpus et una congregatio existant. Quam quidem congregationem, auctoritate et scientia similibus, approbamus, et ut a christifidelibus in reverentia et devotione habeatur hortamur, eamque sub Ordine et Regula S. Benedicti esse declaramus atque constituimus.

De generali
capitulo singu-
lis annis tene-
do.

§ 2. Quodque, pro eorum salubriori statu, in loco ad id congruo, generale, iuxta laudabilem quae desuper hoc dudum viguit consuetudinem, capitulum per eos singulis annis celebretur, nec illud, postquam inchoatum fuerit, donec pro alio futuro celebrando capitulo similis locus electus et acceptatus extiterit, quomodolibet dissolvatur.

De defensori-
bus in eo eli-
gendis, illorum-
que facultati-
bus.

§ 3. In quo quidem capitulo, novem ex his, qui in illo habere vocem possunt, eligantur definitores, qui sic electi, totum capitulum praefatum repraesentantes, pro salubri dictae congregationis successu, statuta, constitutiones et ordinationes, ac omnia et singula, quae in spiritualibus ipsius congregationis, ac praefatae Regulae statum, observantiam et indemnitate, necnon circa divini officii directionem et ordinationem, absque tamen ipsius Regulae variatione substantiae vel effectus, interpretationem seu declarationem quomodolibet concernere poterunt, auctoritate praedicta instituendi, ordinandi, interpretandi, declarandi, necnon ea, quae sic instituta, ordinata, interpretata vel declarata fuerint, in toto vel in parte, prout rerum et temporum qualitates exegerint, amovendi, alterandi et in melius commutandi, plenam et liberam in omnibus habeant facultatem. Quorum definitorum statutis, constitutionibus, ordinationibus et definitionibus et correctionibus, singuli de congregatione huiusmodi, cuiuscumque dignitatis, status, gradus

sive conditionis existant, in omnibus efficaciter parere teneantur.

§ 4. Volentes ac statuente quod huiusmodi definitores de praedictis monasteriis et locis, ac eorum bonis, prout utilitatibus praedictae congregationis videbitur expedire, libere disponere:

§ 5. Nec non eos ex ipsis monachis praesentibus et futuris, quos ad id idoneos iudicaverint, in abbates et priores vacantium pro tempore monasteriorum ac prioratum huiusmodi alias, iuxta dictae congregationis constitutiones, ordinationes et statuta eligere sive nominare, necnon ad beneplacitum eorum taliter electos sive nominatos, absque aliqua dictae causae cognitione, a regimine et administratione dictorum monasteriorum, quibus tunc praesuerint, et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere et amovere, ac etiam omnia et singula, quae in praemissis omnibus, et circa ea quomodolibet necessaria vel opportuna fuerint, facere et exequi libere et licite possint et valeant.

§ 6. Plane, ne post dissolutionem huiusmodi capituli, praedicta congregatio regiminis solatio destituta remaneat, quinque vel plures, prout definitores huiusmodi visum fuerit, visitatores deputentur, quorum unus, iuxta ipsorum definitores dispositionem, praesidentis vicem, nomenque suscipiat, et ad eum, secundum huiusmodi capituli decreta, singula praedictae congregationis negocia deferantur; ipsique praesidens et visitatores omnia et singula faciant, disponant et exequantur, super quibus ab huiusmodi capitulo muniti potestate fuerint, vel quae ab eo receperint in commissis, aut alias, iuxta eorum constitutiones et statuta, quorum officia usque ad sequens, anno proximo futuro tunc celebrandum, huiusmodi congregationis capitulum dumtaxat durent.

De visitatori-
bus.

§ 7. Locus autem capituli praedicti, postquam electus et acceptatus fuerit, absque rationabili causa, de praesidentis quoque necnon maioris partis visitorum

De loco futuri
capituli.

eorumdem assensu, nullatenus immutetur.

De obedientia
praelatis Ordini
nis praestanda.

§ 8. Praeterea omnes et singuli praesentes et futuri dictae congregationis praelati, necnon monachi, conversi et commissi, sub praelatorum visitorum et consequenter illorum praelatorum, in quorum monasteriis sive locis ipsi monachi, conversi et commissi morantur, obedientiis sistant, eas hinc inde, prout decens fuerit, humiliter impensuri.

De recipien-
dis in Congre-
gationem.

§ 9. Et insuper, ne facilitate praecipiti Religionis iugum quis acceptet, nullus ex monasteriorum sive locorum huiusmodi praelatis, absque deliberatione matura, necnon duarum partium sui conventus assensu, quempiam in monachum sive conversum monasterii, sive loci cui praesit, quomodolibet ad professionem recipiat; aliter vero inibi recepto, nisi postea praedictus accedat assensus, standi vel morandi ibidem sit penitus interdictum.

De translatis a
monasteriis ad
monasteria.

§ 10. Sane ut, cuiuslibet materia turbationis adempta, personae congregationis huiusmodi quietius valeant Altissimo famulari, omnes et singuli, quos, de prioribus in quibus professi fuere monasteriis et locis, ad alia praesentia et futura dictae congregationis monasteria sive loca, iuxta ordinationem capituli huiusmodi, transferri contigerit, aut alias pro conventualibus quomodolibet deputari, ex tunc ab ipsis prioribus monasteriis atque locis realiter absoluti sint, et aliorum monasteriorum locorumque praedictorum, quamdiu steterint ibidem monachi, ac suppositi reputentur, et pro conventualibus inibi habeantur, in actibus et negociis capitularibus, ac si ibidem professi fuerint.

Singula mona-
steria, eorumque
praelati suis
gaudent privile-
giis.

§ 11. Porro, ne praemissorum occasione, monasteriis et locis congregationis huiusmodi, vel eorum alicui detractum fore quomodolibet extimetur, omnia monasteria et loca praedicta, necnon illorum praelati, atque personae, quibuslibet eis a Sede Apostolica, vel alias qualitercumque concessis, de iure seu consuetudine quo-

modolibet debitis inribus, praeminentiis ac dignitatibus inconcusse gaudeant et utantur, dummodo illa praemissis et aliis huiusmodi congregationis ordinationibus et institutis non obstant; nec propterea ex monasteriis ipsis unum reputetur alteri subiectum, sed eis in sua libertate remanentibus, illa vicissitudinis adminiculo coniuncta, sub felici dictae congregationis regimine uniformi, regularis observantiae gressu sibi invicem suffragentur.

§ 12. Adicientes quod quotiescumque praelatus aliquis monasterium cui praelatus fuerit, ad eiusdem congregationis observantiam reducere et sub illa reformare delegerit, iuxta statuta, decreta, necnon ordinationes congregationis huiusmodi, prout congruentius poterit, ipsam reformationem faciat, eiusque desuper acta, conventiones et modi, quae de consensu congregationis eiusdem vel illorum, quos ad id deputaverit, in formam publicam redacta fuerint, eo ipso, confirmationis apostolicae sint robore suffulta.

De modo re-
formandi mona-
steria.

§ 13. Sane, cum praedictus praedecessor praedictae congregationi concesserit quod, vacantibus monasteriis, quae tunc erant dictae congregationis, electiones recte et canonice celebrandae a duabus partibus eligentium, auctoritate apostolica confirmatae ipso facto censerentur; quodque, de omnibus redditibus monasteriorum praedictorum, quinta pars pro decenti sustentatione praelatorum deputaretur, aliae vero quatuor partes per cellerarios, absque contradictione praelatorum, in monachorum et conventuum utilitatibus dispensarentur;

De electioni-
bus praelato-
rum et reddi-
tuum divisione.

§ 14. Nos, attendentes quod huiusmodi ordinationes et decreta, non ad conservationem et augmentum dictae congregationis, sed ad eius dispendium maximum cederent et detrimentum, omnia et singula statuta, ordinationes et decreta electionum, et reddituum divisiones huiusmodi revocamus pariter et annullamus. Volentes.

et statuentes quod electiones abbatum et priorum ad dictae congregationis capitulum generale, aut praesidentem et visitatores, iuxta concessam eis, ut praefertur, facultatem et eorum constitutiones et statuta, pertineant; quibus taliter electis, iuxta Regulam B. Benedicti et eorum constitutiones, monasteria ipsa, sive loca et eorum bona tam in spiritualibus quam in temporalibus regendi et gubernandi libera et licita sit facultas.

Obstantium derogatio.

§ 13. Non obstantibus praemissis ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam si de illis specialis et expressa ac de verbo ad verbum praesentibus mentio habenda esset, quibus, quoad praemissa, specialiter derogamus; necnon monasteriorum, prioratum et Ordinum praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cacterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1432, nono kal. decembris, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 23 novembris 1432, pont. anno II.

VII.

Quod festivitas Sanctissimi Corporis Christi etiam in octava celebretur, duplicatis indulgentiis a praedecessoribus Pontificibus concessis (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Causae const. edendae. — 2. Auet dies indulgentiarum. — 3. Haec literas publicari mandat. — 4. Transumptis adhibenda fides.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium

Excellentissimum Corporis et Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi Sacramentum, quod, appropinquante passionis Eius

(1) Hanc festivitatem instituit Urbanus IV, Constit. XIX, tom. III, pag. 703.

hora, Dominus ipse signo praecipui, quod nos dilexit, amoris salubriter instituit, eiusque commemorationem sacratissimam ingi mentis exultatione contemplantes, ad hoc inter singulos huiusmodi mercatores sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, ut illi condignis assurgentes laudibus, sua frequentius ad ipsius venerationem Sacramenti corda dirigant, et eo quo corporalis habetur praesentia Salvatoris viatico, fructus vitae completentes aeternae, caelestia conscendant, Ipsum, qui se vobis in edulium tribuit, perpetuo conspecturi.

§ 1. Sane dudum piac mem. Urbanus Papa quartus, praedecessor noster, etc. Et subsequenter Martinus PP. V etc. (1)

Causae const. edendae.

§ 2. Nos vero, quos interim ad Summi Apostolatus apicem divina clementia perduxit, etiam pro frequentiori huiusmodi veneratione Sacramenti summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impertiri, necnon relaxationes et concessiones praedictas apostolici roboris muniminis ipsorum notioni fidelium committentes, praemissis per eundem Martinum praedecessorem, ut praefertur, relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendis adiicimus per praesentes.

Auet dies indulgentiarum.

§ 3. Et insuper universos patriarchas, archiepiscopos, episcopos et alios Ecclesiarum praelatos monemus ac hortamur in Domino, ac eis per apostolica scripta, in virtute sanctae obedientiae districtae praecipiendo, mandamus, et in remissione peccaminum injungimus, ut per se vel alios eorum subditos, per singulas suarum civitatum et dioecesium Ecclesias, in dominica feriam et festum praedicta proxime praecedente, salutaribus ad venerationem potissime Sacramenti huiusmodi monitis et exhortationibus, praesentium, quarum etiam tenor inter matutinales festorum, necnon dierum octavarum huiusmodi lectiones recitetur, literarum continentiam et effectum publicare et

Haec literas publicari mandat.

(1) Bullarii tom. III, p. 703; tom. IV, pag. 731.

insinuare proeurent, ut, eiusdem Sacramenti suffragante mysterio, subditi et fideles ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciantur augmento, et ab Illo, qui se per ipsum immolavit hostiam, post huius vitae cursum, ad gloriam perducantur aeternam.

Transumptis
adhibenda fides.

§ 4. Verum, quia difficile foret huiusmodi literas singulis exhiberi, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto manu publica et sigillo alicuius episcopalis vel superioris ecclesiasticae Curiae munito, tamquam praefatis, si originales exhiberentur, literis plena fides adhibeatur, et perinde ac si originales literae forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIII, septimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 26 maii 1433, pont. anno III.

VIII.

Æmoniensis Ecclesia Parentinae unitur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Unio (*de qua in rubrica*). — 2. Obedientia a clero Æmonien. episcopo Parentin. praestanda. — 3. Obstantium derogatio. — 4. Declaratio, quod ex hac unione neutri inferatur praeiudicium. — 5. Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium. Cunctis orbis Ecclesiis, disponente Domino, praesidentes, circa ipsarum statum salubriter dirigendum studiis invigilamus assiduis, easque sic cupimus nostri ministerii praesidio dirigi, quod ab detrimenti subleventur incommodis et prosperis iugiter proficiant incrementis.

Unio (de qua
in rubrica).

§ 4. Cupientes igitur Parentin. et Æmonien. Ecclesiarum provinciae Aquileien. statui et indemnitate salubriter

(1) Ex Ughell., Ital. Sac., ubi de Ecclesia Parentina.

providere, sperantes quoque quod ipsae Parentinen. et Æmonien. Ecclesiae, etiam sub felici pastoris unius regimine, spiritualiter et temporaliter optatos debeant contingere successus, necnon Parentin. et Æmonien. mensarum episcopaliū fructus, redditus et proventus praesentibus pro sufficienter expressis habentes, ex certis rationalibus animum nostrum ad id moventibus causis, necnon de venerabilium fratrum nostrorum consilio, dictas Parentinen. et Æmonien. Ecclesias cum omnibus suis iuribus et pertinentiis insimul, quam primum dictam Æmoniensem per cessum vel decessum, aut alio quovis modo vacare contigerit, auctoritate apostolica in perpetuum investimus et unimus; ita quod dictarum unitarum Ecclesiarum unus praesul et episcopus sit, liceatque episcopo Parentin. tunc existenti, per se vel per alium, possessionem episcopalis mensae Æmonien. huiusmodi auctoritate propria libere apprehendere, nec non sibi et successoribus episcopis Parentinen., pro tempore existentibus, fructus, redditus et proventus eiusdem mensae in suos, ipsorumque mensarum usus convertere perpetuo pariter et retinere, ac in civitate et dioecesi Æmonien. omnia et singula pontificalia, iurisdictionalia et alia, quae episcopi Æmonien. antea existentes, ratione dictae Æmonien. Ecclesiae, potuerunt ac debuerunt inibi facere ac etiam exercere, cuiusvis super hoc licentia minime requisita.

§ 2. Mandantes dilectis filiis clero, civitati ac dioecesi earundem, ut, postquam annexio et unio huiusmodi sortitae fuerint effectum, praefato episcopo tunc existenti et successoribus, in his omnibus quae de iure episcopali inibi fuerint, humiliter pareant et intendant.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ipsarum unitarum Ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Obedientia a
clero Æmonien.
episcopo Pa-
rentin. praes-
tanda.

Obstantium de-
rogatio.

Declaratio, quod ex hac unione neutri inferatur praedictum.

Clausulae.

§ 4. Proviso, quod propter annexionem et unitates praedictas, ipsae unitae Ecclesiae in spiritualibus non laedantur, et in temporalibus nullatenus subeant detrimenta. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 5. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Grisonum, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIV, sexto idus maii, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 10 maii 1434, pontif. anno iv.

IX.

Contra simoniacae pravitatis reos, eorumque mediatores.

SUMMARIUM

Simoniacae scelus quam sit detestabile. — 1. Poenas contra simoniacos a Summis Pontificibus latas confirmans, nonnullas auget. — 2. Scientibus simoniacos revelandi obligationem infert sub excommunicationis poena.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Simoniacae scelus quam sit detestabile.

Cum detestabile scelus simoniacae pravitatis tam divinarum Scripturarum, quam sacrorum canonum auctoritas abhorreat et damnet, nos, considerantes quod plures poenarum gravitas, quam Dei timor avertere solet a voluntate peccandi, ac summis desideriiis affectantes, ut hoc pestiferum vitium non ex usu solum, sed etiam ex mentibus hominum, saltem propter poenarum metum, penitus evellatur;

Poenas contra simoniacos a Summis Pontificibus latas confirmans, nonnullas auget.

§ 1. Praedecessorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerendo, ac etiam omnes et singulas excommunicationis, suspensionis, privationis et interdicti sententias, censuras atque poenas dudum a Pontificibus praedictis et pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet

latas, et quas illos, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel praemiunitiae fuerint, etiam si cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali vel alia quavis ecclesiastica seu mundana dignitate praefulgeant, et eorum quemlibet, tam manifestum quam occultum, ipso facto incurrere volumus, confirmantes et innovantes, auctoritate apostolica declaramus, quod omnes illi, qui simoniacae ordinati fuerint, a suis sint ordinibus suspensi; per electiones vero, postulationes, confirmationes, provisiones, seu quasvis alias dispositiones, quas simoniacae lae fieri contigerit et quae viribus omnino careant, in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus personalibus, officiis ecclesiasticis, quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum cuiuscumque ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad omnium illorum, quae pereperit, restitutionem, sub animae suae periculo, sit adstrictus. Statuentes praeterea, quod universi et singuli, etiam praemissa dignitate praediti, qui, quomodolibet dando vel recipiendo, simoniam commiserint, aut quod illa fiat mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolvi, praeterquam in mortis articulo constituti.

§ 2. Et, ut huiusmodi labis contagium frequentius reprimatur, omnibus et singulis ecclesiasticis, saecularibusque personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis seu conditionis fuerint, in virtute sanctae obedientiae districte iungimus, ut eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse vel procurasse aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici praedicto, vel eius camerario aut eui idem Pontifex duxerit committendum, per se vel per alios revelare quam citius non omittant, quod si non fecerint, absolvi non debeant, donec praedicta revelent. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Scientibus simoniacos revelandi obligationem infert sub excommunicationis poena.

Datum Romae apud Sanctum Grysgonum, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIV, xv kalendas iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 18 maii 1434, pontif. anno iv.

X.

Ampliatio indulti a Gregorio IX concessi eremo Camaldulensi, monachorum Ordinis S. Benedicti, recipiendi religiosos aliorum Ordinum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Prioris Camaldulen. petitio. — 2. Indulto Gregorii IX quid obstaret, enarrat. — 3. Illud explicat, extenditque. — 4. Contrariis derogat.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis priori et unversis fratribus domus fratrum eremi Camaldulensis, praesentibus et futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Illae quae pro tranquillo personarum sub Religionis habitu Domino famulari desiderantium, studio piae vitae, statu provide facta sunt, ut ilibata persistent, cum a nobis petitur, apostolicae confirmationis robore confirmamus, eaque ampliamus et extendimus, prout in Deo hoc conspiciamus salubriter expedire.

Prioris Camaldulen. petitio.

§ 1. Sane dilectorum filiorum prioris et fratrum domus eremi Camaldulensis, per priorem solitae gubernari, nuper habita petitio continebat, quod olim felicitis recordationis Gregorius Papa IX, praedecessor noster, priori, qui tunc erat, et fratribus dictae eremi, pro eorum et ipsius eremi incremento, quasdam literas concessit in haec verba (2).

Indulto Gregorii IX quid

§ 2. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, propter diversa privilegia et indulta diversis congregationibus di-

(1) Gregorii IX indultum legitur tom. nr, pag. 423. (2) Haec bulla non inseritur, quoniam habet eam loco in *Concordantiis* citato.

Bull. Rom. Vol. V.

3

versarum domorum et monasteriorum, ex post per Apostolicam Sedem concessa, necnon diversas alias constitutiones et ordinationes editas, concessionem praefati praedecessoris nostri plurimum derogatum existit, propter quod multi, qui in dicta eremo Altissimo famulari affectant, ab eorum proposito retrahuntur; quare, pro parte dictorum prioris et fratrum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis super hoc opportune providere, dictaeque concessionem robur apostolicae confirmationis adiacere, et etiam, quantum opus est, ipsam ampliare de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos itaque, de praemissis plenius informati, prioris et fratrum praedictorum supplicationibus inclinati, concessionem praedictam, necnon dictas literas, et quaecumque in eis contenta, rata et grata habentes, ea auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Vobisque, ut omnes et singulos cuiuscumque Ordinis existant et de quibuscumque congregationibus, domibus seu monasteriis, sive mendicantium sive non mendicantium, etiam Carthusiensis Ordinis, venerint, qui in eremo vestra, sub ordine et habitu vestro, in ipsa eremo Altissimo perpetuo famulari elegerint, superiorum ipsorum licentia petita, licet non obtenta, sine cuiusquam contradictione, et alias secundum praefati praedecessoris nostri in dictis literis contentam voluntatem, recipere et retinere possitis, tenore praesentium, indulgemus.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, privilegiis et indultis quibuscumque, sub quavis forma verborum in contrarium forsitan factis seu faciendis. De quibus etiam et eorum totis tenoribus, in praesentibus esset habenda mentio specialis. Nulli ergo etc.

Datum Florentiae, anno Incarnationis Domini MCCCXXXV, viii kalendas decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 24 novembris 1435, pont. anno v.

obstaret, enarrat.

Illud explicat, extenditque.

Contrariis derogat.

XI.

Erectio Ecclesiae Cornetanæ, in provincia Etruriæ, cum privilegiis, gratiis et uultis (1).

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Causæ deveniendi ad huiusmodi erectionem. — 2. Terram Corneti a iurisdictione episcopi Viterbien. et Tuscanen. liberans, erigit in civitatem. — 3. Ex collegiatis Ecclesiis Ss. Mariæ et Margaritæ, ac S. Mariæ, quas unit, constituit cathedralem. — Ex earundem dignitatibus unicum conficit capitulum. — 4. Dioccesim novæ Ecclesiæ assignat. — 5. Episcopi Montisilascen. et Cornetani iurisdicção qualis sit. — 6. Antiqua iura et redditus Viterbien. episcopo in districtu Cornetano reservat. — 7. Obstantibus derogat. — 8. Hæc autem statuta plenius observari mandat. — 9. Clausulæ.

**Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Proœmium.

In supremæ dignitatis apostolicæ specula, superni dispositione consilii, licet immeriti, constituti, ad universas fidelium regiones aciem nostræ considerationis extendimus, et prout fidelium populorum integritas, et locorum ac temporum utilitas persuadet, regiones et populos huiusmodi condignis favoribus et gratiis decoramus, et præcipue illos, quos merita devotionis et fidelitatis exornant, ut eorum digna retributio cedere possit aliis in exemplum.

Causæ deveniendi ad huiusmodi erectionem.

§ 1. Hodie siquidem attenta meditatione pensantes, quod terra nostra Corneti, quæ usque in præsens fuerat Viterbien. et Tuscanen. diocesis ordinario iure subiecta, adeo, sicut facti notorietas manifestat, Domino benedicente, in populi fidelis multitudine foecundata, ac rerum omnium ubertate refecta existat; quodque dilecti filii ipsius terræ populus et Commune, inter caeteros Italiae populos, Romanae Ecclesiæ sponsæ nostræ fidelis devotionis et fidelitatis sinceritate præfulgeant; quod ex debito gratitudi-

(1) Ex Regest in Archiv. Vatic.

nis meruerint, ut eos Apostolica Sedes paternis consequeretur affectibus, et gloriosis ac singularibus insigniis decoraret: unde et præmissis et nonnullis aliis rationabilibus causis moti, volentes et ex certa scientia cupientes eorum merita condignis honoribus compensare, ipsosque attollere gratiosis favoribus et honorabili munimine confovere:

§ 2. Post deliberationem et tractatum utilem, quos super his cum fratribus nostris habuimus, diligentem, terram ipsam cum suis pertinentiis, quorum confines, denominationes et loca præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis; necnon omnibus et singulis personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus degentibus, rebusque aliis consistentibus in eisdem, ab omni immediata iurisdictione præfata, et subiectione episcopi pro tempore existentis et dilectorum filiorum capitulorum Viterbien. et Tuscanen., ac earundem Viterbien. et Tuscanen. Ecclesiarum, autoritate apostolica, tenore præsentium, eximentes et perpetuo liberantes, terram ipsam, tanquam locum idoneum, aptum, congruum et fidelitate insignem, de ipsorum fratrum consilio et apostolicæ plenitudine potestatis, pro divini nominis gloria, Ecclesiæ sanctæ Dei exaltatione, felici divini cultus augmento, saluteque fidelium animarum, in civitatem erigimus, civitatisque titulo et insigniis decoramus: ipsamque terram et nunc civitatem Cornetan. volumus perpetuis futuris temporibus nuncupari.

§ 3. Et insuper Sanctarum Mariæ et Margaritæ, ac Sanctæ Mariæ de Castello Cornetan. collegiatis Ecclesiis invicem eadem autoritate unientes, annectentes et incorporantes, ac in eis Ecclesiarum collegiatarum (1), necnon huiusmodi penitus extinguentes, et in unicum corpus unicumque collegium reducentes, ac Sanctarum Mariæ et Margaritæ Ecclesiam præfata in cathedralem Eccle-

(1) Leg. f. *collegiatarum titulum, necnon huiusmodi iurisdictionem penitus etc.* (p).

Terram Corneti a iurisdictione episcopi Viterbien. et Tuscanen. liberans, erigit in civitatem.

Ex collegiatis Ecclesiis Ss. Mariæ et Margaritæ, ac S. Mariæ, quas unit, constituit cathedralem.

siam erigimus, eamque dignitatis episcopalis titulo insignimus, sponsum utilem et idoneum per Apostolicae Sedis providentiam, praestante Domino, habituram, cui praesse valeat et praesse volentes (1) auctoritate apostolica decernentes, quod in eadem erecta Ecclesia, loco prioris qui nunc est, archidiaconatus, maior post pontificalem dignitas, cum honoribus et oneribus consuetis ac eidem annexis, per futurum praesulem instituitur, ac prior ipse de caetero in eadem cathedrali Ecclesia archidiaconus nominetur: in altera vero Ecclesia Sanctae Mariae de Castello, sicut praefertur, unita, prioratus dignitas omnino cesset, cum illum vacare contigerit per cessum vel decessum; ambo quoque ipsarum Ecclesiarum collegia, in unicum collegium cathedralis Ecclesiae sic erectae capitulum faciens, reducantur; singulique ipsarum canonici non collegiarum amplius Ecclesiarum, sed cathedralis Ecclesiae canonici nuncupentur.

§ 4. Caeterum, cum de Ecclesiis et ecclesiasticis beneficiis, castris, villis, territorii, terris, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus spiritualibus et temporalibus, aliisque redditibus, proventus, terris et possessionibus, tam ecclesiasticis quam aliis, in quibus propria dioecesis Cornetan. deputari et etiam ordinari debeat, plenarie constet, in Dei nomine procedentes, volumus, et apostolica auctoritate statuimus, quod territorium et districtus ipsius civitatis Corneti eidem Ecclesiae Cornetau. in dioecesim assignetur cum omni iurisdictione, dominio, coercitione et correctione debitis et consuetis, quae nos etiam praefatae Cornetan. Ecclesiae, in veram et limitatam dioecesim, tenore praesentium assignamus.

§ 5. Volentes et praefata auctoritate concedentes, quod episcopus pro tempore existens ipsius et Montisflacon. Ecclesiarum, quam Montisflaconis Ecclesiam hodie etiam eidem Ecclesiae Cornetanensi

(1) Leg. putamus: cui praesse valeat et prodesse; volentes et auctoritate etc. (b).

univimus, anneximus et incorporavimus, cum de Corneto ad Montemflacon., vel e converso de Monteflacione Cornetum recto itinere se transferre contigerit, extra tamen civitates, terras et castra atque loca alia, etiam in alien. dioecesibus consistentia, in via tantummodo obviantibus benedictionem impendere valeat, absque aliorum iniuria seu contradictione quacumque.

§ 6. Et ne, propter huiusmodi exemptionem, erectionem et assignationem de dicta civitate et Ecclesiis ac dioecesi factas, Viterbien. et Tuscanen. Ecclesiae, quibus ipsa nunc civitas fuerat, ut praefertur, ordinario iure subiecta, aliquid aliud dispendium patiantur, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod omnes fructus, redditus et proventus, emolumenta, obventiones et iura, tam ex possessionibus, quam paucis in territorio et districtu Cornetan. existentibus, et ad ipsas Ecclesias Viterbien. et Tuscanen. sive ad episcopalem mensam eorundem pertinentibus, eisdem Ecclesiis et mensae pro tempore debita, ipsis Ecclesiis remaneant pleno iure, eisdemque gaudeant et utantur, ac ea percipiant sine diminutione quacumque, sicut ante erectionem huiusmodi, aliterque ordinario iure percipere consueverant et habebant.

§ 7. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus et literis apostolicis huic nostrae ordinationi contrariis, quorumcumque tenorem existant, quae, quoad hoc, omnino viribus evacuamus, et nullius decernimus existere firmitatis.

§ 8. Praemissa autem omnia, sic utiliter facta et salubriter ordinata, perpetuis futuris temporibus obtinere volumus robur incommutabilis firmitatis, districtius inhibentes, ne aliquis, cuiuscumque status, dignitatis, ordinis et praeminentiae fuerit, et quantumcumque praefulgeat dignitate, praemissa et singula per nos ordinata et instituta seu aliqua vel aliquid de contentis in eis, quovis quaesito co-

Antiqua iura et redditus Viterbien. episcopo in districtu Cornetano reservat.

Obstantibus derogat.

Haec autem statuta plenius observari mandat.

Ex earundem dignitatibus unicum conficit capitulum.

Dioecesim novae Ecclesiae assignat.

Episcopi Montisflaconen. et Cornetani iurisdictione qualis sit.

lore, occasione vel causa, turbare, seu quomodolibet impedire praesumat. Hoc enim, prout est, irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Clauusulae.

§ 9. Nulli ergo omnino hominum liceat etc.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, nonis decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 5 decembris 1435, pont. anno v.

XII.

Unio Nepesinae et Sutrinae Ecclesiarum, quae uni eidemque subiiciuntur episcopo (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Causae harum uniendarum Ecclesiarum. — 2. Unio (*de qua in rubrica*). — 3. Nonnulla praescribit ab episcopo in alterutra Ecclesia praestanda. — De forma eligendi episcopi.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Sacrosancta Romana Ecclesia, quae super universas orbis Ecclesias obtinet, divina institutione, primatum, si circa statum Ecclesiarum omnium, praesertim cathedralium, earumque profectus, velut pia mater de filiorum necessitate sollicitior, vigilantiter excogitat et prudenter intendit; et quandoque per unionis etiam salubris ac commodae ministerium, prout locorum et temporum qualitas exigit, et illarum utilitas persuadet, studet Ecclesiarum ipsarum statui efficaciter providere.

Causae harum uniendarum Ecclesiarum.

§ 1. Nuper siquidem attendentes, quod Sutrin. et Nepesin. Ecclesiae, quae dudum fuere propriis facultatibus opulentae, adeo, per diversas calamitates et succedentium temporum sinistros eventus, quibus partes ipsae, prohi dolor! afflictae fuere, in earum redditibus atque facultati-

(1) Ex tom. 1 Ital. Sac.

bus tenues factae sint et exiles, quod, propter inopiam et servitutem (1) huiusmodi reddituum et proventuum, praesules in illis se commode sustentare non possunt; propter quod pontificalis in eisdem vilescit auctoritas, nec episcopali dignitati debita reverentia exhibetur, praesulesque ipsi in suorum conservatione iurium, etiam regalium, atque defensione eorumdem, redduntur plurimum impotentes; cum revera ad illa tuenda non solum circumspeditionis industria et sollicitudo pastoralis curae profectum adducant, quinimo potius sufficientia facultatum.

§ 2. Propterea, cupientes ipsarum pauperum Ecclesiarum indigentiae subvenire, ac statum utriusque, per unionis ministerium, in melius reformare, dum ambae ipsae Ecclesiae, sub unius et eiusdem praesulis moderamine atque cura reductae, feliciter ex ipsarum unita potentia, mutisque facultatibus praesul possit in eis praesidere decentius, perversorum conatibus obsistere, defendere sua iura commodius, et commissos populos facilius gubernare. Quare, pro evidenti ipsarum Ecclesiarum utilitate, considerantes unionem huiusmodi nedum fore proficuum, sed admodum necessariam, immo laudabilem et etiam opportunam, praemissis suadentibus, et aliis rationalibus causis ad id animum nostrum moventibus, post deliberationem, quam de uniendo ad invicem Sutrinam et Nepesinam Ecclesias praefatas, cum fratribus nostris habuimus diligentem, Nepesinam Sutrinam, et Sutrinam Nepesinam Ecclesias antedictas, de ipsorum fratrum consilio et apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium perpetuo unimus, annectimus et incorporamus; etiam ita quod, altero ex praesulibus earumdem Ecclesiarum, qui nunc sunt, cedente vel decedente, aut alteram ex eisdem Ecclesiis quomodolibet dimittente, ex tunc ambae ipsae Ecclesiae per unicum praesulem, qui Sutrinae et Nepesinae, aut Nepesinae et Sutrinae episcopus nuncupetur, salu-

Unio (de qua in rubrica).

(1) Leg. forsitan *paucitatem*, vel *parvitatem*.

briter gubernetur, liceatque superstini ex eisdem praesulibus, per se vel per alium, alterius Ecclesiae sic vacantis, ac ipsius civitatis et dioecesis, in spiritualibus et, quantum ad ipsius Ecclesiae ius et proprietatem, in temporalibus corporalem possessionem apprehendere et perpetuo retinere, fructusque, necnon redditus et proventus, emolumenta, obventiones et iura quaecumque ad mensam episcopalem ipsius alterius Ecclesiae pertinentia percipere et habere, ac in suos et ipsius Ecclesiae usus et utilitatem convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita.

Nonnulla praescribit ab episcopo in alterutra Ecclesia praestanda.

§ 3. Volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod huiusmodi unus episcopus, qui eisdem Ecclesiis pro tempore praesidebit, uno anno in altera, et alio anno in reliqua ipsarum Ecclesiarum, alternatis vicibus, chrisma conficere teneatur; ordinationum quoque tempore, celebrationum vices eisdem Ecclesiis et earum civitatibus et dioecibus distribuat, portionem aequam unicuique tribuendo; quodque in qualibet earundem dioecum, pro eius subditis, annis singulis celebret synodum, prout est fieri consuetum; et in qualibet earundem civitatum et dioecum curiam teneat ad iurisdictionem episcopalem inibi exercendam, cum vicariis et officialibus consuetis; ac etiam cum idem praesul in Sutrina (1) tum vero in Nepesina civitatibus et dioecibus praesens extiterit, Nepesin. et Sutrin. episcopus appelletur, et sic deinceps Ecclesiae ipsae unico pastore et antistite, praemissisque intitutionibus, perpetuis temporibus gubernentur; et quod, cedente vel decedente, aut translato ipso episcopo, aut alias Ecclesiis ipsis vacantibus, ipsarum Ecclesiarum canonici et ambo capitula, vocatis ad hoc qui fuerint evocandi, congregari debeant, pro electione futuri episcopi celebranda, in loco ubi episcopus decesserit, si ipsas Ecclesias vacare contigerit per obitum; si vero per alias quam

De forma eligendi episcopi.

(1) Desunt f. verba *Sutrinus et Nepesinus*.

per obitum Ecclesias ipsas vacare contigerit, fiant electiones huiusmodi, temporibus vacationum ipsarum, alternis vicibus in civitatibus et dioecibus antedictis, quodque, propter unionem, annexionem etc. (1).

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigésimo quinto, pridie idus decembris, pontificatus nostri anno quinto (2).

Dat. die 12 decembris 1435, pont. anno v.

XIII.

Privilegia et gratiae ac exemptiones congregationis S. Iustinae de Observantia, monachorum Ordinis S. Benedicti (3).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Appellatio non datur a correctione praelatorum nisi de licentia Summi Pontificis. — 2. In causis civilibus vel criminalibus summarie procedendum. — 3. Inquirendum contra monachos vagos, seque ad diversa transferentes monasteria. — 4. Facultas divina celebrandi officia tempore interdicti; — 5. Ordines a quocumque suscipiendi episcopo. — 6. Exemptio ab exactionibus et iurisdictione ordinariorum. — 7. Monachi non cogendi ad processiones, aliaque. — 8. Foeminae eorum monasteria non ingrediantur. — 9. Praelatis data potestas monachos dispensandi; — 10. Monachis vero denegata, extra congregationem, alieno stare servitio, obsequio, etc. — 11. Benefactores vel Eucharistiam a monachis sumentes non molestandi. — 12. Monachos inobedientes praelati inviti non excipiant. — 13. Nec quis cogi possit ad exequenda mandata

(1) Caetera prout in Constitutione VIII, pag. 13.

(2) Constitutionem, qua idem Eugenius, Bononiae cum esset, duos post annos, Hortanam et Castellanam univit Ecclesias, et quam legere est apud eundem Ughellum, Ital. Sac., tom. 1, ea de causa omisi, quod eiusdem ferme verbis, mutatis mutandis, componitur ac praesens. In illius vero calce legitur: *Datum Bononiae, anno Incarnationis dominicae 1437, tertio nonas octobris, pontificatus nostri anno VII.* (3) Sub hac die vidi etiam Pontificis similem constitutionem incipientem *Et si quostibet*, hanc tamen, uti plenior, positam volui.

praelatorum extra congregationem. — 14. Aut contestandum in qualibet causa. — 15. Ius vero monachi habeant ea repetendi, quae, si in saeculo essent, repetere potuissent. — 16. Confessiones audire possint et absolvere a casibus non reservatis. — 17. Defectum natalium patientes ad sacros ordines et praelaturas promoveri possunt. — 18. Praelati, quamvis non benedicti, monasteria possunt regere. — 19. Ex iis, quae contra haec statuta contigerit attentari, nullum eisdem praeiudicium pari vult. — 20. Litterae apostolicae in contrarium, non praeiudicent, nisi constet de mente Pontificis, quod hisce privilegiis voluerit derogare. — 21. Obstantium derogatio.

**Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Regularem vitam agentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit) religiosis infringat.

Appellatio non datur a correctione praelatorum, nisi de licentia Summi Pontificis.

§ 1. Cupientes itaque dilectorum filiorum congregationis monachorum Unitatis, alias de Observatione (1) S. Iustinae nuncupatae, Ordinis S. Benedicti, nolitis ac Romanae Ecclesiae immediate subiectae, opportunitatibus et commodis, propter eorum excellentiam meritorum, atque vitae sanctimoniam, nos reddere benevolos et favorabiles, motu proprio, non ad ipsorum monachorum, nec alicuius alterius super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ne nequam spiritus veneno afflatis malignandi in ipsa congregatione materia praebeatur, auctoritate apostolica statuimus, districtius inhibentes, ne cui praelatorum vel monachorum dictae congregationis ab institutis, ordinationibus, correctionibus et mandatis capituli generalis sive praesidentis seu visitorum aut rectorum ipsius congregationis, ad quemcumque, etiam ad Sedem Apostolicam, nisi de speciali indulto Summi Pontificis, liceat appellare, appellationem nihilomi-

(1) Leg. de Observantia (v).

nus, si quam interponi contingat, cum inde sequentis irritam decernendo.

§ 2. Cum autem contra aliquem praelatum vel monachum dictae congregationis agi contigerit civiliter aut criminaliter, secundum consuetudines et statuta congregationis praedictae, iuris communis apertibus, dilationibus, terminis, litium anfractibus omissis, procedi debere, tenore praesentium, volumus et mandamus.

In causis civilibus vel criminalibus summarie procedendum.

§ 3. Statuentes, quod praelati dictae congregationis, contra monachos eosdem, qui licentiam se ab Apostolica Sede habere dixerint ad aliud quodcumque monasterium sive locum se transferendi, obtentu literarum apostolicarum, nisi in ipsis literis specialis, nominata et expressa fieret mentio de ipsa congregatione et huiusmodi indulto eidem concessio, revocando, et tunc, si infra tres menses id non impleverint, tamquam contra apostatas agere valeant, nisi tempus in literis apostolicis fuerit expressum, infra quod se debeant ad huiusmodi monasteria sive loca transtulisse, quo casu non prius agere possint contra eos, quam dicta tempora fuerint elapsa.

Inquirendum contra monachos vagos, seque ad diversa transferentes monasteria.

§ 4. Ceterum, cum per alias nostras certi tenoris literas, quarum tenorem hic haberi volumus pro expresso, memoratae congregationi duxerimus indulgendum, ut si contingat civitates, terras vel loca, in quibus monasteria sive loca dictae congregationis consistant, ecclesiastico esse supposita interdicto, ipsi tamen dictae congregationis praelati et monachi, ianuis clausis, interdictis exclusis, submissa voce, missas et alia divina officia celebrare possint, nos, volentes congregationem ipsam uberius dono gratiae confovere, ut huiusmodi tempore interdicti, etiam conversi, commissi, capellani et laici, qui intra septa ipsorum monasteriorum sive locorum pro tempore habitaverint, a praefatae congregationis monachis ad id deputatis, missas et alia divina officia audire

Facultas divina celebrandi officia tempore interdicti (1);

(1) Attende statuta a Concil. Trident., sess. xxv, cap. 12.

et ecclesiastica sacramenta licite suscipere valeant, similiter praesentium tenore statuimus.

Ordines a quocumque suscipiendi episcopo (1).

§ 5. Insuper, cum dudum congregationi huiusmodi, quod monachi praesentes et futuri praefatae congregationis, praesentati a suis superioribus, ordinari possint a quocumque catholico episcopo, per antefatas nostras literas indulserimus; volentes etiam eandem congregationem amplioribus favoribus prosequi, quod, absque alio examine, monachi huiusmodi ordinari debeant de praesentantium conscientia confidentes; quodque monachi congregationis huiusmodi quemcumque catholicum episcopum, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentem, in dietae congregationis monasteriis et locis dumtaxat advocare valeant, cui liceat apostolica auctoritate, absque aliqua licentia et contradictione dioecesani, nulla (ut praefertur) examinatione praemissa, monachos ordinare, missas celebrare, Ecclesias, altaria et vasa consecrare, vestes benedicere et alia pontificalia exercere, de quo dioecesanum loci non oporteat timere, quod huiusmodi ordinationis occasione iuris sui praerudicium incurrat, eadem auctoritate indulgemus.

Exemptio ab exactionibus et iurisdictione ordinariorum (2).

§ 6. Cumque alias per easdem nostras literas congregationem praefatam ab omni iurisdictione ordinariorum, et a caritativis subsidiis ac omnibus oneribus eximentes, sub nostra et B. Petri protectione susceperimus, prout in dictis literis plenius continetur, quarum tenorem hic volumus haberi pro sufficienter expresso, in dubium postea versum est (prout nobis relatum extitit) an antiquos census, ratione visitationis aut subiectionis huiusmodi ordinariis, universitati, collegiis sive capitulis, haecenus debitos, monasteria dietae congregationis de caetero solvere teneantur; nos, volentes super hoc de opportuno remedio providere, declaramus et nihilominus de novo statuimus, quod dietae congregationis monasteria sive loca, a die exemptionis huiusmodi, ab omnibus censibus, redditibus et solutionibus, ratione visitationis aut subiectionis quocumque iure haecenus debitis, aut in futurum debendis, quibuscumque ordinariis, capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus, aut aliis quibuscumque personis, de plenitudine potestatis apostolicae, omnino liberamus. et penitus absolvimus. Non obstantibus praescriptionibus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis, decretis et privilegiis apostolicis quibuscumque in contrarium facientibus, de quibus specialis et expressa, ac de verbo ad verbum esset mentio facienda.

§ 7. Ut autem huiusmodi congregationis monachi liberius in eorum regularis vitae observantia valeant perdurare, omnes et singulos episcopos vel locorum quorumlibet ordinarios, aut alias quasvis personas, ad monasteria sive loca dietae congregationis, causa ordines celebrandi, seu causas civiles aut criminales exercendi, conventus sive synodus et processiones convocandi, missas et alia officia celebrandi, sub excommunicationis poena, quam incurrant ipso facto, si aliter attentaverint, accedere vel immorari, ipsis invitis, tenore praesentium prohibemus.

Monachi non cogendi ad processiones, aliasque (1).

§ 8. Plane, ut huiusmodi congregationis monachi in vitae honestate et odore bonae famae apud Deum et homines conserventur, et quia ibi cautius est agendum, ubi maius imminet periculum animarum, eadem auctoritate statuimus, quod nulli hominum liceat quascumque mulieres laicas, seu religiosas, cuiuscumque aetatis, status, gradus, auctoritatis vel conditionis existant, quavis occasione ducere, sive ipsis mulieribus ingredi, seu commorari infra septa monasteriorum praefatae congregationis; quod si aliter scienter attentatum fuerit, tam ipsae mulieres, quam earum ductores, sed et ipsi receptatores,

Foeminae eorum monasteria non ingrediantur.

(1) Concil. Trident., sess. II, cap. 11, et sess. XXIII, cap. 12. (2) Vide Concil. Trident., sess. XXV, c. 11 et 14.

(1) Quoad processiones, vid. Concil. Trident., sess. XXV, cap. 13.

si voluntarie hoc fecerint, ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant, a qua dietae congregationis personae absolvi possint per praesidentem et visitatores congregationis huiusmodi.

Praelatis data potestas monachos dispensandi;

§ 9. Quin etiam, ne praefatae congregationis monachi, ab eorum quiete distracti, Romanam Curiam pro crebris obtinendis licentiis frequenter adire cogantur, quod omnibus casibus, in quibus de inre communi, praelatis et monachis dietae congregationis auctoritas, sive licentia, seu dispensatio ordinarii esset necessaria, si ab eisdem exempti non essent, praelatis, abbatibus, prioribus et rectoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, una cum eorum conventibus, auctoritate apostolica, absque eo quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum, huiusmodi licentiam et auctoritatem, tenore praesentium, indulgemus.

Monachis vero denegata extra congregationem alieno stare servitio, obsequio etc.

§ 10. Prohibemus etiam, ad obstruendas vias, quibus praefati monachi extra congregationem huiusmodi in earum praedictum animarum vagari possent, omnes et singulas personas ecclesiasticas aut saeculares, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant, et quacumque praefulgeant auctoritate vel dignitate, ne quemquam ex praelatis vel monachis congregationis praedictae penes se obsequiorum vel servitiorum aliquorum sui, vel monasteriorum suorum obtentu; aut si absque licentia suorum superiorum a se diverterint, seu alia quavis causa a dicta congregatione abstrahere, seu etiam ad se sponte venientes retinere praesumant, etiam auctoritate literarum apostolicarum, in quibus de huiusmodi persona ac congregatione nominatim et expresse mentio facta non fuerit, absque consensu capituli generalis, seu praesidentis et maioris partis visitorum congregationis eiusdem, sub poena excommunicationis, quam ipso facto incurrant, si facta eis notitia de huiusmodi privilegio, infra tres dies personam ipsam dietae congregationi non restituerint cum effectu, vel ab eis

abiecerint, a qua sententia, non nisi in mortis articulo et a Sede Apostolica, recipientes et recepti absolvi possint: non obstantibus quarumcumque Religionum, vel Ordinum, aut alterius cuiusvis personae privilegiis et indultis quibuscumque, de quibus esset specialis et de verbo ad verbum mentio facienda, quibus omnibus volumus nominatim et specialiter per huiusmodi indultum, quoad praemissa, derogari.

§ 11. Praeterea, ne quies et pax monachorum et personarum de dicta congregatione quovis modo, etiam per indirectum, conturbari contingant, quascumque sententias latas ab ordinariis, seu quibuscumque personis, quacumque praefulgeant dignitate, contra benefactores dietae congregationis, occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subditi eorum cum huiusmodi monachis converterentur, seu ab eis recipiant absolutionis beneficium et Eucharistiae sacramentum, ipso facto, irritas et inanes eadem auctoritate decernimus.

Benefactores, vel Eucharistiam a monachis sumentes, non molestandi.

§ 12. Cum autem interdum contingat nonnullos monachos inobedientes et rebelles a monasteriis et eorum superiorum obedientia se subtrahere, et ut, invitatis superioribus, redeant, apostolicas literas impetrare, huiusmodi malignitatibus obviare volentes, ne quis praefatae congregationis monachos vel praelatos, vigore quarumcumque literarum huiusmodi, nisi nominatim et expresse apparuerit de mente Summi Pontificis, qui pro tempore fuerit, huic nostro indulto velle derogare, ad ipsos recipiendum compellere possit; etiam si huiusmodi literis clausula, privilegiis et indultis dietae congregationi concessis non obstantibus, et de quibus expressa mentio fieri debeat, expresse contineatur, praesentis paginae tenore decernimus.

Monachos inobedientes praelati inviti non excipiant.

§ 13. Insuper tranquillitati eorum intendentes, ne ii, qui Marthae circa plurima satagentis officium dimiserunt, eligentes potius cum Maria circa pedes Domini

Nec quis cogi possit ad exequenda mandata praelatorum extra congregationem,

residere, ad audiendum verbum illius, causarum turbinibus perturbentur, si contingat aliquem literas apostolicas commissorias de administranda iustitia, executione facienda, visitatione exercenda, aut alia quavis causa ad aliquem praelatum vel monachum dictae congregationis directas, impetrasse, nisi huic indulto ex parte specialiter et nominatim derogetur, ad huiusmodi causas, taliam obtentu literarum, praeter liberam eorum voluntatem, procedere vel eas exequi minime teneantur. indulti huiusmodi tenore decernimus.

Aut contestan-
dem in qualibet
causa.

§ 14. Plane, ne praelatos et monachos huiusmodi causarum strepitus inquietet, et ab otio sancto deducat, ne quis praelatos, monachos et personas de huiusmodi congregatione subire de calumnia et veritate dicenda iuramentum, aut ad ferendum testimonium, quatenus ex causa compellat invitos, sive extra civitates et dioeceses suas trahat, seu in eos vel eorum aliquem, propterea excommunicationis, vel alias censurae seu poenae sententias proferat per literas Apostolicae Sedis, vel legatorum eius, nisi in eisdem literis de huiusmodi indulgentia plena et expressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio specialiter, eadem auctoritate indulgemus; excommunicationis, suspensionis et interdicti, et alias sententias, si quas in eos vel aliquem eorum contra indultum huiusmodi promulgari contigerit, decernentes praesentium tenore irritas et inanes. Praelatis et monachis congregationis praedictae, monachorum, conversorum et commissorum ipsius congregationis in causis eorundem civilibus et criminalibus testimonio libere et licite uti posse, tenore praesentium declaramus.

Ite vero monachi habeant ea repetendi, quae, si in sacculo essent, rapere potuissent.

§ 15. Quodque praefatae congregationis monasteria, bona mobilia et immobilia, in quibuscumque civitatibus et locis, quovis titulo acquirere possint; petendi etiam et exigendi monachis et personis huiusmodi praefata bona undecumque vel qualitercumque eis debita, et quae, si in sacculo

remanissent, ius petendi et exigendi haberent, ipsis eorum monasteriis acquirenda; non obstantibus quibuscumque statutis, ordinationibus et decretis eiusdem ecclesiae sive saecularis personae, communitatis, collegii sive universitatis, aut alterius, cuiuscumque gradus, status, dignitatis, officii et auctoritatis existat, praesentium literarum serie statuimus.

§ 16. Praeterea, cum saepe contingat, ob devotionem quam ad monachos praefatae congregationis nonnullae personae habent singularem, ad praefatos monachos, pro earum salute animarum, recurrere; nos volentes eorum devotioni satisfacere, et in favorem Religionis ac observantiae regularis, quod liceat huiusmodi personis, dictae congregationis praelatos, sive monachos deputatos a suis superioribus ad audiendum confessiones, accedere, quas possint audire absque aliqua dictarum personarum superiorum licentia et contradictione, ac eis absolutionis beneficium impendere ab omnibus peccatis, et dispensare super omnes casus, praeter ea peccata et eos casus, de quibus ipsis confessoribus ad eorum ordinarios videbitur recurrendum, aut de quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda, et eis ministrare Eucharistiae sacramentum, de specialis dono gratiae elargimur.

Confessiones audire possunt, et absolvere a casibus non reservatis.

§ 17. Quinetiam, cum Religionis favore nonnulla concedantur, quae alias interdicti solent, quod, si qui ex monachis congregationis praefatae defectum natalium patientur, in monasterio tamen alias laudabiliter conversati, huiusmodi defectu non obstante, ad sacros ordines et officia, praelationes, dignitates et honores in eorum monasteriis, iuxta constitutiones eorum, libere et licite valeant promoveri, congregationi memoratae, tenore praesentium, indulgemus.

Defectum natalium patientes ad sacros ordines et praelaturas promoveri possunt.

§ 18. Volentes insuper, quod praelati congregationis praefatae, licet munus benedictionis non acceperint, perinde tamen monasteria ipsius congregationis regere et administrare, ac omnes actus in ipsis

Praelati, quamvis non benedicti, monasteria possunt regere.

valeant exercere, ac si munus huiusmodi fuerint consecuti.

Ex his, quae contra haec statuta contigerit attentari, nullum eisdem praedictum iudicium parivult.

§ 19. Adiciemus etiam, quod si quandoque contigerit, per aliquem aut plures actus, contra huiusmodi decreta, privilegia et ordinationes, aut ipsorum aliquid a quocumque, cuiuscumque conditionis, dignitatis, gradus seu status existant, ex negligentia vel ignorantia praesentium et futurorum, quibus haec conceduntur, aut alia quavis causa, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tempore observatum, ignoranter vel scienter, nullum tamen praedictum decretis huiusmodi volumus generari, sed in suo vigore et robore permanere.

Litterae apostolicae in contrarium, non praedi- cent, nisi constet de mente Pontificis, quod hisce privilegiis voluerit derogare.

§ 20. Postremo, cum plerumque contingat, praenimia importunitate petentium ac negotiorum multitudinem et suppressione veritatis, Summos Pontifices fatigatos, aut circummetitos, ea concedere, quibus alias nullatenus annuerent, auctoritate praesentium statuimus, decernimus et ordinamus, quod quaecumque litterae apostolicae, etiam proprio motu confectae, aut in futurum conficiendae, etsi in eisdem clausula, privilegiis et indultis dictae congregationi concessis non obstantibus et de quibus expressa mentio fieri debeat, expresse contineatur, quae obviant et contrafaciant huic praesenti privilegio, aut cuilibet eius particulae, nisi appareat evidentissime et apertissime, quod Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit, huic indulto vel alicui eius parti vellet per litteras apostolicas derogare, facientes specialem mentionem de verbo ad verbum ex certa scientia de huiusmodi privilegio ac ipsa congregatione, diversis nominibus eam nominando, per haec praecise vocabula *congregationem Unitatis, alias de Observantia S. Iustinae nuncupatam*, causasque legitimas allegaverit cur his obviare intendat decretis, nullius sint roboris vel momenti.

Obstantium derogatio.

§ 21. Non obstantibus in Constantiensi et aliis conciliis, a fel. recordat. Innocentio quarto et Martino quinto, necnon

aliis Summis Pontificibus, praedecessoribus nostris, editis constitutionibus et ordinationibus, etiam si de illis specialis et expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda esset, quibus quoad praemissa (1).

Nulli ergo etc.

Datum Bononiae, anno Incarnationis dominicae mccccxxxvi, pridie kalend. iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 30 iunii 1436, pontif. anno vi.

Sequitur exemptio de qua in rubrica.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa exemptionis concedendae. — 2. Exemptio a qualibet solutione portionis pro funeralibus, aliisque quaecumque. — 3. Quibuscumque non obstantibus. — 4. Irritatio contrariorum.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad Ecclesiarum et monasteriorum ac personarum ecclesiasticarum omnium, praesertim regularem vitam professarum, statum salubriter dirigendum, iuxta pastoralis officii debitum, curam et sollicitudinis nostrae partes libenter impendimus.

Exordium.

§ 1. Cum itaque dudum congregationi monachorum de Observantia S. Iustinae, alias Unitatis nuncupatae, Ordinis S. Benedicti, nobis et Romanae Ecclesiae immediate subiectae, per alias nostras certi tenoris litteras, quarum tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso, sepulturam in monasteriis et locis eorum, salvo tamen iure parochianorum Ecclesiarum, a quibus corpora assumuntur, prout in praefatis literis plenius continetur, concesserimus.

Causa exemptionis concedendae.

§ 2. Nos volentes ulterius praefatae congregationis monachos, qui a pluribus citra temporibus in observantia regulari et vitae sanctimoniam variis multiplicarunt, prout in dies multiplicant, virtutum meritis, et ut Altissimo commodius possint et quietius deservire, ac reparationi mo-

Exemptio a qualibet solutione portionis pro funeralibus, aliisque quaecumque.

(1) Caetera prout in Constit. vi, pag. 11 huius tomi.

nasteriorum eorum, qua maxime indigent, vacare, amplioribus favoribus prosequi, motu proprio, non ad ipsorum, aut alienius eorum nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnibus et singulis dictae congregationis monasteriis, prioratibus, graugis, membris manualibus et locis, ut ad dandum, seu solvendum aliquam canonicam portionem, sive decimas, aut aliud quodcumque, quod loco eorum solvi consuevisset, parochianis, episcopis, archiepiscopis, capitulis, collegiis, universitatibus, communitatibus, fabricis et aliis quibuscumque personis, de iure vel consuetudine, aut statutis vel privilegiis quibuscumque, ex quacumque causa hactenus debita, seu quae deberi praetendatur quomodolibet in futurum ab eisdem, etiam de relictis, legatis et donatis, tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, seu quacumque occasione concessis praeteritis et in posterum concedendis, minime teneantur.

§ 5. Quibuscumque constitutionibus apostolicis ac praefatis nostris literis, quibus, quatenus huic nostro indulto obviam, volumus derogare, et aliis consuetudinibus, statutis, praescriptionibus et privilegiis, sub quacumque forma, aut quibuscumque clausulis editis, non obstantibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, praesentibus expressa et specialis ac individua foret habenda mentio, auctoritate apostolica, tenore praesentium, ex certa scientia, de specialis dono gratiae indulgemus.

§ 4. Decernentes ex nunc, omnes et singulas excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliasque quascumque sententias, quas, contra personas dictae congregationis sive monasterii et loca et alia in praerudicium concessionis huiusmodi, promulgari contigerit, nullas, necnon irritum et inane etc.

Nulli ergo etc.

Datum Bononiae, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXVI, quarto nonas iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 4 iulii 1436, pontif. anno vi.

XIV.

Iurisdictio et facultates iudicum conservatorum quarumcumque litium congregationis Cassinensis, alias S. Iustinae de Padua, monachorum Ordinis S. Benedicti.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Illis per nonnullos gravibus congregationi huic damnis, — 2. Praesides supplicant Sanctissimo pro opportuno remedio; — 3. Qui certos ad hoc iudices deputat; — 4. Obstantibus derogat, — 5. Conservatorumque ampliat facultates.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopo Mediolanensi, et Castellanensi ac Christoforo Ariminen. episcopis, necnon dilecto filio abbati monasterii Cassinen. nullius dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Militanti Ecclesiae, licet immeriti, disponente Domino, praesidentes, circa curam Ecclesiarum et monasteriorum, aliorumque piorum locorum omnium, solertia reddimur indefessa solliciti, ut, iuxta debitum pastoralis officii, eorum occurramus dispendiis, et profectibus, divina cooperante clementia, salubriter intendamus.

§ 1. Sane dilectorum filiorum praesidentis, visitorum et praelatorum congregationis monachorum, monasteriorum, prioratum, domorum et locorum Unitatis, alias de Observantia S. Iustinae nuncupatae, Ordinis S. Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, alique Ecclesiarum praelati et clerici, ac ecclesiasticae personae, tam religiosae quam saeculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia

Quibuscumque non obstantibus.

Irritatio contrarium.

Proœmium.

Illis per nonnullos gravibus congregat. huic damnis,

civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac altae singulares personae civitatum et dioecesium et aliarum partium diversarum, violarunt, occuparunt et occupari fecerunt Ecclesias, castra, villas et alia loca, sive membra, terras, domos, grangias, molen- dina, decimas, obedientias, casalia, vineas, prata, nemora, piscationes, possessiones, iura, privilegia et iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus et proventus dictae congregationis, ac monasteriorum, prioratum, domorum, aliorumque loco- rum sub congregatione huiusmodi compre- hensorum, sive illi subiectorum; et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad congregatio- nem, sive monasteria, prioratus, membra, necnon subiecta, domos et loca huiusmodi spectantia, et ea detinent indebite occu- pata, seu ea detinentibus praestant auxi- lium, consilium vel favorem. Nonnulli etiam civitatum, dioecesium et partium praedictarum, qui nomen Domini in va- cuum recipere non formidant, eisdem, praesidenti, visitoribus, necnon dilectis filiis abbatibus monasteriorum et prioribus prioratum praedictorum, ac eorundem, necnon congregationis, ac subiectorum domorum et locorum huiusmodi personis aliis, super praedictis castris, villis et locis aliis, terris, domibus, pertinentiis, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus et proven- tibus eorundem, ac quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritua- libus et temporalibus, et aliis rebus ad congregationem, monasteria, prioratus, necnon subiecta domos et loca huiusmodi spectantibus, multiplices molestias et ini-urias inferunt ac iacturas.

§ 2. Quare dicti praesidens et visita- tores nobis humiliter supplicarunt, ut eum eisdem valde reddatur difficile et aliis abbatibus, prioribus et praelatis huius- modi pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curaremus.

Praesides sup- plicant Sanctis- simo pro oppor- tuno remedio.

§ 3. Nos igitur, adversus violatores, oc- cupatores, detentores, praesumptores, mole- statores et iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem congregationi, praesidenti, visitoribus, abbatibus, prioribus et per- sonis aliis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia praecludatur; discretioni vestrae, ex certa scientia, per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut singuli vestrum, per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conserva- tores et iudices, ipsis praesidenti, visita- toribus, abbatibus, prioribus et personis, necnon conventibus, domibus ac membris eisdem subiectis, efficaciis defensionis praesidio assistentes, non permittatis eos- dem super iis et quibuscumque aliis bonis et iuribus, ad congregationem, monasteria, prioratus, necnon subiecta domos et loca praedicta spectantibus, ab eisdem vel qui- busvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina, seu damna vel iniurias irro- gari, facturi, dictis praesidenti, visitoribus, abbatibus, prioribus et personis, quum ab eis vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti de praedictis ac aliis personis quibuslibet super restitu- tione huiusmodi prioratum, Ecclesiarum, membrorum, grangiarum, castrorum, ca- salium, villarum, terrarum, possessionum et aliorum locorum, iurisdictionum, iu- rium, reddituum quoque et proventuum et aliorum quorumcumque bonorum spiri- tualium et temporalium, necnon de quibus- cumque molestiis, iniuriis atque damnis praesentibus et futuris in personis et rebus ipsorum, in illis videlicet quae iu- dicialem requirunt indaginem, summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iustitiae complementum. Violatores, occupatores, seu detentores, praesumptores, molesta- tores et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuius-

Qui certos ad hoc indices de- putat;

cumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, quodocumque et quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, ac omni appellatione processum causarum quovis modo respiciente postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Obstantibus derogat,

§ 4. Non obstantibus tam fel. rec. Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri, in quibus cavetur ne aliquis, extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diaetam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices et conservatores a Sede deputati praedicta, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel alii vices suas committere, aut aliquos ultra unam diaetam a fine dioecesis eorundem trahere praesumant, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis ac violentiis, et aliis quae iudicalem requirunt indaginem, poenis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant. Et tam de duabus diaetis in concilio generali, dummodo ultra duas aliquis extra suam civitatem et dioecesim, auctoritate praesentium, ad iudicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitutionibus, a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis et conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quae vestrae possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus, communiter vel divisim, a praedicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, Ordinibus et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia di-

ctae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existant, per quam, praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, vestrae iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, de qua, cuiusque toto tenore de verbo ad verbum, in nostris literis habenda sit mentio specialis.

§ 5. Caeterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico praepeditus. Quodque a datis praesentium, sit vobis et unicuique vestrum, in praemissis omnibus et eorum singulis, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, perpetua potestas et iurisdictione attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis, in praemissis omnibus, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, et pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia et singula coram vobis coepta fuissent, et iurisdictione vestra et cuiuslibet vestrum, in praemissis omnibus et singulis, per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione praedicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conservatorumque ampliat facultates.

Datum Bononiae, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXVI, VIII kalend. decembris, pontificatus nostri anno VI.

Dat. die 24 novembris 1436, pont. anno VI.

XV.

Concessio nonnullarum gratiarum eremitis B. Petri de Pisis nuncupatis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Facultas eligendi sibi confessores; — 2. Eligendique sacerdotes, qui divina celebrent, ministrentque sacramenta; — 3. Eremitas absolvant ab irregularitate. — 4. Item, licentia eleemosynas quaerendi tempore interdicti; — 5. Altare portatili utendi; — 6. Coemeteria habendi;

— 7. Ordines a quo liberit suscipiendi episcopo; — 8. Alia acquirendi loca. — 9. Derogatio contrariorum.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratri Bartholo de Caesena, ac universis eremitis de societate quondam fratris Petri de Plsis, praesentibus et futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Provenit ex vestrae devotionis affectu, quo nos et Romanam Ecclesiam reveremini, ut petitiones vestras, illas praesertim, quae animarum vestrarum videntur salutem respicere, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Facultas eligendi sibi confessores; § 1. Hinc est, quod nos, vestris supplicationibus inclinati, vobis omnibus et singulis, auctoritate apostolica, tenore praesentium, indulgemus ut confessores idonei, quos duxeritis eligendos, in vita confessiones audire et omnium et singulorum, qui in ipsa societate pro tempore fuerint, ab omnibus casibus, super quibus etiam Sedes Apostolica merito esset consulenda, pro semel tantum postquam in societate remanere deliberaverint, in aliis vero casibus, quandocumque absolvere possint, eis imposita poenitentia salutaris; et in mortis articulo, semel tantum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis, plenam remissionem vobis, in sinceritate fidei et unitate Sanctae Romanae Ecclesiae ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, persistentibus, eadem auctoritate concedere valeant. Ita tamen quod ipsi confessores de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per vos, si supervixeritis, aut per successores vestros, si tunc forsan transieritis, faciendam iniungant, quam vos vel illi facere teneamini. Et ne, propter huiusmodi gratiam, reddamini procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus quod si, ex confidentia remissionis huiusmodi, aliqua commise-

ritis, quoad illa, remissio ipsa vobis nullatenus suffragetur.

§ 2. Quod singuli dictae societatis seu alii saeculares vel regulares vel religiosi sacerdotes, quos similiter duxeritis eligendos, in vestra et vobiscum commorantium personarum praesentia, in oratorii, Ecclesiis et locis eiusdem societatis nunc per vos acquisitis et in antea acquirendis, dioecesani loci, seu alterius cuiuscumque licentia minime requisita, missas et alia divina officia, tam feriatis quam aliis diebus, tempore congruo celebrare, necnon Eucharistiae, extremae unctionis et alia quaecumque ecclesiastica sacramenta, absque parochiani iuris praedictio, ministrare, ad quae etiam suscipienda extra loca, seu oratoria dictae societatis compelli non possitis.

Eligendique sacerdotes, qui divina celebrent, ministrantque sacramenta;

§ 3. Quodque sacerdotes societatis praedictae, cum omnibus et singulis eremitis ipsius societatis, super irregularitate per ipsos quoquomodo vel ex quavis causa contracta, ut divinis officiis et obsequio missae interesse possint, dispensare, et infamiae maculam abolere possint et valeant.

Eremitas absolvant ab irregularitate.

§ 4. Insuper, quod cum excommunicatis et interdictis seu quavis censura ligatis, pro elemosinis ad sustentationem vitae vestrae dumtaxat acquirendis et non alias, conversari, ita quod hoc ad culpam vobis minime imputetur, possitis.

Item, licentia elemos. quaerendi tempore interdicti;

§ 5. Quodque, in locis et oratoriis per vos et successores vestros acquisitis et acquirendis, altare portatile, pro missis celebrandis et aliis divinis officiis in locis ad id congruis et honestis, cum debita reverentia habere possitis.

Altare portatili utendi;

§ 6. Loca autem pro sepeliendis eremitis et aliis servientibus vobis, per quemcumque seu quoscumque catholicos episcopos, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habentes, consecrari seu benedici possint.

Coemeteria habendi;

§ 7. Quodque omnes et singuli vestrae societatis, qui alias habiles et idonei re-

Ordines a quo
liberit susci-
piendi episco-
po (1);

perti fuerint, a quocumque antistite gratiam et communionem dictae Sedis habente, ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines alias rite promoveri et in illis ministrare, proprii tum episcopi, sub cuius dioecesi mora trahitur, licentia prius requisita et obtenta, libere et licite valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium, indulgemus.

Alia acquiren-
di loca.

§ 8. Et insuper, ut oratorium S. Mariae Magdalenae Paduanensis et alia quaecumque loca per vos acquisita, et acquirenda per societatem praefatam et eius nomine, cum omnibus et singulis iuribus et pertinentiis eorum, absque impedimento et contradictione cuiuscumque retinere, nec non omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, indultis et exemptionibus, quibus alia oratoria et loca eremitarum utuntur et gaudent, etiam uti et gaudere possint et valeant, eadem auctoritate concedimus per praesentes.

Derogatio con-
trariorum.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et prohibitionibus apostolicis specialibus vel generalibus, etiam si tales sint, de quibus praesentibus specialis et expressa esset mentio habenda, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Ferrariae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, octavo kal. martii, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 22 februarii 1437, pont. anno vi.

XVI.

Translatio generalis concilii Basileensis ad civitatem Ferrariae in provincia Lombardiae.

SUMMARIUM

Deus Ecclesiam suam fluctuare, sed non mergi patitur. — 1. Convenientibus itaque Ferrariae Orientalibus et Occidentalibus populis; — 2. Ipsoque instante imperatore cum patriarcharum legatis, multisque epi-

scopis; — 3. Illuc pro concilio statuit conveniendum.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad aeternam rei memoriam.

Magnas omnipotenti Deo gratias oportet nos agere, qui, antiquarum suarum misericordiarum non immemor, Ecclesiam suam continuo reddit amplio-
Deus Ecclesiam suam fluctuare, sed non mergi patitur.

rem. Quam quidem, etsi laborare, multisque tempestatibus fluctuare permittit, nunquam tamen submergi patitur, verum a fluctibus et magnis aestibus maris reservat, et pro suo erga genus humanum amore, inter multos et varios casus et calamitates, virentem semper fovet, ac magis vigentem reddit.

§ 1. Ecce enim Orientales et Occidentales populi, iamdiu inter se dissidentes atque disiecti, ad pacem atque coniunctionem convenire festinant. Quippe qui discordes iam et inimici, tandem post multos annos, favente Deo, ex quo omne datum bonum, sanctae coniunctionis desiderio affecti, in hunc convenere locum. Nostrae igitur servitutis ac totius Ecclesiae opera est et esse credimus, tentare pro viribus, ut haec principia tam felicia, studio nostro ita felicem exitum consequantur, ut Dei gratiae cooperatores esse, dicique mereamur.

§ 2. Cum itaque dilectissimus filius Ioannes Palaeologus, Constantinopolitains imperator, una cum piissimo fratre nostro Iosepho, patriarcha Constantinopolitano, necnon caeterorum patriarcharum legatis, ac multis amplissimis metropolitibus et episcopis, ac aliis ordinibus ecclesiasticis et viris nobiles, ad octavum diem proximi mensis februarii Venetias advenerit, nobis id, quod aliis etiam ex locis antea fecerat, continuo literis suis significavit, se quibusdam de causis non alienis a ratione Basileam, ubi synodus celebranda erat, ire non posse, idque his qui ibi iam essent scripsisse, notumque fecisse, volens propterea et contendens, ut ipsa synodus huc Ferrariam transfer-

Convenientibus itaque Ferrariae Orientalibus et Occidentalibus populis;

Ipsaque instante imperatore cum patriarcharum legatis, multisque episcopis;

(1) Vide Concil. Trident., sess. vii, cap. 11.

retur, et hic tam pium negotium concluderetur.

Illae pro concilio statuit conueniendum.

§ 3. Nos igitur, quibus sancta christianorum coniunctio cordi mirum in modum est, quique ipsam celerrime conficere cupimus, decretum Basileen. concilii de celebrando generali concilio, Graecis volentibus, promulgatum ac editum, et a nobis postea Bononiae, praesentibus ipsius imperatoris ac patriarchae oratoribus, susceptum et approbatum, quaeque ad praesens sanctae coniunctionis negotium spectent, pro nostra servitute volentes exequi ut debemus, et cupientes ipsum ad conclusionem perducere, omni modo et forma, quibus possumus et debemus, praesentibus et consentientibus imperatore ac patriarcha et ceteris hic ad celebrandam synodum congregatis, notum facimus et declaramus praedictam synodum hic Ferrariae, qui quidem locus liber et tutus est, celebrandam esse, et sic ab omnibus existimari ac dici debere; sperantes hic, absque discordia et contentione, aliave molestia, sed potius amore summo, divinam ipsam pacem et caetera sancta opera, pro quibus synodus convocatur, tractari, Deoque placato ac favente, feliciter confici posse.

Datum Ferrariae, die ix mensis aprilis MCCCXXXVII, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 9 aprilis 1437, pontif. anno VII.

XVII.

Praefinitio numeri clericorum rever. Cam. Apostolicae praesidentium, ad septem.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huiusce faciendae reductionis. — 2. Reductio (de qua in rubrica). — 3. Aggregandus supra d. numerum emolumentorum expers. — 4. Mandatum camerario, clericisque, ut neminem supra d. numerum recipiant.

Eugenius episcopus,
ad perpetuam rei memoriam.

Inter cetera gravia pulsantia pectus nostrum sunt ea potissime, per quae Romanae Curiae honor, decusque servatur, et officialium illius ordines debite disponuntur, unde contingit ad Sedem Apostolicam confluentes debite expedire.

Exordium.

§ 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Apostolicae Camerae clericorum capellanorum nostrorum nobis exposito, quod proventus et emolumenta singulorum eorundem, ob ipsorum numerum excrescentiam et augmentum, adeo sunt ex temporum causante malitia diminuta, quod inde nequeunt vitam ducere condecentem; quodque, iuxta antiquam, laudabilemque consuetudinem, etsi maior negotiorum concursus existeret atque frequentia, minor tamen numerus existeret et stipendia pinguiora, poterantque propterea eiusdem Camerae servitiis et obsequiis eo magis et melius insudare, quo non oportebat victum quaerere aliunde; ac subiuncto, quod si numerus eorum ad numerum septenarium reduceretur, profecto Camera praedicta meliorem formam haberet, et illius negocia dirigerentur in melius, et loci et personarum decori et honestati foret, absque ulla dubitatione, provisum.

Causae huiusce faciendae reductionis.

§ 2. Nos praefatorum clericorum votis favorabiliter annuentes, ac attendentes quod non amplior ponendus est numerus in officio ministrorum, quam possit de illius proventus congrue sustentari, quodque septenarius clericorum numerus, decens sit ad negocia praefatae Camerae recte ubilibet dirigenda, praesenti constitutione, quam irrefragabiliter observari volumus, apostolica auctoritate sancimus, quod de caetero nullus ad officium clericatus Camerae huiusmodi assumatur, seu illius clericorum consortio aggregetur, donec numerus eorum ad septenarium numerum sit reductus.

Reductio (de qua in rubrica).

§ 3. Nihilominus, si contingat aliquem

Aggregandus supra d. numerum emolumentorum expertes.

Mandatum camerario, clericisque, ut neminem supra d. numerum recipiant.

vel aliquos, ultra praefatum numerum, eorundem clericorum consortio aggregari, illos esse decernimus omnis perceptionis emolumentorum expertes.

§ 4. Mandantes dilecto filio nostro Francisco tituli Sancti Clementis, presbytero cardinali, camerario nostro, et eius in dicto officio successoribus, reliquisque eiusdem Camerae clericis, atque gentibus praesentibus et futuris, ne quemquam de cetero ad huiusmodi emolumentorum perceptionem admittant donec eorundem clericorum numerus ad numerum septenarium, ut praemittitur, sit reductus. Statuentesque, postquam reductus fuerit, ut praefertur, ut Camera praedicta septem clericorum numero, quoad emolumentorum perceptionem, tantummodo sit contenta, quem numerum ex tunc in eadem Camera perpetuo, auctoritate simili, stabilimus.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Dat. Ferrariae, an. Dom. MCCCXXXVIII, v id. iulii, pont. nostri anno VIII.

Dat. die 11 iulii 1438, pontif. anno VIII.

XVIII.

Quod abbates Ordinis Cisterciensis, quavis auctoritate, etiam Apostolica, ad abbatias promoti, vel confirmati, ab eiusdem Ordinis abbate generali, visitoribus et reformatoribus non sint exempti (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius constitutionis. — 2. Constitutio (de qua in rubrica). — 3. Poena contravenientium. — 4, 5. Derogatio contrariorum.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium. Ad universalis Ecclesiae regimen, licet insufficientibus meritis, divina disponente clementia, deputati, non possumus non

(1) Ordinis huius Constitutiones vide superius in Eugenio III, Constit. I, vol. II, pag. 582.

Bull. Rom. Vol. V.

turbari, cum monasteria et alia loca regularia sentimus in aliqua parte laedi; sed tunc profecto acerbiori dolore confodimur, cum ubi speciosiora esse solent, enormius deformantur.

§ 1. Sane pro parte dilecti filii Ioannis, abbatis monasterii Cisterciensis Cabilonensis diocesis, exhibita nobis nuper petitio continebat, quod nonnulli Cisterciensis Ordinis abbates, alii videlicet se ad abbatiales dignitates, quas obtinent, per Apostolicam Sedem promotos, alii vero electiones de eis ad dignitates similes factas, et per Sedem fuisse confirmatas eandem asserentes, et eo praetextu se fore exemptos, ad capitula generalia dicti Ordinis accedere, visitoribus quoque et reformatoribus Ordinis eiusdem parere negligunt et recusant, praedictum abbatem generalem, visitores et reformatores huiusmodi contemnescentes, in ipsorum vilipendium, ac scandalum totius Ordinis non modicum et iacturam.

§ 2. Quare pro parte dicti abbatis nobis fuit humiliter supplicatum ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui Ordinum et monasteriorum quorumlibet curam gerimus generalem, quorumque interest super talibus providere, cupientes quod Ordo ipse et illius personae, praesertim in dignitatibus constitutae, in caritatis et obedientiae vinculo cum abbate praefato et aliis eorum superioribus se conforment, eisque, iuxta statuta et ordinationes, et laudabiles consuetudines dicti Ordinis, pareant et intendant, auctoritate apostolica, tenore praesentium, declaramus quoscumque Ordinis praefati abbates, apostolica vel alia quavis auctoritate promotos, illorum etiam quorum electiones ad abbatiales dignitates sunt eadem apostolica vel auctoritate alia confirmatae, nullatenus, propter promotiones vel confirmationes huiusmodi, ab abbate Ordinis, visitoribus et reformatoribus huiusmodi fuisse vel esse exemptos. Decernentes eos et quoscumque alios apostolica vel alia quavis

Camerae huius constitutionis.

Constitutio (de qua in rubrica).

auctoritate huiusmodi de cetero promovendos, ac etiam illos quorum electiones confirmari in futurum contigerit, ut praefertur, eisdem abbati Ordinis, visitoribus et reformatibus, illorumque correctoribus, prout ante erant subditi, subiacere et omnino subesse.

Poenae contra-
venientium.

§ 3. Nos enim omnes et singulos, qui, praetextu promotionis seu confirmationis de se factae huiusmodi, praesumpserint rebellionis, contemptiois, vilipensionis aut inobedientiae, contra patrem abbatem Ordinis, visitatores et reformatores huiusmodi pro tempore existentes, cornua elevare, excommunicationis sententiae decernimus subiacere.

Derogatio con-
suetudinum.

§ 4. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac monasterii et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis non obstantibus quibuscumque; seu si promotis et confirmatis, seu forsitan promovendis et confirmandis huiusmodi, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§ 5. Et insuper irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Ferrariae, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXVIII, idibus decem., pont. nostri anno octavo.

Dat. die 13 decembris 1438, pont. anno VIII.

XIX.

De S. R. E. cardinalium dignitate, ceteris ecclesiasticis dignitatibus praestantiori.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Archiep. Cantuariensis quaestionem movit de praecedentia cum car-

dinali S. Balbinae. — 2. Declaravit tamen se statutum iudicio Sedis Apostolicae. — 3. Dignitas cardinalitia caeteris sublimior. — 4. B. Petrus eorum officium instituit, vel iussu Dei ab exordio Ecclesiae originem traxit. — 5. Papae coadiutores in concilio Nicaeno appellati sunt, et absque testium multitudine condemnari nequeunt. — 6. Membra Pontificis nuncupantur, eosque offendentes crimine laesae maiestatis rei iudicantur. — 7. Aliis praenuntiis decorati sunt. — 8. Imperator Constantinus patres appellavit. — 9. Romana Ecclesia cardinalium coetum aliis illustriorem constituit. — 10. Caeteris praeminent ab immemorabili. — 11. Hoc idem obtinuerunt in conciliis generalibus. — 12. In omnibus sententiis ante quoscumque alios nominantur. — 13. In praelationibus dignitas cardinalatus praeponderat, etiam ubi non ut cardinales, sed ut suarum Ecclesiarum praelati intersunt. — 14. Cardinales a solo Papa, alii praelati a cardinalibus iudicantur. — 15. Contraria consuetudo, absque Sedis Apost. assensu, non suffragatur. — 16. Hortatur archiepiscopum Cantuariensem ut praedictis acquiescat.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili viro magistro Henrico, archiepiscopo Cantuariensi etc.

Non mediocri dolore afficimur cum inter fratres nostros episcopos, seu alios ecclesiasticos, dissidium aliquid exortum esse percipimus, tum propter malum quod inde in populis exemplum provenit, tum quia contemptus et detractionis praebetur occasio.

Exordium.

§ 1. Proinde non parum audisse displicuit dissensionem illam, quam cum dilecto filio nostro Ioanne tit. S. Balbinae, presbytero cardinali, nuper tua fraternitas habuit, cum nova et insolita res ipsa sit, quae nunc attentatur. In primis autem admiramur satis cum per 14 annos et amplius cum dilecto filio nostro Henrico, tit. S. Eusebii presbytero cardinali, in sedendo et in ferendis votis, sine altercatione vixeris, et nullam secum super hoc pror-

Archiep. Cantuariensis quaestionem movit de praecedentia cum cardinali S. Balbinae.

sus habueris disceptationem, quid causae sit, quod nunc primum in contentionem venias cum ipso Ioanne cardinali, eadem praedito dignitate. Nec quidem generis regii erga ipsum Henricum ratio praetendi potest, quoniam, et antequam cardinalatus ipse foret dignitatem adeptus, dumtaxat existens Vintoniensis episcopus, et voce et loco tibi cedebat; postea autem quam in card. per fel. rec. Martinum, praecessorem nostrum, assumptus est, iure tibi et aliis antepositus fuit, et nunc anteponitur. Quod si sola cardinalatus dignitas hanc in alio praelationem operata est, cur in isto itidem non efficiet? Cum tamen ipse archiepiscopus, ille episcopalem obtineat dignitatem, et illius Ecclesia tuae sit suffraganea, istius vero nullo iure subiecta.

Declaravit tamen se statutorum iudicio Se-
die Apostolicae.

§ 2. Illud autem de te nobis placuit ac laudamus, quod in tuae protestationis siue sub his verbis addidisti, quod scilicet per praemissa, aut aliquid per te factum aut dictum et habitum, seu faciendum, dicendum vel habendum, non intendis sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem tuam, seu iuramentum tuum eidem praestitum, aut venerabilem coetum eiusdem Ecclesiae cardinalium, aliquemve eorum in aliquo offendere, aut alicui honori, privilegio, praerogativae seu dignitati, praeminentiae, aut alicui alteri iuri eorum, in aliquo derogare, seu iuramento tuo in aliquo contraire; sed quod eandem sacrosanctam Romanam Ecclesiam cum honoribus suis omnibus, privilegiis, praerogativis, dignitatibus, praeminentiis, gratiis et aliis iuribus suis quibuscumque, cum omni reverentia mantenebis ac defendes, et ab aliis manteneri et defendi procurabis. Per hoc plane innuere videris, si hoc sit Romanae Ecclesiae cardinalium ius, ut reliquos antecedant Ecclesiae gradus, quod non vis in lite mota persistere, immo Apostolicae Sedis stare iudicio, cuius inter alia privilegia, quae manteneri et defendere potest, hoc etiam est ut, de quibus-

cumque ambignis quaestionibus, quae in Dei Ecclesia accidunt, valeat iudicare, et sua auctoritate finem imponere, quamquam longe fuisset decentius, ante motam controversiam, Sedem Apostolicam consulere.

§ 3. Quantum autem haec cardinalatus dignitas sit sublimis et aliis excellentior, et ita hactenus in Ecclesia reputata, si eius officium ac sanctorum Patrum statuta, et consuetudinem tam apud hanc Sedem, quam generalia concilia semper observatam, sciveris diligenter scrutari, facile tibi innotescet.

Dignitas cardinalitatis caeteris sublimior.

§ 4. Quippe, etsi huius dignitatis nomen, quod modo in usu est, ab initio primitivae Ecclesiae non ita expressum fuit, officium tamen ipsum a B. Petro eiusque successoribus institutum evidenter invenies. Immo, ut inquit Innocentius tertius, ex veteri Testamento, iussu Dei, traxit originem; asserit enim id quod Deuter. xvii dicitur, ut, pro difficultate et ambiguitate iudicii, accedatur ad sacerdotes Levitici generis et iudicem qui fuerit illo tempore, et obediatur ipsorum iudicio, qui praesunt loco, quem Dominus elegerit, de Summo Pontifice intelligendum esse et fratribus eius, id est S. R. E. cardinalibus, qui ei, iure Levitico, in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt. Itaque et ab exordio Ecclesiae, sicut et hodie, Summis Pontificibus in regenda, gubernandaque universali Ecclesia assistebant. Et ut ex concilio Stephani Papae colligitur dicentis: Oportebat ut haec sacrosancta domina Romana Ecclesia, iuxta quod a B. Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinaretur, et in apostolatus culmine unus de cardinalibus presbyteris aut diaconis consecraretur, datur manifeste intelligi, hos fratres nostros qui inter cardinales locantur, tempore B. Petri extitisse.

B. Petrus eorum officium instituit, vel iussu Dei ab exordio Ecclesiae originem traxit.

§ 5. In confinio autem Nicaeni concilii B. Silvester, qui coepit Ecclesiam

Papae coadiutores in concilio Nicæno appellati sunt, et absque testium multitudine condemnari conqueunt.

regere anno Incarnationis domin. 350 (1) vel circiter, in synodo generali congregatis praesidens, hos coadiutores suos nuncupavit cardinales, et magno admodum privilegio insignivit, quale nullus patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum in canonibus habere reperitur, ut videlicet sine plurima testium multitudine damnari non debeant. Nec sine mysterio triplex ordo in fratrum nostrorum collegio a sanctis nostris praedecessoribus institutus est. Nam, cum Summus Pontifex vices Dei gerat in terris, decuit, quemadmodum Moysi praeceptum fuit, ut omnia ad exemplum faceret, sicut ei ostensum erat in monte, quod, adinstar illius coelestis hierarchiae, in hac nostra Ecclesia tres constituerentur ordines assistentium Papae, qui purgantium, illuminantium, et perficientium fungerentur officio, veluti sunt diaconi, presbyteri et episcopi cardinales. Decuit etiam, cum Summus Pontifex Christi repraesentet personam, ut, quemadmodum Christo conversanti in terris assistebant apostoli, ita etiam cardinalium coetus, apostolicum repraesentans, coram Papa assisteret; reliqui vero episcopi, ubique diffusi, apostolos repraesentant ad praedicandum per orbem missos.

Membra Pontificis nuncupantur, eosque offendentes criminose laesae maiestatis re iudicantur.

§ 6. Ipsos praeterea cardinales, pro honoris ac dignitatis eminentia, partem sui corporis Summi Pontifices appellant. Ex quo sine ulla dubitatione ostenditur, post caput Ecclesiae, quod est Papa, contigua sui corporis membra, qui sunt fratres eius cardinales, prae ceteris Ecclesiae membris ac partibus honorari debere, adeo quidem, ut sacris canonibus sancitum sit, eos qui in cardinalem manus iniecerint violentas, aut fugarint, aut insequuti fuerint, seu ad hoc dederint consilium, vel favorem, criminis laesae maiestatis esse plectendos, ac si ipsi apostolici

(1) S. Silvester I Ecclesiae habenas suscepit post S. Melchiodem, anno 314 vix inchoato. Vide Combes in *Vita S. Silvestri*, et Ughell., *Italia Sacra*.

throni violaverint maiestatem; quod in ipsos qui patriarchas, archiepiscopos vel episcopos offenderint, statutum minime reperitur, ut evidenter hinc liqueat tanto ampliorem censi dignitatem, quanto plures severioresque illam offendentibus infliguntur poenae.

§ 7. Sunt etiam, et in signum praeminentiae ipsis fratribus nostris prae aliis Ecclesiae praelatis, et similiter cum legatis de nostro latere destinantur, prae aliis legatis, multa ac magna per canones attributa privilegia, quae tibi nota esse non dubitamus. Hinc etiam constat cur a latere apostolico mitti, eis solis et non aliis appropriatur legatis.

Aliis praeminentis decorati sunt.

§ 8. Sed et ille notissimus Constantinus imperator, animadvertens ad quam magnum ac publicum universalis Ecclesiae officium ipsi fratres nostri vocati essent, sic inquit: Volumus etiam deinde sui Ordinis reverendissimos clericos S. R. E. servientes, singulos habere illud sanctum culmen potentiae et excellentiae, cuius sanctissimus noster senatus videtur gloria adornari, idest patritios, consules fieri, quos certe patritios, consules secundum leges, ut in summa dignitate constitutos, imperator patres sibi elegit, et loco patrum a se honorari affirmat.

Imperator Constantinus patres appellavit.

§ 9. Quod vero haec dignitas tanto honore praefulgeat, nec tuae fraternitati, nec cuiquam alteri molestum esse debet, quoniam, ut sancti attestantur Patres, omnes patriarchales, archiepiscopales, episcopales, cathedrales, aliasque dignitates Romana fundavit Ecclesia; sicutque licuit, uni Ecclesiae amplam, alii ampliorem et alii amplissimam, prout expedire iudicavit, tradidit potestatem. Omnes enim, tamquam unius arboris rami ab una eademque radice, et ut diversi aquarum rivuli ab eodem fonte prodierunt, licet unus alio copiosior atque uberior. Itaque, si iustis ex causis et Spiritus Sancti instinctu, quo hanc Sedem regi credendum est, Romana Ecclesia venerabilium cardinalium coetum ad coelestis hierarchiae si-

Romana Ecclesia cardinalium coetum aliis illustriorem constituit.

militudinem conditum, et tamquam sui corporis partem his privilegiis et honoribus illustrare decrevit, nec tua Ecclesia, cui per Apostolicam Sedem praefectus es, nec quisquam alius Ecclesiae gradus ab eodem similiter apostolico throno originaliter institutus, quae omnia de ipsorum fratrum nostrorum consilio acta sunt, ullam succensendi aut conquerendi causam habet, ne illud adducamus evangelicum verbum: Amice, non facio tibi iniuriam, nunquid mihi non licet de meo facere quod volo? Et sicut tu vis ut, privilegiis Ecclesiae tuae ab hac Sede concessis, aliae deferant inferiores Ecclesiae; ita eadem ratione par est ut, ab eadem Sede huic coetui instituto, tu similiter deferas, et reverentiam praestes.

§ 10. Multum etiam movere te debet diuturna per christianum populum ubique servata consuetudo, quae, etiamsi cetera deessent, ex quo tam vetusta est, ut eius initium memoria non extet in contrarium, pro constituto iure habenda foret; praesertim quando, sciente et approbante Summo Pontifice, non quidem uno, sed tot, quot unquam habuit Ecclesia, id actum esse dignoscitur. In omnibus enim nationibus ac regnis, et ut in Anglia memoravimus haecenus, huiusmodi praeminentiae cardinalibus delatus est honor, qui quidem non tam ipsis, quam nobis, cum nostra sint membra, attribui censendus est. Nec minus his Ecclesiae Romanae consuetudo, quae caput, norma et magistra est reliquarum Ecclesiarum, id ipsum tibi persuadeat, qua semper, nullo unquam contradicente, in cunctis actibus, quibuscumque praelatis prae-honorati sunt.

§ 11. Idem in antiquis generalibus conciliis, praesertim in duobus Lugdunensibus, in uno praesidente Innocentio IV, in altero Gregorio X, quorum adhuc extant acta, usitatum fuit. Sic et in his synodis nostris, nostra aetate celebratis, de quibus etiam apud regnum Angliae non pauci supersunt testes, observatum esse palam est, absentibus etiam Summis

Pontificibus; idem et nunc, nobis praesidentibus, in hoc sacro oecumenico servatur Florentino concilio.

§ 12. His quoque illud accedat, quod in sententiis et decretis tam huius sanctae Sedis, quam generalium conciliorum, cum de dignitatibus nominatim fit mentio, illa clausula adici solet, non obstantibus si cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali seu alia quacumque praefulgeat dignitate, per quod ex ordine nominandi, quae sit maior luculenter apparet.

§ 13. Nec causetur quisquam quod ordo episcopalis presbyterio maior sit, quoniam in eiusmodi praelationibus, officium ac dignitas sive iurisdictio praeponderat ordini. Quomodo iure cautum est, ut archidiaconus non presbyter, suae iurisditionis obtentu, archipresbytero praefatur; simili modo diaconus vel subdiaconus, aliusve clericus noster, aut alicuius metropolitani vicarius seu locumtenens in synodo et alibi, alios quocumque ordine maiores, etiam episcopos, autcedit, propter illius iurisditionem, quam exerceat, et personam quam repraesentat. Sic et electus ad Ecclesiam cathedralem et confirmatus, quamquam nondum consecratus, ratione iurisditionis, cunctis in sua dioecesi praeminet. Quis ergo iam dubitarit cum qui talia iura et canones condidit, et talem aliis tribuit potestatem, posse eandem, cum vult, et maiorem suis membris tribuere? Si quis forte obiecerit prioris dignitatis potius esse rationem habendam, quam cardinalatus de novo collati, cum in regibus tractatibus ac parliamentis quilibet, ut suae Ecclesiae praelatus, non ut cardinalis intersit; huic obiectioni evidens respondet ratio. Nam, cum personae sint ecclesiasticae, sicut statuta ac privilegia suarum Ecclesiarum in his actibus servant, multo magis Romanae Ecclesiae, cui vinculo obedientiae adstricti sunt, privilegia et statuta servare tenentur. Quibus nec ipsae personae ecclesiasticae, nec alii quicumque, tamquam inferiores,

In omnibus sententiis ante quoscumque alios nominantur

In praelationibus dignitas cardinalat. praeponderat, etiam ubi non ut cardinales, sed uti suarum Ecclesiarum praelati intersunt.

Caeteris praeminent ab im-memorabilibus.

Hoc idem obtinuerunt in conciliis generalibus.

derogare quomodolibet possunt. Cum igitur viri ecclesiastici ad actus publicos vel privatos vocantur, cum suis qualitatibus ac prerogativis ab Ecclesia institutis admitti debent. Nam et contra honestatem publicam et universalis Ecclesiae politiam et in opprobrium ecclesiasticae disciplinae vergeret, si in quovis actu diaconus presbyterum, vel presbyter episcopum, aut episcopus patriarcham praecederet. Praeterea in canonibus scriptum est unumquemque in collegio vel capitulo, iuxta suae receptionis tempus, honorandum esse, et quod, si postea aliquis admittatur presbyter, ceteris tempore anterioribus praepositur, qui presbyteri non sunt. Quod si in ordine maiori sit, hoc etiam multo amplius in dignitate seu iurisdictione, quae in his actibus maior est ordine, servandum est, ut supra de archidiacono et archipresbytero dictum est. Quod si in post receptis locum habet, eadem ratione in iis qui prius, si qua de novo eis obveniat dignitas. Hoc enim rationi consentaneum est, ut dignius minus dignum ad se trahat, et res a potentiori et nobiliori denominetur. Quod in ipsis cardinalibus evidenter servatur, qui licet certarum Ecclesiarum, dum ad cardinalatum assumuntur, episcopi sint, nihilominus eos non episcopos, sed presbyteros S. R. E. cardinales, Sedes Apostolica appellat. Quinimo, si eis suas priores Ecclesias in tit. dimittat, non amplius sub nomine Ecclesiarum, sed tituli cardinalatus scribit, quasi ad maiorem dignitatem et iurisdictionem assumpserit, alioquin non ascendisse sed descendisse, non honorari sed dehonori viderentur.

§ 14. Quis etiam non videat cardinalatus dignitatem archiepiscopali esse maiorem dignitate, quia cum illa privatae unius patriae praesit utilitati, ista publicae totius populi christiani? Illa unam dumtaxat regit Ecclesiam, ista cum Sede Apostolica universas, et cum a nemine, nisi solo Papa iudicentur cardinales, ipsi patriarchas et archiepiscopos et reliquos

Cardinales a solo Papa, alii praelati a cardinalibus iudicantur.

Ecclesiae gradus, cum Summo Pontifice, indicant. Quorum officio nomen ipsum consonat optime; nam sicut super cardinem volvitur ostium domus, ita super hoc Sedes Apostolica, totius Ecclesiae ostium, quiescit et sustentatur.

§ 15. Nullum denique pro tua intentione proponis Ecclesiae Romanae privilegium. Quis enim alius huic iuri positivo et universalis Ecclesiae observantiae, atque apostolicae concessionis, praesertim quae apostolici throni, membrorumque eius praeminentiam concernit, contrarium privilegium dandi ullam omnino habet facultatem? Neque etiam consuetudine ulla tuam causam tueris. Quamquam si qua praetenderetur, praeter Apostolicae Sedis consensum et approbationem, inefficax prorsus censenda esset, ut proxime de privilegio dictum est, atque irrationabilis, quia per eam dignitas confundetur superiorum magistratum, turbationemque pareret in quolibet reipublicae statu. Nam, iuxta canones universos, non posset alia ratione subsistere, nisi per eam huiusmodi magnus differentiae ordo servaretur ecclesiasticus; quia confunderetur ordo, si cuique sua dignitas non servaretur, quamvis, ut praedictum est, ex frequentibus actibus 40 annorum spatio usitatis, contraria potius in regno Angliae consuetudo firmata sit.

Contraria consuetudo, absque Sedis Apostolicae assensu, non suffragatur.

§ 16. Hortamur itaque te, venerabilis frater, et volumus ut praedictis rationibus, ac nostrorum praedecessorum ordinationi atque Ecclesiae universalis observantiae penitus acquiescas, sicut pro tua prudentia et devotione, quam ad Romanam Ecclesiam et nos semper habuisti, te facturum speramus. In reliquis vero, sive tuam Ecclesiam, sive personam concernentibus, quae nec rationi aut honestati derogent, pro magna qua te omni tempore complexi sumus ac complectimur caritate, nos semper propitios experieris.

Hortatur archiepisc. Cantuariensem ut praedictis acquiescat.

Datum Florentiae....., pontificatus nostri anno octavo.

Dat. pontif. anno viii.

XX.

Monachi professi Ordinis Cisterciensis monachorum S. Benedicti, ad alium quam Carthusianorum Ordinem transire prohibentur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius prohibitionis. — 2. Prohibitio (*de qua in rubrica*). — 3. Poenae contravenientium. — 4. Clausulae derogatoriae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium. Regularem vitam professis sic decet omnem vagandi materiam omnemque inquietudinis causam amputare, quod in eorum vocatione persistent, ac sedulum et devotum Altissimo exhibeant famulatum.

Causa huius prohibitionis. § 1. Sane pro parte dilectorum filiorum patris abbatis monasterii Cisterciensis, Cabilonen. dioec., et aliorum Cisterciensis Ordinis abbatum exhibita nobis nuper petitio continebat, quod nonnulli monachi dicti Ordinis, alii videlicet melioris frugis ficto colore, alii vero ut iugum obedientiae et salutaris medicinae effugiant disciplinae, ad alios regulares Ordines se divertunt, et ut in illis remanere libere possint, licentiam Apostolicae Sedis in exquisitis coloribus satagunt obtinere.

Prohibitio (de qua in rubrica). § 2. Nos igitur, quorum interest animarum providere saluti, et huiusmodi salubre remedium adhibere, eorundem patris et abbatum supplicationibus inclinati, harum serie decernimus et etiam ordinamus, quod nullus Ordinis praefati professus ad alium quemcumque, praeterquam Carthusiensium Ordinem, etiam praetextu literarum maioris poenitentiarum nostri, etiam si in illis plena et expressa de praesentibus mentio habeatur, absque eiusdem patris abbatis licentia huiusmodi concedi debeat, nobis et successoribus

(1) Vide superius Constit. xviii, pag. 53.

nostris Romanis Pontificibus expresse et specificè allegatis, audeat vel praesumat quomodolibet se transferre.

§ 3. Decernentes nihilominus contrafacientes eosdem correctioni sui abbatis et dieti Ordinis omnino subesse, eosque transeuntes et abbates eorum ipsis ad alium, praeterquam ad dictum Ordinem Carthusiensium transeundi licentiam concedentes, ipso facto, excommunicationis sententiae subiaccere.

§ 4. Non obstantibus quibuscumque privilegiis etc.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIX, decimo sexto kalendas martii, pontificatus nostri anno octavo.

Dat. die 14 februarii 1439, pont. anno viii.

XXI.

Concordia Ecclesiae Graecae et Latinae, cum definitione quorundam articulorum catholicae fidei in quibus dissidebant, primatusque Romani Pontificis et Ordinis patriarchalis.

SUMMARIUM

Exordium a laetitia, quae omnibus christifidelibus ex huiusmodi unione provenire debet, petitum. — 1. Articuli, super quibus in concilio Florentino disputatum est. — 2. Professio ab omnibus super eisdem articulis facienda. — 3. De processione Spiritus Sancti; — 4. Consecratione in azymo vel fermentato; — 5. Purgatorio et suffragiis; — 6. Paradiso et distinctione meritorum; — 7. Inferno; — 8. Primatu Romani Pontificis; — 9. Ordine patriarcharum. — Eugenii Papae — et S. R. E. cardinalium subscriptio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Consentiente ad infrascripta carissimo in Christo filio nostro Ioanne Palaeologo, Romanorum imperatore illustri, et locumtenentibus venerabilium

Poenae contravenientium.

Clausulae derogatoriae.

fratrum nostrorum patriarcharum, et caeteris Orientalem Ecclesiam repraesentantibus.

Exordium a laetitia, quae omnibus christidelibus et huiusmodi unionis provenire debet, petitum.

Laetentur coeli et exultet terra: sublatu est enim de medio paries, qui Occidentalem, Orientalemque dividebat Ecclesiam, et pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo, qui fecit utraque unum, vinculo fortissimo caritatis et pacis utrumque iungente parietem, et perpetuae unitatis foedere copulante ac continente, postque longam moeroris nebulam et dissidii diuturni atram nigramque caliginem, serenum omnibus unionis optatae iubar illuxit. Gaudeat et mater Ecclesia, quae filios suos haecenus invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse: et quae antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia, cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nominae matri catholicae Ecclesiae collaetentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque Patres, post longissimum dissensionis atque discordiae tempus, se maris ac terrae periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum oecumenicum concilium, desiderio sacratissimae unionis et antiquae caritatis redintegrandae gratia, laeti alacresque convenerunt et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem Spiritus Sancti clementia ipsam optatissimam et sanetissimam unionem consecenti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre sufficiat? quis tantas divinae miserationis divitias non obstupescat? cuius vel ferreum pectus tantae supernae pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non humanae fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione suspicienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe, fons misericordiarum, qui tantum boni

sponsae tuae catholicae Ecclesiae contulisti, atque in generatione nostra tuae pietatis miracula demonstrasti, ut enarrant omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis Deus largitus est, qui oculis vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiverunt.

§ 1. Convenientes enim Latini et Graeci in hac sacrosancta oecumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus Sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discenteretur. Pro-latis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium, aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum Sanctum et eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis; Graeci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum Sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant Filium; sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum Sanctum ex Patre et Filio procedere tamquam ex duobus principiis et duabus spirationibus; ideo abstinuerunt a dicendo, quod Spiritus Sanctus a Patre procedat et Filio; vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons atque principium totius deitatis, Filii scilicet ac Spiritus Sancti; aut quod id quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat; sive quod duo ponant principia, seu duas spirationes; sed unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritus Sancti, prout haecenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam et sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt.

Articuli, super quibus in concilio Florentino disputatum est.

Professio ab omnibus super eisdem articulis facienda.

§ 2. In nomine igitur Sanctae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio, definimus, ut haec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur.

De processione Spiritus Sancti;

§ 3. Quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam, summq; esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter, tamquam ab uno principio et unica spiratione, procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse, secundum Graecos quidem, causam; secundum Latinos vero, principium subsistentiae Spiritus Sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quae Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, praeter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio: ipse Filius a Patre aeternaliter genitus est. Definimus insuper explicationem verborum illorum, *Filioque*, veritatis declarandae gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Consecratione in azymo vel fermentato;

§ 4. Item, in azymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici: sacerdotesque in altero ipsorum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

Purgatorio et suffragiis;

§ 5. Item, si vere poenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatorii post mortem purgari: et, ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta.

Paradiso et distinctione meritum;

§ 6. Illorumque animas qui, post baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quae,

post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus vel eisdem exutae corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatae, in coelum mox recipi, et iuncturi clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, aliam alia perfectius.

Inferno;

§ 7. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

Primatu Romani Pontificis;

§ 8. Item, definimus Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsam Pontificem Romanum successorem esse B. Petri principis apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi, in B. Petro, pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.

Ordine patriarcharum

§ 9. Renovantes insuper ordinem traditum in canonibus caeterorum venerabilium patriarcharum, ut patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, et quintus Hierosolymitanus, salvis videlicet omnibus privilegiis et iuribus eorum.

Datum Florentiae, in sessione publica synodali, solemniter in ecclesia maiori celebrata, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIX, pridie nonas iulii, pontificatus nostri anno IX.

Ego Eugenius, cathol. Ecclesiae episcopus, ita definiens subscripsi.

Eugenii Papae

*Adiutor et protector meus es tu,
Domine, ne derelinquas me.*

Ego Antonius, episcopus Ostiensis, cardinalis Bononiensis, supradictas definitiones veras et catholicas esse affirmo et me illis subscripsi.

Et S. R. Ecl. cardinal. subscriptus.

Ego Beranda, episcopus Portuensis, cardinalis Placentinus, supradictas definitiones veras et catholicas esse affirmo et subscripsi.

Ego N. tituli S. Crucis, presb. card., supradictis definitionibus tamquam veris et catholicis subscripsi.

Ego F. tituli S. Clementis, presbyter cardinalis, supradictis definitionibus me subscripsi.

Ego A. tit. S. Marci, presbyter cardinalis, subscripsi.

Ego Iul. tit. S. Sabinae, presbyter cardinalis, me subscripsi.

Ego Prosper tit. S. Georgii ad Velum Aureum, diaconus cardinalis de Columna, subscripsi.

Ego Dominicus S. Mariae in Via Lata, S. R. E. diaconus card., subscripsi.

Dat. die 6 iulii 1439, pontif. anno ix.

XXII.

Exemptio sororum sive monialium Ordinis S. Clarae a iurisdictione et superioritate ordinariorum et aliorum quorumcumque, et a solutione pedagiorum et quarumlibet contributionum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Moniales S. Clarae Papae conqueruntur de gravaminibus sibi alias impositis. — 2. Eas igitur ab omni iurisdictione etiam ordinariorum declarat exemptas, — 3. Et etiam ab omni pedagio et contributione. — 4. De observantia huiusce constitutionis. — 5. Obstantium derogatio. — 6. Iurisdictionem vero superiorum Ordinis eiusdem praeservat.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Licet Romani Pontifex omnes Religionis et religiosas personas, earumque monasteria, sive loca, assueto benignitatis affectu prosequi consueverit, illa tamen specialius sibi subdit, ac a cuiuslibet alterius iurisdictione onerumque quorum-

cumque subiectione et solutione libera facit penitus et exempta, quae maioribus oppressionibus exactionibusque gravata noscuntur.

§ 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum abbatissarum et conventuum universorum monasteriorum S. Damiani ac Minorissarum et S. Clarae, Ordinis eiusdem Sanctae, sub generalis ministri aliorumque officialium Ordinis fratrum Minorum cura ubilibet constitutarum, petitio continebat, quod ob varias decimarum et caritativorum subsidiarum, aliorumque onerum impositiones, tam pro Romanae Ecclesiae, suorumque legatorum et nunciorum incumbentibus, quam pro honorandis regibus ac principibus, ac communitatum subventionibus, apostolica auctoritate hactenus ordinatas, constitutas atque decretas, necnon gabellas, pedagia et gravamina, aliaque onera realia per potestates, rectores atque regimina saecularia, factas, impositas et illatas, petitionesque et exactiones, quae ratione fructuum, qui in eorundem monasteriorum et locorum agris et possessionibus intra nonnullarum, cum cura et sine cura, Ecclesiarum limites consistentibus colliguntur, a nonnullis illarum rectoribus et beneficiatis factae sunt hactenus, et fiunt etiam de praesenti, abbatissae, conventus, moniales, monasteria et loca huiusmodi in tantam paupertatem inopiamque venerunt, quod pia eorum vota exolvere non valentes, in monasteriis et locis ipsis divinus cultus est adeo diminutus, quod nisi provideatur celeriter, verisimiliter formidatur in eis extinctio observantiae regularis. Quare, pro parte abbatissarum et conventuum praedictarum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis et eisdem monasteriis sive locis super hoc de opportuno remedio dignaremur.

§ 2. Nos igitur, qui ad eosdem fratrum Minorum et S. Clarae Ordines specialem gerimus devotionis affectum, pie memoriae Nicolai quarti, Bonifacii octavi, Ioan-

Moniales S. Clarae Papae conqueruntur de gravaminibus sibi alias impositis.

Eas igitur ab omni iurisdictione etiam ordinariorum declarat exemptas.

nis vigesimi secundi, Clementis tertii, Alexandri quarti et Benedicti undecimi, praedecessorum nostrorum, vestigiis inhaerentes, earundem abbatissarum et conventuum, necnon dilecti filii Guillelmi de Casali, eiusdem fratrum Minorum Ordinis generalis ministri, sacrae paginae professoris, nobis super hoc humiliter supplicantis, in hac parte supplicationibus inclinati, ut in eisdem monasteriis eo devotius divinis laudibus intendatur, quo personae in illis vacantes studio piae vitae potiori fuerint immunitatis privilegio communitae, abbatissas, conventus, moniales, monasteria atque loca huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis ac bonis eorundem mobilibus et immobilibus quibuscumque, tam praesentibus, quam futuris, ab omni iurisdictione, dominio, potestate quorumcumque legatorum, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, nunciorum et aliorum quorumcumque ordinariorum iudicium, ad instar praefatorum Pontificum concessorum privilegiorum, quae hic haberi volumus pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica, ex certa scientia, tenore praesentium, prorsus eximimus et perpetuo liberamus, ac sub B. Petri et Sedis Apostolicae protectione suscipimus atque nostra, illaque nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, et dictae Sedi dumtaxat immediate volumus subiacere. Ita quod legati et nuncii dictae Sedis ac iudices praefati, aut alia quaevis persona, saecularis vel regularis, ecclesiastica vel mundana, quaecumque fulgeat dignitate, nullas in abbatissas, conventus, moniales, monasteria, sive loca huiusmodi, utpote prorsus exempta, possint excommunicationis vel interdicti sententias promulgare, vel iurisdictionem, dominium aut potestatem aliquam exercere, ratione delicti, contractus aut rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat.

§ 3. Quinimo abbatissas, conventus et moniales easdem cum earum monasteriis atque locis perpetuo exemptas esse volumus, immunes et liberas ab omni decimarum, subsidiorum, gabellarum, pedagiorum, fructuum et aliorum huiusmodi solutione, contributione, responsione et aliis quibuscumque, fel. rec. Innocentii Papae IV, praedecessoris nostri, et aliis quibuslibet constitutionibus et privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis specialibus et generalibus, locorum ordinariis vel aliis quibuscumque, et quovis modo concessis et in posterum concedendis, necnon statutis, consuetudinibus et ordinationibus monasteriorum, locorum et Ordinum praedictorum, ac obligationibus, promissionibus et solutionibus per easdem abbatissas, conventus et moniales haecenus forsitan factis, contrariis, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis non obstantibus.

§ 4. Mandantes omnibus et singulis legatis, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ordinariis, rectoribus et aliis supradictis, cuiusvis ordinis, gradus, status et conditionis existant, etiamsi cardinalatus praefulgeant dignitate, ne abbas, conventus, monasteria et loca huiusmodi super praemissis et circa ea impetant, aut quomodolibet molestant, quinimo nec sinant ab aliis, quantum in eis fuerit, quomodolibet molestari, etiam per literas apostolicas sub quavis forma vel expressione verborum confectas, seu conficiendas in posterum, et etiamsi literae ipsae de eisdem monasteriis, abbatissis, priorissis, conventibus, Ordinibus et Religione ac privilegiis et indultis ipsarum, et de presenti indulto plenam et expressam facerent mentionem, ac etiamsi, in eisdem literis concessis et concedendis, clausulae infrascriptae, videlicet quod omnes personae ecclesiasticae, saeculares et religiosae, exemptae et non exemptae, ad praestationem seu solutionem decimarum, collectarum, talliarum, subsidiorum, pro-

Et etiam ab
omni pedagio
et contributo-
no.

De observantia
huiusce consti-
tutionis.

curationum, angariarum ac aliarum quarumlibet exactionum quocumque nomine nuncupentur, seu ad contribuendum in eis compelli valeant.

Obstantium de-
regatio.

§ 5. Non obstantibus si dilectis in Christo filiabus, abbatissis et conventibus dictorum monasteriorum, et ipsis universis monasteriis vel Ordini seu Religioni ipsarum, in specie vel in genere, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica sit indultum, quod ad solutionem seu praestationem decimarum, collectarum, talliarum, subsidiorum, procurationum et aliarum impositionum huiusmodi, seu ad contribuendum in eis minime tenerentur, et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, quae de indulto huiusmodi et toto tenore ipsius plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, non facerent mentionem, sive quibuslibet privilegiis eis, vel quibuscumque personis, locis vel ordinariis a praefata Sede concessis vel concedendis, de quibus oporteret in dictis literis speciale fieri mentionem, et per quae effectus literarum ipsarum, quomodolibet impediri valeret vel etiam retardari, vel aliae quaecumque et qualescumque clausulae praedictis similes vel dissimiles, sub quocumque tenore vel expressione verborum insertae fuerint, quae constitutioni et ordinationi nostris huiusmodi possent in aliquo derogare, compelli possint invitae. Decernentes ex nunc omnes excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias ac quoscumque processus, quas-cumque personas continentes, quos vel quas, adversus abbatissas, conventus, moniales, monasteria, loca et bona praedicta, contra tenorem et formam exemptionis huiusmodi, quomodolibet haberi contigerit, seu etiam promulgari, irritos et inanes, ac nullius existere roboris vel momenti.

§ 6. Per hoc autem dilectis filiis generali ministro et aliis Ordinibus Minorum huiusmodi pro tempore existentibus of-

ficialibus nullum, quin omnem quam haecenus habuerunt, et de praesenti habent curam, dispositionem et quamlibet aliam ordinationem abbatiarum, conventuum, monasteriorum et locorum praedictorum libere et licite valeant exercere, nolumus praedictum generari.

Nulli ergo etc.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae MCCCXXXIX, idibus augusti, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 13 augusti 1439, pont. anno ix.

XXIII.

Concordia Armenorum cum sancta Romana Ecclesia, et declaratio articulorum septem novae legis sacramenta et pleraque alia concernentium.

SUMMARIUM

Laetitia Ecclesiae super huiusmodi unione. — 1. Pridem Graecos, nunc Armenos ait unitos. — 2. Armenorum laudes. — 3. Qua benignitate cum eis actum sit. — 4. Tandem uniti sunt, datumque eis fidei compendium. — 5. De Symbolo; — 6. Duabus naturis in Christo; — 7. Duabus voluntatibus, duabusque operationibus; — 8. Conciliis universalibus, et de B. Leoni debita veneratione; — 9. Septem sacramentis novae legis; — 10. Baptismo; — 11. Confirmatione; — 12. Eucharistia; — 13. Poenitentia; — 14. Extrema unctione; — 15. Ordine; — 16. Matrimonio; — 17. Fidei regula edita a S. Athanasio; — 18. Decreto unionis Graecorum; — 19. Festivitatibus celebrandis. — 20. Quae omnia Armenorum legati acceptarunt.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob omnes qui ubique nomine censemini christiano. Ecce enim iterum recordatus Dominus misericordiae suae, alium dissidii lapidem, nongentis et amplius inveteratum annis, de Ecclesia sua

Jurisdictionem
verum superiorum
Ordinis
eiusdem prae-
servat.

Laetitia Ec-
clesiae super
huiusmodi unio-
ne.

auferre dignatus est, et qui facit concordiam in sublimibus, et per quem in terra pax est hominibus bonae voluntatis, optatissimam Armenorum unionem, sua ineffabili miseratione, concessit. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Intuens namque piissimus Dominus Ecclesiam suam, modo ab his qui foris sunt, modo ab his qui intra, non parvis agitari turbibus, ut inter ipsas respirare angustias, et ad resistendum fortior assurgere valeat, multis eam quotidie modis consolari et roborari dignatur.

§ 1. Nam et pridem magnam illam Graecorum unionem, multas longe lateque continentium nationes et linguas, hodie vero hanc ipsam Armenici populi, qui per Septentrionem et Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei et caritatis vinculo cum Sede Apostolica stabilivit. Haec profecto tam magna et mira sunt divinae pietatis beneficia, ut non solum pro utroque, sed ne quidem pro altero satis dignae suae Maiestati referre gratias possit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur, uno eodemque tam brevi tempore, duo sic praeclara et saeculis desiderata opera, in hoc sacro concilio fuisse tam feliciter consummata? Vere a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Quomodo enim hominum prudentia vel industria, nisi gratia Dei et coepisset et perfecisset, has tantas et tales res explere potuisset? Laudemus iugiter, et toto corde benedicamus Domino, qui fecit mirabilia magna solus, ipsique psallamus spiritu, psallamus et mente, oreque et opere, quantum sinit humana fragilitas, pro tantisque muneribus gratias agamus, orantes et obsecrantes ut, quemadmodum ipsi Graeci atque Armeni unum cum Ecclesia Romana effecti sunt, ita fiant et ceterae nationes, praesertim Christi characterem insignitae, et totus denique populus

christianus, omnibus odiis bellisque extinctis, mutua invicem pace et fraterna caritate quiescat et gaudeat.

§ 2. Ipsos autem Armenos magnis laudum praeconiis dignos esse merito censemus. Ut primum enim a nobis ad synodum accersiti sunt, tamquam ecclesiasticae avidi unitatis, spectabiles, devotos et doctos oratores suos cum sufficienti mandato, de suscipiendo videlicet quicquid Spiritus Sanctus hanc sanctam synodum illustraverit, ex remotissimis regionibus per multos labores marisque pericula, ad nos et hoc sacrum concilium destinarunt.

§ 3. Nos vero tota mente, ut nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, saepe cum ipsis oratoribus de hac sancta unione contulimus, et ne parva huic sanctae rei dilatio fieret, deputavimus de omni statu huius sacri concilii viros iuris divini et humani doctissimos, qui cum omni cura, studioque et diligentia rem istam cum istis pertractarent oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem, tam circa divinae unitatem essentiae et divinarum personarum Trinitatem, quam Domini nostri Iesu Christi humanitatem, et septem Ecclesiae sacramenta, et alia ad fidem orthodoxam et ritus universalis Ecclesiae pertinentia.

§ 4. Multis itaque adhibitis disputationibus, colloctionibus et tractatibus, postquam non mediocrem testimoniorum inspectionem, quae ex sanctis Ecclesiae Patribus et doctoribus deducta sunt, et earum, de quibus agebatur, rerum discussionem tandem expedire iudicavimus, ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenorum haesitatio esse valeat, atque idem per omnia sapiant cum Sede Apostolica, unioque ipsa stabilis et perpetua sine ullo scrupulo perseveret, ut sub quodam brevi compendio orthodoxae fidei veritatem, quam super praemissis Romana profitetur Ecclesia, per hoc de-

Armenorum laudes.

Qua benignitate cum eis actum sit.

Tandem uniti sunt, datumque eis fidei compendium.

Pridem Graecus, nunc Armenus ait unitos.

cretum, sacro hoc approbante Florentino concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus traderemus.

De Symbolo;

§ 5. In primis, ergo, damus eis sanctum Symbolum, a centum quinquaginta episcopis in oecumenico Constantinopolitano concilio editum, cum illa additione, *Filioque*, ipsi Symbolo, declarandae veritatis gratia et urgente necessitate, licite et rationabiliter apposita, cuius talis est tenor: *Credo in unum Deum* etc. Hoc autem sanctum Symbolum, sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorum Ecclesias intra missarum solemniam, singulis saltem dominicis diebus et maioribus festivitibus, decantari vel legi.

Daabus naturis
in Christo;

§ 6. Secundo, tradimus eis definitionem quarti universalis concilii Chalcedonensis, in quinto postea et sexto universalibus conciliis renovatam, de duabus naturis in una Christi persona, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem sapiens hoc et salutare divinae gratiae Symbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis. De Patre enim et Filio et Spiritu Sancto perfectionem docet, et Domini humanitatem fideliter accipientibus repraesentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare praedicationem veritatis per proprias haereses, novas voces genuerunt, et hi quidem praesumentes corrumpere mysterium dispensationis Domini, quae propter nos facta est: alii vero introducetes confusionem permixtionemque, et stulte confluentes unam esse naturam carnis et deitatis, et portento se dicentes passibilem Unigeniti divinam naturam: ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veritatem, praesens unum sancta et magna atque universalis synodus praedicationem hanc docens ab initio immobilem, decrevit ante omnia fidem trecentorum decem et octo sanctorum Patrum manere irrecensabilem, et posteriore tempore, propter illos quidem qui pugnant adversum Spiritum Sanctum, corroborat doctrinam de substantia Spiritus, traditam a Patribus cen-

tum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi inferentes, quod aliquid minus esset in praecedentibus, sed eorum intellectum de Spiritu Sancto Scripturarum testimoniis declarantes, adversus eos qui dominatorem eius respuere tentaverunt. Propter illos autem qui moluntur corrumpere dispensationis mysterium, et impudenter delirant, dicentes purum hominem esse illum qui ex Sancta Maria Virgine natus est, suscepit epistolas synodicas Beati Cyrilli, quondam praesulis Ecclesiae Alexandrinae ad Nestorium et ad Orientales, congruas existentes ad convincendas Nestorii vesanias, et ad interpretationem eorum, qui salutaris Symboli mentem pio zelo nosse desiderant. Quibus etiam consequenter epistolam coaptavit magni et senioris urbis Romae praesulis, beatissimi ac sanctissimi Leonis Papae, quae scripta est ad sanctae memoriae archiepiscopum Flavianum, ad perimendam Eutychis malam intelligentiam, utpote congruentem illius magni Petri confessioni, et existentem nobis quamdam columnam communem adversus prava dogmata et ad confirmationem rectorum dogmatum. His namque, qui in duos filios dispensationis divinae mysterium discernere nituntur, obsistit; et illos, qui passibilem deitatem Unigeniti ausi sunt dicere, a sacro coetu expellit; et his, qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit; et eos, qui dicunt, servi formam, quam ex nobis assumpsit, coelestem esse, aut alterius alicuius substantiae, ut dementes abiicit; et eos, qui duas quidem ante unionem naturas Domini fabulantur, unam vero post unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium Dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere et hominem vere, eundem ex anima rationali

et corpore, consubstantiali Patri, secundum deitatem, et consubstantiali nobis eundem, secundum humanitatem; per omnia nobis similem absque peccato, ante sæcula quidem de Patre genitum secundum deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria Virgine Dei Genitrici secundum humanitatem; unum eundemque Christum verum Filium Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum; nusquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturae et in unam personam atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, sive divisum, sed unum et eundem Filium unigenitum Deum, verum Dominum Iesum Christum, sicut ante prophetae de eo, et ipse nos Iesus Christus erudit, et sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum.

§ 7. Tertio, definitionem de duabus voluntatibus, duabusque Christi operationibus in praedicto sexto concilio promulgatam, cuius tenor talis est: *Sufficeret quidem* et reliqua quae, in ipsa definitione concilii Chalcidonensis superius enarrata, sequuntur usque ad finem, post quem sequitur in hunc modum: Et duas naturales voluntates in Eo, et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum Patrum doctrinam adaeque praedicamus, et duas naturales voluntates non contrarias, iuxta quod impii asseruerunt haeretici, sed sequentem humanam eius voluntatem, et non resistantem vel reluctantem, sed potius et subiectam divinae eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subiici vero voluntati divinae, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro, Dei Verbi dicitur et est, ita et naturalis carnis eius voluntas, propria Dei Verbi dicitur et est, sicut ipse ait: *Quia descendi de coelo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me,*

Patris; suam propriam dicens voluntatem, quae erat carnis eius. Nam et caro propria eius facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata eius caro, deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu et ratione permansit; ita et humana eius voluntas deificata est, non est perempta, salutata est autem magis, secundum deiloquum Gregorium dicentem: Nam velle illius qui in Salvatore intelligitur, non est contrarium Deo: deificatum est totum, duas enim naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino Iesu Christo vero Deo modo glorificamus, hoc est divinam operationem et humanam operationem, secundum divinum praedictorem Leonem, apertissime asserentem: Agit enim utraque forma cum alterius communiione, quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exequente quod carnis: nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei et creaturae, ut neque quod creatum est, in divinam educamus essentiali, neque quod eximum est divinae naturae, ad competentem creaturis locum deiiciamus. Unius enim et eiusdem tam miracula quam passiones cognoscimus, secundum aliud et aliud earum ex quibus est naturarum, et in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes unum Sanctae Trinitatis, brevi voce euncta proferimus: et post incarnationem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum esse credentes, asserimus duas eius esse naturas, in una eius radiante subsistentia, in qua tam miracula quam passiones per omnem sui dispensativam conversationem, non per phantasiam, sed veraciter demonstravit, ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cognoscendam, dum utraque natura cum alterius communiione, indivise et inconfuse propria vellet atque operaretur, iuxta quam rationem, et duas

Duabus voluntatibus, duabusque operationibus:

naturales voluntates et operationes confitemur, ad salutem humanam convenienter in eo concurrentes.

Concilio universalibus, et de B. Leonis debita veneratio-
ne;

§ 8. Quarto, quoniam haecenus ipsi Armeni, praeter has tres Nicaenam, Constantinopolitanam et Ephesinam primam, synodos, nullas alias universales postea celebratas, nec ipsum beatissimum huius sanctae Sedis antistitem Leonem, cuius auctoritate ipsa Chalcedonensis synodus extitit congregata, susceperunt, asserentes eisdem fuisse suggestum, tam synodum ipsam Chalcedonensem, quam memoratum Leonem, secundum damnatam Nestorii haeresim, definitionem fecisse: instruximus eos et declaravimus, huiusmodi falsam fuisse suggestionem, ipsamque synodum Chalcedonensem et beatissimum Leonem, sanete et recte veritatem de duabus in una persona Christi naturis superius descriptam definivisse, contra impia Nestorii et Eutyehis dogmata, iniunximusque ut ipsum beatissimum Leonem, qui verae fidei columna fuit, et omni sanctitate et doctrina refertus, tamquam sanctum, et in cathalogo sanctorum merito descriptum, de cetero reputent et venerentur, atque non solum dictas tres synodos, sed et omnes alias universales, auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, sicuti et ceteri fideles, reverenter suscipiant.

Septem sacramentis novae legis;

§ 9. Quinto, ecclesiasticorum sacramentorum veritatem, pro ipsorum Armenorum, tam praesentium quam futurorum, faciliiori doctrina, sub hac brevissima redigimus formula. Novae legis septem sunt sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, extrema Unctio, Ordo et Matrimonium, quae multum a sacramentis differunt antiquae legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant: haec vero nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum quinque prima ad spirituales uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem, duo ultima ad totius Eccle-

siae regimen, multiplicationemque ordinata sunt. Per Baptismum enim spiritualiter renascimur; per Confirmationem augetur in gratia et roboramur in fide; renati autem et roborati, nutrimur divina Eucharistiae alimonia; quod si per peccatum aegritudinem incurrimus animae, per Poenitentiam spiritualiter sanamur; spiritualiter etiam et corporaliter (prout animae expedit) per extremam Unctionem. Per Ordinem vero Ecclesia gubernatur et multiplicatur spiritualiter. Per Matrimonium corporaliter augetur. Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum. Inter haec sacramenta tria sunt, Baptismus, Confirmatio et Ordo, quae characterem, idest spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum imprimunt in anima indelebile. Unde in eadem persona non reiterantur. Reliqua vero quatuor characterem non imprimunt, et reiterationem admittunt.

§ 10. Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum Baptisma, quod vitae spiritualis ianua est; per ipsum enim membra Christi ac de corpore efficimur Ecclesiae. Et cum per primum hominem mors introierit in universos, nisi ex aqua et Spiritu renascimur, non possumus (inquit Veritas) in regnum coelorum introire. Materia huius sacramenti est aqua vera et naturalis, nec refert frigida sit an calida. Forma autem est: *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*. Non tamen negamus quin et per illa verba, *Baptizetur talis servus Christi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*; vel *Baptizatur talis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*, verum perficiatur baptisma: quoniam, cum principalis causa ex qua baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem

Baptismo;

sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimetur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctae Trinitatis invocatione, perficitur sacramentum. Minister huius sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis, non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus et haereticus baptizare potest, dummodo formam servent Ecclesiae, et facere intendant quod facit Ecclesia. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpae originalis et actualis, omnis quoque poenae quae pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis praeteritis iniungenda est satisfactio; sed morientes, antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum coelorum et Dei visionem perveniunt.

Confirmatione;

§ 11. Secundum sacramentum est Confirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, et balsamo, qui odorem significat bonae famae, per episcopum benedicto. Forma autem est: Signo te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ordinarius minister est episcopus. Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi episcopus debet conferre, quia de solis apostolis legitur, quorum vicem tenent episcopi, quod, per manus impositionem, Spiritum Sanctum dabant, quemadmodum *Actuum apostolorum* lectio manifestat. Cum enim audissent (inquit) apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Ioannem. Qui, cum venissent, oraverunt pro eis ut acciperent Spiritum Sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando, per Apostolicam

Bull. Rom. Vol. V.

7

Sedis dispensationem, ex rationabili et urgente admodum causa, simplicem sacerdotem, chrismate per episcopum confecto, hoc administrasse confirmationis sacramentum. Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut datus est apostolis in die Pentecostes, ut videlicet christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte, ubi verecundiae sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, et praecipue crucem eius, qui iudaeis est scandalum, gentibus autem stultitia, secundum Apostolum, propter quod signo crucis signatur.

§ 12. Tertium est Eucharistiae sacramentum, cuius materia est panis triticeus et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam, iuxta testimonia sanctorum Patrum et doctorum Ecclesiae, pridem in disputatione exhibita, creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum; deinde, quia hoc convenit dominicae passionis repraesentationi. Inquit enim beatus Alexander papa, quintus a beato Petro (1): In sacramentorum oblationibus, quae intra missarum solemniam Domino offerentur, panis tantum et vinum aqua permixtum, in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum; quia utrumque, id est sanguis et aqua, ex latere Christi profluxisse legitur. Tum etiam, quod convenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est unio populi christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, secundum illud Apocalypsis: Aquae multae, populi multi. Et Iulius papa, secundus post beatum Sylvestrum, ait: Calix dominicus, iuxta canonum praeceptum, vino et aqua permixtus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero

Eucharistia;

(1) Alii Alexandrum papam in Summorum Pontificum serie ponunt, post B. Petrum, sextum. V. Pagium, *Crit. hist. chronol. in Annal. Baronii*, et Ciampinium, *Examen lib. Pontificalis*.

ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et fidelium plebs ei, in quem credit, copulatur et iungitur. Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia, a beatissimis apostolis Petro et Paulo edocta, quam reliquae omnes Latinorum, Graecorumque Ecclesiae, in quibus omnis sanctitatis et doctrinae lumina claruerunt, ab initio nascentis Ecclesiae sic servaverint et modo servant, inconveniens admodum videtur, ut alia quaevis regio ab hac universali et rationabili diserepet observantia. Decernimus igitur, ut etiam ipsi Armeni se cum universo orbe christiano conforment, eorumque sacerdotes in calicis oblatione paululum aquae (prout dictum est) admisceant vino. Forma huius sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacramentum. Nam, ipsorum verborum virtute, substantia panis in Corpus Christi, et substantia vini in Sanguinem convertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, et totus sub specie vini; sub qualibet quoque parte hostiae consecratae et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, et membris eius unitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus et potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spirituale; in quo (ut inquit Urbanus Papa) gratiam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum.

§ 15. Quartum sacramentum est Poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato

commissio cum proposito non peccandi de caetero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, quae quidem praecipue fit per orationem, ieiunium et elemosynam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quae sacerdos profert, cum dicit: Ego te absolvo etc. Minister huius sacramenti est sacerdos, habens auctoritatem absolvendi vel ordinariam vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

§ 14. Quintum sacramentum est extrema unctio, cuius materia est oleum olivae per episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, qui in his locis unguendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel loquutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est haec: Per istam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per visum etc. Et similiter in aliis membris. Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus vero est mentis sanatio et, in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento inquit beatus Iacobus apostolus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.

§ 13. Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenae cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per calicis vacui,

Extrema unctio;

Ordine;

cum patena vacua superposita, traditionem: et similiter de aliis, per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Et sic de aliorum ordinum formis, prout in *Pontificali Romano* late continetur. Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus. Effectus, augmentum gratiae, ut quis sit idoneus minister.

Matrimonio:

§ 16. Septimum est sacramentum Matrimonii, quod est signum coniunctionis Christi et Ecclesiae, secundum Apostolum dicentem: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Causa efficiens matrimonii, regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti expressus. Assignatur autem triplex bonum matrimonii. Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei. Secundum est fides, quam unus coniugum alteri servare debet. Tertium indivisibilitas matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi et Ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Fidei regula edita a S. Athanasio;

§ 17. Sexto, compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, ipsis praebemus oratoribus, cuius tenor talis est: Quicumque vult salvus esse *etc.*

Decreto unionis Graecorum;

§ 18. Septimo, decretum unionis cum Graecis consummatae, pridem in hoc sacro oecumenico Florentino concilio promulgatum, cuius tenor talis est: Eugenius *etc.* Laetentur caeli *etc.*

Festivitatibus celebrandis.

§ 19. Octavo, cum, inter alia, sit etiam cum ipsis Armenis disputatum, quibus diebus festivitates Annunciationis beatae Mariae Virginis, Nativitatis b. Ioannis Baptistae, et consequenter Nativitatis et Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi

ac Praesentationis eiusdem in templo, seu Purificationis beatae Virginis Mariae celebrari debeant, satisque dilucide veritas patefacta fuerit, tam sanctorum Patrum testimoniis, quam consuetudine Ecclesiae Romanae et omnium aliarum universaliter apud Latinos et Graecos: ne igitur, in tantis celebritatibus, dispar sit christianorum ritus, inde perturbandae caritatis occasio possit oriri, decernimus, tanquam veritati et rationi consentaneum, et iuxta totius reliqui orbis observantiam, ut ipsi etiam Armeni festum Annunciationis b. Mariae die 25 martii, Nativitatis b. Ioannis Baptistae 24 iunii, Nativitatis vero secundum carnem Salvatoris nostri 25 decembris, Circumcisionis eiusdem 1 ianuarii, Epiphaniae 6 eiusdem ianuarii, Praesentationis Domini in templo seu Purificationis Dei Genitricis 2 februarii debeant solemniter celebrare.

§ 20. His omnibus explicatis, praedicti Armenorum oratores, nomine suo et sui patriarchae et omnium Armenorum, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, praeceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam; necnon quicquid tenet et docet sancta Sedes Apostolica et Romana Ecclesia, cum omni devotione et obedientia acceptant, suscipiunt et amplectuntur. Illos quoque doctores et sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipsi reverenter suscipiunt. Quasumque vero personas, et quicquid ipsa Romana Ecclesia damnat et reprobat, ipsi pro reprobatis et damnatis habent. Profitentes, tanquam verae obedientiae filii, nomine quo supra, ipsius Sedis Apostolicae ordinationibus et inssionibus fideliter obtemperare.

Qua omnia Armenorum legati acceptarunt.

Datum Florentiae, in publica sessione synodali, solemniter in ecclesia maiori celebrata, anno Domini MCCCXXXIX, decimo kalendas decembris, pontificatus nostri anno IX.

Dat. die 22 novembris 1439, pont. anno IX.

XXIV.

Communicantes in hebdomada Sancta vel infra octavam Paschae Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, satisfaciunt praecepto sanctae Romanae Ecclesiae (1).

SUMMARIUM

Causae huiusce declarationis. — 1. Alias super hoc se declarasse ait Papa. — 2. Aliam dat declarationem. — 3. Haec praecipit notificanda.

Eugenius Papa IV, dilecto filio Iacobo de Primateis de Bononia, Ordinis Minorum de Observantia regulari.

Causae huiusce declarationis. Fidei digna relatione percepimus in civitate Lirii, non parvam per haec tempora excitatam fuisse commotionem, de die debite perceptionis sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, et per aliquos religiosos esse affirmatum, quod non communicantes actualiter in die Resurrectionis dominicae, mortaliter peccarent, etiam si in die Iovis Sancti et aliis quibuscumque diebus infra annum pluries et frequentatis vicibus communicassent, quod piis auribus est audire molestum.

Alias super hoc se declarasse ait Papa. § 1. Recolimus alias per quoddam nostrum Breve scripsisse venerabili fratri nostro episcopo Licensi, quod intelligebamus satisfactum esse, si paulo ante vel paulo post diem Resurrectionis Domini quis communicet, mirati sumus quod postmodum nova controversia revixerit; sed inimicus homo superseminavit zizaniam.

Aliam dat declarationem. § 2. Nos igitur cupientes purgatum triticum in horreum Domini congregare, et inutilibus contentionibus finem dare, attendentes, iuxta doctrinam beati Augustini, quod solent circumstantiae Scripturarum illuminare substantiam veritatis, et non solum adiacentia, sed etiam praecedentia et subsequencia verba sunt consideranda prudenter, cum dicat canon Ec-

(1) Vid. Concil. Trident., cap. *Omnis de poenitentia*, et can. 9, sess. 15.

clesiae, *Omnis utriusque sexus fidelis saltem semel in anno confiteatur; et infra Suscipiens ad minus in Pascha reverenter Eucharistiae sacramentum; et sequitur Nisi de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum; dicimus expresse non intentionis legislatoris fuisse animas illaqueare fidelium, sub culpa mortali, ad communicandum praecise in die Resurrectionis dominicae, sed terminum statuisse a Pascha ad Pascham; cum dicit semel in anno, et infra ad minus in Pascha etc. Mens enim, magis quam verborum sonus, est attendenda discreta. Intelligimus itaque optimo iure satisfactum esse canoni, si in hebdomada Sancta vel infra octavam Paschae Resurrectionis dominicae, secundum meliorem dispositionem conscientiae et aptiorem mentis devotionem, fideles, praeparatione debita, sanctum Eucharistiae pignus accipiant et cum Domino Pascham celebrent ad salutem, et huic sententiae omnes volumus acquiescere.*

§ 3. Quare devotioni tuae committimus, ut praedicta, ubi oportere intelligas, Haec praecipit notificanda. populis nota facias.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo nostro secreto, die viii iulii MCCCCXL, pontificatus nostri anno x.

Dat. die 8 iulii 1440, pontif. anno x.

XXV.

Approbatio congregationis fratrum S. Hieronymi, sub denominatione S. Hieronymi de Fesulis, et sub Regula S. Augustini, cum praefinitione muneris et electionis praelatorum ipsius congregationis (1).

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Fratrum petitio Papae. — 2. Congregationem confirmat Eugenius. —

(1) Ii fratres tempore Innocentii VII regularem vitam ducere coeperunt, ut videre est supra in Constitutione iv Gregorii XII, tomo superiori, pag. 655.

3. Eam S. Hieronymi Fesulani iubet nuncupari. — 4. Conventum Fesulanum congregationis caput fore, in eoque generalia capitula cogi praecipit. — 5, 6. Praepositumque generalem ac rectores domorum eligi. — 7, 8. Quorum officia in singulis capituli primordiis expirent. — 9. Si vero cum suis fratribus possint dispensare; — 10. Fratres vero vagantes ad claustra reducere et punire; — 11. Personas Ordinis, praevia confessione, absolvere; — 12. Et eis ministrare sacramenta; — 13. Professionem vero in manibus praepositi et episcopi emittere. — 14. Obstantium derogatio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis universis fratribus S. Hieronymi Fesulani nuncupatis, praesentibus et futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium. Super gregem dominicum nostrae vigilantiae divinitus creditum intenti, speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, christifideles praesertim regulari observantiae deditos, eo providentiae studio gubernari annuimus, ut suavi Religionis iugo suppositi, curiosus Ecclesiae scrutator in eis nil inveniat nota dignum, ipsique, animarum sublati periculis, votivis congratulentur eventibus, et continuum, Domino dante, suscipiant incrementum.

Fratrum petitio Papae. § 1. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod vos, qui, mundanis spretis illecebris, iuxta quasdam constitutiones S. Hieronymi sub regulari observantia haecenus multiplicastis et in dies multiplicatis virtutum meritis, ut eo devotius Altissimo famulari valeatis, quo vos sub aliqua ex Regulis per Sedem Apostolicam approbatis degere conspexeritis, sub Regula S. Augustini, ad quam singularem geritis devotionis affectum vivere, illamque profiteri ferventius desideratis.

Congregationem confirmat Eugenius. § 2. Hinc est quod nos, qui divini cultus augmentum ac religionis propagationem, nostris potissime temporibus, augeri intensis desideriiis affectamus, piis

vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, ut prioribus vocabulo et nominatione S. Hieronymi remanentibus, habitum quem hucusque gestare consuevistis, gestare, et dictam Regulam S. Augustini, quoad tria (1) substantialia tantum, videlicet obedientiam, castitatem et in particulari paupertatem profiteri ac sub illa vivere; necnon loca, domos, sive oratoria ad vos spectantia, in domos sive prioratus dictae Regulae S. Augustini, cum Ecclesiis, coemeteriis, campanilibus, campanis, hortis, hortaliis et aliis necessariis officinis, erigere possitis.

§ 3. Et quod vos omnes et singuli unum corpus et una congregatio, quod seu quae congregatio fratrum S. Hieronymi Fesulani nuncupetur, sitis et esse censeamini.

§ 4. Necnon, quamprimum Regulam S. Augustini huiusmodi professi fueritis, ut praefertur, pro vestro ac domorum seu prioratum ad vos pertinentium, tam in spiritualibus quam in temporalibus, salubri statu, in domo seu prioratu S. Hieronymi Fesulani, quam seu quem vestrum principalem caput, cui aliae seu alii domus vel prioratus ad vos spectantes huiusmodi subsint et membra existant, fore apostolica auctoritate decernimus hac prima vice, et successive, annis singulis, singula capitula generalia, in singulis locis et terminis ad id per unum primo, et successive per singula capitula praedicta statuendis et ordinandis, celebrari.

§ 5. Ac in huiusmodi capitulis unum in vestrum generale praepositum, priorem et patrem.

§ 6. Necnon ad regimen et gubernationem singularum domorum seu prioratum huiusmodi singulos rectores eligere et deputare. Qui sic pro tempore electi et deputati, absque (2) alicuius desuper eis faciendae confirmationis, collationis seu provisionis apostolicae seu ordinariae, fratres, domos ac prioratus sibi commissos in spiritualibus et temporalibus regere, et illis praesse valeant.

(1) Deest f. *vota* (R. T.). (2) Deest hic aliquid.

Eam S. Hieronymi Fesulani iubet nuncupari.

Conventum Fesulanum congregationis caput fore, in eoque generalia capitula cogi praecipit.

Praepositumque generalem ac rectores domorum eligi.

Quorum officia
in singulis ca-
pituli primor-
dialis expiunt

§ 7. Quodque tam praepositi quam rectorum (qui nihilominus, si utiles et vobis grati fuerint et accepti, pro anno sequenti et quoties vobis placuerit, ad propria regimina et gubernationes reelegi et deputari possint) officia in singulis primordiis singulorum capitulorum huiusmodi omnino cessare et expirare censentur.

§ 8. Praeterea in eisdem capitulis, substantialia praedicta nullatenus immutando, quaecumque, quotenique et qualiacumque statuta et ordinationes inter vos edere et condere seu facere, ac eorum singula in toto vel in parte, quoties vobis opportunum videbitur, corrigere, immutare, addere, illaque omnia et singula per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, tantum iuris apicibus et terminis, litiumque anfractibus non servatis, irrefragabiliter observari facere et mandare possitis.

§ 9. Neenon super ipsis praepositis seu prior cum quibuscumque; rectores vero praedicti cum in domibus seu prioratibus sibi commissis degentibus fratribus, in toto vel in parte, prout eis videbitur, dispensare.

§ 10. Ac praepositus vel prior omnes et singulos, rectores vero praedicti in sibi commissis domibus seu prioratibus commorantes fratres, Regulam ipsam professos, vagos et fugitivos, seu alios delinquentes, quod ad clastrum redeant et se emendent, per censuras huiusmodi et alias poenas, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, cogere, capere et incarceratione.

§ 11. Novitius quoque, professos et conversos dictae Regulae, in ipsorum domibus seu prioratibus illis servientes, etiam saeculares quoslibet, praesentes et posteros, quotiens eis opportunum fuerit, ipsorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis per eos in omnibus, praeterquam Sedi Apostolicae reservatis casibus, debitam absolutionem impendere et iniungere poenitentiam salutarem.

Personas Ordinis, praeterea confessionem, absolventes;

§ 12. Neenon ecclesiastica sacramenta ministrare valeant perpetuo.

Et eis ministrare sacra

§ 13. Et insuper quod dilectus filius Iacobus vestrae societatis praepositus, in venerabilis fratris nostri Antonii episcopi Hostiensis, ac subsequenter, postquam ipse Iacobus illam emisit, vos, fratres nunc existentes, in ipsius Iacobi manibus professionem huiusmodi emittere valeatis, et episcopo, si dictus Iacobus, neenon Iacobo praedicto, si vos etiam emittere volueritis, quod professionem huiusmodi recipere et admittere possint libere et licite, auctoritate apostolica, tenore praesentium, de speciali gratia concedimus pariter et indulgemus; venerabilis fratris nostri episcopi Fesulani, caeterorumque ordinariorum, neenon parochialium Ecclesiarum, ac quorumlibet aliorum iuribus in omnibus semper salvis.

Professionem vero in manibus praepositi et episcopi emittere.

§ 14. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, neenon Ordinis S. Augustini iuramento. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Obstantium derogatio.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae 1441, septimo kalendas augusti, pontificatus nostri anno XI.

Dat. die 26 iulii 1441, pontif. anno XI.

XXVI.

Fratres S. Ambrosii sub una congregatione rediguntur, eiusque caput monasterium S. Ambrosii ad Nemus Mediolanense constituitur, munus praetorum praefinitur et privilegia conceduntur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Hi fratres diversa loca in Italia acquisierunt, et virtutibus in dies multiplicati sunt. — 2. Eos itaque in unam redigit congregationem Eugenius; — 3. Eiusque caput esse vult monasterium S. Ambrosii ad Nemus. — 4. Capitula generalia singulis trienniis fieri mandat. — 5. In quibus statuta Regulae non contraria fieri

(1) Hiscis fratribus similia concessit Gregor. XI, Constit. XXII, huius Bull. tom. IV, pag. 378.

permittit; — 6. Priorem eligi generalem. 7. Prioris eiusdem visitorumque officium quale sit definitur: — 8. Facultas absolventi a casibus reservatis, qualis; — 9. Sacramenta ministrandi. — 10. Explicatur dicta facultas absolventi a casibus reservatis. — 11. Alia facultas coercendi eos qui extra claustra vagantur; 12. Nova accipiendi loca. — 13. Ad strictiorem Ordinem ab eis transiri vetat. — 14. Concedit tamen ordines a quolibet episcopo recipere; — 15. Officium Ambrosianum recitare. — 16. Communicatio privilegiorum. — 17. Contrariorum derogatio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Regimini universalis Ecclesiae, quamquam immeriti, disponente Domino, praesidentes, curis pernegemur assiduis, ut, iuxta creditae nobis dispensationis officium, circa subditorum quorumlibet, praesertim sub regulari observantia studio vacantium piae vitae, in quorum utique prosperitate felicimur, statum salubriter et prospere dirigendum, sollicitudinis studio intendamus; et iis quae ad laudem et gloriam divini nominis, sacrique cultus augmentum ac religionis propagationem illis profutura cognoscimus opem et operam, quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces; ut per nostrae operationis ministerium et apostolici favoris praesidium, personae huiusmodi, eorumque monasteria et loca, singulis ab eis sublatis dispendiis, prosperis gratulentur eventibus, ac in spiritualibus et temporalibus felicia suscipiant incrementa.

Hi fratres diversa loca in Italia acquisierunt, et virtutibus in dies multiplicati sunt.

§ 1. Sane pro parte dilectorum filiorum, prioris et fratrum monasterii S. Ambrosii ad Nemus extra muros Mediolanenses, sub Regula S. Augustini degentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipsi et alii priores et fratres suorum aliorum monasteriorum, domorum et locorum, qui sub regulari observantia dictae Regulae viventes, variis et diversis hactenus multiplicaverunt (prout in dies multiplicat) virtutum meritis, ac

plures Ecclesias, monasteria, domos atque loca in diversis Italiae partibus consistentia assecuti fuerunt, sub charitatis et ipsius observantiae unione virtutum, Domino perpetuo famulari ferventius desiderant.

§ 2. Nos igitur, qui divini cultus augmentum et religionis propagationem ubique locorum, nostris potissime temporibus augeri intensis desideriiis affectamus, directioni, statui et conservationi fratrum huiusmodi providere volentes, ac sperantes quod ex eorum vita laudabili et fructuosius operibus, praedicta, necnon alia eis forsitan de caetero concedenda monasteria, domus atque loca, in spiritualibus et temporalibus, prosperos et felices successus, dante Domino, consequentur, ut ipsi fratres eo ferventius et devotius divinis beneplacitis se coaptent, quo se per nos et Sedem Apostolicam specialibus gratiis munitos fore conspexerint, eorundem prioris et fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, quod ipsi ac omnes et singuli in monasteriis, domibus ac locis praedictis pro tempore commorantes fratres, unum corpus et una congregatio, quod seu quae congregatio fratrum S. Ambrosii ad Nemus Mediolanense nuncupetur, et eorum quilibet frater illius monasterii, domus seu loci, in quo vel qua ipsum, de sui superioris voluntate, pro tempore residere contigerit, sint et esse censeantur.

Eos itaque in unam redigiti congregationem Eugenius.

§ 3. Necnon dicto monasterio S. Ambrosii pro primo eiusdem Religionis, prout hactenus habitum et reputatum fuit, remanente, illud ac alia praedicta, et quae fratres huiusmodi pro tempore assequi contigerit monasteria, domus atque loca, fratrum congregationis praedictorum in unitate charitatis et dicta observantia degentium sint, et ad illos in perpetuum pertineant.

Etisque cupit esse vult monasterium S. Ambrosii ad Nemus.

§ 4. Quodque fratres praefati in dicto monasterio S. Ambrosii, hac prima vice, et successive singulis trienniis singula generalia capitula, ad quae rector et visi-

Capitula generalia singulis trienniis huiusmodi mandat

tatores, ac cum singulis ex fratribus monasteriorum, domorum et locorum praedictorum, ad id per singulos eorundem monasteriorum, domorum et locorum conventus eligendis, singuli monasteriorum, domorum et locorum huiusmodi priores accedere, quibusque personaliter interesse adstricti sint, in locis et terminis ad id, per annum primo, et successive per singula capitula praedicta statuendis et ordinandis, celebrare teneantur.

In quibus statu-
ta Regulae non
contraria veri
permittit.

§ 5. Et in huiusmodi capitulis, substantialia dictae Regulae non mutando, quaecumque, quotcumque et qualiacumque statuta et ordinationes, dum tamen iusta et rationabilia, ac sacris canonibus nullatenus discrepantia, super quibus, legitima et rationabili causa subsistente, rector et visitatores huiusmodi cum dictis fratribus usque ad futurum capitulum dispensare possint, et inter eos condere seu facere, illaque necnon eorum singula in toto vel in parte, quotiens eis opportunum visum fuerit, corrigere, mutare, cassare et illis addere, necnon ea, per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, per fratres ipsos observari facere.

Priorem eligi
generalem.

§ 6. Ac in eisdem capitulis, unum etiam priorem, ex monasterii Sancti Ambrosii vel ex aliorum monasteriorum, domorum et locorum huiusmodi prioribus seu fratribus praedictis, in eorum omnium rectorem et patrem; ac duos visitatores, necnon ad Sancti Ambrosii, quod per priorem perpetuum (cuius electio ad fratres ipsius monasterii Sancti Ambrosii, electionis vero confirmatio ad archiepiscopum Mediolanensem pro tempore existentem, etiam ex speciali dictae Sedis privilegio pertinere noscuntur), et aliorum, quae per temporales priores reguntur, monasteriorum, domorum et locorum praedictorum, ac in illis degentium fratrum regimen et gubernationem, singulos priores possint et teneantur eligere.

Prioria eius-
dem, visitatu-

§ 7. Necnon rector, qui omnibus et singulis monasteriis, domibus, locis, prioribus et fratribus huiusmodi praesit; ac

visitatores, qui dictum rectorem et quemlibet ex prioribus praedictis, rationabili et legitima id exigente causa, ab eorum officii amovere, et alios loco amotorum usque ad subsequens capitulum subrogare valeant; quique alias, in visitando et in praemissis ac circa ea necessariis, illam iurisdictionem seu potestatem habeant, quae sibi per huiusmodi capitula conceditur: ac priores sic electi praedicti, absque desuper eis per ipsum archiepiscopum seu quemvis alium, apostolica seu ordinaria, vel alia quacumque auctoritate, facienda confirmatione, collatione seu provisione, fratres et monasteria, domus atque loca sibi commissa huiusmodi, in spiritualibus et temporalibus, regere ac gubernare, illisque praesse libere et licite. Rector quoque, visitatores et priores praefati, quorum officia in singulis primordiis singulorum capitulorum huiusmodi, eo ipso, etiamsi illa non resignaverint, vacare decernimus; si utiles et fratribus ipsis grati fuerint et accepti, pro annis sequentibus, ac quotiens ipsis fratribus visum fuerit seu placuerit, ad priora officia reeligere et deputari possint. Quodque, si forsitan infra triennium huiusmodi, rectorem, tunc visitatores ipsius rectoris vices gerant; si unum ex visitatoribus, tunc rector cum alio visitatore; si vero aliquem ex prioribus praedictis decedere, vel alias quovis modo ipsorum officia vacare contigerit, tunc rector et visitatores praefati alios ex fratribus huiusmodi usque ad futurum capitulum subrogare.

ramque officium
quale sit desu-
nuntur.

§ 8. Praeterea, quod rector ac omnes et singuli priores praedicti, necnon fratres, quos idem rector ad hoc duxerit deputandos, omnibus et singulis religiosis suis, professis, conversis, novitiis et ad eorum servitia in eorundem monasteriis, domibus seu locis etiam saecularibus perpetuo dedicatis, praesentibus et posteris, in quibuscumque, in reservatis semel tantum, in non reservatis vero Sedi praefatae casibus, quotiens illis opportunum fuerit,

Facultas ab-
solvendi a ce-
nibus reserva-
tis qualis; ...

ipsorum confessionibus diligenter auditis, pro commissis per eos debitam absolutionem impendere, et iniungere poenitentiam salutarem.

Sacramenta ministrandi.

§ 9. Ac Eucharistiam et alia ecclesiastica sacramenta ministrare.

Explicatur dicta facultas absolventi a casibus reservatis.

§ 10. Professos quoque et novitios huiusmodi, qui postmodum Regulam ipsam professi fuerint, in quibuscumque etiam Sedi praedictae specialiter reservatis casibus, a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, aliisque censuris et poenis a iure vel ab homine promulgatis, alias tamen in forma Ecclesiae, semel dumtaxat absolvere; et cum eisdem professis ac novitiis super irregularitate, si qua dictis sententiis et censuris, vel earum aliqua ligati, missas et alia divina officia celebrando, aut se illis immiscendo, vel alias quomodolibet (homicidii, mutilationis membrorum, et bigamiae casibus dumtaxat exceptis), semel similiter; super irregularitate vero, quam ex praedictis sententiis vel censuris seu earum aliqua, per ignorantiam vel inadvertentiam seu negligentiam, et non ex contemptu, pro tempore contraxerint, quoties opus fuerit, dispensare valeant.

Alia facultas coercendi eos qui extra claustra vagantur;

§ 11. Et insuper rector ac visitatores omnes et singuli, priores vero praedicti, in sibi commissis monasteriis, domibus seu locis degentes, fratres professos dictae congregationis vagos et fugitivos, seu alias delinquentes, quod ad claustrum redeant, vel alias se emendent, per excommunicationis sententiam, ac alias censuras et poenas, de quibus sibi videbitur (invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis) cogere, capere, incarcerare et etiam punire.

Nova accipiendi loca.

§ 12. Quodque fratres ipsi quaecumque bona mobilia et immobilia, monasteria, Ecclesias, domos et loca, si alias eis legitime donentur vel concedantur, in posterum recipere et assequi, illaque pro suis usui et habitatione, sub institutis regularibus dictae congregationis et obser-

vantia huiusmodi, possidere similiter libere et licite.

§ 13. Et quod nullus ex fratribus professis praedictis, ad aliquem alium Ordinem seu Regulam, etiam arctiorem, quodcumque et quaecumque privilegium seu indultum super libere recipiendis fratribus alterius Ordinis vel Regulae, ipsi etiam arctiori Ordini seu Regulae a Sede praedicta vel alias quomodocumque concessum sit, etiamsi de privilegio, seu indulto huiusmodi de verbo ad verbum praesentibus habenda foret mentio specialis, absque capituli generalis huiusmodi, aut de privilegio seu indulto praesenti, et illius causa, necnon tunc ipsorum fratrum existentis rectoris nomine, expressam mentionem faciente, licentia speciali, sub excommunicationis poena, quam absque licentia praedicta transiens aut vagans eo ipso incurrat, transire aut vagari audeat.

Ad strictiorem Ordinem ab eis transiri vetat.

§ 14. Praeterea, omnes et singuli priores praedicti, de licentia rectoris et visitatorum huiusmodi, quoscumque in sibi commissis monasteriis, domibus seu locis commorantes fratres, ad omnes etiam sacros ordines, alias tamen rite statutis a iure temporibus, per quemvis catholicum antistitem, gratiam et communionem praedictae Sedis habentem, dioecesanorum locorum et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, libere et licite promoveri facere possint.

Concedit tamen ordines a quolibet episcopo recipere (1);

§ 15. Necnon fratres praedicti, eorum monasteriis, Ecclesiis, domibus sive locis, divinum officium Ambrosianum, prout alias consueverunt, nisi fratribus alicuius ex monasteriis, domibus, sive locis praedictis, de dicendo aliud officium a Sede praedicta indultum existat, dicere, legere, seu cantare teneantur.

Officium Ambrosianum recitare.

§ 16. Quod Sancti Ambrosii et omnia alia et singula monasteria, domus seu loca et fratres huiusmodi omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentiis, gratiis

Communicatio privilegiorum.

(1) Vide Concil. Trident., sess. vii, cap. 11.

et indultis quibuscumque monasteriis præfatis in genere per nos vel Sedem prædictam concessis, aut forsitan in posterum concedendis, uti et gaudere valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium, perpetuo statuimus, decernimus et ordinamus, ac fratribus præsentibus et futuris huiusmodi, quamdiu sub dicta observantia vixerint, concedimus pariter et indulgemus, præfati archiepiscopi, cæterorumque ordinariorum locorum, necnon parochialium Ecclesiarum et quorumlibet aliorum iuribus alias in omnibus semper salvis.

Contrariorum derogatio

§ 17. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac literis et privilegiis apostolicis, etc.

Datum Florentiæ, anno Incarnationis dominicæ MCCCXLI, quarto nonas octobris, pontificatus nostri anno XI.

Dat. die 4 octobris 1441, pont. anno XI.

XXVII.

Concordia Iacobitarum in Ægypto cum Sancta Romana Ecclesia, et explicatio nonnullorum articulorum catholicam fidem concernentium.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Benedicendum Deo gratiæque illi agenda. — 2. Commendatio patriarchæ Iacobitarum, eiusque legati. — 3. Expositio fidei eidem facta legato. — 4. De Trinitate. — 5. Damnatio illorum, qui contraria de Trinitate sensere. — 6. De libris canonicis, quos catholica suscipit Ecclesia. — 7. Manichæorum reprobatio. — 8. De Christo, eiusque proprietatibus. — 9. Morte et resurrectione. — 10. Damnatio illorum, qui contra hæc senserunt. — 11. Nemo ex viro foeminaque conceptus liberatus fuit a diaboli dominatione, nisi per merita Iesu Christi. — 12. Legalia veteris Testamenti post Christi adventum cessarunt. — 13. Abstinentum ergo a circumcissione et sabbato. — 14. Ciborum differentia ad legal. vet. Testamenti pertinet, quæ iam cessarunt. — 15. Qui extra Ecclesiam catholicam sunt salvari non possunt. — 16. Ecclesia Romana

suscipit synodum Nicaenam, — 17. Constantinopolitanam, — 18. Ephesinam primam; — 19. Damnata vero secundam Ephesinam. — 20. Tenet autem Chalcedonensem quartam, — 21. Quintam synodum et secundam Constantinopolitanam, — 22. Constantin. tertiam, — 23. Aliasque omnes auctoritate pontificia congregatas. — 24. Forma consecrationis. — 25. Panis triticeus, nil refert, an eodem vel hesterno die confectus sit; — 26. Nuptiarum multiplicitas permessa. — 27. Acceptatio prædictorum pro parte Iacobitarum. — 28. Tenor dictæ acceptationis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit; annunciate hæc in universa terra; exulta et lauda, habitatio Sion, quoniam magnus in medio tui sanctus Israel. Cantare profecto et exultare in Domino decet Ecclesiam Dei pro hac grandi magnificentia et gloria nominis sui, quam hodierna die clementissimus Deus operari dignatus est. Toto siquidem corde laudare et benedicere Salvatorem nostrum nos convenit, qui sanctam Ecclesiam suam novis quotidie accumulât incrementis. Quamquam autem in populum christianum sua beneficia omni tempore multa et magna sint, quæ luce clarius erga nos suam immensam caritatem ostendunt; si tamen accurate inspicimus quæ et quanta his diebus novissimis divina clementia facere dignata est, indicare certe poterimus hoc nostro tempore plura ac maiora, quam a multis retroactis temporibus suæ caritatis munera exitisse. Ecce enim, nondum exacto triennio, in hac sancta œcumenica synodo saluberrimam trium magnarum nationum unionem Dominus noster Iesus Christus, pro sua infatigabili pietate, ad commune perenneque totius christianitatis gaudium, tam copiose effecit: unde actum est, ut totus fere Oriens, qui gloriosum Christi nomen adorat, ac non parva Septentrionis portio, post longa dissidia cum sancta Romana Ecclesia, in

Proœmium

eodem fidei et caritatis vinculo iam convenerint. Primo etenim Graeci et ii qui subsunt quatuor patriarchalibus sedibus, multas gentes, nationesque et idiomata continentibus; deinde Armeni, multorum populorum gens; hodie vero Iacobini, magni etiam per Ægyptum populi, sanctae Sedi Apostolicae uniti sunt.

Benedicendum Deo gratiaeque illi agendae.

§ 1. Et cum nihil salutari nostro Domino nostro Iesu Christo gratius sit, quam mutua inter homines caritas; nihilque nomini suo gloriosius, atque Ecclesiae utilius esse possit, quam ut christiani, omni inter se sublato dissidio, in eadem simul fidei puritate conveniant, merito nos omnes cantare prae gaudio, et iubilare in Domino debemus, quos, ut tantam christianae fidei magnificentiam diebus nostris videremus, divina miseratio dignos effecit. Summa igitur cum alacritate, annunciamus magalia haec in universa christianorum terra, ut sicut nos, gloria Dei et exaltatione Ecclesiae, gaudio inenarrabili repleti sumus, ita et alios tantae laetitiae participes faciamus, ut omnes uno ore magnificemus et glorificemus Deum, et suae maiestati, prout dignum est, magnas quotidianasque gratias agamus pro tot tantisque mirabilibus beneficiis hac aetate Ecclesiae suae sanctae collatis.

Commendatio patriarchae Iacobitarum, eiusque legati.

§ 2. Et quoniam qui opus Dei diligenter exercet, non modo meritum ac retributionem in coelis expectat, sed apud homines amplam gloriam laudemque meretur, venerabilem fratrem nostrum Iohannem Iacobinorum patriarcham, huius sanctae unionis cupidissimum, a nobis et tota Ecclesia merito laudandum et extollendum, ac communionum christianorum favore, cum tota sua gente, dignum iudicamus. Is enim a nobis per nostrum oratorem ac literas excitatus, ut ad nos et hanc sanctam synodum legationem mitteret, et se ac suam gentem in eadem, cum Ecclesia Romana, fide uniret, dilectum filium Andream, natione Ægyptium, abbatem monasterii S. Antonii apud Ægy-

ptum, in quo et habitasse et mortuus esse sanctus ipse Antonius perhibetur, religione et moribus non mediocriter institutum, ad nos et ipsam synodum destinavit, cui, devotionis zelo accensus, imposuit atque commisit ut fidei doctrinam, quam sancta Romana Ecclesia tenet et praedicat, nomine ipsius patriarchae et suorum Iacobinorum reverenter susceperet, deferendam postea per eum ad ipsum patriarcham et Iacobinos, ut et ipsi eandem agnoscerent, ratamque haberent et in suis regionibus praedicarent.

§ 3. Nos igitur, quibus voce Domini commissum est pascere oves Christi, ipsum Andream abbatem per nonnullos huius tam sacri concilii insignes viros, super articulis fidei et sacramentis Ecclesiae et quibuscumque ad salutem spectantibus diligenter examinari fecimus, et tandem, quantum visum est fore necessarium, exposita eidem abbati S. R. E. fide catholica, et per ipsum humiliter acceptata, hanc, quae sequitur, veram necessariamque doctrinam, hodie in hac solemnii sessione, sacro approbante oecumenico concilio Florentino, in nomine Domini tradimus.

Expositio fidei eidem facta legato.

§ 4. In primis igitur sacrosancta Romana Ecclesia, Domini et Salvatoris nostri voce fundata, firmiter credit, profiteatur et praedicat unum verum Deum, omnipotentem, incommutabilem et aeternum, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum in essentia, trium in personis. Patrem ingenitum; Filium ex Patre genitum; Spiritum Sanctum ex Patre, Filioque procedentem. Patrem non esse Filium aut Spiritum Sanctum; Filium non esse Patrem aut Spiritum Sanctum; Spiritum Sanctum non esse Patrem aut Filium; sed Pater tantum Pater est; et Filius tantum Filius est; et Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus est. Solus Pater de substantia sua genuit Filium; solus Filius de solo Patre est genitus; solus Spiritus Sanctus simul de Patre procedit

De Trinitate.

et Filio. Et tres personae sunt unus Deus et non tres Dii, quia trium est una substantia, una essentia, una natura, una divinitas, una immensitas, una aeternitas, omniaque sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Propter hanc unitatem, Pater est totus in Filio, totus in Spiritu Sancto; Filius totus est in Patre, totus in Spiritu Sancto; Spiritus Sanctus totus est in Patre, totus in Filio. Nullus alium aut praecedat aeternitate, aut excedat magnitudine, aut superat potestate. Aeternum quippe et sine initio est, quod Filius de Patre extitit; ac aeternum ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de Patre Filioque procedit. Pater quicquid est aut habet, non habet ab alio, sed ex se, et est principium sine principio. Filius quicquid est aut habet, habet a Patre, et est principium de principio. Spiritus Sanctus quicquid est aut habet, habet a Patre simul et Filio. Sed Pater et Filius non sunt duo principia Spiritus Sancti, sed unum principium; sicut Pater et Filius et Spiritus Sanctus non tria principia creaturae, sed unum principium.

Damasio illorum, qui contraria de Trinitate sensere.

§ 5. Quoscumque ergo adversa et contraria sentientes, damnat, reprobat et anathematizat, et a Christi corpore, quod est Ecclesia, alienos esse denunciat. Hinc damnat Sabellium personas confundentem, et ipsorum distinctionem realem penitus auferentem. Damnatur Arianos, Eunomianos, Macedonianos, solum Patrem Deum verum esse dicentes, Filium autem et Spiritum Sanctum in creaturarum ordine collocantes. Damnatur et quoscumque alios, gradus seu inaequalitatem in Trinitate facientes.

De libris canonice, quos catholica suscipit Ecclesia.

§ 6. Firmissime credit, profitetur et praedicat unum verum Deum, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse omnium visibilium et invisibilium creatorem, qui, quando voluit, bonitate sua universas tam spirituales, quam corporales condidit creaturas; bonas quidem, quia a Summo Bono factae sunt, sed mutabiles,

quia de nihilo factae sunt, nullamque mali asserit esse naturam, quia omnis natura, in quantum natura est, bona est. Unum atque eundem Deum veteris et novi Testamenti, hoc est Legis et Prophetarum atque Evangelii profitetur auctorem; quoniam, eodem Spiritu Sancto inspirante, utriusque Testamenti sancti locuti sunt, quorum libros suscipit et veneratur, qui titulis sequentibus continentur: Quinque Moysis, idest Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; Iosue, Iudicum, Ruth; quatuor Regum; duobus Paralipomenon; Esdra, Nehemia, Tobia, Judith, Hester, Iob, psalmis David, Parabolis, Ecclesiaste, Canticis Canticorum, Sapientia, Ecclesiastico, Isaia, Ieremia, Baruch, Ezechiele, Daniele; duodecim prophetis minoribus, idest Osce, Ioele, Amos, Abdia, Iona, Michæa, Nahum, Habacuc, Sophonia, Aggaeo, Zacharia, Malachia; duobus Machabaeorum; quatuor Evangelii, Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis; quatuordecim epistolis Pauli, ad Romanos, duabus ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, duabus ad Thessalonicenses, ad Colossenses, duabus ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos; Petri duabus; tribus Ioannis; una Iacobi; una Iudae; Actibus apostolorum et Apocalypsi Ioannis.

Manichaeorum reprobatio.

§ 7. Propterea Manichaeorum anathematizat insaniam, qui duo prima principia posuerunt, unum visibilium, aliud invisibilium, et alium novi Testamenti Deum, alium veteris esse Deum dixerunt.

De Christo, eiusque proprietatibus.

§ 8. Firmiter credit, profitetur et praedicat unam ex Trinitate personam, verum Deum, Dei Filium, ex Patre genitum, Patri consubstantialem et coaeternum, in plenitudine temporis, quam divini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, propter salutem humani generis, veram hominis integramque naturam ex immaculato utero Mariae Virginis assumpsisse, et sibi in unitatem personae copulasse tanta unitate, ut quidquid ibi Dei est, non sit ab homine.

separatum, et quicquid est hominis, non sit a deitate divisum, sitque unus et idem, indivisus, utraque natura in suis proprietatibus permanente, Deus et homo, Dei Filius et hominis filius, aequalis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Immortalis et aeternus, ex natura divinitatis; passibilis et temporalis, ex conditione assumptæ humanitatis.

Morte et resurrectione.

§ 9. Firmiter credit, profitetur et prædicat Dei Filium, in assumpta humanitate, ex Virgine vere natum, vere passum, vere mortuum et sepultum, vere ex mortuis resurrexisse, in coelum ascendisse, sedereque ad dexteram Patris, et venturum in fine saeculorum ad vivos mortuosque iudicandos.

Damnatio Illorum, qui contra hæc secesserunt.

§ 10. Anathematizat autem, execratur et damnat omnem hæresim contraria sapientem. Et primo damnat Elionem, Cherintum, Marcionem, Paulum Samosatenum, Fotinum, omnesque similiter blasphemantes, qui percipere non valentes unionem personalem humanitatis ad Verbum, Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum esse negaverunt, ipsum purum hominem confitentes, qui divinae gratiae participatione maiori, quam sanctioris vitae merito suscepisset, divinus homo dicebatur. Anathematizat etiam Manichæum cum sectatoribus suis, qui Dei Filium, non verum corpus, sed phantasticum sumpsisse somniantes, humanitatis in Christo veritatem penitus substulerunt; necnon Valentinum asserentem Dei Filium nihil de Virgine matre cepisse, sed corpus coeleste sumpsisse, atque ita transiisse per uterum Virginis, sicut per aquaeductum defluens aqua transeurrit; Arium etiam, qui, asserens corpus ex Virgine assumptum anima caruisse, voluit loco animae fuisse deitatem; Apollinarem quoque, qui solam posuit animam sensitivam, sed deitatem Verbi vicem rationalis animae tenuisse voluit. Anathematizat etiam Theodorum Mopsuestenum atque Nestorium, asserentes humanitatem Dei Filio unitam esse per gratiam, et ob id duas esse in

Christo personas, sicut duas fatentur esse naturas, cum intelligere non valerent unionem humanitatis ad Verbum hypostaticam extitisse, et propterea negarent Verbi subsistentiam accepisse: nam, secundum hanc blasphemiam, non Verbum caro factum est, sed Verbum per gratiam habitavit in carne, hoc est non Dei Filius homo factus est, sed magis Dei Filius habitavit in homine. Anathematizat etiam, execratur et damnat Euthychem archimandritam, qui, cum intelligeret, iuxta Nestorii blasphemiam veritatem incarnationis excludi, et propterea oportere, quod Dei Verbo unita esset humanitas, ut deitatis et humanitatis una esset eademque persona; ac etiam capere non posset, stante pluralitate naturarum, unitatem personae, sicut deitatis et humanitatis, in Christo unam posuit esse personam, ita unam asseruit esse naturam, volens, ante unionem, dualitatem fuisse naturarum, sed in unam naturam in assumptione transiisse, maxima blasphemiam et impietate concedens aut humanitatem in deitatem, aut deitatem in humanitatem esse conversam. Anathematizat etiam, execratur et damnat Macarium Antiochenum, omnesque similia sapientes, qui, licet vere de naturarum dualitate et personae unitate sentiret, tamen circa Christi operationes enormiter oberravit, dicens in Christo utriusque naturæ unam fuisse operationem, unamque voluntatem. Hos omnes cum hæresibus suis anathematizat sacrosancta Romana Ecclesia, affirmans in Christo duas esse voluntates, duasque operationes.

§ 11. Firmiter credit, profitetur et docet neminem unquam ex viro foeminaque conceptum, a diaboli dominatione fuisse liberatum, nisi per meritum mediatoris Dei et hominum, Iesu Christi Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus et mortuus, humani generis hostem, peccata nostra delendo, solus sua morte prostravit, et regni coelestis introitum, quem primus homo, peccato proprio, cum omni successione perdiderat, reseravit; quem

Nemo ex viro foeminaque conceptus liberatus fuit a diaboli dominatione, nisi per meritum, Iesu Christi.

aliquando venturum omnia veteris Testamenti sacra, sacrificia, sacramenta, caeremoniae praesiguarunt.

Legalia vet. Testamenti post Christi adventum cessarunt.

§ 12. Firmiter credit, profitetur et docet legalia veteris Testamenti sen Moysaeae legis, quae dividuntur in caeremonias, sacra, sacrificia, sacramenta, quia significandi alicuius futuri gratia fuerant instituta, licet divino cultui illa aetate congruerent, Domino nostro Iesu Christo adveniente, cessasse, et novi Testamenti sacramenta coepisse. Quemcumque, etiam post passionem, in legalibus spemponentem, et illis velut ad salutem necessariis se subdentem, quasi Christi fides sine illis salvare non posset, peccasse mortaliter. Non tamen negat, a Christi passione usque ad promulgatum Evangelium, illa potuisse servari, dum tamen minime ad salutem necessaria crederentur, sed, post promulgatum Evangelium, sine interitu salutis aeternae, asserit non posse servari.

Abstinendum ergo a circumcissione et sabbato.

§ 13. Omnes ergo, post illud tempus, circumcissionis et sabbati, reliquorumque legalium observatores, alienos a Christi fide denunciat, et salutis aeternae minime posse esse participes, nisi aliquando ab iis erroribus resipiscant. Omnibus igitur, qui christiano nomine gloriantur, praecipit omnino, quocumque tempore vel ante vel post baptismum, a circumcissione cessandum; quoniam, sive quis in ea spemponat, sive non, sine interitu salutis aeternae observari omnino non potest. Circa pueros vero propter periculum mortis, quod potest saepe contingere, cum ipsis non possit alio remedio subveniri, nisi per sacramentum baptismi, per quod eripiuntur a diaboli dominatu et in Dei filios adoptantur, admonet non esse, per quadraginta aut octuaginta dies, sen aliud tempus, iuxta quorundam observantiam, sacrum baptismum differendum, sed quamprimum commode fieri potest, debere conferri, ita tamen quod, mortis imminente periculo, mox sine ulla dilatione

baptizentur, etiam per laicum vel mulierem, in forma Ecclesiae, si desit sacerdos, quemadmodum in decreto Armenorum plenius continetur.

§ 14. Firmiter credit, profitetur et praedicat omnem creaturam Dei bonam, nihilque recipiendum (1) quod cum gratiarum actione percipitur; quia, iuxta verbum Domini: Non quod intrat in os coinquinat hominem; illamque Moysaeae legis ciborum mundorum et immundorum differentiam, ad caeremonialia asserit pertinere, quae surgente Evangelio transierunt, et efficacia esse desierunt; illam etiam apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum et sanguine et soffocato, dicit illi tempori congruisse, quod ex iudaeis atque gentilibus, qui antea diversis caeremoniis, moribusque vivebant, una surgebat Ecclesia, ut cum iudaeis etiam gentiles aliquid communiter observarent, et in unum Dei cultum, fidemque conveniendi praerberetur occasio, et dissensionis materia tolleretur, cum iudaeis, propter antiquam consuetudinem sanguis et soffocatum abhominabilia viderentur, et esu immolaticii poterant arbitrari gentiles ad idolatriam redituros; ubi autem eoque propagata est christiana religio, ut nullus in ea iudaicus carnalis appareat, sed omnes ad Ecclesiam transeuntes, in eodem ritus Evangelii caeremoniasque conveniant, credentes omnia munda mundis, illius apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus. Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse denunciat, quam societas admittit humana, nec inter animalia discerni, dum per quemcumque, sive virum sive mulierem, et quocumque genere mortis intereant, quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari et ecclesiastica disciplina, possint et debeant multa non negata dimitti, quia, iuxta Apostolum: Omnia licent, sed non omnia expediunt.

Ciborum differentia ad legalia vet. Testamenti pertinet, quae iam cessarunt.

§ 15. Firmiter credit, profitetur et praedicat nullos intra catholicam Ecclesiam

(1) Legendum putamus *reiciendum* (R. T.).

Qui extra Ec-
clesiam catho-
licam sunt sal-
vari non pos-
sunt.

siam non existentes, non solum paganos, sed nec iudaeos aut haereticos atque schismaticos aeternae vitae fieri posse participes, sed in ignem aeternum ituros, qui paratus est diabolo et angelis eius, nisi, ante finem vitae, eidem fuerint aggregati. Tantumque valere ecclesiastici corporis unitatem, ut solum in ea manentibus ad salutem ecclesiastica sacramenta proficiant, et ieiunia, eleemosynae ac cetera pietatis officia et exercitia militiae christianae praemia aeterna parturiant. Neminemque, quantascumque eleemosynas fecerit, et si pro Christi nomine sanguinem effuderit, posse salvari, nisi in catholicae Ecclesiae gremio et unitate permanserit.

Ecclesia Ro-
mana suscipit
synodum Nicae-
nam.

§ 16. Amplectitur autem, approbat et suscipit sanctam Nicaenam synodum trecentorum decem et octo Patrum, temporibus beatissimi Sylvestri, praedecessoris nostri et magni Constantini piissimi principis congregatam, in qua impia haeresis Ariana cum suo auctore damnata est, et definitum est Filium Dei Patri esse consubstantialem et coaeternum.

Constantinopo-
litanam,

§ 17. Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam Constantinopolitanam synodum centum quinquaginta Patrum, beatissimi Damasi, praedecessoris nostri, et Theodosii senioris tempore convocatam, quae ipsum Macedonii anathematizavit errorem, qui Spiritum Sanctum, non Deum sed creaturam asserebat: quod damnat, damnat; quod approbat, approbat; et per omnia vult ibidem definita, illaesa et inviolata substinere.

Ephesiam pri-
mam.

§ 18. Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam primam Ephesinam synodum ducentorum Patrum, quae tertia est in ordine universalium synodorum, sub beatissimo Coelestino, praedecessore nostro, et Theodosio minore convocatam; in qua impii Nestorii est damnata blasphemiam, definitumque est Domini nostri Iesu Christi veri Dei et veri hominis unam esse personam, et beatam Mariam semper Virginem non solum Christocoenon, sed

etiam Theotocon, hoc est, non tantum hominis, sed Dei Genitricem ab omni Ecclesia praedicandam.

§ 19. Damnata vero anathematizat et respuit impiam secundam Ephesinam synodum sub beatissimo Leone, praedecessore nostro, et praefato principe congregatam, in qua Dioscorus Alexandrinus antistes, Eutychis haeresiarchae defensor, et S. Flaviani Constantinopolitani pontificis impius persecutor, execrandam illam synodum ad approbationem Eutychianae impietatis, arte et minis attraxit.

Damnata vero
secundam E-
phesinam.

§ 20. Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam Chalcedonensem synodum, quartam in ordine universalium synodorum, sexcentorum et triginta Patrum, temporibus praefati beatissimi Leonis praedecessoris nostri et Marciani principis celebratam, in qua haeresis Eutychiana, cum suo auctore Eutycha et Dioscoro defensore, damnata est; et definitum est Dominum nostrum Iesum Christum esse vere Deum et verum hominem, et in una eademque persona divinam humanamque naturas, integras, inviolatas, incorruptas, inconfusas, distinctasque mansisse, humanitate agente quae hominis sunt, et deitate quae Dei: quos damnat, damnatos habet; quos approbat, approbatos.

Tenent autem
Chalcedonen-
sam quartam.

§ 21. Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam quintam synodum, secundam Constantinopolitanam, tempore beatissimi Vigili, praedecessoris nostri, et Iustiniani principis celebratam, in qua sacri Chalcedonensis concilii definitio, de duabus naturis et una persona Christi, renovata est, multique Origenis errores, suorumque sequacium, praesertim de daemonum aliorumque damnatorum poenitentia et liberatione, reprobati atque damnati sunt.

Quintam syno-
dum et secun-
dam Constanti-
nopolitanam,

§ 22. Amplectitur etiam, approbat et suscipit sanctam tertiam Constantinopolitanam synodum, centum et quinquaginta Patrum, quae sexta est in ordine universalium synodorum, temporibus beatissimi

Constantinopo-
litanam tertiam.

Agathonis, praedecessoris nostri, et Constantini, quarti huius nominis, principis congregatam, in qua Macharii Antiocheni et sectatorum haeresis condemnata est, et definitum est, in Domino nostro Iesu Christo duas esse perfectas integrasque naturas et duas operationes, duas etiam voluntates, licet esset una eademque persona, cui utriusque naturae competere actiones, deitate agente quae Dei sunt, et humanitate quae hominis sunt.

Aliasque omnes auctoritate pontificia congregatas.

§ 23. Amplectitur etiam, veneratur et suscipit omnes alias universales synodos, auctoritate Romani Pontificis legitime congregatas ac celebratas et confirmatas, et praesertim hanc sanctam Florentinam, in qua, inter alia, Graecorum et Armenorum sanctissima unio consummata est, et multae circa utramque unionem saluberrimae definitiones editae sunt, prout in decretis desuper promulgatis plenius continetur; quorum tenor in hunc modum sequitur (1).

Forma consecrationis

§ 24. Verum, quia in suprascripto decreto Armenorum non est explicata forma verborum, quibus, in consecratione Corporis et Sanguinis Domini, sacrosancta Romana Ecclesia, Apostolorum doctrina et auctoritate firmata, semper uti consueverat, illam praesentibus duximus inserendam. In consecratione Corporis Domini, hac utitur forma verborum. *Hoc est enim Corpus meum. Sanguinis vero. Hic est enim calix Sanguinis mei, novi et aeterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Panis triticeus, nil refert, an eodem vel beatero die conlectus sit;

§ 25. Panis vero triticeus, in quo Sacramentum conficitur, an eo die, an ante decoctus sit, nihil omnino refert. Dummodo enim panis substantia maneat, nullatenus dubitandum est quin, post praefata verba consecrationis Corporis a sacerdote cum intentione conficiendi prolata, mox in verum Christi Corpus transubstantietur.

(1) Omittitur insertio bullarum, tam unionis Graecorum, quam Armenorum, quia leguntur superius, pag. 59 et 44.

§ 26. Quoniam nonnullos asseritur quartas nuptias tamquam condemnatas respicere, ne peccatum ubi non est esse putetur, cum, secundum Apostolum, mortuo viro, mulier sit ab eius lege soluta, et nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, secundo vel tertio, declaramus non solum secundas, sed tertias et quartas atque posteriores, si aliquod impedimentum canonicum non obstat, licite contrahi posse. Commendatiores tamen dicimus, si ulterius a coniugio abstinentes, in castitate permanserint, quia sicut virginitatem viduitati, ita nuptiis castam viduitatem laude ac merito praefendam esse censemus.

Acceptatio praedictor. pro parte Iacobitarum.

§ 27. His omnibus explicatis, praedictus Andreas abbas, nomine dicti patriarchae ac proprio et omnium Iacobinorum, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, praecipis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta Sedes Apostolica et Romana Ecclesia, cum omni devotione et reverentia suscipit et acceptat. Illos quoque doctores et sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, ipse reverenter suscipit: quascumque vero personas et quicquid ipsa Romana Ecclesia reprobat et damnat, ipse pro reprobatis et damnatis habet, profitens, tamquam verus obedientiae filius, nomine quo supra, Sedis Apostolicae ordinationibus et iussionibus fideliter et semper obtemperare.

Tenor dictae acceptationis.

§ 28. Lecto solemniter in praesenti synodo hoc decreto latino sermone, mox in arabico, praefatus Andreas abbas, ipsorum Iacobinorum decretum publice ibidem perlegit, atque infrascripta verba in scriptis arabice subiunxit, quae incontinenti latine recitata sunt: Beatissime pa-

ter, domine Eugeni, sanctae Romanae et universalis Ecclesiae Summe Pontifex, vereque Christi vicari ac beati Petri successor, et sanctissima universalis Florentina synodus, totum hoc sanctum decretum cum insertis et sanctis decretis unionis Graecorum et Armenorum, quod nunc in vestra praesentia publice lectum est, ego Andreas, humilis abbas S. Antonii, orator reverendi Patris domini Ioannis patriarchae Iacobinorum, habens ipsius decreti per plures dies plenam notitiam et instructionem, cognosco, confiteorque omnia in ipso decreto contenta divinae ac catholicae veritati consona existere. Nomine igitur praefati domini patriarchae, omniumque Iacobinorum ac meo, quemadmodum vestra sanctitas attestatur, praefatum saluberrimum synodale decretum, cum d. etis insertis decretis, omnibusque suis capitulis, declarationibus, definitionibus, traditionibus, praeceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta Sedes Apostolica et Romana Ecclesia, cum omni devotione et reverentia, suscipio et accepto. Illos quoque doctores et sanctos Patres, quos Ecclesia Romana approbat, reverenter suscipio. Quasenique vero personas et quicquid ipsa Romana Ecclesia reprobat et damnat, pro reprobatis et damnatis habeo, pollicens, nomine quo supra, ipsum patriarcham, Iacobinosque et me ipsum, tamquam verae obedientiae filios, vestris ac Sedis Apostolicae ordinationibus et iussionibus fideliter et semper obtemperaturos.

Datum Florentiae, in publica sessione synodali, solemniter in ecclesia domus S. Mariae Novellae, apud quam nunc residemus, celebrata, anno Incarnationis dominicae MCCCXLI, pridie nonas februarii, pontificatus nostri anno x.

Dat. die 4 februarii 1441, pont. anno x.

Bull. Rom. Vol. V.

9

XXVIII.

Exemptio canonicorum saecularium congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum a solutione decimarum, impositionum et onerum quorumcumque (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Causa concessionis huius exemptionis. — 2. Exemptio a solutione decimarum et quorumcumque onerum et impositionum. — 3. Clausulae dicti privilegii praeservativae. — 4. Inhibitio contra quoscumque exactores aliosque officiales. — 5. Clausulae derogatoriae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Quamquam, ex debito Summi Pontificatus officii nobis ex alto commissi, circa Ecclesiarum et ecclesiasticorum locorum et personarum omnium commoda et utilitates nos decet intentos existere, illas tamen et easdem personas, quae pie et castae vitae studio intendentes, mundanis abiectis illecebris, in humilitatis spiritu, devotum et sedulum exhibent Altissimo famulatum, tanto propensioribus favoribus prosequimur, quanto ipsarum personarum vita laudabili atque moribus debite compensatis, id conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Cum itaque, sicut nobis innotuit, dilecti filii canonici de collegio sive congregatione S. Georgii in Alga de Venetiis Castellanensis dioecesis, a multis citra temporibus plures Ecclesias atque loca ecclesiastica in diversis civitatibus, terris atque locis partim Italiae consistentia, in quibus etiam pie et caste et in communi degentes, missasque et alias horas canonicas nocturnas atque diurnas diebus singulis celebrantes, interim permanserunt, prout et in copioso numero praesentialiter permanent in spiritualibus et temporalibus, ad laudem et gloriam divini

(1) De institutione huius congregationis, vide in Constitutione II Gregorii XII, volumine antecedenti, pag. 645.

Prooemium.

Causa concessionis huius exemptionis.

nominis, sacrique cultus et populorum devotionis augmentum multipliciter reformaverint, ac propterea, necnon ex eorum multiplicatis virtutibus, plurimi fructus etiam ad salutem animarum plurimum fidelium partium earundem haecenus provenierint et quotidie proveniant, et alias ipsi, omnibus et singulis Deo devotis personis ad eorum Ecclesias atque loca praedicta de alienis partibus seu locis pro tempore applicantibus, hospitio suscipere consueverint, et ad id, iuxta eorum statuta, specialiter intenti existant, ac ad hoc, necnon ad alia, eis et ipsorum Ecclesiis atque locis praedictis, quae unum corpus existunt pro tempore, incumbencia expensarum onera Ecclesiarum atque locorum huiusmodi, vix suppetant, et quandoque non sufficiant facultates.

§ 2. Nos praemissa debite compensantes, ac attendentes quod praefati canonici, et in vitae continentia ac sanctimonia, aliisque pluribus et diversis virtutibus, ac fructuosis operibus in dies multiplicant, et fidelibus partium, in quibus pro tempore moram trahunt, castitatis, humilitatis atque multiplicis virtutis exemplum fore noscuntur: necnon propterea eis et statui ipsorum, ne ob facultatum carentiam minuantur, sed ut, sublatis ab ipsis dispendiis, aliisque extraordinariis oneribus quibuslibet, in numero, operibus et virtutibus supradictis augeantur, quantum cum Deo possumus, providere volentes, motu proprio, non ad dictorum canonicorum vel alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, universis canonicis de collegio, sive de congregatione huiusmodi, qui nunc sunt, et de cetero perpetuis futuris temporibus erunt, necnon eorum Ecclesias, domus atque loca, praesentia et futura, ac etiam possessiones, domus, res, census, iura atque bona ad canonicos et ipsorum Ecclesias atque loca praedicta nunc et imposterum

(1) Alias similes idem Pontifex concessionones fecit, quas, uti minus necessarias, praetermisit.

spectantia, omnia et singula, ubicumque consistentia, quorum qualitates, quantitates, loca, vocabula, confines, ac fructuum, reddituum et proventuum annuos, aliosque eorumdem veros valores praesentibus haberi volumus pro expressis, necnon quoscumque colonos et laboratores, super possessionibus et bonis ipsis pro tempore commorantes, ceterosque, quoad hoc, ipsorum canonicorum praesentium et futurorum procuratores, negotiorum gestores, afflictuarios et pensionarios, in quantum Ecclesias, domus, loca, res, census, iura atque bona contingunt, ab omnibus et singulis datis, impositionibus, subsidiis, etiam caritativis, ac decimis, aliisque oneribus, contributionibus et exactionibus, quibuscumque nominibus nuncupentur, per nos vel Sedem Apostolicam, aut legatorum eius, seu nos ra vel dictae Sedis auctoritate, aut per locorum ordinarios, seu eorum clericos, vel eorum aliquem, seu aliquos, aut alias quomodolibet, ex quibusvis causis, etiam legitimis et rationabilibus, impositis haecenus et imposterum imponendis, ac ab illorum et cuiuslibet ipsorum persolutionibus, auctoritate apostolica, ex certa scientia, tenore praesentium, de specialis dono gratiae perpetuo eximimus et totaliter liberamus, ac prorsus et omnino libera et exempta perpetuo esse decernimus et declaramus.

§ 5. Volentes etiam, ac scientia et auctoritate praedictis statuantes et concedentes, quod nulla per nos vel Sedem praedictam, in genere vel in specie, sub quibusvis formis aut verborum expressionibus, necnon decretis irritantibus et cum quibuscumque etiam clausularum individualium, et quod illis, nisi sub certa forma minime derogetur, neque derogatum fuisse censeatur, vim et effectum habentium ac huiusmodi formae, sive illa servata fuerint, sive non, prohibitorijs, aut alias effectui praesentium praeiudicialibus clausulis, concessa haecenus, vel imposterum concedenda, literae, privilegia et

Clausulae dicti privilegii praeservatae.

Exemptio a solutione decimarum et quorumcumque onerum et impositionum (1).

indulta, etiam contra exemptas personas, Ecclesias, loca atque bona quaecumque se extendentia, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent huiusmodi praesentibus etiam haberi volumus pro expressis, nisi in illis tenor eorundem praesentium de verbo ad verbum insertus, ac de nominibus et cognominibus Ecclesiarum et locorum praedictorum specialis et expressa mentio facta fuerit, exemptioni et liberationi, nec non decreto et declarationi nostris huiusmodi aliquantulum praecindicare possint, seu debeant. Quinimo huiusmodi praesentes litterae ac contenta in eisdem plenariam roboris firmitatem obtineant, ac exemptio et liberatio nostrae praedictae plenarie et effectualiter observentur perinde in omnibus et per omnia, ac si tunc aliae litterae, privilegia ac indulta praedicta nullatenus emanassent, quibus ex nunc, prout ex tunc, quoad hoc, specialiter derogamus, illis alias in suo robore permansuris.

Inhibito contra quoscumque exactores aliosque officiales.

§ 4. Et nihilominus omnibus et singulis civitatum, terrarum, castrorum atque locorum quorumlibet dominiis, dominis, communitatibus, eorumque et aliis quibusvis officialibus, praesentibus et futuris, ceterisque personis, tam ecclesiasticis, quam saecularibus, cuiuscumque gradus, status vel conditionis existant, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali aut alia quavis ecclesiastica seu mundana dignitate praefulgeant, auctoritate apostolica supradicta, harum serie monemus, mandamus pariter et inhibemus de cetero, ne ullo unquam tempore per se, vel alium, seu alios, quovis quaesito colore, directe vel indirecte, contra exemptionem, liberationem, decretum, declarationem ac tenorem praesentium huiusmodi, in toto vel in parte venire, facere aut aliquid attentare audeant vel praesumant. Alioquin in illos ex eis, qui, a die sibi de praemissis factae notitiae, infra tres dies immediate sequentes, monitioni seu inhibitioni huiusmodi pro tempore

non paruerint, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis sententiam harum serie proferimus et promulgamus, a qua a nullo alio, praeterquam a Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere, nisi in mortis articulo constituti.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, dominiis, dominis, communitatibus, officialibus et personis praedictis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem Sede indultum existat, quod interdicti, suspendi, etc.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae MCCCXLII, septimo idus iunii, pontificatus nostri anno XII.

Dat. die 7 iunii 1442, pontif. anno XII.

Clauglae derogatorie.

XXIX.

Edictum contra hebraeos, quibus publica munera gerere, et christianis cum iis vesci, bibere, in eadem versari domo etc. interdicitur (1).

SUMMARIUM

1. Iudaei concessionibus pontificiis abusi. —
2. Constitutiones, decreta, etc. renovata. —
3. Christiani cum iudaeis edere, vel bibere vetiti; — Prohibiti ab illis pharmaca accipere. — 4. Iudaeis vero, ne publicis praesideant muneribus. — 5. Iudaei et Saraceni decimas solvere iussi. — 6. Vetiti famulum, famulamve habere christianos. — 7. Puniendi blasphemi. — 8. Iussi signum in vestibus habere. — 9. Vetiti a christianis usuras accipere. — 10. Rescissa contraria huic decreto omnia. — 11. Praecipitur omnibus ut novum hoc decretum observent. — 12. Christiani contra haec tendentes anathemate percussi. — 13. Iudaei bonis multari iussi.

(1) Ex Raynaldo continuat. Annal., tom. IX, pag. 398.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Judaei concessio-
nibus ponti-
ficis abusi.

§ 1. Dudum ad nostram audientiam deducto iudaeos in Castellae et Legionis regnis ac dominiis charissimi in Christo filii nostri Ioannis, dictorum regnorum regis, consistentes, certis indultis et concessionibus eis a Sede Apostolica ad futuram rei memoriam concessis, adeo erronee et perverse interpretari, ut iis, quae eis gratiose et ad bonum ac honestum finem et effectum concesseramus, illi abuterentur, multaque, sub eo praetextu, inhonesta et turpia committerent, ex quibus christianae religionis et fidei puritas non parum laedebatur, et mentes catholicorum christifidelium saepe scandalum patiebantur, nos concessionibus, privilegia et indulta per nos iudaeis regnorum et dominiorum praedictorum, ut praemittitur, concessa usque ad terminos iuris communis dumtaxat operari, nec ullatenus aliquo pacto se extendi, nec aliam quam ipsius iuris communis interpretationem pati aut recipere, per alias nostras literas decrevimus et declaravimus, prout in eisdem literis continetur.

Constitutiones,
decreta etc. re-
novata.

§ 2. Cum autem, sicut veridica relatione, non sine displicentia grandi, percepimus, licet a diversis Romanis Pontificibus, praedecessoribus nostris, de iudaeis et saracenis quamplura salubria constitutiones et decreta ac decretales epistolae emanaverint; praefati tamen iudaei et saraceni, in praefatis regnis et dominiis commorantes, propriis affectibus et antiquae eorum perfidiae incumbentes, dum constitutionum, decretorum ac decretalium epistolarum huiusmodi sensum legitimum ad sua vota non habent, ut illis eludere valeant, ad ulteriorum (1) intellectum subadducant, veterem ipsorum malitiam et temeritatem in christifideles continuare et in dies eorum nequitia praesumptuosius uti non vereantur, in maximum christianae fidei vilipendium, animarum quoque pe-

(1) Raynal. legit *adulterinum intellectum* (n. r.).

riculum pariter et iacturam; nos, ut iudaei et saraceni praedicti, ac illorum fautores impii christiani, poenarum impositionibus territi, vereantur in antea in eorum perniciosos ausus relabi, et christifideles, in sua persistentes fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis quibus possumus, prout ex debito pastoralis officii tenemur, praecavere cupientes, ad orthodoxae fidei catholicae corroboracionem et exaltacionem, praesentis perpetuo valiturae et irrefragabiliter observandae constitutionis edicto, auctoritate apostolica, omnia et singula constitutiones, decreta et decretales epistolas praedictas, quorum omnium tenorem de verbo ad verbum praesentibus haberi volumus (1) promiscue innovamus.

§ 3. Necnon sancimus, statuimus et ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus christiani cum iudaeis et saracenis comedere aut bibere, seu ipsos ad convivia admittere, vel eis cohabitare, aut cum ipsis balneare, vel ab eis, infirmitatis aut debilitatis seu alio quocumque tempore, medicinam vel potiones seu vulnerum aut cicatricum curationes, sive aliquod medelae genus recipere non debeant; ac christiani non permittant iudaeos et saracenos contra christianos dignitatibus saecularibus praefici vel officia publica exercere.

Christiani cum
iudaeis edere,
vel bibere ve-
lli:

Prohibiti ab il-
lis pharmaca ac-
cipere.

§ 4. Iudaei quoque et saraceni non possunt esse arrendatores, collectores, conductores seu locatores fructuum, bonorum vel rerum christianorum, seu eorum computatores, procuratores et oeconomi, negotiorum gestores, negotiatores, proxenetae, concordatores sponsalium, vel matrimoniorum tractatores, obstetrices, seu in domibus aut bonis christianorum aliquod opus exercere, vel cum christianis societatem, officium aut administrationem in aliqua communione, vel arte seu artificio habere, ac nullus christianus iudaeis vel eorum congregationi, seu sa-

Iudaeis vere,
ne publice pre-
sident mune-
ribus.

(1) Desunt verba *pro inserto*, aut similia (n. r.).

racenis in testamento aut voluntate ultima, aliqua relinquere possit vel legare.

Iudaei et saraceni decimas solvere iussi.

§ 5. Iudaei quoque synagogas novas erigere, aut construi facere non valeant, sed antiquas dumtaxat, non tamen ampliores vel pretiosiores solito reficiant, et in Lamentationum ac dominicae Passionis diebus, per loca publica seu publice non transeant vel incedant, nec ostia vel fenestras teneant apertas; et ipsi ac saraceni ad solvendum quascumque, de quibusvis rebus et bonis, decimas astricti censeantur; et contra eos in quibusvis casibus christiani testes esse possunt, sed iudaeorum contra christianos in casu nullo testimonium valeat, et apud christianos iudices et communes dumtaxat, non autem apud christianos iudices pro eis specialiter deputatos, seu eorum seniores, iudaei ac saraceni, in quibuscumque causis agant, experiantur.

Vetiti famulum famulamve habere christianos.

§ 6: Nec possint iudaei et saraceni nutricem vel familiarem aut servitorem cuiuscumque sexus christianum in domo tenere. Nec etiam christiani in sabbatis seu iudaeorum festivitibus iudaeis ipsis ignem accendant, vel cibum aut panem, seu quodcumque aliud opus simile ad decorem cultus festivitatis eiusdem quomodolibet exhibeant, vel servitium aut obsequium aliquod praestent vel impendant.

Punienti blasphemiam.

§ 7. Saeculares quoque iudices christiani iudaeos Deum, aut gloriosissimam beatam Mariam Virginem eius Genitricem, vel aliquos sanctos blasphemantes aut in hoc quomodolibet delinquentes, pecuniaria vel alia graviore, de qua eis videbitur, poena puniant et perecellant.

Iussi signum in vestibus habere.

§ 8. Neenon omnes et singuli iudaei et saraceni, cuiuscumque sexus et aetatis, distinctum habitum et notoria signa, per quae evidenter a christianis cognosci possint, ubique deferant, et inter christianos non habitent, sed infra certum viculum (1) seu locum a christianis separati et segregati, extra quem nullatenus mansiones habere valeant, inter se degant.

(1) Raynaldus habet *circulum* (R. T.).

§ 9. A christianis quoque usuras minime exigant, percipiant vel extorqueant, neenon extorta a christianis per usurariam pravitatem, illis, a quibus extorserrunt, sine difficultate protinus restituant.

Vetiti a christianis usuras accipere.

§ 10. Et insuper, ut tam christifideles, quam iudaei et saraceni, in praefatis regnis et dominiis commemorantes praedicti, praesentes et posteri, ad decretorum et decretalium epistolarum, ac praedictarum et praesentis nostrae constitutionum huiusmodi observationem omnimodam noverint efficaciter se teneri, ne vigore seu praetextu quorumvis privilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, concessionum et indultorum eis quomodolibet concessorum, ab observatione praedicta valeant aliquatenus se tueri, omnia et singula privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, concessionem et indulta per nos ac felicitis recordationis Martinum Papam V, caeterosque praedecessores nostros Romanos Pontifices et alios quoscumque, quibusvis eisdem iudaeis vel saracenis, in specie vel genere, sub quibuslibet verborum formis et motu proprio, et sub quacumque forma vel expressione verborum, contra praemissa vel eorum aliquot quomodolibet facta vel concessa, quae omnia similiter praesentibus, ac si de verbo ad verbum inserta forent, pro sufficienter expressis haberi volumus; neenon quaecumque inde secuta, eadem auctoritate cassamus, revocamus et annullamus, ac nullius decernimus existere roboris vel momenti.

Reversas contraria huic decreto omnia.

§ 11. Praeterea dictum regem ac universos et singulos venerabiles fratres nostros archiepiscopos, episcopos et dilectos filios principes, dominos temporales, capitaneos, armigeros, barones, milites, nobiles, communitates et caeteros quoscumque christifideles, ecclesiasticos et saeculares, in praefatis regnis et dominiis commemorantes, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, obsecramus in Domino et per aspersionem Sanguinis Domini nostri Iesu Christi exhortamur, eis

Praecipitur omnibus ut noverint huc decretum observent.

que in remissionem suorum peccaminum iniungimus ut et ipsi decreta, decretales epistolas et constitutiones praedictas observent, et per eorum, tam christianos quam iudaeos et saracenos, subditos faciant inviolabiliter observari, et nihilominus eisdem utriusque sexus fidelibus ac iudaeis et saracenis praesentibus et futuris praefatis praecipimus et mandamus quatenus, infra triginta dierum spatium a die publicationis praesentium, in loco quo ipsi degunt faciendae, computandorum, omnia et singula decreta, decretales epistolas, constitutiones praedicta, ac in illis et praesentis nostrae constitutionis literis contenta observare incipiant et observent, nec de caetero ullo nunquam tempore contra praemissa, vel aliquod praemissorum, in toto vel in parte, per se vel alium seu alios, quovis quaesito colore, directe vel indirecte venire, facere, seu aliquid attentare audeant vel praesumant.

Christiani contra haec lentes anathemate percussis.

Iudaei bonis molectari iussi.

§ 12. Alioquin, lapsis diebus eisdem, in illos ex eis, qui nostris mandato, praeecepto, literis huiusmodi non paruerint cum effectu, si christiani, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant, etiam si regali, reginali, patriarchali, archiepiscopali et episcopali, aut quavis alia ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant, ex nunc, prout ex tunc, excommunicationis; si vero iudaei vel saraceni fuerint, privationis seu amissionis omnium honorum suorum mobilium et immobilium, quae quidem bona, vel eorum pretium per episcopos locorum, in quibus bona huiusmodi consistunt, in fabrica cathedralium et aliarum Ecclesiarum, ac piorum locorum utilitate, prout eisdem episcopis visum fuerit, converti et exponi volumus, sententias, quas eo ipso incurrant, harum serie, auctoritate praedicta, proferimus et promulgamus.

§ 13. Non obstante felicis recordationis Gregorii Papae noni, praedecessoris nostri, quae incipit *Ex speciali* et aliis apostolicis constitutionibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Florentiae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, sexto idus augusti, pontificatus nostri anno duodecimo.

Dat. die 8 augusti 1442, pont. anno XII.

XXX.

Separatio fratrum eremitarum S. Augustini regularis observantiae congregationis Illicitanae, et illi unitorum, a superioritate praelatorum, non tamen prioris generalis totius Ordinis: ac largitio quarundam gratiarum et indulgentiarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Generales Ordinis ab aliorum praelatorum obedientia exemerunt istam congregationem; — 2. Dederuntque ei licentiam capitula congregandi, eiusque praesidem eligendi; — 3. Et vicarii generalis cuius esset regimen d. congregat.; — 4. Aliaque Ordinis indulta eid. congregationi concesserunt. — 5. Ista congregatio aucta est et in regulari observantia multum profecit. — 6. Illic ideo Pont. haec omnia approbat. — 7. Dictamque congregationem regimini d. vicarii committit. — 8. Capitulum congregandi et eius praesidem eligendi facultatem tribuit. — 9. Vicario in personas congregationis tribuit potestatem prioris generalis totius Ordinis; — 10. Statutaque et ordinationes condendi; — 11. Et desuper dispensandi; — 12. Aliumque loco sui ponendi, in casu absentiae. — 13. Prioris generalis Ordinis superioritatem visitandi et corrigendi praeservat. — 14. Eleemosynas quaeri permittit. — 15. Congregationi praedictae et aliis de observantia, indulta Ordinis communicat. — 16. Quibuscumque non obstantibus. — 17. Limitatio bullae pro tempore duraturae observantiae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Regimini universalis Ecclesiae, quamquam immerito, disponente Domino, pra-

Exordium.

(1) Alia de hoc Ordine vide in Alexandro IV, Constit. x, xvi, xvii, xxix, tom. III, pag. 603, 615, 616, 635.

sidentes, curis perurgemur assiduis et, iuxta creditae nobis dispensationis officium, circa subditorum quorumlibet, praesertim sub regulari observantia studio vacantium pie vite, in quorum ubique prosperitate reficimur, statum salubrem et prospere dirigendum sollicitudinis officio intendimus, et iis, qui ad laudem et gloriam divini nominis, sacrique cultus augmentum, necnon religionis propagationem illius profutura cognoscimus, opem et operam, quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces, ut per nostrae operationis ministerium et apostolici favoris praesidium, personae huiusmodi, earumque monasteria et loca, singulis ab eis sublatis dispendiis, prosperis gratulentur eventibus, et in spiritualibus et temporalibus felicia conspiciant incrementa.

§ 1. Dudum siquidem nonnulli generales priores Ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, priorem et fratres, praesentes et futuros, domos S. Salvatoris Silvae Lacus dicti Ordinis Senensis dioecesis sub regulari observantia eiusdem Ordinis degentes, et cuiuslibet ab ipso generali priore, inferioris obedientia, iurisdictione et correctione eximentes, illas sub protectione sua assumpserunt.

§ 2. Et quod dicti fratres, singulis trienniis, singula generalia capitula in mense maii, in una ex domibus ipsorum ad id per eorum vicarium generalem deputanda, celebrare, ac in huiusmodi capitulis unum praesidentem tunc celebrandi capituli, cuius officium tantum triduo duret, et in cuius manibus antiquus vicarius officium vicariatus fratribus S. Salvatoris resignare teneretur, et a quo ipse vicarius ab huiusmodi officio absolvi deberet, quodque eundem vicarium pro delictis per eum commissis, si puniendus foret, punire, necnon electionem novi vicarii pro tempore canonice celebratam confirmare deberet primo.

§ 3. Et deinde unum ex ipsis in ipsorum omnium et singularum domorum societatis

fratrum eorundem generalem vicarium eligere possent; quodque in vicarium electus huiusmodi per dictum praesidentem confirmaretur, et postquam confirmatus fuisset, in omnes et singulos fratres societatis huiusmodi easdem ac prorsus similes iurisdictionem et potestatem, quam in illos dictus generalis prior habet et exercere potest, habere et exercere; ac quotiens opus foret, omnes et singulos priores domorum eiusdem societatis, priore ipsius domus S. Salvatoris (quem per fratres eiusdem domus S. Salvatoris, illos videlicet qui in capitulo vocem habent, eligi, et eius electionis confirmationem ad dictum vicarium pertinentem, et quem priorem singulis annis eligi, vel de novo confirmare voluerunt) dumtaxat excepto, quotiens opus foret, instituere valeret, necnon ipse vicarius, si eisdem fratribus S. Salvatoris videbitur, dummodo annis singulis officium prioratus huiusmodi resignet, eligi posset.

§ 4. Nonnulla quoque alia diversa assignationes, concessioniones, licentias, gratias et indulta concesserunt, quorum aliqua per generalia ipsius Ordinis capitula, quaedam vero auctoritate apostolica confirmata fuerunt, priori domus S. Salvatoris, et fratribus societatis huiusmodi in perpetuum successive concesserunt, prout in apostolicis et diversis eorundem generalium priorum literis dicti Ordinis sigillo munitis, de quibus nobis legitime constitit, et quae inspici et examinari fecimus diligenter, quorumque omnium tenores de verbo ad verbum praesentibus pro insertis haberi volumus, plenius continetur.

§ 5. Cum autem, sicut accepimus, tam S. Salvatoris praedicti, quae in exemptionis, assignationum, concessionum, licentiarum, gratiarum et indultorum eorundem possessione existunt, quam S. Leonardi et S. Mariae de Monte Spechio, necnon S. Antonii supra Balneum Petrioli domorum dicti Ordinis, et praedictae ac Grossetanae dioecesis priores et fratres, mundanis spretis oblectationibus, iuxta

Et vicarii generalis culus esset regimen d congregat.;

Generales Ordinis ab aliorum praelatorum obedientia exemerunt istam congregationem;

Dederuntque et licentiam capitula congregandi, eiusque praesidem eligendi;

Allaque Ordinis indulta eidem congregat. concesserunt.

Ista congregatio aucta est et in regulari observantia multum profecit.

salutaria praedicti Ordinis instituta, in huiusmodi observantia exemplariter viventes, variis et diversis haecenus multiplicaverint sub caritatis et ipsius observantiae unionem virtutum (1), Domino ingiter famulando, ad divini nominis laudem et singulare et praecipuum salutis plurimorum exemplum.

Hic Ideo Pont. haec omnia approbat.

§ 6. Nos qui, ex iniuncto nobis, licet immeritis, apostolicae servitutis officio, sinceris desideramus affectibus, ut per nostrae operationis ministerium singula Religionum loca cum eorum personis, cum exultatione spiritus, sub debito professionis obsequio, culmina meritorum scandentibus, votiva in spiritualibus et temporalibus suscipiant incrementa, directioni, statui et conservationi fratrum societatis huiusmodi providere volentes, ac sperantes quod eorum vita laudabili et fructuosis operibus praedictis, aliae eis forsitan de cetero concedendae domus, in eisdem spiritualibus et temporalibus, prosperos atque felices successus, dante Domino, consequantur, ut ipsi priores et fratres eo ferventius divinis beneplacitis se coaptent, quo se per nos et Sedem Apostolicam specialibus favoribus et gratiis communitos fore conspexerint, eorundem prioris et fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium, exemptiones, assignationes, concessionem, gratias et indulta praedicta ac omnia et singula in praedictis literis contenta et inde sequuta, cum infrascriptis tamen additionibus et moderationibus approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitimus; supplemus quoque omnes et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

Diciturque congregationem regimini d. vicarii committit.

§ 7. Et nihilominus, etiam pro potioris cautelae suffragio, omnes et singulos in S. Salvatoris, S. Leonardi, B. Mariae et S. Antonii domibus praedictis pro tempore degentes, priores et fratres, ac domos ipsas, illorumque possessiones, iura et

(1) Deest aliquid; forsitan legendum *unionem virtutum meritis*, vel aliud simile (R. T.).

bona mobilia et immobilia quaelibet ab omnibus dominio, potestate, superioritate, aliena iurisdictione provincialis provinciae, in qua domus praedictae consistunt, et aliorum dicti Ordinis fratrum, quibuscumque ipsius Ordinis dignitatibus vel officiis fungentium, praesentium et futurorum, generali praedicti Ordinis priore dumtaxat excepto, perpetuo eximimus, et penitus liberamus, necnon sub cura, regimine, gubernatione et correctione vicarii generalis per eas pro tempore eligendi submittimus pariter et subiciimus.

§ 8. Ac quod omnes et singuli fratres domorum praedictarum, in aliqua ex eisdem domibus ad hoc per vicarium huiusmodi deputanda, singulis trienniis vel alias quando et quoties, negotiorum, personarum, locorum et temporum qualitate pensata, vicario et visitoribus fratrum dictae societatis pro tempore existentibus opportunum fore videbitur, servatis alias solemnitatibus et caeremoniis in generalibus capitulis fratrum dicti Ordinis servari solitis, generalia capitula fratrum ipsius societatis, ad quae dictus vicarius et singuli priores domorum earundem ad minus, si fieri poterit, cum singulis definitivis, illoque personaliter accedere sint adstricti, celebrare, et in huiusmodi capitulis, quamprimum inibi fratres vocales congregati fuerint, unum in praesidentem tunc celebrandi capituli, cuius officium tantum triduo duret, in eiusque manibus antiquus vicarius officium vicariatus libere resignet, et a quo ipse vicarius ab huiusmodi officio absolvatur, quique electionem novi vicarii canonice celebratam insimul cum visitoribus dictae societatis confirmare possit, et deinde aliquos visitatores, ac subsequenter unum ex eis, in ipsorum ac omnium et singularum domorum praedictarum generalem vicarium, de cuius vita et prudentia, per eum in officio vicariatus huiusmodi in sequenti capitulo, postquam a dicto officio fuerit absolutus, alias iuxta constitutiones Ordinis antedicti,

Capitulum congregandi et eius praesidem eligendi facultatem tribuit.

inquiratur et examinetur, necnon per dictum presidentem, si puniendus fuerit, puniatur, absolvatur, et per capitulum societatis huiusmodi reeligatur ac confirmetur, in omnibus et per omnia quemadmodum alias, in generalibus capitulis fratrum dicti Ordinis, generalis prior ipsius Ordinis inquiri, examinari, puniri, absolvi, reeligi et confirmari consuevit, eligere possint et valeant.

Vicario in personis congregationis tribuit potestatem prioris generalis totius Ordinis;

§ 9. Quodque electus in vicarium, qui per praesidentem et visitatores praedictos confirmetur, postquam electus et confirmatus fuerit, ut praefertur, in omnes et singulos fratres societatis huiusmodi, easdem ac prorsus similes iurisdictionem et potestatem, quas generalis prior dicti Ordinis pro tempore existens in illos habet et exercere potest, habeat et exercere possit; necnon, quotiens opus fuerit, priores domorum et conventuum praedictorum (priore dictae domus S. Salvatoris, quem per fratres ipsius domus S. Salvatoris, illos videlicet qui in capitulo vocem habent, annis singulis eligi, ac eius electionis confirmationem, nisi forsan ipse vicarius, qui lapso anno ab officio vicariatus huiusmodi, eo ipso, absolutus intelligatur, in priorem eo ipso, absque alia confirmatione, quod vicarius in priorem electus, confirmatus intelligatur, ad dictum vicarium pertinere debere volumus atque decernimus, dumtaxat excepto) instituere et amovere.

Statutaque et ordinationes condendi;

§ 10. Praeterea, quod, in huiusmodi celebrandis capitulis, dictus vicarius cum aliquibus definitoribus singularum domorum earundem, quaecumque, quotcumque et qualiacumque statuta et ordinationes, dum tamen Regulae, aut constitutionibus dicti Ordinis, ac sacris canonibus non obviant, sintque rationabilia et honesta, edere, facere et condere, ac eorum omnia et singula, in toto vel in parte, quotiens eis opportunum videbitur, corrigere, mutare, illisque addere: ac dictus vicarius ipse, omnia et singula per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, tamen

eiusdem iuris apicibus, litiumque anfractibus non servatis, per fratres dictae societatis irrefragabiliter observari facere.

§ 11. Necnon vicarius insimul cum visitatoribus praedictis, quotiens illos in loco in quo tunc ipse vicarius commorabitur adesse contigerit, alioquin per se ipsum, super statutis et ordinationibus, necnon concessionibus, gratiis et indultis, etiam per nos confirmatis, dummodo id super quo dispensatio requiritur alias societatem ipsam non concernat, quo casu ad generale capitulum per fratres societatis huiusmodi pro tempore celebrandum dispensatio pertineat, et dispensatio, quae per vicarium, ac maiorem et sanioerem partem huiusmodi capituli, aut ipsum vicarium et definitores praedictos fiet, dumtaxat legitima censeatur, dispensare.

Et desuper dispensandi;

§ 12. Praefatus quoque vicarius, quotiens cum abesse contigerit, aut alias sibi videbitur, loco sui unum, duos vel plures, et quot ei placuerint, vicarium seu vicarios, cum facultate de qua sibi videbitur, instituere, destituere, necnon ad domos dictae societatis transmittere.

Aliumque loco sui ponendi, in casu absentiae

§ 13. Et insuper generalis prior dicti Ordinis pro tempore (qui nullum ex fratribus dictae societatis ab ipsa societate remove, nec aliquem ex fratribus praedicti Ordinis, cuiuscumque gradus vel conditionis ipse frater existat, ad ipsam societatem vel aliquam ipsius domum transferre, absque vicarii pro tempore et maioris partis societatis eorumdem consensu, quavis etiam rationabili causa, ullo umquam tempore possit), quotiens ei placuerit, per se, insimul cum uno ex visitatoribus societatis huiusmodi, quem ad haec duxerit eligendum, aut per vicarium dictae societatis dumtaxat et non per alium, unam vel plures domum vel domus, ac ipsam societatem visitare et, secundum constitutiones Ordinis, quos culpabiles repererit, corrigere et punire.

Prioris generalis Ordinis superioritatem visitandi et corrigendi praeservat.

§ 14. Quodque fratres domorum eorundem praesentes et futuri, ponere (1)

Elemosynas quaeri permittit.

(1) Leg. f. panem, vinum (R. T.).

vinum et alia ad victum necessaria, et ubicumque, cum saccis et sportis publice mendicando quaerere ac recipere.

Congregationi
praedictae et
aliis de obser-
vantia indulta
Ordinis commu-
nicat

§ 15. Et si forsitan ullo tempore, aliquam seu aliquas fratrum dicti Ordinis societatem vel societates, sub regulari observantia eiusdem Ordinis degentium, huiusmodi societati uniri et aggregari pro tempore contigerit, quod sic unitarum societatum fratres, ac ipsae unitae societates omnibus et singulis exemptionibus, concessionibus, assignationibus, indultisque praedictis ac praesentibus nostris literis et in eis contentis uti pariter et gaudere libere et licite possint et valeant, eisdem auctoritate et scientia perpetuo statuimus, decernimus et ordinamus; ac fratribus societatis huiusmodi, praesentibus et futuris, quamdiu sub dicta observantia vixerint, praedicta ac de novo omnia et singula exemptiones, concessiones, assignationes, gratias et indulta per nos confirmata huiusmodi, concedimus pariter et indulgemus pro praesentes.

Quibuscumque
non obstantibus

§ 16. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus, ac literis et privilegiis apostolicis, generalibus vel specialibus, etiamsi de illis, quorum omnium tenores, etiam praesentibus haberi volumus pro expressis, specialis et expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda sit, necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ac literis generalis prioris dicti Ordinis pro tempore existentis, et de consensu generalis capituli ipsius Ordinis, sub quacumque forma forsitan in posterum emanandis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Limitatio bul-
lae pro tempore
duratur, et ob-
servantiae

§ 17. Volumus autem quod si, quod absit, observantia huiusmodi in dicta societate cessare contigerit, praesentes literae nullius sint roboris vel momenti.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Senis, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo qua-

dragesimo tertio, octavo idus septembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Dat. die 6 septembris 1443, pont. anno xiii.

Sequitur declaratio dictae constitutionis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Dubia nonnulla excitata sunt super praecedenti const. — 2. Dubii primi declaratio. — 3. Dubii secundi declaratio. — 4. Dubii tertii declaratio. — 5. Prohibitio utendi gratiis aut consequendi dignitates extra societatem, absque licentia. — 6. Communicatio gratiarum cuiuscumque alterius congregationis uniendae. — 7. Bona fratrum ad congregationem transeuntium sunt congregationis. — 8. Clausulae derogatoriae.

Eugenius Papa IV, etc.

Ad hoc, circa regularis observantiae professores, eo diligentiores paternae sollicitudinis vices impendimus, quo foecundius illorum Religio fructum in eos afferat salutarem, et laudabilibus in Domino possint iugiter proliferare incrementis.

Exordium.

Nuper siquidem per nos etc. (1).

§ 1. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte priorum et fratrum praedictorum petitio continebat, quod ipsi priores et fratres dubitent, ne concessionem, assignationem, statuta, ordinationem praedicta et alia in dictis literis contenta, ex frequentibus statutis per capitulum societatis huiusmodi, aut vicarium, et definitores praefatos forsitan faciendis in abusum vadant, illaque per non usum abrogentur; et a nonnullis quoque revocetur in dubium, an aliae societates fratrum dicti Ordinis eidem societati, absque generalis prioris praefati Ordinis vel alterius licentia, se uniri, dictique priores et fratres S. Antonii supra Balneum Petrioli et S. Mariae de Monte Specchio domos praedictas dimittere possent, absque dictae Sedis licentia speciali;

Dubia nonnulla
excitata sunt su-
per praecedenti
constitutione.

(1) Omittitur insertio bullae, quia ipsa est quae praecedit.

et an quod, de non amovendis aut transferendis fratribus per generalem priorem ipsius Ordinis, in praedictis nostris literis statuimus, ad illius generale capitulum extendatur, dictusque generalis prior, loco poenae seu poenitentiae, aliquem ex fratribus huiusmodi societatis a dicta societate ad tempus remove re valeat, pro parte priorum et fratrum societatis praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Dubii primi declaratio.

§ 2. Nos igitur, ad omnes in praemis-
sis ambiguitates et dubium submovendum, et ut priores et fratres societatis praedictae, qui, ut accepimus, sub regulari ipsius Ordinis observantia viventes, de die in diem virtutum meritis ac fructuosis operibus multiplicari noscuntur, liberari a noxiis, sua Altissimo vota reddere, ac personarum numero facilius augmentari valeant, providere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, per vicarium dictae societatis pro tempore existentem, cum visitoribus praefatis, quotiens ipso in loco in quo praedictus vicarius commorabitur adesse contigerit, alioquin per se ipsum, super poenitentis ex quacumque causa, etiam propter recessum ab ipsa societate, vel alia graviora crimina et excessus, fratribus societatis huiusmodi impositis vel imponendis, in toto vel in parte, ac concedendis libris extra ipsorum conventus seu domos, iuxta modum et formam literarum seu concessionum per dilectum filium magistrum Gerardum de Arimino, tunc generalem priorem dicti Ordinis, fratribus praedictae societatis, etiam sub excommunicationis poena, quam secus facientes eo ipso incurrunt, concessa, dumtaxat et non alias, aut aliis casibus, dispensare.

Dubii secundi declaratio.

§ 3. Et una, duae vel plures et quaelibet societates fratrum dicti Ordinis, praedictae societatis generalis prioris necnon generalis capituli eiusdem Ordinis et cuiuslibet alterius licentia super his nulla-

tentis requisita, et quibuscumque mandato ac prohibitione per generalem priorem et generale capitulum huiusmodi, aut illorum alterum in contrarium pro tempore factis nequaquam obstantibus, sub modis et formis, necnon pactis et conventionibus, de quibus ei videbitur, se unire et aggregare, ipsosque priorem et societatis huiusmodi S. Antonii et Sanctae Mariae domos praedictas, etiam absque dictorum prioris et capituli, cuiuscumque alterius licentia, dimittere.

Dubii tertii declaratio.

§ 4. Necnon prior pro tempore, cum generali capitulo dicti Ordinis, aut ipsorum quilibet de per se, antequam (1) ex fratribus dictae societatis, ab ipsa societate remove re, aut aliquem ex fratribus eiusdem Ordinis, cuiuscumque gradus vel conditionis existat, ad praedictam societatem vel aliquam ipsius domum transferre, absque vicarii pro tempore et maioris partis fratrum societatis eorundem consensu, quavis etiam rationabili causa. Et ipse generalis prior pro tempore, etiam consensu generalis capituli Ordinis huiusmodi, aliquem ex fratribus praedictae societatis, quantumcumque culpabilem et criminis, extra domos ipsius societatis punire ullo umquam tempore nullatenus possit, sed ipsum in eisdem domibus, alias iuxta culpas et demerita ipsius, secundum canonicas sanctiones et instituta praedicti Ordinis, puniat ac punire debeat.

§ 5. Praeterea, quod nullus ex fratribus dictae societatis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existat in ipsa societate, seu aliqua ipsius domo; quibuscumque exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis et indultis quorumcumque tenorum existant, eis, in specie vel in genere, a Sede Apostolica, seu alias pro tempore concessis, uti et gaudere, aut ad aliquas dignitates, praeminentias, administrationes vel officia dicti Ordinis, extra dictam societatem, quaecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint,

Prohibitio utendi gratiis aut consequendi dignitates extra societatem, absque licentia.

(1) Leg. f. *quemquam* (R. T.).

vocari, assumi, aut illis praefici, absque vicarii et defensorum pro tempore, aut capituli societatis praedictorum, sive maioris partis illorum licentia, in scriptis habita et obtenta, nullatenus possit.

Communicatio gratiarum cuiuscumque alterius congregationis univ. dae

§ 6. Quodque priores et fratres societatis huiusmodi, omnibus et singulis exemptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis et indultis ipsis pro tempore univ. dis societatibus, per generalem priorem dicti Ordinis pro tempore, in specie seu in genere concessis, uti et gaudere libere et licite valeant, ex certa scientia et auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus, decernimus et ordinamus.

Bona fratrum ad congregationem transeuntium sunt congregationis

§ 7. Ac praemissa omnia, necnon quod praefata societas, iuxta quamdam concessionem priori et fratribus praedictae domus S. Salvatoris, per quondam Nicolaum generalem priorem dicti Ordinis concessam, de omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus, praesentibus et futuris, omnium et singulorum fratrum dictae societatis, praesentium et futurorum, quaecumque, quomodocumque et qualiacumque huiusmodi bona fuerint, etiamsi illa ipsis fratribus ad eorum vitam concessa extiterint, plenarie succedant, ipsaque bona ad dictam societatem, cum fratribus ad illam transeuntibus, eo ipso devolvantur ac proveniant, priori et fratribus dictae societatis, praesentibus et futuris, perpetuo concedimus pariter et indulgemus.

Clausulae derogatoriae.

§ 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus et singulis in aliis nostris literis praedictis, quas alias in suo robore permanere, et quas, necnon praesentes, in omnibus et per omnia observari volumus, decernimus atque mandamus, non ob stare volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si, quod absit, observantia huiusmodi in dicta societate cessare contigerit, praesentes literae, eo ipso, sint cassae et irritae nulliusque roboris vel momenti.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadagesimo tertio, quinto calendas decembris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Dat. die 27 novembris 1443, pont. anno xii.

XXXI.

Confirmatio statutorum pro bono Camerae Apostolicae regimine editorum.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Clerici statuta Camerae ediderunt. — 2. Quae Pontif. confirmat. Eorum tenor hic inseritur. — 3. De clericorum numero. — 4. De decani officio et potestate. — 5. De Camerae clericorum et aliorum locorum in Camera rerumque agendarum ordine. — 6. De clerici mensarii munere circa occurrentia singulo mense. — 7. De minorum quinque servitorum divisione, eiusque modo. — 8. De clericis supranumerariis admittendis. — 9. De clericis ad amplio rem dignitatem evectis. — 10. De infirmis quoque et absentibus, — 11. Decedentiumque exequiis. — 12. De altaris ornamentis et missis, aliisque officiis celebrandis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis gentibus Camerae Apostolicae, salutem et apostolicam benedictionem.

In eminenti Apostolicae Sedis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, tanquam prudens paterfamilias, qui cupit familiam domus suae per viam mandatorum Domini incedere, normam illi tribuens et ordinem honeste vivendi, recteque agendi, ita et nos libenter ad universa Romanae Curiae officia et eorum officiales, et praesertim Camerae Apostolicae, ad quam Ecclesiarum et monasteriorum omnium, necnon etiam urbium,

Prooemium.

civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, villarum et locorum Romanae Ecclesiae immediate subiectorum, spiritualia et temporalia negotia peragenda deveniunt, ut cuncta ibidem pertractanda salubriter dirigantur, et feliciter gubernentur, ac iuste et humaniter finiantur et terminentur, attenta mentis solitudine vigilamus, tales in eadem Camera viros et ministros deputare, qui Deum timeant, sint ecclesiasticis dignitatibus praediti, bonis moribus redimiti, providentia circumspecti, rectitudine iusti et solitudine vigilantes; sicque prudenter et iuste et, in expediendis negotiis huiusmodi, attente se habeant, ut cuncti ad eandem Camera pro eorum expediendis negotiis recurrentes, se iuste et humaniter expeditos fore merito gloriantur.

Clerici statuta
Camerae edidit-
runt.

§ 1. Cum itaque vos ad laudabile, sincerum et prosperum regimen Camerae praelibatae nonnulla statuta, ordinationes et capitula edideritis atque feceritis, nobisque propterea humiliter supplicastis, ut illis, pro eorum subsistentia firmiori, robur apostolicae confirmationis adiacere de benignitate apostolica dignamur.

Quae Pontifex
confirmat.

§ 2. Nos igitur, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, statuta, ordinationes et capitula praefata, per nos visa et lecta ac diligenter inspecta et examinata, quia mature, prudenter, provide et digeste edita et confecta existunt, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus.

Eorum tenor
hic inseritur.

Tenor vero statutorum, ordinationum et capitulorum praedictorum sequitur, et est talis:

*Incipiunt statuta et ordinationes
collegii Cam. Apostolicae.*

De clericorum
numero.

§ 5. Omne collegium, cui apostolici fisci incumbit cura, his personis concluditur: primum illorum caput est reverendissimus D. Camerarius, tum reverendus

thesaurarius, post assistentes, qui ex patrum clericorum collegio ad ampliorem dignitatem evecti sunt. Post eos clerici, septem videlicet numero tantum, uti SS. dominus noster Eugenius quartus Pontifex instituit. Reliqui vero numero praefixo adiecti, nihil commodi capientes, a voto dando et a suscipiendis commissionibus absterneant, et solo clericorum nomine, habitu et pari sede remaneant contenti.

De decani of-
ficio et pote-
state

§ 4. Senectutem, quae apud maiores nostros semper venerabilis fuit, observare quoque nos decet. Cumque opportune inter clericos quispiam, cacterorum nomine, plurium rerum curam continuam habiturus sit, is erit merito, qui prius tempore ad collegium admissus fuerit, modo Curiam incolat: eo autem absente vel infirmo, proximior tempore subrogetur, huicque decanum appellare convenit. Potestas cogendi clericos Camerae, tam qui intra numerum sunt quam ultra, et agenda proponendi, et exigendi singulorum vota, et iuxta illa concludendi, exigente opportunitate, praeter causas fiscales et tempus quo maioribus occupatur, ad officium decani pertinet. Altaris et iocalium eius, ac divini officii, atque sacerdotis, et quicquid spectet ad ea, decanus diligentius curet, sigillumque collegii et constitutionum volumen apud se retinens, exacto anno, semper singulorum rationem reddat.

De Camerae
clericorum et
aliorum locu-
rum in Camera,
rerumque agen-
darum ordine.

§ 5. Nihil est quod tam rebus conducatur gerendis, quam ordo: ne qua igitur confusio, illo deficiente, occurrat, commode proponendum videtur, quo pacto in loco Camerae sedendum loquendumque sit. Cum igitur diebus Lunae, Mercurii et Veneris, quibus maiores nostri ius dicere soliti sunt, convenerint reverendissimus camerarius, aut illius vicesgerens, thesaurarius, assistentes et clerici, reliquive ministri fisci; primo ac digniori loco sedeat camerarius aut substitutus illius, assistentes, decanus et quidam ex clericis; e re-

gione vero thesaurarius, post reliqua pars clericorum, eorum sane, qui intra numerum sunt, hique omnes pro tempore dignitatis aut admissionis eorum. Super numerum autem electi novissimi considerant, nec quisquam eorum sine alba veste atque cappa, loco suo, sed inter pares ultimo sedeat. Post hos autem auditor fisci, clerici sacri collegii, tum advocatus pauperum, postremo advocatus ac procurator fisci. Praeter hos autem omnes, nemo ex ministris fiscalibus sedeat, sed recti omnes assistant, ut honor ac decus huius magistratus gravior observetur. Quicquid a singulis horum proponendum, agendumque fuerit, iuxta sedium et temporis ordinem absolvatur, tam in exigendis votis, quam in causarum delegationibus, relationibusque fiendis: ita ut pro modestia Patrum, uno loquente, caeteri observato silentio audiant. Nemo loquentem turbet. Nec intra has solum species consistit huius constituti sententia. Quocumque enim hoc celebre collegium convenerit, idem ordo, eadem gravitas ac modestia illibata permaneat. Cum autem ius dicitur, observent ostium tres cursores ad mandata patrum parati.

§ 6. Si plures mandata negotia serius tardiusque absolvant; profecto maiori commodo cedit, uni exequendum committere, quod probatum est plurimum iudicio atque consensu. Pro more igitur prisco solitoque maiorum nostrorum, singulo mense uni ex clericis demandetur cura praecipua exequendi quaeque negotia inter ipsos conclusa atque definita. Et is quidem primum constituatur decanus, tum illi proximiori tempore, atque ita, servato ordine, praeficiantur caeteri sibi invicem succedentes. Quod autem istius fidei atque diligentiae incumbit, id est ut bullas maiorum Ecclesiarum ac monasteriorum curet concludi capsae sub duarum clavium custodia, quarum alteram apud se teneat, alteram servientes armorum; reliquorum autem beneficiorum, quae supplicatione

impetrantur, obligationem iuxta ritum Camerae accipiat; iocalia undecumque venerint, huic postea dividenda mandantur. Iste tandem omnium vices agens, quicquid inter collegas communicandum distribuendumque acceperit, libello describat, et instante fine mensis inter collegas, coetorosque Curiae officiales aequa lance partiat.

§ 7. Sunt igitur minuta quinque, quorum distribuendi onus nostro incumbit officio, hoc ordine partienda. Primo namque minuto, quod ad Camerae Apostolicam spectat, in quatuor partes aequales, tres partes dominus camerarius accipiat, diviso; reliqua vero clerici emolumenta percipientes inter se aequaliter metiantur. Aliud vero minutum Cancelleriae assignatum, item in quatuor partes scindatur, quarum tres dominis protonotariis adscribantur: residua autem bipartita, una domino vicecancellario cedat; alia item aequaliter subdivisa, una litterarum apostolicarum correctori, altera vero pars contradictarum auditori detur. Est et tertium minutum in duas partes aequales dividendum, quarum una capellanus commensalibus assignata; reliqua quadripartitur, ex quibus cubicularii unam, tres autem alias scutiferi honoris sibi recipiant partes. Quarto minuto similiter quadripartito, una partium magistris hostiariis tribuatur; altera vero partium una custodibus portae ferreae, altera cursoribus distribuatur; duae reliquae huius minuti partes in septuaginta et unam particulas veniunt dividendae, ex quibus servientes armorum quadragintanovem, bullatores tres, paneterii tres, cubicularii tres. Item, magister equorum unam cum dimidia, clericus equorum unam, palafrenarius et scopatores quinque, magister pagnottae duas, hostiarii primae portae unam, primus coquorum unam cum dimidia, clericus coquinae unam, lotores utensilium coquinae unam partes excipiant. Reliquum quod superest minutum, officialibus et familiaribus cardinalium elargiatur.

De minorum
quinque servitiorum
divisione, eiusque modo.

De clericis mensarii munere circa occurrentia singulo mense.

De clericis su-
pranumerariis
admittendis.

§ 8. Quicumque ab Apostolica Sede clerici fisci designati fuerint, non prius a collegio admittantur, quam aureos viginti sex collegio Camerae numeraverint; admissos autem illos intelligimus, qui, etiam ultra numerum, ad sedem habitumque recipiuntur. Memorata vero summa hoc pacto distribuatur, ut aurei viginti ad usum altaris cedant, sex autem reliqui, pro veteri more, iure iocalium dividantur. Cum autem clericorum loca, qui intra numerum sunt, vacaverint, priorem ex his, qui praeter numerum sunt, aut quem Summus Pontifex iusserit, in locum vacuum collegium subroget. Isque omnium lucrorum commoda, quemadmodum et reliqui, percipiat. Qui autem admittitur ad collegium, iureiurando polliceatur servare custodireque statuta et probatos mores huius celeberrimi venerandique collegii.

De clericis ad
amplio-rem di-
gnitatem eve-
ctis.

§ 9. Quos vitae praestantia, clari mores aut excellentia doctrinae ad episcopalis vel alterius dignitatum gradum evertit, summa veneratione et liberalitate prosequi convenit, quandoquidem honori et amplitudini nostrae plurimum cedat. Ille autem, qui e nostro collegio promotus translatusve etiam saepius fuerit, semper quicquid caeteri debent minorum sacri sigilli omnisque alterius solutionis camerario, thesaurario, clericis et notariis, minime solvat, sed ea omnia libera patrum donatione suscipiat. Quicquid autem illi ex communi lucro deberetur, exacto mense, omne ad altaris usum perveniat.

De infirmis
quoque et ab-
sentibus,

§ 10. Infirmos corpore pietatis officio amplecti humanum piusque videtur: propterea, si quem in Curia praesentem vexaverit morbus, a percipiendis lucris communibus, velut caeteri fisco servientes minime excludatur. Quod si ad balnea vel alia loca salubrioris aeris alium oportnerit secedere, cuiuslibet commodi particeps sit, integro mense. Cum vero diuturnior fuerit aegrotatio, bimestri tantummodo, accedente suffragio plurimum ex

collegio, lucra obvenientia excipiat. Absentes autem publicae vel privatae rei causa, nihil omnino percipere aut petere valeant, nisi duarum ex tribus partibus votis decernatur.

Decedentium-
que exequia.

§ 11. Extremum huius vitae diem et mortem indubiam prudentis est praemeditari. Cumque omnibus sit communis sors et moriendi lex, pietatem summam praestare defunctis ad nos potissimum pertinet, qui in sortem Domini vocati sumus. Si quem igitur ex nostro collegio mori contingat, praesentem aut absentem, qua die sepulchro mandatur, funus aut nuntium mortis advenerit, vel intra biduum proximum, exequiae solemniter celebrentur, quibus intersit omne collegium, et missae triginta dicantur, omnemque hanc impensam pro dignitate et gradu defuncti collegium exsolvat. Liberum autem sit haeredibus aut fideicommissariis defuncti, praeter eam summam, quicquid in piam causam voluerint erogare.

De altaris or-
namentis et
missis, aliisque
officiis cele-
brandis.

§ 12. Religionis causam semper et ubique praecipuam extitisse nemo nisi imperitus ignorat, legimusque Salomonem sapientissimum regem longe diligentiorum fuisse in aedificanda domo Dei, quam regia. Hanc ergo ut cum singulari zelo et animi fervore prosequamur, decernimus collegium nostrum habere altare instructum omnibus, decenter quidem ac ornate, quae ad sacrificium celebrandum necessaria sunt, illaque, ut in anterioribus diximus, decani diligentiae mandentur, cuius vigilantia et studio semper incrementum divino cultui dedicata suscipiant. Omne autem collegium nostrum, praeter festa quae ab Ecclesia observantur, praecipua veneratione singulis annis celebret diem constantissimi ac felicitis martyris Laurentii, ita ut vespas et solemnem missam, adstantibus reverendissimis dominis cardinalibus et caeteris praelatis, celebrarent. Sacerdotem quoque, qui diebus festis, et quibus collegium convenit pro iure reddendo, missam celebret, collegium

conducat, illique, in praesidium vitae, annum salarium constituitur. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini MCCCXXXIV, 8 idus iulii, pontificatus nostri anno XIV.

Datum pontif. anno XIV, die 8 iul. an. 1444.

XXXII.

Quod, de quibuscumque rebus ad Urbem delatis, seu quomodolibet, ratione contractus, alienatis vel commutatis, semel dumtaxat vectigal debitum exigatur (1).

SUMMARIUM

1. Causae huiusce constitutionis. — 2. Statutum (de quo in rubrica). — 3. Ex revenditione rerum nova non exigenda gabella. — 4. Contrariorum derogatio. — 5. Camerarius huius statuti executor. — 6. Publicatio eiusdem et affixio. — 7. Clausulae.

**Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

§ 1. Cum vectigalia et gabellae ad sustentationem et tutelam civitatum, terrarum et locorum constitutae fuerint, ut quando rerum et temporum conditio postularet, ex emolumentis dictarum gabellarum, necessitatibus civitatum, terrarum et locorum, in quibus impositae sunt, subveniri et opportuna suffragia subministrari possint: cumque ea gabellarum onera, quae curialibus ac subditis nostris detrimentum afferunt, aut moderari aut tollere penitus intendamus, ad nostramque notitiam perventum sit, quod de eisdem mercantiis, rebus et bonis, videlicet ex prima eorundem venditione et ipsorum revenditione in hac nostra alma Urbe, plures gabellae exiguntur;

§ 2. Nos, ne curiales et subditi huiusmodi res ad eorum victum necessarias maiori pretio, quod aequum et rationale sit, emere compellantur, paternae

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

charitatis studio provocati, huiusmodi immoderate exactioni remedium adhibere volentes, auctoritate apostolica, tenore praesentium, hac irrefragabili constitutione sancimus et decernimus ut, ex singulis mercantiis, rebus et bonis quocumque nomine censeantur, quae in dicta Urbe vendi aut alio quovis contractu alienari, sive commutari, seu aliquo contractus et conventionis genere in alios transferri contigerit, sive in dictam Urbem conducantur, sive in eadem confecta et suborta sint, quorum omnium conditiones et qualitates hic haberi volumus pro expressis, perpetuis futuris temporibus semel dumtaxat solita gabella solvatur.

§ 3. Statuentes harum serie, ut ex mercantiarum, rerum ac honorum huiusmodi revenditionibus, etiamsi plures revenditiones fieri contigerit, nulla gabella aut onus, sive gravamen, vel exactio aliqua quovis modo fieri possit: possessionum ac rerum stabilium, carniarum, vini et plani (1) gabellis dumtaxat exceptis.

§ 4. Irritum et inane ex nunc decernentes, si seens a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit imposterum attentari, non obstantibus quibuscumque statatis et consuetudinibus dictae urbis, ac apostolicis et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus haecenus factis, seu imposterum faciendis, quibus in hac parte derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 5. Mandantes, sub poena arbitrio dilecti filii Ludovici tituli sancti Laurentii in Damaso, presbyteri cardinalis, patriarchae Aquileien., camerarii nostri, et in dicto camerariatus officio successorum, qui pro tempore fuerint, intelligenda, universis et singulis senatori dictae urbis, conservatoribus, Camerae ipsius urbis thesaurario, marescalchis, gabellariis et caeteris aliis officialibus pro nobis, sive Romana Ecclesia deputatis, qui sunt et pro tempore erunt, quatenus huiusmodi praesentem constitutionem, decretum,

(1) Leg. panis.

Ex revenditione rerum nova non exigenda gabella.

Contrariorum derogatio.

Camerarius huius statuti executor.

Causae huiusce constitutionis

Statutum (de quo in rubrica).

statutum ac mandatum inviolabiliter observent et ab aliis illesa penitus observari faciant.

§ 6. Ut autem omnia et singula in huiusmodi literis contenta ad communem omnium notitiam deducantur, has literas in valvis Capitoli affigi mandavimus, quae earum tenorem suo quasi sonoro praeconio et patulo inditio publicabunt, ut hi, quos huiusmodi literae respiciunt, quod ad eorum notitiam non pervenerint aut ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere vel ignorantiam allegare: cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur.

§ 7. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, sexto kalendas decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Dat. die 26 novembris 1444, pont. anno xiv.

XXXIII.

Approbatio ordinationum in capitulo Romae acto praefinitarum, pro reformatione monachorum Graecorum S. Basilii in provinciis Siciliae, Calabriae et Apuliae.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Eugenius cognoscens monachos S. Basilii in regno Siciliae indigere reformatione, capitulum Romanum celebrari iussit. — 2. In quo statutum fuit ut Siciliae, Calabriae et Apuliae provinciis visitator constituatur, qui simul cum suo consiliario loca et personas visitet et corripiat. — 3. Taxamque pro salariis magistrorum et expensis studentium modo et forma hic praescriptis exigat: — 4. Et ipse Pont. modo dicta capituli statuta confirmat et observari mandat. — 5. Praelatisque omnibus et caeteris aliis ut visitatoribus pareant, eosque non impediunt sub poena etc. prohibet, et archimandritae Siculorum auctoritatem suspendit. — 6. Visitatoribus praedictis facultates contra quas-cumque personas Ordinis, etiam archimandritas, concedit. — 7. Stipendia eisdem visitatoribus designantur. — 8. Clausulas contrariorum derogatorias apponit. — 9. Visitatoribus onus dat sibi significandi privationes et amotiones abbatum, etc.

Bull. Rom. Vol. V.

11

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Inter curas multiplices quibus occurrentium rerum negotiorumque varietatibus obsidemur, illam vigilantius amplectimur, per quam regulares Ordines et loca ingi sanctimoniae dedita, prout congrue prospicimus, in spiritualibus et temporalibus prosperitatis optatae contingant eventum, unde efficacis ad id sollicitudinis studium apponere cupimus, et provisionis salutaris adhibere remedium, ne Ordines et loca ipsa apostolicae, quod absit, providentiae destituta consilio, deformationis subiaceant opprobrio; sed libentius cursu temporis continuum, dante Domino, in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiant incrementum.

§ 1. Sane ad nostri deducto notitiam, quod plurima monasteria et loca monachorum Graecorum Ordinis sancti Basilii in regno Siciliae citra et ultra Farum essent, quae in multis reformatione indigere videbantur, nos, inter alia, mandavimus omnibus et singulis abbatibus dicti Ordinis de celebrando capitulo ad urbem Romanam, ut certo tunc expresso, et ad id per nos statuto termino, personaliter convenirent, ibidem tractaturi et ordinaturi quae pro religionis decore et huiusmodi Ordinis commodo, utilitate et conservatione expedirent.

§ 2. Postmodum vero dilectis filiis praefati Ordinis in praedictis insula et regno consistentium monasteriorum archimandritis et abbatibus, cum nonnullis aliis eiusdem Ordinis personis sub Graecorum ritu vivere consuetis, in praedicta urbe pro praemissis congregatis convenientibus, post maturam, quam desuper

Publicatio eiusdem et affixio.

Clausulae.

Prooemium.

Eugenius, cognoscens monachos S. Basilii in regno Siciliae indigere reformatione, capitulum Romanum celebrari iussit.

In quo statutum fuit, ut Siciliae, Calabriae et Apuliae provinciis visitator constituatur qui simul cum suo consiliario loca et personas visitet et corripiat.

inter se habuerunt, deliberationem, concordarunt et ordinarunt, ac in hoc singuli scilicet, aut maior pars eorum expresse consenserunt, videlicet quod ex singulis Siciliae et Calabriae et Apuliae dicti Ordinis provinciis, unus esset eiusdem Ordinis visitator, qui in illa ex provinciis huiusmodi, in qua pro tempore deputatus fuerit, cum uno socio, cuius consilio in omnibus agendis uti debeat, monasteria et loca praedicta, tam monachorum quam monialium sub praedicta Regula degentium, tam in capite quam in membris, visitare et reformare, ac personas ibidem corrigere, aliaque, quae ad huiusmodi visitationis et correctionis officium de iure vel consuetudine pertinebunt, facere et exercere possent et deberent.

§ 3. Quodque visitatores dicti Ordinis pro tempore existentes a quolibet dictarum provinciarum Ordinis huiusmodi monasterio, sive loco, illam pecuniariam summam sive quantitatem, quae inter archimandritas, abbates et personas praedictas in congregatione huiusmodi, tam pro salariis magistrorum monachos et personas dicti Ordinis aliosque quoscumque idioma Graecorum pro tempore docere volentium, quam expensis studentium huiusmodi deputata, seu consignata extitit: et quae quidem summa sive quantitas in Siciliae, inter monasteria et Ecclesias saeculares Graecas ad centum uncias monetae currentis ibidem, et in Calabriae ad ducentum et quinquaginta, in Apuliae vero provinciis eisdem ad octuaginta florenos auri de Camera ascendit, ad quas quantitates, a quibuslibet dictorum monasteriorum et Ecclesiarum rectoribus persolvendas, tam abbates quam commendatarios quoscumque et quibuscumque unita monasteria; in Sicilia vero, eos presbyteros saeculares, rectores Ecclesiarum Graecarum teneri et obligatos esse voluerunt et statuerunt, exigere, colligere et levare valerent, atque possent, huiusmodi concordatis et ordinatis, per singulos aut maiorem partem eorum, qui

Taxamque pro salariis magistrorum et expensis studentium, modo et forma hic praescriptis, exigat:

praemissae congregationis et capituli celebrationi interfuerunt, acceptatis atque laudatis.

§ 4. Nos itaque omnia et singula praemissa, et quaevis alia inter archimandritas, abbates et personas praedictas in huiusmodi celebrato capitulo ordinata et concordata, illorumque tenores et effectus rata habentes et grata, illa, auctoritate apostolica, approbamus et praesentis scripti patrocinio communitus, eaque volumus et mandamus ab omnibus et singulis, quorum pro tempore interfuerit, firmiter et inviolabiliter observari.

§ 5. Districtius inhibentes venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis et universis et singulis ecclesiasticis dictarum provinciarum praelatis, et quibusvis aliis, cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, et praecipue dilecto filio Lucae Bufalo, moderno S. Salvatoris in lingua Fari Messanenensis dioecesis archimandritae (cuius praeminentiam, quam supra monachos et abbates Siculos habet, ac curam eius, quoad vixerit, ex certa nostra scientia suspendimus, et quem correctioni ipsorum visitatorum subiicimus, ac ab illis corrigi et puniri debere atque posse decernimus), archiepiscopis vero et episcopis, suspensionis ab ingressu Ecclesiae poena, nec non praedicto Lucae et aliis archimandritis et caeteris supradictis, sub excommunicationis sententia, quam eo ipso incurrant, et a qua quidem sententia ab alio quam a Romano Pontifice absolvi non possint, ac cuilibet ipsorum, ne se de visitatione monasteriorum et locorum Graecorum, tam monachorum quam monialium, in provinciis supradictis existentium, aliquo modo intromittant, sive visitatores ipsorum monasteriorum et locorum pro tempore existentes, quo minus illa libere visitare, ac illorum personas corrigere et punire, aut alias commissum eis visitationis officium, in omnibus et per omnia exercere debeant atque possint, impediant.

Et ipse Pont. modo dicta capituli statuta confirmat, et observari mandat.

Praelatisque omnibus et caeteris aliis ut visitatoribus pareant, eosque non impediant sub poena etc. prohibet, et archimandritae Siculi auctoritatem suspendit.

Visitatoribus
praedictis fa-
cultates con-
tra quascumque
personas Ordi-
nis, etiam ar-
chiman-., con-
cedit.

§ 6. Et nihilominus, ut monasteria et loca praedicta, per visitationis et felicis directionis ministerium, salutare contingant remedium, volumus et dicta auctoritate statuimus, atque decernimus et ordinamus quod visitatores pro tempore electi et deputati, ac existentes, ad singularum provinciarum earundem singulari dicti Ordinis monasteria, et loca singularum provinciarum huiusmodi personaliter accedant, et, solum Deum prae oculis habentes, in monasteriis et locis praedictis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, necnon capitibus et membris, debitaie visitationis officium auctoritate praedicta impendere et exercere; ac omnia et singula, quae inibi reformationis et correctionis ministerio indigere prospexerint, prout eis, iuxta canonicas sanctiones et regularia eiusdem Ordinis instituta ac alias, congrue videbitur, reformare et corrigere; necnon quoscumque monasteriorum et locorum ipsorum praesidentes, illorumque personas, cuiuscumque dignitatis, etiam abbatialis, status, gradus vel conditionis existant vel praeminentiae, etiamsi archimandritae fuerint, iuxta criminum et excessuum per eos quomodolibet perpetratorum qualitatem et exigentiam, corrigere et punire, et si illorum demerita id deposcerint, a dignitatibus et officiis quibuslibet auctoritate nostra privare, et ab illis amovere; ac etiam summam sive quantitatem pecuniarum huiusmodi, ad opus et usus magistrorum et studentium eorumdem, a praesidentibus monasteriorum et locorum praedictorum, prout in capitulo praedicto concordatum et ordinatum, ut praefertur, extitit, exigere, colligere et levare, seu exigi, colligi et levare facere, ac de levatis et perceptis quietare: praefatoque moderno archimandritae Siculo, ne se de visitatione monasteriorum et locorum huiusmodi, illorumque correctione personarum, ac alias de eis quovis modo intromittere audeat sive praesumat, strictius inhibere; omnia

que alia et singula, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint, vel quomodolibet opportuna, facere, statuere, ordinare et exequi: contradictores quoscumque et rebelles ac non solventes, per censuram ecclesiasticam et alia quaevis opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compellere: necnon si, quod absit, ex archimandritis, abbatibus et aliis supradictis aliqui fuerint, qui, legitime requisiti, summam sive quantitatem praemissam, prout se in qualibet provinciarum praedictarum extendit, ac in concordatis et ordinatis huiusmodi continetur, solvere et assignare sive usque ad dictam summam vel quantitatem contribuere distulerit, sive recusaverit, ex tunc visitatores supradicti, et quilibet ipsorum in sua provincia, fructus, redditus et proventus singulorum monasteriorum et locorum, quibus non solventes huiusmodi praefuerint, aut quae sive per unionem, sive per commendam obtinuerint, arrestare et sequestrare, necnon demum (si eis videbitur) fructus, redditus et proventus huiusmodi usque ad summam sive quantitatem eandem, pro praemisso usu exponere, vel grangiam aut praedium aliquod, pro rata ad hunc studiorum usum contributionis illius Ecclesiae vel monasterii, cuius praesidens solvere noluerit, deputare et consignare, ac etiam taxas monasteriorum et Ecclesiarum praedictorum augere vel minuere, summis tamen praefatis non diminutis, si opportunum videbitur, possint atque debeant.

§ 7. Verum, quia dignum est ut stipendio congruo sustententur qui ad labores et onera deputantur, volumus et dicta auctoritate decernimus quod visitatores praedicti, dum et quoties in exercitio visitandi et corrigendi, aliaque supradicta faciendi fuerint, quilibet videlicet eorum, pro se ac notariis et aliis cum eis in huiusmodi exercitio necessario existentibus, a monasteriis et locis, quae pro tempore visitabunt, eorumque personis sum-

Stipendia eisdem visitatoribus designantur.

ptus et expensas, non solum victus, sed etiam alias minutas, et solum necessarias recipere possint et valeant moderatas. Super quibus omnibus etiam ipsis pro tempore, ut praemittitur, existentibus visitatoribus plenam et liberam auctoritate praedicta concedimus, tenore praesentium, facultatem. Nos enim sententias sive penas, quas dicti visitatores pro tempore rite tulerint sive statuerint in rebelles, sequestra vel arresta quaecumque apposuerint, rata habebimus, atque faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, invocato etiam per eos ad omnia et singula supradicta, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Clausulas contrariorum derogatorias apponit.

§ 8. Non obstantibus constitutionibus et literis apostolicis, praesertim quibusdam Petro Pesali B. Mariae de Cripta Ferrata, Romanae Ecclesiae immediate subiecta, ac aliis Paulo, tunc B. Mariae de Cripta, et Adriano S. Pantaleonis Tusculani Panormitanae et Messanensis dioecesis monasteriorum abbatibus per nos illis decretis, quarum tenores et effectus praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, et quas, ut effectus praesentium per eas impediri non contingat, revocamus, cassamus et annullamus, ac pro infectis et nullis haberi, censi et reputari debere decernimus; necnon statutis et consuetudinibus monasteriorum, locorum et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscumque; aut si archimandritis, abbatibus et personis praedictis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica existat indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut ad iudicium trahi non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, unionibus dictorum monasteriorum et Ecclesiarum, quibusvis etiam cathedralibus Ecclesiis fa-

ctis, exemptionibus, indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorem existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, ipsorum visitatorum iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quae, quoad hoc, eisdem abbatibus, personis et aliis nolumus aliquatenus suffragari.

§ 9. Praeterea ea singula, quae visitatores antedicti circa singulas privationes et amotiones huiusmodi fecerunt, nobis, per eorum patentes literas ipsorum sigillis sigillatas, quantocius fideliter intimare procurent, ut, eorum informatione plenius instructi, circa provisiones monasteriorum et locorum tunc per privationes et amotiones huiusmodi vacantium, consultius agere valeamus.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MCCCXLVI, decimonono kalendas ianuarii, anno sextodecimo.

Dat. 14 decembris 1446, pont. anno xvi.

XXXIV.

Innovatio damnationis trium articulorum Ioannis de Poliacio, catholicae veritati circa poenitentiae sacramentum contrariorum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Cap. *Super Cathedram* Bonifacii VIII constitutionem recolat de confessionibus per fratres Ordines Mendicantium audiendis. — 2. Ioannis de Poliacio errores. — A Ioanne XXII damnati. — Et ab eodem auctore reprobati. — 3. Alios subortos narrat eadem super re errores. — 4. Eosque damnat Eugenius. — 5. Singulis episcopis, ut haec populis significant et observari faciant mandat. — 6. Contra contumaces procedi iubet.

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Visitatoribus onus dat sibi significandi privationes et amotiones abbatum, etc.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, universis et singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, et abbatibus ubilibet constitutis, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

Gregis nobis crediti curam gerentes pervigilem, studiis efficere conamur assiduis, ut, pro quorum salute languores humanos Altissimi Filius perpeti voluit, fideles execrandis non involvantur erroribus, sed nostri directione ministerii, prout superna gratia contulerit, a noxiis ac dispendiis iugiter praeserventur: et ut etiam vos, in partem sollicitudinis vocati pro dictis extirpandis erroribus, opem et operam ferventius impendatis, vos pro iniuncto vobis officio excitamus.

Cap. Super Cathedralram Bonifacii VIII constitutionem recolat de confessionibus per fratres Ordinum Mendicantium audiendis.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Bonifacius Papa octavus, praedecessor noster, quae incipit *Super Cathedralram*, constitutione, sive decretali, quam postea piae mem. Clemens Papa V, etiam praedecessor noster, in Viennensi concilio innovavit, et quae subsequenter ad eremitarum Sancti Augustini et Beatae Mariae de Monte Carmelo Ordinum fratres per Sedem Apostolicam extensa fuit, inter caetera statuit et ordinavit quod in singulis civitatibus et dioecibus, in quibus Praedicatorum et Minorum Ordinum fratrum loca consistenter, ac in locis ipsis vicinis, in quibus huiusmodi loca non haberentur, magistri et priores provinciales Praedicatorum aut eorum vicarii generales ac provinciales ministri, necnon custodes Minorum Ordinum praedictorum, ad praesentiam praelatorum ibidem se conferrent per se, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putarent, humiliter peturi ut fratres, qui ad hoc electi forent, in eorum civitatibus et dioecibus confessiones suorum subditorum confiteri sibi volentium audire libere valerent; et huiusmodi confidentibus, prout secundum Deum expedire cognoscerent, poenitentias imponere saluta-

res ac beneficium absolutionis impendere, de licentia, gratia et beneplacito eorundem: praefatique priores et ministri student eligere personas idoneas, sufficientes, vitae probatae, discretas, moderatas, atque peritas ad tam salubre ministerium et officium exequendum, quas sic electas praelatis ipsis praesentarent vel praesentari facerent, ut, de eorum licentia, gratia et beneplacito, in civitatibus et dioecibus eorundem, personae sic electae huiusmodi confessiones sibi confiteri volentium audirent, et eis imponerent poenitentias salutare et beneficium absolutionis impenderent, prout in ipsa constitutione sive decretali plenius continetur.

§ 2. Et licet postmodum ad piae recordationis Ioannis Papae XXII, etiam praedecessoris nostri, notitiam deducto, quod quondam Ioannes de Poliaco, magister in theologia, sequentes articulos tenerat, publiceque docuerat: videlicet quod confessi fratribus licentiam generalem confessiones audiendi habentibus, eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum proprio sacerdoti confiteri tenerentur: ac stante statuto *Omnis utriusque sexus* in concilio generali, nec Deus, nec Romanus Pontifex facere posset, quod parochiales non tenerentur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, scilicet parochiali curato, confiteri: quodque non posset Papa generalem dare potestatem audiendi confessiones, immo nec Deus, quin confessus generalem habenti licentiam, teneretur eadem iterum suo proprio sacerdoti, veluti parochiali curato, confiteri; dictus Ioannes praedecessor a verbis, quae Vas electionis protulit, exordium sumens, habita inde per plures sacrae paginae professores examinatione diligenti, necnon de venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, praefatos articulos, tamquam falsos et erroneos et a sana doctrina devios, autoritate apostolica damnaverit et reprobaverit, ipseque Ioannes de Poliaco veris rationibus

Ioannis de Poliaco errores;

A Ioanne XXII damnati,

Et ab eodem auctore reprobati.

opinionem, quam dudum habuerat, contrarius, et quibus respondere non poterat, demonstratis, eosdem articulos non esse veros affirmans, illos, in consistorio publico necnon ipsorum Ioannis Papae et cardinalium praesentia, revocaverit.

§ 3. Tamen, sicuti nuper fratrum Ordinum eorumdem lamentabili querela ad nostrum non sine displicentia gravi pervenit auditum, plures ecclesiasticae necnon aliae utriusque sexus personae, reprobos superstitiososque articulos huiusmodi amplexantes, fideliumque animos inficere, ac eos, ut fratribus Ordinum huiusmodi non confiteantur, et ab illorum devotione retrahere molientes, ne dum praedictos, sed et alios etiam sacris canonibus omnino contrarios articulos astruere publice non verentur, videlicet quod confessio fratribus sic electis et admissis facta, dubitabilis sit et incerta, unde tenentur omnes incertum dimittere, et sic solum confiteri suis sacerdotibus curam animarum habentibus, sub poena peccati mortalis: et quamvis ipsi fratres admissi auctoritatem habeant confessiones audiendi et absolvendi, tamen ad eos accedendi populus subiectus, sine licentia proprii sacerdotis, non habet potestatem. Fratres quoque privilegia pro confessionibus audiendis et sepulturis habendis petentes sunt in peccato mortali, et Romani Pontifices illa Mendicantibus concedentes sive confirmantes, etiam in simili peccato et excommunicati sunt; ac dicti fratres Mendicantes, non pastores, sed fures, latrones et lupi censentur; sacerdos autem curatus Mendicantibus confessiones audiendi licentiam datus, magis super isto statuto *Omnis utriusque sexus* dispensat, quam Papa fratribus licentiam tribuens iuxta formam decretalis auctoritatis.

§ 4. Nos igitur, animarum et alia quae praemissorum articulorum occasione, nisi prodentes inde confutarentur errores, succedere possent pericula, trepidantes, ac illis, quantum in nobis fuerit, obviare cupientes, omnes articulos praedictos una

cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus mature inspeximus, et per diversos in iure canonico doctores et sacrae paginae professores diligenter examinari fecimus, et quia protinus illos falsos et erroneos, ac eisdem canonibus adversos fore reperimus, illos, dictorum fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, auctoritate apostolica, pro falsis et erroneis et adversantibus sacris canonibus, damnatos reprobatosque declaramus atque decernimus.

§ 5. Quo circa universitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum, quando super his a quoquam praedictorum Ordinum Praedicatorum, Minorum et aliorum Mendicantium super praemissis privilegiorum magistro generali ac provinciali magistro, vicario vel alio gerente officium, fueritis requisiti ad confutandos et reprimendos ac penitus tollendos huiusmodi errores, prout in praefatis decretali sive constitutione *Super Cathedram*, ac extravagante *Vas electionis* continetur, diligenti studio atque cura provideatis ac intendatis: praefatasque constitutiones integre servantes, faciatis ab omnibus inviolabiliter observari.

§ 6. Et si quos forsam huiusmodi damnatos, ut praefertur, articulos, aut aliquem seu aliquos eorum pertinaciter asserere, vel tenere seu praedicare invenietis, contra illos, communiter vel divisim, tamquam contra haereticos et de catholica fide suspectos procedere, necnon ipsos et eorum quemlibet, iuxta tantorum excessuum qualitatem, per censuram ecclesiasticam et alia opportuna iuris remedia, auctoritate praedicta compescere studeatis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadagesimo sexto, decimoseptimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Dat. die 16 ianuarii 1446, pont. anno xvi.

Alios subortos narrat eadem super re error.

Singulis episcopis, ut haec populis significant et observari faciant maadat.

Contra contumaces procedi iubet.

Eosque damoat Eugenius.

XXXV.

Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, in electione Romani Pontificis, Lugdunensis ac Viennensis sancta concilii servare debere decernit.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Nonnulla statuta circa Roman. Pontificis electionem edidit Basileense concilium. — 2. Iis sublatis, statuta conciliorum Lugdunen. et Viennen. servari mandat Eugenius. — 3. Contrariorum derogatio. — 4. Clausulae.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Exordium. Etsi circa orbis Ecclesiarum et monasteriorum omnium (1), dum vacant, iuxta nostris, divina disponente clementia, commissum humeris apostolatus officium, per apostolicae providentiae ministerium occurrere consueverimus, de Romana Ecclesia, quae Ecclesiarum omnium mater est et magistra, ac illarum divina institutione primatum obtinet, cui, licet immeriti, praesidemus, nos procul dubio propensioris curae studio excogitare convenit, ne ipsam, quam Christus sibi sponsam copulavit, et extra quam nemini salus est, variis ambiguitatibus submissam relinquamus.

Nonnulla statuta circa Roman. Pontificis electionem edidit Basileense concilium.

§ 1. Hinc est quod nos, attendentes quod in civitate Basileen., sub nomine generalis concilii, circa electionem Romani Pontificis, vacatione Sedis Apostolicae occurrente, plura et diversa et per Sedem praedictam forsitan approbata emanarunt statuta, ordinationes et decreta, et etiam innovata fuerunt, diversas etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliasque sententias censuras et poenas in se continentia propter inris communis dispositionem, quorum occasione, attentata rerum et temporum conditione, si nos ab hac luce subtrahi contingeret, in electionis huiusmodi celebratione facienda, plura et diversa pericula,

(1) Deest aliquid, forsitan *necessitates* (n. τ.).

divisiones et scandala verisimiliter exoriri possent in ecclesiasticae libertatis offensam, cunctorumque christifidelium praedictum iudicium et iacturam.

§ 2. Nos, tantis periculis, prout ex alto nobis permittitur, occurrere, ac fidelium ipsorum quieti consulere, necnon perversorum conatibus viam praecludere cupientes, omnium et singulorum statutorum, ordinationum et decretorum huiusmodi formas, etsi de illis ac eorum totis tenoribus de verbo ad verbum specialis et expressa praesentibus, habenda foret mentio, pro expressis habentes, praesentium serie volumus, et auctoritate apostolica ac ex certa scientia, necnon potestatis nobis traditae plenitudine, statui- mus pariter et ordinamus ut, dum extremae nostrae peregrinationis diem advenire contigerit, venerabiles fratres nostri S. R. E. tunc existentes cardinales, alias iuxta fel. recor. Gregorii decimi in Lugdunen., et Clementis quinti Romanorum Pontificum, praedecessorum nostrorum, in Viennen. conciliis generalibus circa hoc edita statuta et ordinationes, ad Romani Pontificis successoris nostri electionem, iuxta traditam eis a Domino intelligentiam, quos sub primodictis statutis, ordinationibus et decretis nullatenus comprehendi, nec eis subici decernimus, procedere: ceteraque circa hoc quomodolibet solida et opportuna facere et exequi libere et licite possint et valeant in omnibus et per omnia, ac si primodicta statuta, ordinationes et decreta nullatenus emanassent.

§ 3. Non obstantibus omnibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

§ 4. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadagesimo septimo, octavo kalendas februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Dat. die 25 ianuarii 1447, pont. anno xvi.

Iis sublatis, statuta conciliorum Lugdunen. et Viennen. servari mandat Eugenius

Contrariorum derogatio.

XXXVI.

Canonizatio B. Nicolai de Tolentino, professoris Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, eiusque adscriptio cathologo Ss. confessorum, et institutio festivitatis pro die 10 septembris (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. B. Nicolaus virtutibus et miraculis emicuit. — 2. Ioannes ideo XXII de eius canonizatione egit. — 3. Praeclara opera B. Nicolaus fecit. — 4. Ieiuniis, vigiliis et orationibus vacavit, etc. — 5. Tempore obitus. audire meruit *Euge, serve bone et fidelis*, etc. — 6. Miraculis ante et post obitum claruit. — 7. Virum latere perditum, et oculi caecitate laborantem, signo crucis liberavit. — 8. Mulierem a sanguinis fluxu, simili modo sanavit. — 9. Puerum submersum vitae restituit. — 10. Virum suspensum et mortuum suscitavit. — 11. Miracula trecenta et unum fecit. Quibus impositum sit rerum harum examen. — 12. Hunc itaque Pontif. sanctificavit. — 13. Festumque pro die 10 septembris instituit; — 14. Indulgentiasque eius sepulchrum visitantibus concessit.

Eugenius PP. IV, universis christifidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et apost. benedictionem.

Exordium

Licet militans in terris Ecclesia triumphantem in coelis filiali et devoto veneretur affectu, ac virtutes, laudes, praeconiaque sanctorum, quantum sinit fragilitas, dignissimis attollat titulis, devotis quoque precibus solemniter sacrificia laudum offerat ad decus et venerationem civium supernorum, nihil tamen illis accrescit novae perfectionis et gloriae, nec eorum perfecta felicitas nostris operibus firmari poterit, vel augeri: misericors tamen, miseratorque Dominus, per intercessionem, meritaque sanctorum, quos in terris celebritate congrua veneramur, mirabili dignatione imperfectum nostrum

(1) Causam canonizationis huius Sancti exorsus est Ioannes XXII, continuavit Urbanus VI, ad finem perduxit Eugenius IV. Cl. Infessura, scriptor synchronus, et doctiss. Angelus Rocca, e familia Augustinensium, praelectus Sacrarum Apostolice, contra Raynaldum et Novaes, canonizationem ponunt in nonas iunias anni 1446, licet Bulla data sit kal. febr. 1447 (n. T.).

suppleri providit, ut quod nostris meritis non valemus, eorum suffragiis assequamur.

§ 1. Aeternus itaque Deus, qui facit mirabilia magna solus, confessorem suum eximium Nicolaum de Tolentino in approbata Religione fratrum Eremitarum Sancti Augustini, ab eius pueritia educatum, puritate candidum, caritate fervidum, electum ex millibus, exemplar prae-fulgidum, sapientia Eius infinita produxit, singularis vitae suae excellentiam signis et prodigiis probans, ac coruscantibus crebrisque miraculis manifestans. Laetentur itaque coeli, et exultet terra, iucundeturque pariter totus orbis, quando ei, qui effulsit in templo Dei, cum viveret, speciosum in coelo praestant hospitium coeli cives.

§ 2. Itaque huius beati viri, quando vita est functus, fama summaque ad eum populorum devotione crescentibus, felic. record. Ioannes Papa XXII, praedecessor noster, Avenione cum eius cura (1) residens, cum fratribus suis coepit de eius canonizatione tractare, quam, nisi eius obitus et horrenda supervenissent schismata, procul dubio consummasset.

§ 3. Beatus igitur hic Nicolaus, honestis ex castro S. Angeli infra Firmandioeces. parentibus ortus, et puerorum consortia vitans, Ecclesias divinaque mysteria frequentabat; et ne praeclara opera lucidae vitae suae longo latoque sermone curramus, pauca libet referre de pluribus, ut, ex his, existentes in via Domini patrem glorificent sicut decet.

§ 4. Sanctus equidem iste in aetate existens tenera, se sub magna religionis diligentia, summa cum obedientia et humilitate servabat, castigando corpus ieiuniis, vigiliis orationibusque insistebat devotus, gratus, humilis, obediens, benignus, suavis, pius, patiens, constans, maturus, compositus, virtutum quibusdam aromatibus plurimos attrahebat; adeo quoque fidei cultor erat, ut cuncta illius verba

(1) Curia.

B. Nicolaus virtutibus et miraculis emicuit.

Ioannes ideo XXII de eius canonizatione egit.

Praeclara opera B. Nicolaus fecit;

Ieiuniis, vigiliis et orationibus vacavit, etc.

et opera, virtute fidei redolerent, tribulorum et infirmorum consolator assiduus existebat.

Tempore obitus, audire meruit: Euge serve bone etc.

§ 5. Et demum pudicus, castus, modestus, verecundus ac laetus, ad vitae vesperam veniens, divinitus audire meruit: *Euge, serve bone, intra in gaudium Domini tui.* Sic grabatum frumenti cadens in terram et mortuum, uberem consurgit in spicam; sic botrus in torculari calcatus, liquoris redundat in copiam; sic regnum coelorum percipitur, et sancti per fidem sublimia regna vicerunt.

Miraculis ante et post obitum claruit.

§ 6. Verum, quia decebat divinae magnitudinem bonitatis, ut quem in terris praeclaris ornat virtutibus, in coelis regnare certis testimoniis probaretur, multis eum magnisque miraculis, dum viveret et post obitum, clarum fecit: quorum quaedam dignissimis probatis testibus, onerosae multitudinis vitandae gratia, duximus praesentibus annotanda.

Virum latere perditum, et oculi caecitate laborantem, signo crucis liberavit.

§ 7. Quidam adeo in sinistro latere perditus erat, ut nec illius manum aut pedem posset quovis modo movere, aut quicquam ex oculo sinistro videre: post plurimorum medicorum antidota atque colliria iuvamen (1) experta, Sanctus sic latus illud crucis signaculo tetigit, viroque illi benedixit, qui statim, e grabato surgens, sanatus est, videns et integre liberatus.

Mulierem a sanguinis fluxu, simili modo sanavit.

§ 8. Quaedam vero mulier triennio continuo sanguinis fluxum patiens, ad Nicolaum veniens, et manum illius devotissime osculans, precabatur eum ut preces ad Dominum pro illius sanitate recuperanda porrigeret; sanctus ipse illam crucis signo signavit, et liberata recessit; et haec ante obitum.

Puerum submersum vitae reslituit.

§ 9. Post obitum vero, cum puer quidam annorum quatuor in canale molendini cecidisset, et intra rotam et aquam, per spatium temporis quo communiter quis bene ambulans milliaro ambulasset, continuo iacuisset, inde tandem laboriose extractus mortuus et pro mortuo reputatus, emissio prius per matrem voto,

quod si restitueretur vitae, auxilio beati Nicolai, illum supra sanctum tumulum habitum Religionis indueret, adiuvante sancto praedicto, vivus apparuit.

Virum suspensum et mortuum suscitavit.

§ 10. Vir insuper quidam inventus in domo sua suspensus et mortuus, precibus et voto per eius uxorem ad B. Nicolaum emissis, factus est vivus, et ex tunc diutius supervixit.

§ 11. Quamplurima etiam miracula, tam in vita quam post eius obitum, fecit, pluresque homines utriusque sexus a morte resuscitavit, caecos illuminavit et ab oculorum infirmitatibus liberavit, contractos et protractos membris et elandos erexit, paraliticos a membrorum impotentia sanavit et a tremore capitis et membrorum; daemoniacos, captivos, incarceratos, cum apparitionibus et revelationibus, liberavit; cadentes et illisos a naufragiis, a captivitate personae, a perditione honorum, a febribus, ab ethica, ab hydropisi, a podagra, a doloribus thoracum, et stomachi ac cordis aliisque infirmitatibus liberavit, pristinaeque sanitati restituit. Quae omnia trecenta et unum miracula (ad quorum probationem examinati fuerunt trecentis septuaginta et unus testes) in registris annotata, coram nobis in publico consistorio relata fuerunt. His itaque ac aliis miris operibus Sancti huius astruentibus sanctitatem, et christianae fidei veritatem miraculorum lingua loquente, concurrunt ad nos undique populus, crevit de his fama atque devotio, laudatur Dominus, de salutaribus gratis auctori gratiae referuntur. Invaluit super his vox communis et celebris, et plurimorum vox exultationis, etiam praelatorum, nobis intonuit, et nostra auctoritate inquisitionem fieri super dictis obtinuit. Primum quidem venerabili fratri Joanni, episcopo Praenestino, et dilectis filiis nostris Joanni tituli S. Laurentii in Lucina, presbytero, et Prospero S. Georgii ad Velum Aureum, diacono, cardinalibus

Miracula trecenta et unum fecit (1).

Quibus impostum sit rerum barum examen.

(1) Loco iuvamen leg. putamus in vanum (R. T.).

commisimus ut veritatem praemissorum et de miraculorum continuatione inquirerent diligenter, quorum relatione etiam continuationis miraculorum probata veritas, nos et venerab. fratres nostros S. R. E. cardinales, de Sancti eiusdem vita mirabili miraculis et meritis gloriosis instruxit.

Hunc itaque Pontif. sancti-bearti,

§ 12. Et quia plura et maiora de Sancto ipso comperimus, quam insinuata fuissent, de fratrum praedictorum consilio et assensu, plurimis Ecclesiae praelatis adstantibus, de omnipotentis Dei virtute et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra auctoritate confisi, eundem beatum Nicolaum sanctorum confessorum cathalogum duximus adscribendum.

Festumque pro die 10 septembris instituit,

§ 13. Ideoque universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica scripta vobis praecipiendo, mandantes quatenus quarto idus septembris, quo sanctus ipse migravit ad Dominum, festum eiusdem devote et solemniter celebretis, et faciatis ab omnibus veneratione condigna celebrari (1), ut, pia eius intercessione, et hic a noxiis protegi, et in futurum sempiterna consequi gaudia valeatis.

Indulgentiasque eius sepulchrum visitantibus concessit.

§ 14. Et ut ad venerabile eius sepulchrum eo ardentius christifidelium confluat multitudo, et celebrius eiusdem confessoris colatur festivitas, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui cum devotione et reverentia illuc in eodem festo accesserint annuatim, ipsius suffragia petituris, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, septem annos et totidem quadragenas; accedentibus vero annis singulis ad dictum sepulchrum, infra eiusdem festi octavam, duos annos et duas quadragenas de iniunctis eis poenitentibus misericorditer relaxamus.

Dat. Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1447, kalendis februarii, pontificatus nostri anno XVI.

Dat. die 4 februarii 1447, pont. anno XVI.

(1) Sixtus V, bulla quae incipit *Sancta Romana*, data x kal. jan. 1585, missam et officium sub ritu duplici ad eius honorem celebrari posse indulget (R. T.)

XXXVII.

Declarationes et mitigationes Regulae sororum sive monialium S. Clarae, et earum suppositio Ordini fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Moniales S. Clarae a fratribus de Observantia regi postulabant. — 2. Hoc eis Pontifex modo indulget. — 3. Vocales in electione abbatissae et votorum numerum declarat. — 4. Regulam circa ieiunium modificat. — 5. Regulam eandem, quoad calceamenta, mitigat. — 6. Et quoad cibos, silentium etc. — 7. Ac praeccepta. — 8. Et ferculum; — 9. Quibuscunque non obstantibus.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio fratri Iacobo de Praemandinis, de Bononia, Ord. Min. professori de Observantia regulari, salutem et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

Ordinis tui, praesertim familiarum in regulari observantia Domino famulantium, ob quarum religionis sanctimoniam et multiplicem virtutum dona, maximi in populo christiano animarum fructus prodire cernuntur, curam gerentes solerter, illa libenter concedimus, per quae earumdem familiarum, etiam utriusque sexus, augmento conservationique melius ac facilius consuli intelligimus.

§ 1. Sane, cum post concordiam inter filios fratres, qui dicuntur Conventuales, et vos et alios, quibus de Regulari Observantia est appellatio, unius eiusdemque Minorum Ordinis secum factam, nos intendentes quod, post dilectum filium fratrem Ioannem de Capistrano, tui Ordinis de Observantia in partibus Cismontanis vicarium, alter illius successor crearetur, eidem per literas apostolicas commiserimus quod, ubi et quando sibi placeret, ante sui officii finem, vicarios et discretos provinciarum sibi subiectarum pro alterius vicarii electione, alias creatione, capitulariter congregaret, et facta huius-

Moniales S. Clarae a fratribus de Observantia regi postulabant.

modi congregatione in alma Urbe, apud Aracoeli locum, tu in ea fueris canonice in Cismontanum vicarium electus; nos electionem ipsam confirmaverimus, postmodumque dilectus filius Antonius de Rusconibus, sacrae paginae professor, Ordinis praefati generalis minister, te duxerit confirmandum, prout praedicta omnia constant per literas apostolicas et praedicti generalis, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ad nostramque notitiam pervenerit, esse in tui vicariatus partibus Cismontanis nonnulla monasteria Sanctae Clarae, quarum familiae in observantia regulari viventes, partim primi, partim secundi, partim tertii Ordinis, partim aliter appellatae, sub tuo vicariatu et a te tuisque successoribus regi et gubernari intensissimis dicuntur desiderari affectare.

§ 2. Nos, qui certo tenemus, easdem mulierum monacharum sive sororum familias, optimam et saluberrimam sub vobis gubernationem scilicet habere, et continue habituras felicia incrementa earundem mulierum monacharum sive sororum appellatarum monasteria et loca et familias, ubicumque intra tui vicariatus terminos in regulari observantia viventes, tam praesentes, quam futuras, tuae et tuorum in vicariatus Cismontani officio successorum curae, gubernationi atque regimini, auctoritate apostolica, praesentium tenore subiicimus ac subiectas et suppositas esse volumus atque decernimus. Intendentes, eadem auctoritate, atque volentes quod tu et successores tui, per vos ipsos et alios, quos duxeritis substituendos, potestatem et facultatem habeatis, easdem moniales atque sorores, sive primi, sive secundi, sive tertii aut alterius Ordinis S. Clarae et B. Francisci, signantes collegialiter et in communi viventes, et earum monasteria atque loca, tam in capite, quam in membris, visitandi, corrigendi, amovendi, deponendi, transferendi, et omnia alia et singula faciendi, quae

generalis minister Ordinis vestri in eisdem monasteriis et locis, de iure et consuetudine posse facere consuevit. Provinciales autem vicarii, vobis subditi, eandem potestatem et facultatem habeant, quas ministri provinciales, etiam de iure vel de consuetudine habere consueverunt.

§ 3. Et, ut supradictae moniales ac sorores melius guberentur, volumus quod in electione et creatione abbatissarum, ministrarum et matrum, illae tantum ex ipsis monialibus et sororibus vocem habeant, quae per annos tres vel circa in earundem monasteriis vel collegiis fuerint. In qua creatione et electione maior pars votorum, ad minus medietatem superans, debet convenire. In omnibusque tertii Ordinis sororum et monialium collegiis, fratres tui Ordinis de accessu et ingressu se habeant, sicut observatur in monasteriis S. Clarae. Si autem visitoribus earum et sororibus tertii Ordinis, quae minime vivunt collegialiter, esset concessa a Sede Apostolica aliqua facultas et auctoritas, nos ipsam, praesentium tenore, auctoritate apostolica revocantes, volumus quod tu et tui in vicariatus officio successores, huiusmodi visitatores amovendi et instituendi auctoritatem et facultatem habeatis.

§ 4. Praeterea, cum in Regula B. Clarae iubeatur ieiunium perpetuum, quod nimis rigorosum tenemus, placet et volumus quod supradictae et tertii et aliorum Ordinum sorores solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quae vos fratres Ordinis Minorum Regulam observantes obligati estis, et eosdem modos servent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus et infirmis. In aliis vero ieiuniis, ut sunt Quatuor Tempora, vigiliae Apostolorum et similium, servetur consuetudo regionis, secundum quam liceat eis etiam ova et lacticinia comedere.

§ 5. Cum etiam in monasteriis sorores sive monachae incedant nudis pedibus discalceatae, quod nimis rigorosum

Vocales in electione abbatissae et votorum numerum declarat.

Regulam circa ieiunium modificat.

Regulam eandem, quoad calceamenta, mitigat.

Hoc eis Pontifex modo indulget.

existimamus, placet et volumus quod sorores sive monachae possint deferre illa, quae nomine calcamentorum non censeantur, puta zoccolos ligneos et sandalia, atque etiam, cum opportunum fuerit, calcamenta.

§ 6. Item, cum in aliquibus monasteriis, locis et congregationibus iniungatur silentium perpetuum, quod quidem nimis rigorosum existit, tibi tuisque in officio successoribus, et provinciarum vobis subiectarum vicariis, cum discretorum consilio, dispensandi, tam in cibis, quam in quibuscumque aliis perpetuis (1), quam in silentio supradicto, concedimus facultatem.

§ 7. Insuper, cum dilectus filius frater *Ac praeepta,* Ioannes de Capistrano, tuus in vicariatus officio praedecessor, declaraverit quod in Regula prima beatae Clarae contineantur centum et tria praeepta regularia, in quorum transgressione moniales sive sorores profesaee peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum et scrupulosum iudicemus; auctoritate et tenore praesentium, declaramus et volumus quod in nullius praedictorum transgressione, praeterquam eorum quatuor, quae concernunt principalia vota, obedientiae scilicet, paupertatis, castitatis et clausurae, et super electione ablatissae et depositione, peccatum mortale incurrant.

§ 8. Item, cum quaedam praedictarum *Et ferculum,* monasteria et loca in mendicitate vivant, placet et dispensamus quod, in ferculo sive cibis, sagina et lardo uti possint.

§ 9. Constitutionibus apostolicis et *Quibuscumque non obstantibus.* privilegiis, immunitatibus et gratiis, ac indultis omnibus et singulis supradictis monasteriis et locis, ac eorum cappellanis per Sedem Apostolicam, et aliter quomodocumque concessis, aliisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Nolli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MCDXLVII, nonis

(1) Forsan *praeeptis* (n. r.).

februarii, pontificatus nostri anno sexto-decimo.

Dat. die 5 februarii 1447, pont. anno XVI.

XXXVIII.

Absolutio eorum qui congregationi Basileensi adhæserunt post dissolutionem concilii, et ad Summi Pontificis obedientiam redierunt; provisioque et declaratio circa collationes Ecclesiarum et beneficiorum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Quidam praelati et principes nationis Germaniae, ob dissensionem secutam tempore concilii Basileae, neutrales fuerunt et mox obedientiam huic Pontifici praestiterunt. — 2. Qui, attendens quod d. tempore plurima in dicta natione gesta fuerunt, quae Sedis Apost. auctoritatem requirunt, ideo collationes et provisiones beneficiorum etc., auctoritate ordinaria factas, nunc pontificia auctoritate confirmat; — 3. Et eorum possessores non molestari praecipit. — 4. Lites desuper pendentes extinguit. — 5. Quinimmo easdem Ecclesias et beneficia eisdem denuo confert. — 6. Sed contententibus super Ecclesiis Fismigen. et Osilien. non ex hoc praeiudicare declarat. — 7. Acta tempore suspensionis in praeiudicium iurisdictionis metropolitanae. et diocæsanen. terrarum regis, etc. revocat et irritat. — 8. Obligationes circa annatas Camerae Apost. debitas, etc. relaxat. — 9. Dispensationes et indulta, exceptis hic expressis, a Pontifice etc. concessa confirmat. — 10. Circa sententias Romae vel Basileae prolatas, providet. — 11. Omnes, qui congregationi Basileensi adhæserunt post concilii dissolutionem, ab omnibus censuris et poenis absolvit, si ad Pontificis obedientiam reversi sunt, aut infra sex menses revertantur. — 12. Praedicta omnia observare pollicetur. — 13. Contrariis derogat.

Eugenius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Inter cetera desideria cordis nostri, *Exordium*
filios quoslibet ad nostram et Apostolicae

Sedis obedientiam exoptantes adduci, illa, temporum qualitate pensata, aliquando concedimus, ordinamus et statuimus, per quae christifidelium tranquillitati et commodis, semotis dissensionibus et scandalis, consulatur, et exinde animarum salutem valeant adipisci.

§ 1. Sane cum, propter dissensionem inter nos et eos, qui Basileae sub nomine generalis concilii remanserunt, dudum exortam, nonnulli principes tam ecclesiastici quam saeculares nationis Germaniae, in quadam neutralitate et armorum suspensione, a die decimaseptima mensis martii, de anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, usque in praesentem diem se tenuerint, ea mente, ut asserunt, ut postmodum unanimi consensu, in nostra et Sedis Apostolicae obedientia et reverentia, paribus gressibus incedere possent; et carissimus in Christo filius noster Fredericus, rex Romanorum illustris, ac venerabilis frater noster Theodoricus, archiepiscopus Maguntinus, et dilectus filius noster vir Fredericus, marchio Brandenburgensis, sacri imperii electores, ac venerabiles fratres nostri Fredericus Saleburgensis et Gerardus Bremaensis archiepiscopi, ac quidam alii praelati et principes dictae nationis, nobis debitam obedientiam per suos oratores praestiterint, ac nos solum in vicarium Iesu Christi recognoverint et professi fuerint;

§ 2. Nos attentis quod, dictae neutralitatis et suspensionis tempore, plurima in ipsa natione acta, gesta et facta fuerint, quae confirmationem, indulgentiam et dispensationem super eis apostolicae auctoritatis requirunt, praedictorum regis, archiepiscoporum, marchionis, ceterorumque praelatorum et principum supplicationibus inclinati, omnes et singulas, tam metropolitanae quam cathedralium aliarumque Ecclesiarum, necnon dignitatum etiam abbatialium, ac post pontificalium maiorum, et in collegiatis Ecclesiis princi-

paliū, et aliorum beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum quorumcumque, etiam si Ecclesiae curatae, canonicatus et praebendae fuerint, electiones, postulationes, collationes, provisiones, confirmationes et dispositiones, necnon processus, sententias aliaque acta iudicialia, auctoritate ordinaria huiusmodi, suspensionis et neutralitatis tempore factas seu facta (quae omnia et singula hic haberi volumus pro sufficienter expressis) ac rata et grata habentes, auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus.

§ 3. Volentes ac etiam statuentes ut nulli, qui possessiones Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, beneficiorum et officiorum huiusmodi, quarumcumque eorundem, qui Basileae, post translationem et dissolutionem Basileensis concilii, ibidem remanserunt, auctoritate fuerint assecuti, super huiusmodi Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis et officiis, ac sententiis et processibus, etiam si in Romana Curia vel extra eam lis (cuius statum praesentibus habemus pro expresso) indecisa pendeat, etiam si super eis, ad ea aut contra ea, fuerit alteri ius quaesitum, seu ius aliqui habere se praetulerint, ex nunc inantea, in ipsa Curia vel extra eam, apostolica vel alia quavis auctoritate impeti, aut quomolibet ex quavis ratione vel causa molestari possint, sed in suis possessionibus pacifice remaneant.

§ 4. Lites quoque et causas quascumque super huiusmodi Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, officiis et beneficiis pendentes (illis duntaxat exceptis quae coram ordinariis iudicibus, apud quos, iuxta formam dictae suspensionis et protestationis exinde secutae, licuit litigare, indecisae pendent) ad nos advocantes, auctoritate et scientia praedictis extinguimus, et super eis adversariis eorum perpetuum silentium imponimus; possessores vero ipsos volumus in suis Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, officiis et beneficiis pacifice remanere.

Quidam praelati et principes nationis Germaniae, ob dissensionem, secutam tempore concilii Basileae, neutrales fuerunt, et mox obedierunt huic Pontifici praestiterunt.

Et eorum possessores non molestari praecipit.

Qui, attendens quod dicto tempore plurima in dicta natione gesta fuerunt, quae Sedis Apostolicae auctoritatem requirunt; ideo collationes et provisiones beneficiorum etc., auctoritate ordinaria factas, nunc pontificia auctoritate confirmat;

Lites desuper pendentes extinguunt.

Quintimo eadem Ecclesias et beneficia eisdem de nouo conferat.

§ 5. Quibus omnibus ipsas Ecclesias, monasteria, dignitates, officia et beneficia quocumque modo vacaverint, auctoritate et scientia praefatis, tenore praesentium conferimus, et providemus de eisdem, ac illis, qui pallium dictorum, qui Basileae post nostram translationem sub nomine generalis Concilii remanserunt, auctoritate receperunt, ut illo uti possint, praesentibus concedimus et indulgemus; illis autem qui non habent, vel non receperunt, sine difficultate dabimus, ac etiam libere concedemus, illis tantum personis exceptis, quae, occasione privationum propter nostram aut Basileensem adhaesionem factarum, beneficia detinent, in quibus habent locum provisio et dispositio super his, quae contra protestationem facta forent, per praedictos regem et electores Imperii coniunctim vel divisim promulgata.

Sed contententibus super Ecclesiis Fisiigen. et Osilien. non ex hoc praedictare declaratur.

§ 6. Per hoc autem nulli contendendum super titulo et iuribus Ecclesiarum Fisiigen. et Osilien. volumus aliquod praedictum afferri aut generari, sed liberum sit unicuique eorum ius suum prosequi iustitia mediante.

Acta tempore suspensionis in praedictis in iurisdictionis metropolitan. et dioecesan. terrarum regis etc. revocat et irritat.

§ 7. Praeterea, omnia et singula quae, dictis, in praedictum, gravamen et laesionem iurisdictionis, iuris, vel possessionis metropolitan. vel dioecesan. principatum, dominiorum, terrarum regis et electorum, ac archiepiscoporum praedictorum, necnon aliorum episcoporum, praelatorum, collegiorum, personarum seu rerum quorumcumque contra foedus protestationis et suspensionis huiusmodi quodcumque vergentia, apostolica vel alia quavis auctoritate concessa, ac in iudicio vel extra obtenta; insuper, ecclesiasticas censuras, multas et poenas, necnon cuiuscumque irregularitatis et inhabilitatis maculas, tam a iure, quam ab homine propter praemissa quomodolibet promulgatas seu inflictas, promulgandas quoque seu infligendas, quoad regem, archiepiscopos et marchionem praedictos

eorumque dominia, clericos subditos et vassallos, ac de eis quoque qui, infra sex menses a die datae praesentium computandus, se declaraverint pro nobis aut eidem declarationi adhaeserint, cassamus, irritamus et annullamus, nulliusque esse decernimus roboris vel momenti, omnem irregularitatem et infamiae maculam sive notam per eos, praemissorum occasione, contractam penitus absolventes, ac eos rehabilitantes et restituentes ad eorum Ecclesiarum monasteria, beneficia, officia, dignitates ac honores quaecumque, ac in pristinum statum et eum in quo erant ante praemissa reponentes, necnon illis, qui contra ipsos, impetratis, concessis vel obtentis, seu impetrandis, concedendis et obtinendis, quomodolibet niterentur, etiam si eis aut eorum alicui ius quaesitum foret, ex certa scientia, de potestatis plenitudine, perpetuum silentium imponentes.

§ 8. Insuper, quascumque obligationes super annatis, seu communibus et minutis servitiis ceterisque iuribus, nobis et Camerae Apostolicae, seu collegio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium ceterisque officialibus debitis, seu quae deberi dicerentur, occasione quorumlibet metropolitanarum et cathedralium Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, officiorum et beneficiorum quorumcumque, usque in praesentem diem remittimus, de nostra mera liberalitate relaxamus pariter et donamus, eosque, qui huiusmodi debitis obligati essent, ab omni eorum solutione absolvimus et etiam liberamus.

Obligaciones circa annatas Camerae Apostolicae debitas, etc. relat.

§ 9. Dispensationes propterea quascumque (nisi tales forent quas haecenus Sedes Apostolica concedere non consuevit), indulta quoque forum conscientiae respicientia, etiam in casibus Sedi Apostolicae reservatis, necnon novas provisiones pro possessoribus, sine praedictis iuris quaesiti, ipsa suspensione durante, vel etiam ante, a nobis vel ab eis, qui Basileae sub nomine concilii remanserint,

Dispensationes et indulta, exceptis hic expressis, a Pontifice etc., concessa confirmat.

ant legatorum suorum, vel alia quavis auctoritate obtentas, impetratas, concessas seu concessa, ac omnia inde secuta a die datae concessionis eorundem, eadem auctoritate confirmamus, perinde ac si a nobis impetrata fuissent.

§ 10. Super sententiis autem in Romana Curia vel in Basilea, sub nomine generalis concilii, ante ipsam suspensionem vel ea durante, in quibus uterque litigantium ex ordinario titulo nititur se defendi, prolatis, quae executioni nondum sunt demandatae, volumus, statuimus et ordinamus quod huiusmodi sententiae coram indice tractentur, et quidquid utraque pars vellet producere pro iure suo, coram eo debeat exhibere, qui quidem iudex summarie, simpliciter et de plano, sola facti veritate inspecta, procedens, negotium ipsum unica valeat terminare sententia, a qua nulli partium appellare liceat aut provocare, vel restitutionem aliquam obtinere. Per hoc autem nullatenus praedictare intendimus eis, qui possessionem dignitatum, etiam metropolitan. cathedralium et abbatialium, seu beneficiorum quorumcumque, ordinaria vel alia auctoritate sub eadem nation. obtinen., durante neutralitate vel suspensione praedictis, vigore processuum in Romana Curia vel in Basilea, sub nomine generalis concilii, obtentorum, aut alias violenter fuerint spoliati. Sed tam spolia quam iura eorum denuo coram iudicibus ordinariis cognoscantur, et sine debito terminentur.

§ 11. Insuper, omnes et singulas praedictae nationis aut alterius, in ea beneficia vel officia obtinentes, personas ecclesiasticas et saeculares, etiam si regalis, archiepiscopalis, episcopalis vel alterius dignitatis fuerint, quae, post dissolutionem sive translationem praedicti concilii per nos factam, congregationi Basileensi sub nomine generalis concilii adhaeserunt et obediverunt, aut incorporati fuerunt, qui iam ad nostram obedientiam sunt reversi, vel infra sex menses post declarationem

pro nobis factam redierint, seu ipsi declarationi adhaeserint, ab omnibus et singulis iuramentis, periurii reatu, ac aliis censuris et poenis (si qui tenerentur aut incurrissent) inflictis et in tales promulgatis, aut propterea infligendis, auctoritate praedicta absolvimus et liberamus, ac omnem inhabilitatis, irregularitatis et infamiae maculam sive notam, exinde quomodolibet forsau contractam, abolemus, et in pristinum statum restituimus et reponimus, perinde ac si talia minime emanassent. Praeterea, omnes et singulas personas nationis praedictae sive alterius in eadem beneficia sive officia, sicut praemissum est, obtinentes, quae sub declaratione huiusmodi pro nobis facta vel facienda continebantur, quae post huiusmodi concilii translationem, Basileae remanserunt, aut ipsi congregationi adhaeserunt et faverunt, officiis in eadem praefuerunt, aut in legatione ab eis missi sint quandocumque, aut eis crediderunt, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque censuris et poenis in ea, vel per processus nostros, aut aliis inflictis et promulgatis absolvimus; cum iis qui ibidem, seu a provisus ab ipsis, aut eorum auctoritate sacros ordines dicto tempore receperunt, ut in susceptis ordinibus ministrare valeant, dispensantes. Volumus insuper quod singuli metropolitani nationis eiusdem, actu iam nobis obedientes, vel qui infra sex menses, ut praefertur, nobis et Apostolicae Sedi debitam obedientiam praebuerint, consimiles bullas seu literas apostolicas habeant, super quibus, patentibus quibuscumque, quatenus opus fuerit, sub eorum sigillis transumpta concedere valeant, eisque, in iudicio et extra, plena fides, sicut originalibus literis, per omnia praebatur. Super Ecclesias autem Trevirensis et Coloniensis, de quibus in petitionibus regis, archiepiscopi Maguntini et marchionis praedictorum specialis est appositus articulus, per alias nostras literas desuper

Circa sententias Romae vel Basileae prolatas, providet.

Omnes qui congregationi Basileensi adhaeserunt post concilii dissolutionem ab omnibus censuris et poenis absolvit, si ad Pontificis obedientiam reversi sunt, aut infra sex menses revertantur.

editas specialiter providimus, prout in eis plenius continetur.

Prædicta omnia observare pollicetur.

§ 12. Ut autem præmissa eo firmiter observentur, pro nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio et assensu, pollicemur omnia et singula supradicta inviolabiliter observare, et contra ea vel ipsorum aliquod, in toto vel in parte, nullo unquam tempore quidquam innovare, et quod nobis licere non patimur, eisdem successoribus indicamus. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his, a quoquam, quavis, etiam apostolica, auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quinimo, si adversus præmissa literae aliquae aut mandata, ad cuiuscumque instantiam, vel etiam si motu proprio, vel ex certa scientia, etiam cum derogatoriis clausulis, sub quacumque verborum forma, a nobis seu nostra auctoritate, aut ab alio quovis emanassent, seu in futurum emanarent, tales ex nunc pro infectis haberi volumus, quodque is, contra quem emanassent, aut concessae fuissent aut emanarent, et in futurum concederentur, illis minime obedire teneatur.

Contrarius derogat

§ 13. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis, et etiam cum decreto irritante, quorumcumque tenorem existant, in genere vel in specie, per nos seu prædecessores nostros concessis seu concedendis privilegiis vel indultis, de quibus ac totis tenoribus eorum specialis et expressa, etiam de verbo ad verbum, mentio in nostris literis foret facienda, necnon quarumcumque Ecclesiarum statutis et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo hanc paginam nostrae etc.
Si quis autem hoc attentare etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo qua-

dringentesimo quadragésimo septimo, VII idus februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Dat. die 7 februarii 1447, pont. anno XVI.

NICOLAUS V

PAPA CCX

Anno Domini MCCCCXLVII.

Nicolaus V, patria Sarzanensis, antea Thomas S. R. E. tituli Sanctae Susannae presbyter cardinalis, episcopus Bononiensis, electus est Summus Pontifex die 6 martii 1447, et pontificali infula redimitus die 19 mensis eiusdem. Vixit, temporibus Friderici III in Occidente, Ioannis VII Palaeologi, mox Constantini X, in Oriente imperatorum, annos VIII, dies XIX (1), et, quatuor promotionibus, XII creavit cardinales. Obiit die 24 martii 1455, et sepultus est ad Sanctum Petrum. Vacavit Sedes dies XIV:

I.

Confirmatio concordiae initae inter Federicum imperatorem principesque Germaniae ac legatum apostolicum, super reservatione et collatione Ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum: et approbatio constitutionis Eugenii IV in his, quae huiusmodi concordiae non adversantur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Federicus imperator principesque Germaniae et legatus apostolicus ordinationes sive concordata fecerunt super reservatione et collatione Ecclesiarum et beneficiorum, — 2. Quae Pontifex ipse approbat modificando cap. *Execrabilis* et cap. *Ad regimen, De praebend.* inter Extravag. communes; — 3. Declaratque circa (1) Inklusis extremis.

electiones etc. constitutionem Nicolai IV in tit. *De electione* in 6; — 4. Declarat in super vacationes futuras in mensibus ordinariorum ac servatis Sedi Apost., — 5. Et quoad annatas. — 6. Approbatio constitutionis Eugenii IV. — 7. Fides danda transumptis.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ad sacram Petri Sedem, divina dispositione sublimati, singulis, quae pro universalis Ecclesiae unione ac pace et tranquillitate profutura fore conspicimus, apostolicae providentiae sollicitudine libenter intendimus, et ad felicem illorum prosecutionem et consummationem opem et operam impendimus efficaces.

Federicus imperator principisque Germaniae et legatus apostolicus ordinationes sive concordata fecerunt super reservatione et collatione Ecclesiarum et beneficiorum,

§ 1. Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster Federicus, Romanorum rex illustris, et nonnulli alii dilecti filii, ecclesiastici et saeculares, principes inclitae nationis Germanicae, ex una, ac dilectus filius noster Ioannes S. Angeli, diaconus cardinalis, in partibus illis Apostolicae Sedis de latere legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti desuper a nobis et Sede Apostolica auctoritate suffultus, ex alia, partibus, Romanae Ecclesiae et dictae nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiae unione, pace et tranquillitate inter Ecclesiam et nationem praedictam perpetuo solidandis et conservandis, diversa rationabilia et utilia ordinationes et statuta, a partibus ipsis hinc inde approbata, landata, conclusa, acceptata et concordata, fecerunt ac ediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis, pro firmiori eorum subsistentia, robur apostolicae firmitatis adiacere, necnon auctoritatem potioem et decretum interponere dignaremur.

Quae Pontifex ipse approbat modificando c. Execrabilis et c. Ad regimen. De praebendis inter Extravag. communes;

§ 2. Nos itaque, qui statuta, ordinationes et concordata praedicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis et literaturae viros diligenter examinari et

discuti fecimus, eaque rationabilia et salubria tam Ecclesiae quam nationi praefatae fore comperimus; de dictorum et aliorum venerabilium fratrum nostrorum Ecclesiae cardinalium consilio et assensu, apostolica auctoritate et ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus et acceptamus, et praesentis scripti patrocinio communitus, iuxta modum et formam subsequentes. Placet nobis super provisione Ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, provisionibus, iuris scripti reservationibus, et *Execrabilis* ac *Ad regimen* constitutionibus modificatis ut sequitur. Ad regimen Ecclesiae generalis, quamquam immeriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quod per nostrae diligentiae studium, ad quarumlibet Ecclesiarum et monasteriorum regimina et alia beneficia ecclesiastica, iuxta divinum beneplacitum et nostrae intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui praesint et prosint committendis eis Ecclesiis, monasteriis et beneficiis praelibatis. Praemissorum itaque consideratione inducti, et suadentibus nobis aliis rationabilibus causis, nonnullorum praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, omnes patriarchales, archiepiscopales et episcopales Ecclesias, et etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus et officia, necnon canonicatus, praebendas et Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, saecularia et regularia, quaecumque et qualiacumque fuerint, etiam si ad illa personae consueverint seu debuerint per electionem seu quemvis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocumque modo vacantia et in posterum vacatura, nec non per dispositionem vel privationem seu translationem per nos seu auctoritate nostra factas, et inantea faciendas ubilibet: necnon ad quae aliqui in concordia vel discordia electi sive postulati fuerint, quorum

electio cassata, seu postulatio repolsa, vel per eos facta renunciatio et admissa auctoritate nostra extiterit, seu quorum electorum vel postulatorum, et inantea eligendorum seu postulandorum electionem cassari seu postulationem repelli aut remunerationem admitti per nos, aut auctoritate nostra, continget apud Sedem praedictam vel alibi ubicumque, et etiam per obitum cardinalium eiusdem Ecclesiae Romanae; aut officia actualiter tenebunt (videlicet vicecancellarii, camerarii, septem notariorum auditoris, literarum contradictarum et apostolici palatii causarum auditorum, correctorum, centum et unius scriptorum literarum apostolicarum, et viginti quatuor Poenitentiariae praefatae Sedis, et viginti quinque abbreviatorum, necnon verorum commensalium nostrorum et aliorum viginti quatuor cappellanorum Sedis eiusdem in epitaphio descriptorum) et etiam quorumcumque legatorum seu collectorum, ac in terris Romanae Ecclesiae rectorum ac thesaurariorum deputatorum seu missorum hactenus, vel deputandorum aut mittendorum in posterum, nunc vacantia et inantea vacatura, ubicumque dictos legatos vel collectores seu rectores et thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, necnon quorumlibet pro quibuscumque negotiis ad Romanam Curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si, in locis a dicta Curia ultra duas diaetas legales non distantibus, iam forsitan obierint, vel eos inantea ab hac luce transire contigerit, et etiam simili modo quorumcumque curialium, peregrinationis, infirmitatis seu recreationis, vel alia quacumque causa ad quaevis loca secedentium, si eos, antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas diaetas ab eadem Curia, ut praenittitur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) iam forsitan decesserint vel imposterum eos contigerit de medio

submoveri, etiam nunc per obitum huiusmodi vacantia vel in posterum vacatura; rursus monasteria, prioratus, dignitates, personatus, decanatus, administrationes, officia, canonicatus, praebendas et Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, saecularia et regularia, cum cura vel sine cura, quaecumque et qualiacumque fuerint, etiam si ad illa personae consueverint seu debuerint, per electionem seu quemvis alium modum, assumi, quae, promoti per nos seu auctoritate nostra ad patriarchatum, archiepiscopatum et episcopatum Ecclesiarum, necnon monasteriorum regimina, obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum, nunc quocumque modo vacantia aut in posterum vacatura, necnon etiam per assecutionem pacificam quorumcumque prioratum, personatum, officiorum, canonicatum, praebendarum, Ecclesiarum aut beneficiorum aliorum, per nos seu auctoritate nostrarum literarum, immediate collatorum seu conferendorum in posterum, praeterquam si virtute gratiae expectativae assecutio fiet, nunc vacantia et inantea vacatura, plena, super praemissis omnibus et singulis, cum fratribus nostris collatione praehabita et matura deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni ac provisioni nostrae, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate apostolica reservamus. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus, super praemissis et quolibet eorum, per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 3. Item, placet nobis quod, in metropolitanis et cathedralibus, etiam immediate non subiectis Ecclesiis et monasteriis immediate subiectis Sedi Apostolicae, fiant electiones canonicae, quae ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus constitutionis felicis recordationis Nicolai Papae III, quae incipit *Cupientes*, expectabimus; et elapso dicto tempore, si non

Declaratque circa electiones etc. constitutionem Nicolai IV in lit. De electione in 6 (1);

(1) Tu ad hoc vide etiam Gregorium XIII.

presentatae, vel si presentatae, minus canonicae fuerint, providebimus; et si canonicae fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili et evidenti causa, de dictorum fratrum consilio, de digniori et utiliori persona duxerimus providendum, proviso quod confirmati praedicti et per eos provisi metropolitanis suis et aliis praestent debita iuramenta et alia ad quae de iure tenentur. Et in monasteriis dictae Sedi immediate non subiectis et aliis regularibus beneficiis, super quibus, pro confirmatione vel provisione, ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, electi, seu illi quibus providendum est, pro confirmatione et provisione huiusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur, ipsaque regularia beneficia sub expectativis gratis non cadant. Ubi autem, pro monasteriis, ad dictam Curiam venire seu mittere consueverint, non aliter confirmabimus vel providebimus, quam superius de cathedralibus Ecclesiis est expressum. Et de monasteriis monialium non disponemus, nisi sint exempta, et tunc per commissionem ad partes. De caeteris vero dignitatibus et beneficiis quibuscumque, saecularibus et regularibus, vacaturis, ultra reservationes praedictas (maioribus dignitatibus post pontificales, in cathedralibus, et principalibus in collegiatis Ecclesiis, exceptis, de quibus iure ordinario providetur) per illos inferiores, ad quos alias pertinet.

§ 4. Placet etiam nobis quod, per quamcumque aliam reservationem, gratiam, expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacumque verborum forma, per nos vel auctoritate nostra factam vel faciendam, non impediamus nos quo minus de illis, cum vacabunt de februario, aprilis, iunii, augusti, octobris et decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos horum collatio, provisio, praesentatio, electio, seu quaevis alia dispositio pertinebat: reservatione, aliave quavis dispositione, auctoritate nostra factis vel faciendis, non obstantibus quibuscumque.

Quoties vero, aliquo vacante beneficio in ianuario, martii, maii, iulii, septembris et novembris mensibus, specialiter dispositioni dictae Sedis reservatis, non apparuerit infra tres menses a die notae vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo apostolica auctoritate provisum fuerit, ex tunc et non antea ordinarius, vel alius ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit; et ad finem, ut haec ordinatio collationum beneficiorum non reservatorum per alteros menses possit per dictam nationem publicari, et omnes qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi tunc quoad dictam Sedem, a kalendis iunii proxime futuris ipsa currere incipiet, et durabit deinceps, nisi in futuro concilio, de consensu dictae nationis, aliter fuerit ordinatum.

§ 5. Placet similiter nobis quod, circa Et quod annatas. provisionem dictae Sedis ordinandam, modus annatarum hoc modo currat. De Ecclesiis cathedralibus omnibus et monasteriis, virorum dumtaxat, vacantibus et vacaturis, solvantur, de fructibus primi anni a die vacationis, summae pecuniarum in Camera Apostolica taxatae, quae communia servitia nuncupantur, et si quae excessive taxatae sint, retaxentur; et quod provideatur specialiter in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum et regionum, ne nimium praegraventur, ad quod petentibus dabimus commissarios in partibus, qui diligenter inquirent et retaxent. Taxae autem praedictae, pro media parte, infra annum a die habitae possessionis pacificae totius vel maioris partis, solvantur; et pro alia media parte, infra annum sequentem; et si infra annum bis vel pluries vacaverint, semel tantum solvatur, nec debitum huiusmodi in successorem in Ecclesia vel monasterio transeat. De ceteris vero dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis, saecularibus ac regularibus quibuscumque, quae auctoritate dictae Sedis conferentur, vel

Declarat insuper vacationes futuras in mensibus ordinariis ac servatis Sedi Apost.,

de quibus providebitur (praeterquam vigore gratiarum, expectatarum aut causa permutationis), solvantur annatae seu medii fructus iuxta taxam solitam, a tempore possessionis intra annum, et debitum huiusmodi, similiter, in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficiis, quae valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur, duretque haec observantia deinceps, nisi eam similiter in futuro concilio, de ipsius nationis consensu, contingat immutari.

Approbatio
constitut. Eugenii IV 2

§ 6. In aliis autem quae, per felicis recordationis Eugenium Papam quartum, etiam praedecessorem nostrum, pro dicta natione, usque ad tempus futuri generalis concilii, permessa, concessa, indulta et decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiae praesenti non obviant, ista vice nihil volumus esse immutatum, et per hoc quod, in concordatis huiusmodi, sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis literis, propter compendiosorem descriptionem, Alamania specialiter appellatur, natio ipsa censi non debet a Germanica natione distincta seu quomodolibet separata.

Fides danda
transumptis.

§ 7. Et praeterea, quia difficile foret praesentes literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem apostolica auctoritate decernimus quod ipsorum transumpto metropolitanorum dictae nationis sigillo munito, tamquam praesentibus, si exhiberentur, literis, plena fides adhibeatur et perinde stetur, ac si dictae praesentes literae forent exhibitae vel ostensae, et insuper quoque irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadragésimo (1), septi-

(1) Leg. *quadragésimo octavo*, vii kal. aprilis (n. 1). (2) Vide Constit. hanc supra, pag. 92.

mo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 26 martii 1448, pont. anno II.

II.

Catholicos Latini ritus ad Graecum transire non posse decernit (1).

SUMMARIUM

1. Ritus immiscere non licet. — 2. Hoc prohiberi vult per inquisitorem haereticae pravitatis.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis haereticae pravitatis inquisitori et provinciali provinciae Graeciae, Ordinis Praedicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Pervenit ad aures nostras quod in locis, quae catholicis in Graecia subiecta sunt, multi catholici, unionis praetextu, ad Graecos impudenter transeunt ritus. Mirati admodum sumus, mirarique non desistimus, nescientes quid sit quod eos a consuetudine ac ritibus, in quibus nati enutritique sunt, in alienigenarum ritus transposuit: nam, etsi laudabiles Orientalis Ecclesiae ritus sint, non licet tamen Ecclesiarum ritus permiscere, neque id unquam sacrosancta synodus Florentina permisit.

Ritus immiscere non licet.

§ 2. Quas ob res nos, quibus, quamvis immeriti, huiusmodi rerum omnium cura divinitus imposita est, cupientes citius, ne malum longius serpat, huic rei providere, vobis et utrique vestrum, sub virtute sanctae obedientiae districte mandamus ut, auctoritate apostolica, in omnibus locis praedictis, cum ea ex officio vestro visitatis, permutationem rituum omnino prohibeatis, convocato ad id, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, contradictores censuris ecclesiasticis et omnibus aliis iuris remediis compescendo.

Hoc prohiberi vult per inquisitorem haereticae pravitatis

Datum Romae apud Sanctam Pudencianam, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadragésimo

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

octavo, octavo idus septembris, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 6 septembris 1448, pont. anno II.

III.

Canonizatio S. Bernardini Senensis, professoris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia eiusque relatio in numerum sanctorum confessorum.

SUMMARIVM

Mirabilia fecit Dominus ut hominem in salutis viam reduceret, — 1. Angelos quandoque destinando, — 2. Patriarchas mittendo — 3. Prophetasque, — 4. Filiumque suum morti tradendo pro nostrorum expiatione peccatorum. — 5. Post autem eius ad coelos ascensionem, dimisit in terra apostolos, quorum doctrina et opera, ultra alia, multi se Dei servitio dedicaverunt etc. — 6. Et continue in Ecclesia sua renovat aliquos viros electos, qui, quasi novi apostoli, alios ad Dei servitium trahunt. — 7. Inter quos electos surrexit praecipue S. Bernardinus de Senis, qui, vitae exemplo et praedicationis opera, in tota Italia Dei Evangelium renovavit, — 8. Et quamplurima miracula fecit. Itaque rex Aragonum, et populi civitatis Senarum et Aquilae apud Eugenium IV iustiterunt ut desuper fieret processus, ad effectum eum canonizandi, virtute comperta. — 9. Eugenius itaque id tribus cardinalibus commisit, et tandem, veritate habita, illum canonizare cogitabat. — 10. Hic ergo Pontifex, ab eisdem requisitus, aliis tribus cardinalibus idem negotium commisit, et abundantius veritas comperta fuit. — 11. Et tamen tertio, alios destinavit duos episcopos, qui maiora etiam miracula verificarent et retulerunt. — 12. Tandem misit Senas et Aquilam unum episcopum, qui perseverantiam miraculorum retulit in dies esse maiorem. — 13. Ideo hic Pontifex omnia in consistorio secreto referri voluit et examinari. — 14. Et, in alio simili consistorio, unanimiter cardinales canonizationem fieri voverunt, et Pont. B. Bernardinum canonizandum esse censuit. — 15. Postea in cappella maiori praelatorum vota exquirere voluit, et illi in eodem voto fuerunt. — 16. In consi-

torio publico tandem ipse Pontifex canonizationem facere publice decrevit. — 17. Refert ergo quasdam S. Bernardini virtutes. — 18. Et, consensu cardinalium accedente, B. Bernardinum inter Ss. confessores connumerat et canonizat, — 19. Indulgentiasque visitantibus eius Ecclesiam concedit, porrigendo manus adiutrices.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Misericordias Domini in aeternum nos cantare debere, Propheta admonet dicens: *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* Magna et inenarrabilia sunt profecto opera misericordiae Dei, quibus iugiter, in salutem humani generis, se eiusdem miserationis sinus effundit, quae, si quis ab initio creati hominis recensere voluerit, non tantum hominum linguae, quaecumque illae sint, non sufficerent angelorum. Quam inenarrabile est, quod cum hominem creasset ad imaginem et similitudinem suam, quodque particeps esse posset felicitatis aeternae in unam caelestem civitatem adscribendus consortiis angelorum, si datae sibi divinitus legis non contempsisset imperium, non passa est divina clementia, ipsum penitus interire, sed pro temporum diversitate non destitit congruentes exhibere medicina, quibus a lege Domini aberrans, in salutis semitam traheretur.

§ 1. Nunc angelos destinando, qui divinam patefacere voluntatem, suaderent quae iusta sunt, quae sancta sunt, et ad implendum divinum beneplacitum adjuvarent.

§ 2. Nunc mittendo patriarchas gratiae suae spiritu repletos, qui, exemplo suo, ceteros instruerent ad salutem.

§ 3. Nunc divinos prophetas, qui, Spiritu suo Sancto illuminati, non tantum eius temporis divina beneficia humano generi commemorarent, sed etiam futura praedicerent.

§ 4. Et illud maxime, quo nihil potest inter opera divinae miserationis sublimius excogitari, quod Dei Filius in sua persona

Mirabilia fecit Dominus ut hominem in salutis viam reduceret.

Angelos quandoque destinando,

Patriarchas mittendo

Prophetasque,

Filiumque suum morti tradendo pro nostrorum expia-

trone peccato-
rum.

Post autem ci-
us ad coelos a-
scensionem, di-
misit in terra
apostolos, quo-
rum doctrina et
opera, ultra a-
lia, multi se Dei
servitium dedica-
runt etc.

naturam nostrae mortalitatis assumeret, et adimpleret ea, per mysterium passionis et mortis suae, quibus a diaboli potestate et peccatorum vinculis solveremur.

§ 5. Haec facta sunt per illam immensissimam profunditatem et abyssum impenetrabilem misericordiae Dei, quem nos christiani induimus (1), et Ipsius sumus baptismate consecrati, per singulos dies commemorantes, conamur cum cordis nostri spe, fide et charitate viventes sacrificium immolare, cum per ministerium sacerdotum, illius salutaris hostiae, qua peccatum mundi huius abluatur, sacrificium indesinenter offertur. Haec inenarrabilia sunt, et vix possunt, nisi exigua quadam et tenuissima ex parte cogitari: verum, si quis ex cogitationem extenderit in divina beneficia quae, post Domini nostri Iesu Christi ascensionem ad coelos, humano generi exhibita sunt, quis illa, non dicam numerare, sed, quamvis potens eloquio, minima ex parte enarrare sufficiat? Quis non stupeat tantam vocationem humani generis per apostolicam turbam (2) paucissimorum hominum a Dei Filio Iesu Christo Domino nostro in universum orbem terrarum destinatorum, evangelicam veritatem humanis auribus intonantium, quorum praedicatione factum est ut nihil terrenum, nihil ligneum nihilque corporeum, nihil denique quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse homines putent? quodque a vetere seu carnali vita, tam inaestimabilis multitudo in novam et spiritualem vitam translata est, ut persuasum sit humano generi, in ipsis qui Evangelio crediderunt, continentia usque ad tenuissimum victum panis et aquae, et quod maius est, non solum quotidiana, sed per contestes plures dies perpetuata ieiunia? quod castitas usque ad coniugii prolisque contemptum? quod patientia usque ad cruces flammisque neglectas? quod liberalitas usque ad patrimonium distributa pauperibus? quod denique totius

(1) Waddingus legit: *quae nos, qui Christum induimus* (n. r.). (2) Tubam.

huius mundi aspernatio, usque ad desiderium mortis intenditur? Haec in plurimis, qui Christi Evangelio credidere, impleta sunt et quotidie videmus impleri, cum terrarum ubique videamus, ubi floret Christi religio, sacra coenobia viris mulieribusque referta, qui se ipsos omnipotenti Deo sacras victimas immolarunt; cum videamus innumerabiles fere sanctissimos et devotissimos sacerdotes, fungentes suo ministerio, id implere conari, ut ab hac carnali vita in spiritualem transeant, et a saeculi huius concupiscentiis immaculati illaesique permaneant; cum, ex innumerabili multitudine populi, pars non exigua per Evangelii semitam transire conatur, impleta (1) mandata coelestia quantum sinit mortalitas infirmitas. Haec facta sunt divina providentia, per humanitatem doctrinamque Christi, per ipsius passionem et mortem, per apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes, per sanctorum praedicabilem vitam, atque in his universis digna rebus tantis atque virtutibus, pro temporum opportunitate, miracula.

§ 6. Quanta vero est illa divina miseratione, quod, decursu temporum, multorum frigescente charitate, illam penitus non sinit extingui, sed continuo Ecclesiam suam per ministerium electorum suorum renovare et multiplicare non cessat, unicuique tempore electos quosdam, quasi primos magni gregis arietes, et quasi alteros apostolos destinando, qui Evangelii semitam fere oblitteratam et pene corruentem, et vitae exemplo et doctrinae verbis innovarent, tantae perfectionis in se exemplaria iacentes, quae postea innumerabiles fere, divino spiritu illorum corda agente, facilissime sequerentur.

§ 7. Hoc factum est per misericordiam Dei superioribus temporibus et fere ubique terrarum; sed novissimis diebus, divina se misratio exuberanter effudit, cum, in multorum cordibus frigescente charitate, sacram religionem, quae ab evange-

(1) Wadding. *implendo* (n. r.).

Et continue in Ecclesia sua renovat aliquos viros electos, qui, quasi novi apostoli, alios ad Dei servitium trahunt.

Inter quos electos surrexit praecipue S. Bernardinus de Senis, qui, vitae exemplo et praedicationis opera, in tota

Italia Del Evan-
gelium renova-
vit.

licae perfectionis semita aberrare videbatur, divino dignata est igne succendere, ut videamus plerasque Religiones ita renovatas, et ita divino igne succensas, ut nisi ingrati esse velimus, divinae beneficentiae immensas gratias referamus quod, ad excolendam vineam suam, etiam hac novissima hora operarios destinare non cessat. Quamplures videmus in hoc ministerium destinatos, sed temporum nostrorum praecipuus et magnus, inter electos, fuit vir iste sanctissimus, propter quem celeberrimus iste conventus agitur, S. Bernardinus, vir ab ipsis incunabulis perfectioni evangelicae consecratus, qui in vineam Domini cultor et operarius designatus, iniunctum sibi opus indesinenter exerent; qui se immaenlatum ab huius saeculi contaminatione custodiens, primum in seipso iugum Christi suave complexus est, et adeo vitae exemplo et sacra praedicatione profecit, ut fere per omnem Italiam renovaverit Evangelium Christi, ubique sine offendiculo scandaloque pertransiens, et, quantum fieri potuit, semper Deo et hominibus placens. Non est huius loci, propter angustiam temporis, singulas suas divinas et fere innumerabiles recensere virtutes; nam tanta omnipotentis Dei attestazione munitur, ut humana laude non egeat.

§ 8. Tanta etenim in sanctitatis suae testimonium coruscavere miracula, ut etiam, si qui sint ministri satanae, qui eius cuperent detrahere sanctitati, tantis visis signis atque portentis, penitus obmutescant; et qui beneficia Dei, tempore nostro exhibita, recognoscunt, agant uberes gratias tantae sanctitatis accensi (1), videntes in hoc gloriosissimo viro renovari quod de unigenito Dei Filio dictum est: *Venient ad Te, qui detrahebant tibi, et adorabunt vestigium* (2) *pedum tuorum*. Tanta etenim tempore sanctae memoriae praedecessoris nostri Eugenii Papae quarti increbuerunt miracula, ut saepe per plu-

rimos timoratos et religiosos viros, necnon literis multorum principum, et praecipue carissimi in Christo filii nostri Alphonsi, Aragonum regis illustris, et Senensis et Aquilensis populorum precibus, literis et nunciis pulsatus sit, ut tanta et tam divina miracula, quotidie coruscantia, diligenter mandaret inquiri, ut, veritate comperta, tanto viro gloriam, quam iam divina testificatione in triumphante Ecclesia obtinebat in coelis, in militante non negaret in terris.

§ 9. Fecit quod rei gravitas et magnitudo posebat, et quod alias Sedes Apostolica observare consuevit, commisit tribus S. R. E. cardinalibus, qui duos venerabiles episcopos delegantes, veritatem tantae rei inquiri cum omni gravitate mandarent, qui, exactis aliquot mensibus, ad Sedem Apostolicam revertentes, quae invenerunt fidelissime retulerunt. Cum autem idem praedecessor noster, rerum veritate perspecta, pulsantium precibus satisfacere cogitaret, vocante Deo, de hac miseriarum valle subtractus est.

§ 10. Nos qui, non meritis nostris, sed divina dignatione, illi in onere et honore successimus, fuimus per eosdem, quos supra retulimus, saepissime requisiti, ut quod praedecessor noster, impediendo morte, non fecerat, implemus. Nos, rei gravitatem et magnitudinem attendentes, deliberavimus mature et gravissime procedendum. Propterea tribus ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus commisimus ut duos venerabiles episcopos eligerent, quos denuo pro inquirenda veritate delegarent, ut, duplici inquisitione informati, rem audacius ageremus. Miserunt, sicut iniunxeramus, duos venerabiles episcopos, qui eorum, quae invenerant, in scriptis notitiam reportantes, fidelissime singula retulerunt, per omnia conformiter referentes his, qui tempore praedecessoris nostri fuerant destinati; sed multo plura clarissima miracula reportarunt, quae post priorum regressum fuerant perpetrata.

Eugenius itaque ad tribus cardinal. commisit, et tandem, veritate habita, illum canonizare cogitabat.

Hic ergo Pontifex, ab eisdem requisitus, aliis tribus cardinalibus idem negotium commisit, et abundantius veritas comperta fuit.

Et quamplurima miracula fecit. Itaque rex Aragonum, et populi civitatis Senarum et Aquilae apud Eugenium IV insisterunt ut desuper fieret processus, ad effectum eum canonizandi, virtute comperta.

(1) Wadd. *auctori* legit pro *accensi* (R. T.).

(2) Vulgata habet *vestigia*, *Isai.*, LX, 14 (R. T.).

Et tamen tertio alios destinavit duos episcopos, qui maiora etiam miracula veritatem et retulerunt.

Tandem misit Senas et Aquilam unum episcopum, qui perseverantiam miraculorum retulit in dies esse maiorem.

Ideo hic Pontifex omnia in consistorio secreto referri voluit et examinari.

Et, in alio simili consistorio, unanimiter cardinales canonizationem fieri voterunt, et Pont. B. Bernardinum canonizandum esse censuit.

§ 11. Nos, non ea inquisitione contenti, etiam tertio destinare decrevimus. Propterea duos alios venerabiles episcopos iussimus proficisci, qui profecti, post menses aliquos rediere, uberrima et fidelissima attestazione referentes, tanta dictum innovari et conuscare miracula, quod, si singula recensenda essent, vix possent magnis libris includi; sed ex omnibus quaedam maiora et insigniora retulerunt.

§ 12. Nos postea etiam Senas mittendum esse censuimus, misimusque venerabilem fratrem nostrum Angelum, episcopum Esculanum, qui, post aliquot menses reversus, conuscantem divinam gratiam in miraculorum perpetratione, sub verissima et fidelissima attestazione, recensuit, quem etiam volumus Aquilam proficisci, ut etiam reportaret, si in tanti viri sanctitatis attestazione, perseveranter divina miracula conuscarent, qui reversus, prioribus a nobis destinatis conformia reportavit, et insuper magna et stupenda, quae postmodum contigerant, retulit; quae non in angulis, sed publice et in conspectu multitudinis fuerant perpetrata.

§ 13. Nos, his compertis, ne Spiritui Sancto resistere videremur, qui per os propheticum laudari Deum in sanctis suis iubet, piis et devotis supplicationibus postulantium condescendere cogitavimus, fecimusque, per venerabiles fratres nostros S. R. E. cardinales per nos deputatos, omnia per nuncios reportata in secreto consistorio nostro diligenter particulariterque referri, quae per consistorium examinata sunt.

§ 14. Sed, propter gravitatem rei, visum est in aliud consistorium differri, ut, tempore medio, quilibet cardinalis in domo sua posset illa diligentius intueri, et in secundo consistorio, servatis (1) omnium votis, in eandem sententiam convenerunt, tantam esse evidentiam miraculorum (2), necnon de vitae ipsius sanctimonia ac fidei integritate, tam clarum, tamque evidens testimonium, ut in tanti viri ca-

(1) Wadd. legit *scrutatatis* (n. r.). (2) Idem addit *et numerum* (n. r.).

nonizationem animos concorditer sua vota depromerent, quorum secuti iudicium, tunc canonizandum esse decrevimus.

§ 15. Verum, ut res cum maiori gravitate procederet, iussimus, in cappella maiori palatii nostri Apostolici apud Sanctum Petrum, praelatorum omnium qui in Curia essent fieri congregationem, ipsisque ibidem positis, una cum venerabilibus fratribus nostris proposuimus rem hanc, omnia recensentes, quae usque in horam illam, in huiusmodi materia, fuissent actitata et singulorum vota scrutata sunt, qui in eandem sententiam devenerunt, in quam venerabiles fratres nostri S. R. E. cardinales in consistorio secreto convenerant.

§ 16. Postea in consistorio generali, re proposita, quod in consistorio secreto per nos decretum fuerat, publice decrevimus faciendum, hoc est tanti viri canonizationem in Ecclesia Principis apostolorum, hac die Pentecostes, per nos debere celebrari.

§ 17. Nos igitur, qui huc hodie convenimus ut, in conspectu tantae multitudinis, sanctitati tanti viri testimonium perhibeamus, assumimus illud dominicum verbum quod suis imitatoribus dixit: *Ubi ego sum, illic et minister meus erit* (1). Ministravit Christo, cum se laqueis saeculi exuens, et deponens veterem hominem cum actibus suis, et induens novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis, inguam leve sanctae religionis amplexus est. Ministravit Christo enim, in sancta religione proficiens, dictum maiora virtutum divinarum augmenta capiebat, praecipue humilitatis Christi imitator effectus, pauper spiritu et dives gratia. Ministravit Christo enim multis, exemplo vitae, ad salutem profecit aeternam. Ministravit Christo, cum membris Christi, hoc est fidelibus Christi, pabulum doctrinae coelestis indesinenter exhiberet.

(1) Wadd. hanc pericopen adiungit: *Ministravit vir iste sanctissimus Christo, et sequutus est Christum. Ministravit Christo etc.* ut supra (n. r.).

Postea in cappella maiori praelatorum vota exquirere voluit, et illi in eodem voto fuerunt.

In consistorio publico tandem ipse Pontifex canonizationem facere publice decrevit.

Refert ergo quosdam S. Bernardi virtutes,

luit, plurimas Deo lucrificans animas, quas a diaboli et saeculi laqueis exuebat. Ministravit Christo, cum, per civitates provinciasque seminans verbum Dei, populorum catervas antiquis odiis dissidentes, omni cordium rancore deposito, in charitatem mutuam revocabat. Ministravit Christo, cum in pluribus locis mores in lasciviam vergentes et diutius antiquatos, verbi divini praedicatione, dimovit, exhortans tam viros quam mulieres servare pudicitiam reliquosque laudabiles mores, sine quibus nemo vere potest esse christianus. Ministravit Christo, cum, nominis sui per omnem Italiam celebritate ingente, in eadem, quam primo assumpserat, humilitate permansit. Ministravit Christo, cum verbum Dei indefesse praedicare non destitit. Ministravit Christo, cum, se vocante ad aeternam requiem, nec mori timuit, nec vivere recusavit.

§ 18. Ergo, quia non potest Veritas ipsa mentiri, quae est unigenitus Dei Filius, qui, per os carnis assumptae, loquutus est dicens: *Qui mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, illic et minister meus erit*; cum sciamus hunc sanctum virum ministrasse Christo, et ipsum fuisse sequutum usque ad consummationem vitae, minime dubitare permittitur, quin potius certissimum tenere debemus, quod, ubi est Christus Dei Filius, sit etiam minister suus S. Bernardinus. Ergo, quia cum Christo sunt omnes sancti eius, de omnipotentis Dei misericordia, qui non deserit Ecclesiam suam, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, ac venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium ad id accedente consensu, decernimus, declaramus et ordinamus sanctum Bernardinum inter sanctos Dei, ab universa Ecclesia debere deputari et sanctum haberi, et tamquam sanctum honorari et coli. Ipsumque canonizamus, et pro canonizato habere volumus. Mandantes festum (1) in numero

(1) Legendum putamus cum Waddingo: *Mandantes festum ipsius in numero Ss. Confessorum Bull. Rom. Vol. V.*

sanctorum confessorum non pontificum decantari.

§ 19. Insuper, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in die festi sui ecclesiam, in qua sanctum corpus suum requiescit, devote visitaverint, et ad ornatum sive fabricam dictae ecclesiae manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas, de iniunctis eis poenitentis, misericorditer in Domino relaxamus praesentibus, perpetuis temporibus duraturis.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae in basilica Principis apostolorum, anno Incarnationis dominicae 1450, nono kalendas iunii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 24 maii 1450, pont. anno iv.

IV.

Contra impios christianos mittentes et deferentes arma, victualia et mercimonia ad partes saracenorum, vel eisdem favorem aut auxilium praestantes.

SUMMARIUM

1. Lateranense et Lugdunense concilia multis poenis innodarunt deferentes et mittentes arma etc. Saracenis etc. — 2. Pontifex easdem et maiores poenas hic expressas imponit illis, qui per decemium victualia et quaecumque arma etc. detulerint aut deferri permiserint ad terras Soldano subiectas. — Sanctio poenalis.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Olim, tam in generali quam in Lugdunensi postmodum substituto conciliis, per Sedem Apostolicam celebratis, in illos falsos et impios christianos, qui, contra Deum et christianum populum, saracenis ferrum, arma, quibus christianos impugnent, et lignamina galearum et aliorum vasorum navigabilium deferrerunt ad eos, et qui eis galeas vendunt non pontificum debere collocari, et ei officium Confessorum non pontificum decantari (R. T.).

(1) Ad hoc vide bullam xxx Pii V, *Etsi dominici*.

Et consensu cardinalium accedente, B. Bernardinum inter Ss. confessores connumerat et canonizat.

Indulgentiasque visitantibus eius ecclesiam concedit, porrigendo in usus adiutrices (1).

Lateranense et Lugdunense concilia multis poenis innodarunt deferentes et mittentes arma saracenis etc.

ac naves, quique in pyratice saraceno-
rum navibus curam gubernationis exer-
cent, vel in machinis et quibuslibet aliis,
eis impendunt auxilium vel consilium
vel favorem, in christianorum dispendium
et specialiter Terrae Sanctae, fuit excom-
municationis sententia promulgata, ipsos-
que rerum suarum privatione mulctari,
et servos capientium fore censuerunt
concilia supradicta; expresse quoque in
ipsis praecipitur, ut talibus gremium non
aperiatur Ecclesiae, nisi totum, quod de
commercio tam damnato pereceperint, et
tantumdem de suo, in subsidium Terrae
memoratae praestiterint, ut aequo iudicio,
in quo deliquerint, puniantur.

Pontifex eas-
dem et maiores
poenas hic ex-
pressas impo-
nit illis, qui per
decennium vi-
ctualia et quae-
cumque arma
etc. detulerint
aut deferri per-
miserint ad ter-
ras Soldano sub-
iectas.

§ 2. Nos itaque gerentes corde nego-
cia dictae Terrae, duximus hactenus sta-
tuendum, ut nullus equos, ferrum, li-
gnamina, victualia et alia quoque mer-
cimoniam, in Alexandriam vel alia loca
saracenorum terrae Aegypti deferre vel
mittere, seu e partibus eorum, ut eisdem
deferantur, extrahere vel extrahi per-
mittere, aut consilium vel favorem praes-
tare quoquomodo praesumat. Ac illos,
qui contra huiusmodi constitutionem no-
stram ausu temerario venire tentaverint,
eo ipso, excommunicationis sententiae de-
cernimus subiaccere, a qua non possint
absolvi, nisi tantum de bonis propriis
in dictae Terrae Sanctae subsidium con-
vertendum exsolverint, quantum ad partes
praedictas extulerint vel miserint, et de-
ferri, vel de ipsorum partibus extrahi
permiserint, ad eosdem deferendum. Et
nihilominus, si personas eorum capi con-
tingerit, in servitutem et capientium illo-
rum esse volumus in quorum ceciderint
captionem. Volentes autem in hac parte
solertius providere quanto amplius exi-
gere hoc noscitur urgens necessitas dictae
Terrae, apostolica auctoritate statuimus,
ut nullus omnino aliqua victualia, usque
ad decennium, a data praesentium com-
putandum; alia vero praedicta, aut ali-
quod seu aliqua de eisdem, aut aliud

quodlibet (victualibus, sicut praemittitur,
usque ad praedictum tempus dumtaxat
exceptis), quacumque occasione vel causa,
seu quovis ingenio vel quaesito colore,
nullo unquam tempore in Alexandriam
vel partes Aegypti, seu terras Soldano
subiectas, mittere vel deferre praesumat,
vel, quantum in eo fuerit, mitti vel de-
ferri permittat, auctoritate decernimus
eadem, ut hi, qui contra huiusmodi sta-
tutum nostrum quolibet modo venire
praesumpserint, praeter poenas praedi-
ctas, quas ipso facto incurrere volumus,
perpetuo sint infames, et intestabiles ha-
beantur, ita quod nec testari nec legata
eis seu relicta percipere valeant. Et in-
super ad successiones, tam ex testamento
quam ab intestato, sint prorsus et red-
dantur inhabiles, nec ad publica quaeli-
bet admittantur officia, sintque illis actus
legitimi perpetuo interdicti; et postquam
de huiusmodi temeritate constiterit, die-
bus festis et dominicis publice nun-
cientur, et ad fiscum bona omnia devol-
vantur.

Si quis autem etc.

Datum apud Urbem Veterem, nono
kalendas septembris, pontificatus nostri
anno IV.

Dat. die 24 augusti 1451, pont. anno IV.

V.

*Bonifacii PP. IX literas super festo Vi-
sitationis sanctissimae Virginis Mariae
confirmat (1).*

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Bonifacii PP. IX literae in-
sertae praesentibus. — 2. Eisdem confir-
mat. — 3. Solitae clausulae.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Romanorum gesta Pontificum, quibus
potissime salus animarum procuratur, re-

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Sanctio poe-
nalis

Exordium.

censeri convenit, ut illa omnibus innotescant.

Bonifacii PP. IX litterae in-
seruae praesentibus.

§ 1. Hinc est quod nos tenorem quarundam litterarum felicitis recordationis Bonifacii Papae Noni, praedecessoris nostri, in eius registro compertum, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, et praesentibus annotari fecimus, qui est talis: *Bonifacius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Superni benignitas....* (1).

Eisdem confirmat.

§ 2. Caeterum, ut earundem litterarum tenor praedictus sic insertus omnimodam rei sen facti certitudinem faciat, auctoritate apostolica decernimus ut illud idem robur eandemque vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quae haberent originales litterae supradictae, ut eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque et ubicumque fuerit exhibitus vel ostensus: ut eidem stetur firmiter in omnibus, sicut ipsis originalibus literis staretur, si forent exhibitae vel ostensae. Per hoc autem nihil novi concedere intendimus, sed tantum per dictum praedecessorem concessa in suo robore permanere.

Solidae clausulae.

§ 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum constitutionis et intentionis infringere, etc.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, septimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 26 martii 1451, pont. anno v.

VI.

Translatio patriarchalis Ecclesiae Graden. ad civitatem Venetiarum, cum suppressione tituli eiusdem Ecclesiae Gradenensis (2).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1, 2. Causae huiusmodi faciendae translationis. — Translatio (de

(1) Caetera leguntur in ipso Bonifacio, tom. IV, pag. 602. (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

qua in rubrica). — 3. Ex Gradeni, Castellana et Veneta Ecclesiis unica tantum fit dioecesis. — 4. Gradeni Ecclesiae dignitates novo patriarchatui adiudicantur. — 5. Eidem applicatur quoque dos Ecclesiae Graden. et Castellan. — 6. Clausulae.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Regis aeterni ac Pastoris illius caelestis et animarum Christi, a quo singula gratiarum dona, vicem, licet immeriti, gerentes in terris, cum simus ab Eo in eminenti militantis Ecclesiae specula constituti, tum ad omnes christifidelium nationes, loca et personas, ut promeritorie honorentur, intenti sumus; tum ad honorem et dignitatem illorum pervigili cura attendimus nostras cogitationes, quorum devotio erga nos, fervor fidei et plurimarum virtutum merita videntur exposcere, ut amplioris dignitatis titulo deoerentur.

Causae huiusmodi faciendae translationis.

§ 1. Sane, mentis nostrae intuitu considerantes quanta sit dignitas et magnitudo reipublicae Venetorum, quanta populi multitudo, quantus civitatis ornatu et amplitudo, quanta illius magnitudo domini, quanta rerum magnificentia existat: advertentes quoque animum ad singularem ipsorum erga nos et Romanam Ecclesiam devotionem, nimirum, ipsorum quasi requirentibus meritis, ad ea agenda et concedenda impellimur, quibus talis et tam egregiae civitatis et civium nomen ac gloria, per suae quoque Ecclesiae maiestatem et amplitudinem illustretur.

§ 2. Cum itaque Ecclesia patriarchalis Graden., in dominio ipsius reipublicae, Venetorum existens, quae per obitum bo. me. Dominici, ultimi illius patriarchae extra Romanam Curiam defuncti, pastoris est solatio destituta, sita sit in loco deserto et destituto cultoribus, adeo ut nullus iamdudum patriarcha residere voluerit, et quo tantae dignitatis splendor sordescere existimatur, nos considerantes

quod si in civitate Venetiarum dignitas patriarchalis sedis institueretur, civitas ipsa, tamquam planta fructifera, radicibus suis altius in solo uberi debitis (1) in immensum fere suae dignitatis ramos expandet, et amplificationem recipiet digniorem: quodque ex eo devotio civium et religio fidei ac divinus cultus maiorem fructum pariet animarum ad omnipotentis Dei laudem et exaltationem Ecclesiae suae sanctae, ut civitas ipsa Venetiarum digniori in spiritualibus titulo decoretur, et titulum patriarchalis Ecclesiae Graden. necnon titulum et dignitatem episcopatus Venetiarum, qui, a nomine loci in ambitu ipsius civitatis existentis, Castellum nuncupatur, in quo illius ecclesia cathedralis sita, episcopatus Castellani nominatur, extitit, caeteras quoque dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, praebendas ac alia beneficia ecclesiastica in praefatis Graden. et Castellani. Ecclesiis, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. Eccl. cardinalium consilio et assensu, ac de potestatis plenitudine, auctoritate apostolica suppressentes, et penitus extinguentes, praefatam Ecclesiam Castellani. patriarchalem sedem et dignitatem, cui venerabilem fratrem nostrum Laurentium antea Castellani. episcopum, in patriarcham et pastorem praedicere intendimus, cum omnibus et singulis patriarchalibus insigniis, dignitatibus, praeminentiis, privilegiis, iuribus et honoribus, tam ipsi olim patriarchali Graden. Ecclesiae, quam illius patriarchalis concessis, erigimus, constituimus et deputamus; Gradensem vero provinciam, cum omnibus illius suffraganeis episcopis in provinciam patriarchalis Ecclesiae Venetiarum constituimus et erigimus.

§ 3. Volentes et decernentes ut deinceps Ecclesia patriarchalis Venetiarum futuris perpetuis temporibus appelletur; quodque, tam dictae quondam Graden., cum omnibus Ecclesiis sibi unitis, quam

Ex Gradeni, Castellana et Veneta Ecclesiis nunc tantum fit dioec.

(1) Leg. f. in solo uberi defixis (R. T.).

Castellani. Ecclesiarum dioecesis praefatae patriarchali Ecclesiae Venetiarum unitae sint, et una dumtaxat eademque dioecesis censeantur.

§ 4. Omnes vero et singulas dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et praebendas ac beneficia, quae erant in praefata olim Castellana Ecclesia, cum omnibus eorum possessionibus, bonis mobilibus et immobilibus, iuribus, actionibus, obventionibus et emolumentis de illa spectantibus, necnon fructibus, redditibus et proventus eorundem, ac cum illis canonicorum capitulum, in omnibus et per omnia, prout in dicta olim Ecclesia Castellani. esse consueverunt, in patriarchali Ecclesia huiusmodi, per nos erecta, denuo creamus et instituimus: ac illis, qui ipsa per antea obtinebant, conferimus, et de eisdem providemus. Illis vero qui canonicatus et praebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia in olim Graden. suppressa praedicta obtinebant, quod ipsorum fructus, redditus et proventus, donec et quousque vixerint, integre exigere et percipere ac in suos usus et utilitatem convertere libere et licite possint et valeant, perinde ac si suppressio, extinctio et alia supradicta per nos facta non fuissent, concedimus.

Gradensis Ecclesiae dignitates novo patriarchatui ad iudicantur.

§ 5. Praeterea, etiam omnia et singula dominia, fenda et possessiones, fructus, redditus et proventus, census, iura, actiones et alia mobilia et immobilia bona quaecumque, olim Graden. et Castellani. Ecclesiarum, et aliorum in dicta Graden. suppressorum, praefatae patriarchali Ecclesiae Venetiarum pro eius mensa perpetuo donamus, concedimus, applicamus, appropriamus et assignamus, volentes et eisdem scientia et auctoritate statuentes pariter et decernentes quod, ex nunc in antea in perpetuum, ipsa Ecclesia sic erecta patriarchalis Ecclesia ac dioecesis et provincia Venetiarum sint, et etiam nuncupentur: quodque in eadem quondam Ecclesia Graden., prout hactenus consuevit,

Eidem applicatur quoque dos Ecclesiae Graden. et Castellani.

per unum vel plures presbyteros, quibus de illius proventibus per patriarcham Venetiarum pro tempore existentem necessaria congrue ministrentur, et animarum cura, si qua illi imminet, diligenter exerceatur: ac inibi laudabiliter deserviat in divinis.

Clausulae.

§ 6. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, octavo idus octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 8 octobris 1451, pont. anno v.

VII.

Coronatio Friderici tertii, Romanorum imperatoris, in alma Urbe, cum approbatione electionis iam de eo factae.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Cura Romani Pontificis propagandi fidem et tuendi iura regnorum. — 2. Imperium vacavit per obitum Alberti imperatoris, electoresque imperii Fridericum in regem Romanorum futurumque imperatorem elegerunt. — 3. Qui spatio annorum duodecim regnum provide gubernavit. — 4. Is deinde coronationem petiit a Sum. Pontifice, — 5. Qui illum coronavit, praevia approbatione suae electionis, — 6. Obedientiamque illi praestari iubet.

**Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.**

Proœmium.

Imperator aeternus, cuncta caelestia simul et terrena gubernans, totum orbem sub ditione regnorum et illorum principatu constituit salubriter gubernari, ne statum humanae creaturae ad imaginem sui Creatoris formatae, mundi tempestuosae fluctuationes confunderent, vel eius quietis dulcedinem impedirent; quinimo, ut omnes sub iuris et honestatis legibus vita pacifica viverent, et ab offensis alteruter abstinerent, Factoremque suum cognosce-

rent, agniti colerent, et suo reverenter imperio subiacerent. Denum vero creaturam ipsam ab ipsius Factoris agnitione deviam, suoque cultu aberrare prospiciens, Unigenitum suum misit in mundum, ut eam ad agnitionem et cultum huiusmodi revocaret, et sui faceret regni cohaerem. Qui rediturus ad Patrem apostolorum Principem sibi vicarium instituit, ut cunctis superintenderet, et commissis populis sibi salubriter praesideret.

§ 1. Nos igitur qui, licet immeriti, ipsius apostolorum Principis in huiusmodi eius vicariatu, sumus a Domino constituti successores, et Ecclesiae militanti, sub qua et sacrum Romanum imperium dicto Imperatori aeterno famulatur, sua miseratione praesidemus, quoad hoc, pervigili cura commissi nobis officii debitum libenter exequimur, ut ipsius imperii et singulorum iura regnorum, sub salubri regimine, ad Domini nostri gloriam, catholicae fidei propagationem et totius reipublicae prosperitatem fideliter tneantur, et feliciter gubernentur.

§ 2. Cum itaque dudum sacrum Romanum imperium, per obitum clarae memoriae Alberti, regis Romanorum, principis, qui illius gubernacula gessit, foret solatio viduatum, venerabiles fratres nostri et dilecti filii nobiles viri ipsius imperii electores, ad inelytam Domum Austriae, quae regem praedictum et carissimum in Christo filium nostrum Fridericum, Romanorum imperatorem semper augustum, genuit, convertentes intuitus suos, et permoti generositate, vita, moribus et virtutum meritis praeclarissimis, quibus idem carissimus filius noster Fridericus praefulgere dignoscitur, ipsis spem indubie pollicentibus quod eiusdem Alberti, quem catholicum et pium principem, iustitiae zelatorem, fidei et Ecclesiae fidelissimum protectorem, et omnium virtutum plenitudine redimitum, universa commemorat Ecclesia, imitator esse studeat integerrimus, in Romanorum regem, postmodum in futurum imperatorem pro-

Cura Romani Pontificis propagandi fidem et tuendi iura regnorum.

Imperium vacavit per obitum Alberti imperatoris, electoresque imperii Fridericum in regem Romanorum futurumque imperatorem elegerunt.

movendum, unanimi voto, divina disponente clementia, eundem Fridericum concorditer elegerunt.

Qui spatio annorum duodecim regnum provide gubernavit

§ 5. Idem vero Fridericus, digesta meditatione praevia, ad eorundem electorum instantiam, electioni huiusmodi consentiens, et humeros suos regni tutelae gerendae prompta devotione submittens, regali per eum suscepta infula, de virtutibus in virtutes proficiscens (1), merita maiorum suorum accumulans, per annos fere duodecim, regni sui gubernacula adeo provide, utiliter et salubriter gessit, Ecclesiae unitati et ipsius regni prosperitati, singulorumque servandis iuribus, et fidelibus quibuslibet, et pacis successibus votive dirigendis diligenter intentus, ut ipsum imperium tam providi, fidelis et pii praedicti felici regimini multipliciter gaudeat se commissum.

Is deinde coronationem petiit a Sum Pontifice,

§ 4. Postmodum autem idem filius noster carissimus, ad honorem S. R. E. et sacri imperii decus, victoriae unctionem et imperiale diadema ab ipsa Ecclesia suscepturus, nostro se conspectui praesentavit, et illa per manus nostras sibi impendi humiliter supplicavit. Et quamquam, in minoribus constituti, de meritis et virtutibus suis fuisset sufficienter edocti, nihilominus ea quae laudis suae praecordia nostris auribus retulerunt, experimento censemus fore longe maiora quam famae facultas sufficiat explicare.

Qui illum coronavit, praevia approb. suae electionis,

§ 5. Nos igitur, votis suis non immerito benignum conferentes auditum, ipsius aeternae charitatis et debiti honoris constringentes amplexibus eundem filium nostrum carissimum, cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus diligenti deliberatione praehabita, de eorundem fratrum consilio, ad gloriam omnipotentis Dei et gloriosae semper Virginis Mariae et BB. apostolorum Petri et Pauli, exaltationemque et honorem dietae Romanae Ecclesiae et sacri imperii, ad suscipiendum imperiales dignitates dignum et idoneum declaravimus, et ele-

(1) Proficiens.

ctionem approbantes eandem, sibi, per manus venerabilis fratris nostri Francisci, episcopi Portuensis, unctionem huiusmodi impendi fecimus, et tandem, collatis sibi omnibus dignitatibus huiusmodi, insigni imperiali ipsum diademate supradicto duximus coronandum, supplentes omnes defectus, si qui, aut ratione formae aut ratione personae suae aut personarum dictorum electorum, seu quavis alia ratione vel causa, in huiusmodi electione intervenerint quovis modo, ex certa scientia et apostolica plenitudine potestatis.

Obedientiamque illi praestari iubet.

§ 6. Omnibus vero interim fidelibus vassallis et subditis praefati imperii, cuiuscumque conditionis existant, etiamsi regali aut pontificali dignitate praefulgeant, districte praecipimus quatenus praefato imperatori (ut tenentur) efficaciter pareant et intendant.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, XIV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VI.

Dat. die 19 martii 1452, pont. anno VI.

VIII.

Declaratio, tum septem (1) tum reliquam Africanam a Promontoriis Bajadoc et Nam ad Guineam usque, vel etiam ultra ad antarticum, omniaque adiacentia Sarcenorum regna Lusitanae coronae esse addicta (2).

SUMMARIUM

Exordium. — Quae sit vera regum laus. — 1. Henrici principis gesta insignia. — Atlantici Oceani insulares Christi fide imbuti. — 2. Ad Indos conquistum maximo labore iter. — Subacti a Lusitanis Aethyopes occidui. — 3. Plures religione Christi informati. — 4. Prohibita externis in eas oras navigatio. — Amputata litium materia.

(1) Leg. f. loco *septem*, *Septem* (Ceuta) (n. τ).

(2) Ex Regest. Vatic.

— 5. Partum in regna barbarica ius Lusitano confirmatum, — Et in ea quae in posterum comparanda erunt. — Condemnandarum in iis regnis legum auctoritas collata. — 6. Martini V et Eugenii IV confirmata privilegia. — Concessa extruendarum ecclesiarum potestas. — 7. Ferrum et lignamina ad barbaros deferri prohibita. — 8. Censurae ecclesiasticae praevaricatoris inflictæ. — 9, 10. Obstantium derogatio. — 11. Fides adhibenda transumpto praesentium. — 12. Clausulae.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex, caelestis clavigeri successor et vicarius Iesu Christi, cuncta mundi climata omniumque nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione disentiens, ac salutem quaerens et appetens singulorum, illa, perpensa deliberatione, salubriter ordinat et disponit, quae grata divinae Maiestati fore conspicit, et per quae oves sibi divinitus creditas ad unicum ovile dominicum reducat, et acquirat eis felicitatis aeternae praemium, ac veniam impetret animabus, quae eo certius, auctore Domino, provenire credimus, si condignis favoribus et specialibus gratiis eos catholicos prosequamur reges et principes, quos, veluti christianae fidei athletas et pugiles intrepidus, non modo saracenorum caeterorumque infidelium Christi nominis inimicorum feritatem reprimere, sed etiam ipsos eorumque regna ac loca, etiam in longissimis nobisque incognitis partibus consistentia, pro defensione et augmento fidei, debellare suoque temporali dominio subdere, nullis parcendo laboribus et expensis, facti evidentia cognoscimus; ut reges et principes ipsi, sublatis quibusvis dispendiis, ad tam saluberrimum tanque laudabile prosequendum opus semper amplius aimentur.

Quae sit vera regum laus.

Henrici principis gesta insignia.

§ 1. Ad nostrum siquidem nuper, non sine ingenti gaudio et nostrae mentis laetitia, pervenit auditum quod dilectus filius nobilis vir Henricus, Infans Portugalliae, charissimi in Christo filii nostri Alfonsi, Portugalliae et Algarbii regnorum regis

illustris, patriis inhaerens vestigiis clarae memoriae Ioannis, dictorum regnorum regis eius genitoris, ac zelo salutis animarum et fidei ardore plurimum succensus, tamquam catholicus et verus omnium creatoris Christi miles, ipsiusque fidei acerrimus ac fortissimus defensor et intrepidus pugil, eiusdem Creatoris gloriosissimum nomen per universum terrarum orbem, etiam in remotissimis et incognitis locis, divulgari, extolli et venerari, necnon illius ac vivificae, qua redempti sumus, Crucis inimicos perfidos, saracenos videlicet, ac quoscumque alios infideles ad ipsius fidei gremium reduci, ab eius ineunte aetate totis aspirans viribus, post Ceptensem civitatem, in Africa consistentem, per dictum Ioannem regem eius subactam dominio, et post multa per ipsum Infantem, nomine dicti regis, contra hostes et infideles praedictos, quam etiam in propria persona, non absque maximis laboribus et expensis, ac rerum et personarum periculis et iactura, plurimorumque naturalium suorum caede, gesta bella, ex tot tantisque laboribus, periculis et damnis, non fractus neque territus, sed ad huiusmodi laudabilis et pii propositi sui prosecutionem in dies magis atque magis exardescens, in Oceano mari quosdam solitarias insulas fidelibus propalavit, ac fundari et construi inibi fecit ecclesias et alia pia loca, in quibus divina celebrantur officia, et dicti quoque Infantis laudabili opera et industria quamplures diversarum in dicto mari existentium insularum incolae seu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes, sacrum baptismum susceperunt, ad ipsius Dei laudem et gloriam ac plurimarum animarum salutem, orthodoxae quoque fidei propagationem et divini cultus augmentum.

Atlantici Oceani insulares Christi fide imbuti.

Ad Indos conquisitum maximo labore iter

§ 2. Praeterea, cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod nunquam, vel saltem a memoria hominum non consuevisset per huiusmodi Oceanum mare versus meridionales et orientales plagas navigari; illudque nobis Occiduis

adeo foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus, credens se maxime in hoc Deo praestare obsequium, si eius opera et industria, mare usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, navigabile fieret, sicque cum eis participare, et illos in christianorum auxilium adversus sarracenos et alios huiusmodi fidei hostes commovere posset; ac nonnullos gentiles seu paganos (1) nefandissimi Machometi secta minima, infectos populos inibi medio existentes continuo debellare,isque incognitum sacratissimum Christi nomen praedicare ac facere praedicari: regia tamen semper auctoritate munitus, a viginti-quinque annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis et expensis, in velocissimis navibus, *caravellis* nuncupatis, ad perquirendum mare et provincias maritimas, versus meridionales partes et polum antarcticum, annis singulis fere mittere non cessavit; sicque factum est ut, cum naves huiusmodi quamplures portus, insulas et maria perlustrassent, ad *Ghineam* (2) provinciam tandem pervenirent, occupatisque nonnullis insulis, portibus ac mari eidem provinciae adiacentibus, ulterius navigantes, ad ostium cuiusdam magni fluminis, Nili communiter reputati, pervenerunt, et contra illarum partium populos, nomine ipsorum Alfonsi regis et Infantis, per aliquos annos guerra habita extitit, et in illa quamplures inibi vicinæ insulae debellatae ac pacifice possessae fuerunt, prout adhuc cum adiacenti mari possidentur.

§ 3. Exinde quoque multi *Ghinei* et alii *Nigri* vi capti, quidam etiam, non prohibitarum rerum permutatione seu alio legitimo contractu emptionis, addicta sunt regna transmissi. Quorum inibi copioso numero ad catholicam fidem conversi extiterunt, speraturque, divina favente ele-

mentia, quod, si huiusmodi cum eis continetur progressus, vel populi ipsi ad fidem convertentur, vel saltem multorum ex eis animae Christo lucrificent.

§ 4. Cum autem, sicut accepimus, licet rex et Infans praedicti, qui, cum tot tantisque periculis, laboribus et expensis, necnon perditione tot naturalium regnorum huiusmodi, quorum inibi quamplures perierunt, ipsorum naturalium dumtaxat freti auxilio, provincias illas perlustrari fecerunt, ac portus, insulas et maria huiusmodi acquisiverunt et possederunt, ut praefertur, ut illorum veri domini, timentes ne aliqui, cupiditate ducti, ad partes illas navigarent, et operis huiusmodi perfectionem, fructum et laudem sibi usurpare vel saltem impedire cupientes; propterea, seu lucri commodo aut malitia, ferrum, arma, lignamina, aliasque res et bona ad infideles deferri prohibita portarent vel transmitterent, aut ipsos infideles navigandi modum edocerent, propter quae eis hostes fortiores ac duriores fierent, et huiusmodi prosecutio vel impediretur vel forsitan penitus cessaret, non absque offensa magna Dei et ingenti totius christianitatis opprobrio; ad obviandum praemissis, ac pro suorum iuris et possessionis conservatione, sub certis tunc expressis gravissimis poenis prohibuerint et generaliter statuerint quod nullus, nisi cum suis nautis ac navibus et certi tributi solutione, obtentaque prius desuper expressa ab eodem rege vel Infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum portibus contractare, seu in mari piscari praesumeret, tamen successu temporis evenire posset quod aliorum regnorum seu nationum personae, invidia, malitia aut cupiditate ductae, contra prohibitionem praedictam, absque licentia et tributi solutione huiusmodi, ad dictas provincias accedere, et in sic acquisitis provinciis, portibus et insulis ac mari navigare, contractare et piscari praesumerent et exinde, inter Alfonsum regem ac Infan-

Subacti a Lusitanis Aethyopes occidui.

Plures religionis Christi informati.

(1) Leg. forsitan *paganos* et *nefandissimi Machometi secta nimium infectos populos* etc. (R. T).

(2) Leg. hic et alibi *Guineam*, *Guinei* etc.

Prohibita externis in eas oras navigatio.

Amputata litium materia.

tem, qui nullatenus se in iis sic deludi paterentur, et praesumentes praedictos, quamplura odia, rancores, dissensiones, guerrae et scandala, in maximam Dei offensam et animarum periculum, verisimiliter subsequi possent et subsequerentur.

§ 5. Nos, praemissa omnia et singula debita meditatione (1) attendentes quod, cum olim praefato Alfonso regi quoscumque saracenos ac paganos, aliosque Christi inimicos ubicumque constitutos, ac regna, ducatus, principatus, dominia, possessiones, et mobilia et immobilia bona quaecumque per eos detenta ac possessa invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi et subiugandi, illorumque personas in perpetuum servitutem redigendi, ac regna, ducatus, comitatus, principatus, dominia, possessiones et bona sibi et successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos successorumque suorum usus et utilitatem convertendi, aliis nostris literis plenam et liberam, inter caetera, concessimus facultatem; dictae facultatis obtentu, idem Alfonsus rex, seu ipsius auctoritate praedictus Infans iuste et legitime insulas, terras, portus et maria huiusmodi acquisivit ac possedit et possidet, illaque ad eundem Alfonsum regem et ipsius successores de iure spectant et pertinent; neque quis alius ex Christi fidelibus, absque ipsorum Alfonsi regis et successorum suorum licentia speciali, de illis se haecenus intromittere licite potuit nec potest quoquomodo, ut ipse Alfonsus rex eiusque successores et Infans eo sincerius huic tam piissimo ac praeclaro et omni aevo memoratu dignissimo operi, in quo, cum animarum salus, fidei augmentum et illius hostium depressio procurentur, Dei ipsiusque fidei ac reipublicae universalis Ecclesiae rem agi conspicimus, insistere valeant et insistant, quo, sublati quibusvis dispendiis, amplioribus se per nos et Sedem Apostolicam favoribus et gratiis munitos fore conspexerint,

(1) Deest f. *constatvantes*, ac (n. r.).

de praemissis omnibus et singulis plenissime informati, motu proprio, non ad ipsorum Alfonsi regis et infantis, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, maturaque prius desuper deliberatione praehabita, auctoritate apostolica et ex certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine, literas facultatis praefatas, quarum tenores de verbo ad verbum praesentibus haberi volumus pro insertis, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis, ad Ceptensem et praedicta et quaecumque alia, etiam ante datam dictarum facultatem literarum acquisita, et quae in posterum, nomine dictorum Alfonsi regis suorumque successorum et infantis, in ipsis ac illis circumvicinis et ulterioribus ac remotioribus partibus, de infidelium seu paganorum manibus acquiri potuerunt, provincias, insulas, portus et maria quaecumque extendi, et illa sub eiusdem facultatis literis comprehendere, ipsarumque iam acquisita et quae in futurum acquiri contigerit, postquam acquisita fuerint, ad praefatum regem et successores suos ac infantem, ipsamque conquestam, quam a capitibus de Borados (1) et de Nam usque per totam Gbineam, videlicet versus illam meridiionalem plagam extendi, harum serie declaramus etiam ad ipsos Alfonsum regem, successores suos ac Infantem, et non ad aliquos alios spectasse et pertinuisse, ac in perpetuum spectare et pertinere de iure; necnon Alfonsum regem et successores suos ac Infantem praedictos in illis et circa ea, quaecumque prohibitiones, statuta et mandata, etiam poenalia et cum cuiusvis tributi impositione, facere, et de ipsis et de rebus propriis et aliis ipsorum dominiis disponere et ordinare potuisse, ac nunc et in futurum posse libere et licite, tenore praesentium decernimus et declaramus, ac, pro potioris iuris et cautela suffragio, iam acquisita et quae in posterum acquiri contigerit

Et in ea quae in poster. comparanda erunt.

Condendarum in iis regnis legum auctoritas collata.

(1) Leg. f. *Bójador* (n. r.).

Partum in regna barbarica Lusitano confirmatum.

provincias, insulas, portus, loca et maria quaecumque, quocumque et qualiacumque fuerint, ipsamque conquestam, a capitibus de Boradoch et de Nam praedictis, Alfonso regi et successoribus suis, regibus dictorum regnorum, ac Infanti praefatis perpetuo donamus, concedimus et appropriamus per praesentes.

Martinus V et Eugenius IV confirmata privilegia.

§ 6. Praeterea, cum ad perficiendum opus huiusmodi multipliciter sit opportunum quod Alfonsus rex et successores ac Infans praedicti, necnon personae quibus hoc duxerint, seu aliquis ipsorum duxerit committendum, illius dicto Ioanni regi per felicis recordationis Martinum quintum, et alterius indultorum etiam inclytae memoriae Eduardo, eorundem regnorum regi, eiusdem Alfonsi regis genitori, per piaae memoriae Eugenium quartum, Romanos Pontifices praedecessores nostros, concessorum, versus dictas partes cum quibusdam saracenis et infidelibus de quibuscumque rebus et bonis ac vietualibus, emptiones et venditiones, prout congruit, facere, necnon quoscumque contractus inire, transigere, pacisci, mercari ac negotiari, et merces quascumque ad ipsorum saracenorum et infidelium loca, dummodo ferramenta, lignamina, funes, naves seu armaturarum genera non sint, deferre, et ea dictis saracenis et infidelibus vendere, omnia quoque alia et singula in praemissis et circa ea opportuna vel necessaria facere, gerere vel exercere, ipsique Alfonsus rex, successores et Infans in iam acquisitis et per eum acquirendis provinciis, insulis ac locis quascumque Ecclesias, monasteria et alia pia loca fundare, ac fundari et construi, necnon quascumque voluntarias personas ecclesiasticas, saeculares, quorumvis etiam Mendicantium Ordinum regulares (de superiorum tamen suorum licentia) ad illa transmittere, ipsaeque personae inibi etiam, quae advenerint, commorari, ac quorumcumque in dictis partibus existentium vel accedentium confessiones audire, illisque

Concessa extruendarum Ecclesiarum potestas.

auditis, in omnibus, praeterquam Sedi praedictae reservatis casibus, debitam absolutionem impendere ac poenitentiam salutarem iniungere, necnon ecclesiastica sacramenta ministrare valeant libere ac licite decernimus, ipsique Alfonso et successoribus suis, regibus Portugalliae, qui erunt in posterum, et Infanti praefato concedimus et indulgemus.

§ 7. Ac universos et singulos Christi fideles, ecclesiasticos, saeculares et Ordinum quorumcumque regulares, ubilibet per orbem constitutos, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel praeeminentiae fuerint, etiamsi archiepiscopali, episcopali, imperiali, regali, ducali seu alia quaecumque maiori ecclesiastica seu mundana dignitate praefulgeant, obsecramus in Domino, et per aspersionem Sanguinis Domini nostri Iesu, cuius, ut praemittitur, res agitur, exhortamur, eisque in remissionem suorum peccaminum iniungimus, necnon hoc perpetuo prohibitionis edicto districtius inhibemus, ne ad acquisita seu possessa nomine Alfonsi regis, aut inconquisita huiusmodi consistentia provincias, insulas, portus, maria et loca quaecumque, seu alias ipsis saracenis, infidelibus vel paganis arma, ferrum, lignamina aliaque a iure saracenis deferri prohibita quoquomodo, vel etiam, absque speciali ipsius Alfonsi regis et successorum suorum et Infantis licentia, merces et alia a iure permissa deferre, aut per maria huiusmodi navigare, seu deferri vel navigari facere, aut in illis piscari, seu de provinciis, insulis, portibus, maribus et locis seu aliquibus eorum aut de conquista huiusmodi se intromittere, vel aliquid, per quod Alfonsus rex et successores et Infans praedicti quominus acquisita et possessa pacifice possideant, ac conquestam huiusmodi prosequantur et faciant, per se vel alium seu alia, directe vel indirecte, opere vel consilio, facere aut impedire quoquomodo praesument.

Ferrum et lignamina ad barbaros deferri prohibita.

Censurae ec-
clesiast. praem-
varicatoris in-
fictae.

§ 8. Qui vero contrarium fecerit, ultra poenas contra deferentes arma et alia prohibita saracenis quibuscumque iure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipso facto: si personae fuerint singulares, excommunicationis sententiam incurrant; si communitas vel universitas civitatis, castri, villae seu loci, ipsa civitas, castrum, villa seu locus interdicto subiaceat eo ipso; nec contrafacientes ipsi vel aliqui eorum excommunicationis sententia absolvantur, nec interdicti huiusmodi relaxationem apostolica seu alia quavis auctoritate obtinere possunt, nisi ipso Alfonso et successoribus ac Infanti prius pro praemissis congrue satisfecerint, aut desuper amicabiliter concordaverint eum eisdem, mandantes per apostolica scripta venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Ulixbonensi, Silvensi ac Ceptensi episcopis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, quoties, pro parte Alfonso regis et illius successorum ac Infantis praedictorum vel alienius eorum desuper fuerint requisiti, vel aliquis ipsorum fuerit requisitus, illos, quos excommunicationis et interdicti sententias huiusmodi incurrere constitit, tamdiu dominicis aliisque festivis diebus in ecclesiis, dum inibi maior populi multitudo convenit ad divina, excommunicatos et interdictos, aliisque poenis praedictis innodatos fuisse et esse auctoritate apostolica declarent et denuncient, necnon ab illis nunciari, et ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro praemissis satisfecerint seu concordaverint, ut praefertur.

Obstantium derogatin.

§ 9. Contradietores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 10. Caeterum, ne praesentes litterae, quae a nobis, de nostra certa scientia et matura desuper deliberatione praehabita, emanarunt, ut praefertur, de subreptionis aut nullitatis vitio a quoquam imposterum

valeant impugnari, volumus, et auctoritate apostolica, scientia ac potestate praedictis, harum serie decernimus pariter et declaramus quod dictae litterae et in eis contenta, de subreptionis vel obreptionis vel nullitatis, etiam exordinariae, vel alterius cuiuscumque potestatis, aut quovis alio defectu impugnari, illarumque effectus retardari vel impediri nullatenus possint, sed in perpetuum valeant ac plenam obtineant roboris firmitatem; irritum quoque sit et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 11. Et insuper, quia difficile foret praesentes nostras litteras ad quaecumque loca deferre, volumus et, dicta auctoritate, harum serie decernimus quod earum transumpto manu publica, et sigillo episcopalis vel alienius superioris ecclesiasticae curiae munito, plena fides adhibeatur et perinde stetur, ac si dictae originales litterae forent exhibitae vel ostensae, et excommunicationis aliaeque sententiae in illis contentae, infra duos menses, computandos a die qua ipsae praesentes litterae seu cartae vel membranae earum tenorem in se continentes valvis ecclesiae Ulixbonensis affixae fuerint, perinde omnes et singulos contrafacientes supra dictos ligent, ac si ipsae praesentes litterae eis personaliter et legitime intimatae ac praesentatae fuissent.

Fides adhibenda transumpto praesentium.

§ 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, constitutionis, donationis, concessionis, appropriationis, decreti, obsecrationis, exhortationis, inhibitionis, inhibitionis, mandati et voluntatis infringere, etc.

Clausulae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, sexto idus ianuarii, pontificatus nostri anno octavo.

Dat. die 8 ianuarii 1454, pont. anno viii.

CALLISTUS III

PAPA CCXI

Anno Domini MCCCCLV.

Callistus tertius, Hispanus, antea Alphonsus S. R. E. tit. Ss. Quatuor Coronatorum presbyter cardinalis Borgia, Valentinus episcopus, electus est in Pontificem die 8 aprilis 1455. Sedit in Pontificatu, temporibus Friderici III, regis Romanorum, annos III, menses III, dies XXIX, duabusque promotionibus IX creavit cardinales. Obiit die 6 augusti 1458, et sepultus est in basilica Vaticana. Vacavit Sedes dies XIII.

I.

Thesaurarius et clerici reverendæ Camerae Apostolicæ, veri familiares Papæ, eiusque et Sedis Apostolicæ cappellani esse declarantur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Eugenius IV nonnulla statuit quoad clericos. — 2. Nicolaus V clericos supranumerarios a consultationibus se abstinere, et a Camera clausa exire debere decrevit. — 3. Contravenientibusque poenas inflixit. — 4. Statutis Camerae etiam cavetur clericos absentes nihil percipere posse, nisi etc., ut in dicta bulla Eug. IV. — 5. Sed tamen aliqui ad locum clericorum numerariorum vota que et emolumenta se admitti impetrabant. — 6. Hic ideo Pontifex dicta R. Camerae statuta, et Eug. IV et Nicol. bullas innovat, prædictosque sic intrusos amoveri mandat. — 7. Statutisque et bullis prædictis, non nisi certa hic data forma, derogari posse decernit. — 8. Thesaurario et clericis numerariis privilegia concedit.

Callistus episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Quæ laudabili et provida prædecessorum nostrorum ordinatione gesta, seu

approbata vel statuta sunt, opportunis nos decet favoribus prosequi, et efficacem operam adhibere circa observantiam eorundem.

§ 1. Dudum siquidem Eugenius Papa IV prædecessor noster (1).

Eugenius IV nonnulla statuit quoad clericos.

§ 2. Et subsequenter, præfato prædecessore rebus humanis exempto, per piæ memoriæ Nicolaum Papam V, etiam prædecessorem nostrum, accepto quod in præfata Camera clerici supernumerarii huiusmodi adeo exereverant, ut saepe contingeret plures, uno et eodem tempore, ad huiusmodi peragendum officium in ipsa Camera simul sedere, confusio quaedam inter eos oriebatur. Itaque ipsius officij, quod inter cetera Romanae Curiae officia insigne et præcipuum existit, auctoritas non parum minui videbatur, quodque ea quæ in eadem Camera, secus ab iis qui intra septenarium numerum, iuxta statutorum ordinationem et capitulorum continentiam huiusmodi, tractabantur, ex supernumerariorum multitudine prædictorum, facile in publicam vulgi notitiam deveniebant: idem Nicolaus prædecessor, inconvenientibus huiusmodi salubriter obviare volens, motu proprio, auctoritate apostolica, ex certa scientia, per alias suas literas decrevit et statuit, et etiam ordinavit quod omnes et singuli extra septenarium numerum clericorum participantium, tam a Nicolao quam Eugenio, prædecessoribus præfatis, catenus creati et in posterum creandi, quos in dicta Camera, quandoquunque et quotiescunque fieret seu teneretur, adesse contingeret, postquam audientiam in ea proponentibus pro tempore noverint datam, sive præstitam, ipsique omnes, ut est moris, licentia forent, simul eum illis exire, dietisque numerariis, ut se invicem claudere et super causis proponentium huiusmodi deliberare, ac super ceteris expediendis eiusdem Camerae negotiis consulere et determinare valerent, omnino cedere,

Nicolaus V clericos supranumerarios a consultationibus se abstinere, et a Camera clausa exire debere decrevit.

(1) Omittitur residuum, quia bulla Eug. est sup., pag. 52.

ipsoque quietos dimittere, et a deliberationibus et consultationibus huiusmodi prorsus se retrahere et abesse deberent ac etiam tenerentur.

§ 3. Nec aliquis eorum, quovis quaesito colore, contra praemissa vel aliquid praemissorum, quidquam impetrare, seu alias quomodolibet attentare praesumeret. Volens quemlibet supradictorum huiusmodi, excommunicationis sententiam ac reatum periurii, officii sui omnisque eius privilegii immunitatis et praerogativae amissionem incurrere ipso facto, prout in singulis Eugenii et Nicolai praedecessorum huiusmodi literis, quarum tenores pro expressis haberi volumus, continetur.

§ 4. Cum itaque, sicut etiam accepimus, inter alia eiusdem Camerae statuta, ut praemittitur, confirmata, diutiusque laudabiliter observata, caveatur expresse, quod ex ipsis septem numerariis, illi, qui publicae vel privatae rei causa absentes fuerint, nihil omnino percipere aut petere valeant, nisi duarum ex tribus partibus voto decernatur; ita quod emolumenta quae absentibus, si praesentes essent, contingere deberent, haberent inter superstites praesentes dividi.

§ 5. Tamen ipso Nicolao adhuc in humanis agente, execrabilis quorundam ambitio, avaritiaeque caecitas eorum oculos adeo excaecavit, ut, post et contra statutorum et ordinationum huiusmodi confirmationes, approbationes ac in contravenientes sententiarum promulgationes, illa infringere temere satagentes, excommunicationis sententiam periuriique reatum non formidantes, importuna eorum instantia, ab eodem Nicolao praedecessore, non tam obtinuerunt, quam extorquere praesumpserunt, se nedum ad locum numerariorum absentium et vota danda, sed etiam ad emolumenta, ipsis numerariis propter eorundem absentiam denegata, recipi et admitti, licet, de facto, in eorundem numerariorum, praesertim praesentium, clericorum praedictorum modicum atque damnum.

§ 6. Nos igitur, nostrorum praedecessorum vestigiis inhaerentes, ac tales praesumptores contra statuta huiusmodi admissos, ne id aliis trahi valeat in exemplum, amoventes, amotosque fuisse et esse nunciantes, motu proprio, non ad eorundem clericorum vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ex certa scientia, omnes et singulas Eugenii et Nicolai, praedecessorum, statutorum eorundem confirmatorias literas, ipsa statuta concernentes, harum serie innovamus, confirmamus et approbamus, ac plenam roboris firmitatem obtinere velle decernimus, eaque de cetero, iuxta eorum continentiam atque formam, inviolabiliter observari volumus et mandamus, decernentes, per receptionem et admissionem praesumptorum et amotorum eorundem, necnon quorumcumque per eos perceptorum fructuum perceptionem, nullum clericis et statutorum observationi huiusmodi praedictorum generari potuisse sive posse.

§ 7. Et nihilominus, motu et auctoritate et scientia similibus, hac irrefragabili constitutione statuimus et ordinamus quod, etiam sub praedictis excommunicationis et periurii poenis, nullus de caetero, praetextu quarumcumque literarum, etiam apostolicarum, a nobis seu de mandato nostro emanatarum, nisi in illis praesentium de verbo ad verbum insertio fiat, ad huiusmodi absentium emolumenta, seu ad vota exhibenda vel alia contra statuta ipsa exercenda recipi vel admitti. Decernentes omnes et singulas, per quoscumque impetrandas literas, inssiones et mandata, ad id non extendi: clericosque seu gentes Camerae huiusmodi, illis, contra tenorem statutorum suorum, obedire non teneri, vel ad id a quoquam, quavis auctoritate, coartari, seu propterea interdicti, suspendi vel excommunicari non posse. Irritum et inane, si secus super iis, a quoquam,

Contravenientibusque poenis infligit.

Statutis Camerae etiam caveatur clericos absentes nihil percipere posse, nisi etc., ut in dicta bulla Eugenii IV.

Sed tamen aliqui ad locum clericorum numerariorum vota et emolumenta se admitti impetrabant.

Hic ideo Pontifex dictae R. Camerae statuta et Eug. IV et Nicol. bullas innovat, praedictosque sic intrusos amoveri mandat.

Statutisque et bullis praedictis, non nisi certa hic data forma, derogari posse decernit.

quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentatum forsitan est haecenus, vel in posterum contigerit attentari.

Thesaurario et clericis numerariis privilegia concedit.

§ 8. Praeterea, ut eo magis se nobis et Apostolicae Sedi devotiores exhibeant, quo ex hoc a nobis conspexerint se maioribus attolli favoribus et gratiis, thesaurarium et singulos septem clericos ipsos, nostros et Sedis praefatae veros cappellanos, ac etiam nostros veros familiares et continuos commensales fuisse et esse harum serie nunciamus; eosque tales, tam in assecutione beneficiorum, sub eorum expectativis gratiis sibi pro tempore concessis quam alias, reputamus, ac omnibus et singulis illis prorsus similibus privilegiis, gratiis, concessionibus, antelationibus, praerogativis, favoribus et indultis, quibus alii familiares nostri continui commensales utuntur et gaudent, seu uti et gaudere poterunt in futurum, uti pariter et gaudere potuisse atque posse et debere, motu, auctoritate et scientia praemissis, decernimus et etiam declaramus, volumusque et concedimus per praesentes.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, octavo idus maii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 8 maii 1455, pont. anno 1.

II.

Sanctorum confessorum pontificum canonice adscribit beatum Osmundum Saresburiensem (1), in Anglia episcopum, cum festi eiusdem sancti institutione.

Exordium. — 1. Narratio. — 2. S. Osmundi origo. — 3. Ecclesiam Sarisburiensem dotat. — Canonice et praebendas erigit. — Episcopus Sarisburiensis ordinatur. — Varia edit ingenii sui monumenta. — 4. Eius virtutes. — 5. Miracula. — 6. Acta. — 7. Gregorius IX pro cano-

(1) *Sarisberia*, alias *Sarviodunum* et *Sarviodunum*, quae aliter *Sarum*, *Salsbury* Anglis est (n. r.).

nizatione supplicatur. — 8. Processus. — 9. Ad Gregorium XII et Martinum V res perducitur. — 10. Transmittuntur processus ad Sedem Apostolicam, — 11. Et examini subiiciuntur. — 12. Martinus V, Eugenius IV et Nicolaus V e vivis decedunt. — Angliae regis, aliorumque preces. — 13, 14. Canonizatio. — 15. Festum et officium die 4 decembris indicitur. — 16. Indulgentiae conceduntur. — 17. Preces iniunguntur. — 18. Sanctio poenalis.

Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Summus Pontifex, qui, aeternae legis imperio, cuncta quae condidit provida moderatione gubernat, ante mundi constitutionem, per lapsum protoplasti, humanum genus miserabili servituti, mortis scilicet et damnationis aeternae, obnoxium fore praevidens; ut praevicatione perditum hominem, quem ab angelis paulo minorem ad suam imaginem similitudinemque formavit, non suis meritis, sed inestimabili sua charitate, congrua satisfactione redimeret, regni coelestis municipem faceret et sui Unigeniti cohaeredem, de summo coelorum solio ad ima perspicuus, nihilque decentius redemptioni nostrae, plenitudine temporis ingruente, Verbi sui incarnatione diiudicans convenire, unicum suum Filium, ante Luciferum et saecula genitum, in uteri praelectae Virginis habitaculum, Angelo nunciante et eodem Spiritu obumbrante, transmisit, ut, trabea nostrae mortalitatis assumpta, visibilis appareret, fieretque salubre remedium, singulare praesidium et pro peccatis hominum propitiatio; Deus homo, cuius quidem ab infantia actiones et gesta, ad nostram profecto doctrinam nostramque salutem instituta, donec e mundo transiret ad Patrem pacem discipulis, pacem terris et cunctis fidelibus postrema secundum carnem relinqueret voluntate, tot vitae exemplaris mysteriis, tot insuper salutaribus sacramentis redundare noscuntur, ut ineffabilem Divinae Sapientiae altitudinem, in-

Exordium.

comprehensibilem scientiam, profunda consilia, rerum ordinem admirabilem et investigabiles vias lingua carnis disserere, aut intellectus investigare nequeat, cum imperfectio conditionis humanae, non solum in causis operum deficiat perscrutandis, verum in ipsis causarum operibus vix sufficiat admirari; quod utique Vas ille electionis usque ad coelum tertium raptus, admiratione et stupore repletus, prorumpens in vocem, exclamat: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!* Alto igitur Illius consilio, qui, secundum ordinem Melchisedech, sacerdos est maximus, factum est ut, ex eadem Virgine natus orbis Conditor, et progressus in tempus, renovandis fonte baptismatis, quemadmodum de aeterna morte iter nobis pararet ad vitam, stupentis in unda Iordanis, proprio lavacro sacrisque operibus plurimis, doceret pariter et exemplis; et ne quisquam fugacis vitae huius allectus illecebris, commutationem praesentium pro aeternae gloriae adeptione paveret, postquam cuncta ad nostram salutem rite peregerat, immaculatam se se hostiam in ara Crucis morte quidem turpissima obtulit Deo Patri; sui que pretiosissimi Sanguinis effusione, non auro, naturam redemit humanam, militantemque fundavit Ecclesiam, consecravit; et ne portis inferi aut mortis legibus subiaceret usque ad finem saeculi stabilivit, et quamvis perfectionis suae comites, sanctos apostolos aliosque discipulos, corporali praesentia relicturus, se nobiscum semper adesse praedixerit, pro regendo tamen universalis tunc nascentis Ecclesiae firmamento, coelestis regni clavigero Petro, in suam successorumque Pontificum personas, claves regni coelorum, ligandi videlicet et solvendi dedit potestatem, sui que gregis sui que ovilis curam vigilem ac regimen speciale commisit, sponsamque suam nullam habentem rugam neque maculam, sacrosanctam Ec-

clesiam Apostolicam, quae, non saxorum mole, sed virtutibus aedificatur ut civitas, admirabili firmitate stabiliens, super se ipsum aedificavit, et ad evidentem roboris firmitatem se vivum constituit angularis lapidem firmamenti; in altis vero, sanctis et electis catholicae doctrinae, columnis alia fundamenta substituens, ut, in montibus fundata sanctissimis, nullum vereri posset ruinae dispendium, sed continuo sanctorum innovata splendoribus, nequicquam sub modio depressa lateret, verum etiam sublimata per amplius cunctis praerberet salutis exemplum; hanc itaque veluti Reginam a dexteris suis in vestitu deaurato, per eximium prophetam affirmat assistere, mira varietate virtutum circumdatam, idest sanctorum et electorum suorum, quibus per Spiritum Sanctum varia distribuit munera gratiarum: namque aliis sapientiae, aliis scientiae sermonem dedit; aliis fidem, aliis sanitatum atque virtutum gratias, aliis prophetiam discretionemque spirituum, linguarum quoque genera interpretationesque sermonum provida moderatione concessit, dividendo singulis pro suae mirificae voluntatis arbitrio. Ea namque est mira et decora varietas in summo angulari lapide Christo Iesu coaedificata, quam gloriosus apostolorum chorus electorumque spirituum, societasve sanctorum omnium quotidie repraesentat. Sed ante alios, ad componendum in terris doctrinae coelestis exordium et novae fidei fundamentum, hos mundi triumphatores apostolos duodenos praelegit ex millibus, aliosque discipulos, ut eorum doctrina in orbem terrarum longe lateque diffusa, sacrosancta fulgeret Ecclesia, et vetusta servitute sublata, cunctis fidelibus salutis et vitae semita pauderetur. Isti quidem sancti, magistri optimi imitatores verique discipuli, qui in omnem terram coelestem imbrem et divina mysteria diffundentes, sanguine proprio plantaverunt Ecclesiam praelibatam, ac per universon orbem Crucis circumtulere vexillum:

triumphales deinde post duces hos primos, athletarum et martyrum suorum cohortem lucidissimam, palma martyrii rutilantem et in sanguine Agni candidatam, devicta morte, transmisit, qui in confessione fidei perseverantes intrepidi vincula, cruciatus et verbera, plurima quoque tormentorum saevissima genera mortemque perpessi sine murmure aut querimonia, victores optimi ad aeterna gaudia et praeparata eis munera properarunt, imitandum exemplum aeternaque memoriam cunctis de se fidelibus relinquentes: illustrant etiam hinc eandem Ecclesiam et supernam Ierusalem novam, ad ipsius validissimum praesidium destinati, doctores ineluti ac splendidissimi sacerdotes et confessores, qui, fide et lenitate praeclari, castitate pollentes, non caduca et transitoria mundi huius oblectamenta, non fallaces divitias, sed quae Iesu Christi sunt tota animi intentione quaerentes, saectarumque operationum exercitatione animas Deo lucrifacere, imbecilles regere, fidem catholicam verbo et exemplo corroborare in omni doctrina et sapientia curaverunt, ac talenta eis credita, tamquam fideles et providi dispensatores, multiplicata patrifamilias reddiderunt, et tandem semetipsos, charitatis luce vestitos, iustitiae et misericordiae margaritis ornatos, atque virtutibus reliquis redimitos, absque macula aut admixtione pravi operis, ante conspectum Dei se immaculatos exhibentes, velut sydera in firmamento coruscant. Virgines denique ad ornatum Reginae huius mirificum idem Opifex destinavit, quae venienti sponso virgini Filio Virginis unigenito, castis et immaculatis actibus, nitidis et mundis corporibus occurrent, secum in vasis suis oleum deferentes, et ad coelestes nuptias, specioso prae filiis hominum, immaculato rege invitante, introeunt cum omnibus sanctis et electis Dei, illis sine fine mansurac. Omnia namque haec et alia quamplurima, quae potius attenuare quam explicare possemus, ad

decorem et pulchritudinem Reginae huius, eodem Spiritu Sancto gratiarum charismata varia et innumera infundente, tam provide, tam laudabiliter et opportune ab aeterno ordinata sunt, ut, etiam post admirabilem ipsius Redemptoris ascensionem, vinea Domini Sabaoth, militans praelibata Ecclesia, providis commissis cultoribus excolenda, novo semper foetu fecundior, novos continuo cultores parturiat et novissima sanctorum germina, quae eam ab hostibus tueantur incursibus, et veluti sepe circumdatam illius sanctitudinem illidi non sinant insultibus bestiarum, quotidie reproducat. Ipse namque Redemptor noster, qui eam super se lapide quidem firmissimo stabilivit, eandem protegit, tuetur atque defensat, eamque in tempore visitat, continuo iuvat, auget, et, ad consummationem saeculi nobiscum usque permanens, nusquam eam deserit nec relinquit, illi semper et undique nova praesidia, novos milites, novos cultores exquirat.

§ 1. Sed et ab extremis terrarum insulis, et remotissimis totoque orbe divisis partibus, coelestis agricola, more suo piissimo, eandem vineam novo germine, novo praesule et cultore dignissimo visitavit, et ad novellas virgulas inserendas vetustasque purgandas, fovendas regendasque transmisit probatissimae ac exemplaris vitae virum mirabilem Osmundum, Saresburiensem antistitem, in hac tam mira Reginae huius varietate sanctorumque cohorte merito collocandum, ac beatorum spirituum coctui, suis excellentibus meritis, sociandum, immo verius sociatum; cuius quidem originem vitae, actus, mores ac merita, et quae Summus idem Pontifex, Deus, in ipsius sanctitatis praemium monstrare dignatus est, splendida quoque ipsius miracula omni pene genti, Anglorum praesertim regni notissima, ne praesens saeculum et nostri temporis aetas, silentio omnino praetermissa, ignoret, brevi sub compendio complectenda, ac e multis et

N. ratio.

maximis paucis non reticenda esse censuimus, ut, pro ipsius gloriosi praesulis et confessoris optimi gloria, cunctis fidelibus innotescant.

§ 2. Vir namque sanctissimus Osmundus, generositate praeclarus, ex stirpe regia ac etiam ducali nobilissima ortus prosapia, postquam pueriles annos laudabiliter et supra quam illa aetas pateretur exequerat, bonae indolis adolescens, non lasciviam complexus est mundi, non saeculi oblectamentis et voluptatibus, dum libere uti posset, applicuit animum; sed eor gerens senile, ac omnes sui cordis cogitationes ad ipsum Creatorem suum et opera charitatis pietatisque convertens, in Dei timore et proximi charitate eo magis fervebat in dies, quo maiori utens, pro qualitate temporis, ratione, cuncta sub sole vanitati subiecta, transitoria et caduca, iuxta Sapientis sententiam fore cognovit.

§ 3. In virum deinde perductus, et evangelicae doctrinae verus imitator existens ac illud Salvatoris nostri semper ante oculos sui cordis fixum tenens: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus*, ut thesauros incomparabiles sibi in coelo reconderet, ubi fures nequicquam effodiunt, nec furantur, ubi tinea corrodere aut demoliri non potest, de bonis a Deo sibi collatis in regno Angliae, Saresberiensem Ecclesiam, tunc in suis primordiis tenuem et exilem, nova quadam fundatione ac ampla sui patrimonii dote et largitione dotavit, praedia scilicet, terras et possessiones sui comitatus Dorsetiae, et quae ad ipsum alias legitime pertinebant, libros quoque, calices, cruces, paramenta et quaeque alia optima ornamenta, sicut cathedrali decebat Ecclesiam, sibi pia liberalitate donavit, ac, ultra primitus institutas, quatuor alias dignitates, triginta duos canonicatus, totidemque praebendas, alios quoque archi-

diaconatus et officia in ea erexit; ita ut qui, suis exigentibus meritis, in ipsius, quam dotavit ornavitque, Saresberienensis Ecclesiae, post decessum primi episcopi, fuit ordinatus antistes, incredibili perfectione et gratia necnon Sancti Spiritus lumine illustratus, non solum doctrina verbi ac operibus optimis pariter et exemplis commissum sibi gregem dominicum informaret, ipsamque Ecclesiam, cui digne praerat, illiusque capitulum et personas sacris dogmatibus insigniret, et nusquam, magis quam suo in tempore, disciplinae censura, morum honestas et gravitas personarum in ea vigeret; sed, ne promiscuis actibus rerum turparentur officia, ac in divinis aliqua posset in artea suboriri confusio, librum quemdam perutilem et proficuum *Ordinalem*, alias *Consuetudinalem* appellatum, quo fere universae ipsius Angliae, Walliae et Hiberniae ac aliorum quamplurimum locorum utuntur Ecclesiae, necnon sanctorum vitas, pro eorum gloria et cleri instructione, composuit, atque alia quamplurima imitanda posteris exempla continuo praebuit, ita ut divinum potius quam humanum eum cuncti putarent, quem divina miseratio tot gratiarum muneribus illustrabat.

§ 4. Erat namque vir totius prudentiae, humilitatis et patientiae, pietate magnificus, pudicitia, castitate ornatus, sobrietate et abstinentia praeditus, bonitate conspicuus, laudabilis sanctitate, morum honestate virtutibusque praeclarus, semper in fide constantior, praestantior spe, charitate ardentior, iustitiae et aequitatis amator, qui carnis illecebras, iactantiam pompam et arrogantiam, ac caetera vitia mira animi magnitudine contempsit atque calcavit, et sanctis, usque ad consummationem corporis, consummatis operibus, ac sacramentis ecclesiasticis demum rite perceptis, in confessione verae fidei et aeternae Trinitatis firmiter perseverans, puram et immaculatam animam reddidit Creatori.

Episcopus Saresberienensis ordinatur

Varia editi generis sui monumenta.

Eius virtutes

S Osmundi origo.

Ecclesiam Saresberien. dotat.

Canonicatus et praebendas erigit.

Miracula

§ 5. Cuius quidem meritis summus et omnipotens Creator omnium Deus, remanerator animarum fidelium, caecis visum, surdis auditum, mutis loquelae officium, claudis gressum, naufragis periclitantibusque portum salutis restituit et indulsit, ab immundis quoque spiritibus obsessos, furiosos, rabidos, et amentes atque diabolica fraude oppressos penitus liberavit, diversarum quoque aegritudinum incurabilium mole subactis, paralyticis, contractis, tremulis, languidis, invalidis et infirmis sanitatem restituit, quod admiratione maxima dignum est, plures mortuos suscitavit; alia etiam multa miracula, quae ipsius sancti meritis et precibus sublimis Deus operatus est et operatur in dies, si per singula recensere vellemus, longius nimium in ipsorum recitatione prolixitas resultaret.

Acta

§ 6. Sed, ne quidem ea, quae praeclara et admiranda sunt, devotis fidelibus illius singula gesta legere cupientibus abscondita fiant, libellum, in quo omnia fideliter annotari curavimus, una cum processibus super praemissis confectis, quos in archivio ipsius Ecclesiae ad perpetuam rei memoriam conservari mandavimus, poterunt lectitare.

Gregorius IX
pro canonizatione
supplicavit

§ 7. Verum, quia idem Paraclitus Spiritus, qui mentem huius praesulis sui luminis claritate replevit, et qui sacrosanctae Ecclesiae catholicae profutura praevidet, diu latere non sinit, bonae memoriae Ricardum episcopum, necnon decanum et capitulum dictae Ecclesiae Saresberiensis ac alios plurimos graves Deoque devotos viros inspiravit divinitus, ut sanctae Sedi Apostolicae praemissa omnia nota facerent, ac eidem Sedi, cui tunc Gregorius Papa nonus, praedecessor noster, praesidebat, humiliter supplicarent ut, prius per illos viros graves et expertos, quibus id duceret committendum, de sanctimonia vitae, virtutibus ac miraculis eiusdem episcopi receptis informationibus et testibus fide dignis, prout tantae rei

gravitas exigebat, eum sanctorum Dei cathalogo adscribere dignaretur, idem praedecessor, intendens in huiusmodi causa, iuxta rei magnitudinem, cum debita deliberatione et maturitate procedere, boni. Bachoniensi et Conventrensi episcopis ac abbati monasterii de Stanley, eorum propriis nominibus non expressis, suis dedit litteris in mandatis, ut super vita et miraculis huiusmodi diligenter inquirerent et se informarent, ac quidquid per inquisitionem et informationem huiusmodi de sanctimonia atque miraculis eiusdem antistitis invenirent, veritate fulciri, et totum exinde formatum processum, eorum sigillis munitum ad eundem praedecessorem remitterent per eum examinandum secundum exigentiam et continentiam meritorum.

Processus

§ 8. Postmodum vero praefati commissarii, ad executionem litterarum dicti praedecessoris, iuxta commissionis formam eis traditam super his, quae pro huiusmodi veritate investiganda necessaria erant, legitime procedentes, ac de sanctimonia vitae et miraculis dicti Osmundi episcopi diligentius inquirentes, nonnullos testes bonae opinionis et fama cum ea, qua decebat, attentione et diligentia examinarunt; quorum depositiones et attestaciones in authenticis scripturis redactae, in archivio dictae Ecclesiae conservatae per certa tempora remanserunt.

§ 9. Et licet ex post, varietate temporum ac plerisque aliis causantibus impedimentis, in huiusmodi causa ulterius processum non fuisset, nihilominus postmodum canonizationis causa praedicta coram bonae memoriae Angelo Corario, in universali Ecclesia episcopo tunc Gregorio XII, in sua obedientia, de qua partes illae tunc erant, nuncupato, primo, et successive, pro parte bonae memoriae Ioannis episcopi ac dilectorum filiorum decani et capituli Saresberiensis, coram pia me. Martino Papa V, etiam praedecessore nostro, proposita, ac praemissis

Ad Gregor. XII
et Martinum V
res perducitur

omnibus et singulis ex ordine recensitis, et etiam pro eorum parte subinvento quod ipsi, dignum existimantes thesaurum longo tempore absconditum Christi fidelibus debere ostendi, ut tamquam lucerna lucens ad aliorum exempla et instructionem pateret, cupiebant, pro exaltatione nominis Christi, ac splendore, gloria et honore ipsius Saresberiensis Ecclesiae, ut super praemissis ad examinationem eiusdem processus et alia dictam causam concernentia usque ad canonizationem eiusdem sancti viri procederetur; idem Martinus, praedecessor, prout rei gravitas et magnitudo posebat, bonae memoriae Iacobo Tergestino, in regno Angliae Apostolicae Sedis nuntio, et Wintoniensi ac Herfordensi episcopis suis litteris dedit in mandatis, ut processus super praemissis vita et miraculis per eosdem commissarios habitos et formatos auctoritate sua cum debita maturitate et gravitate, prout tantae rei conveniret, recensentes et examinantes, ac in formam authenticam redigentes, de praemissis omnibus et eorum circumstantiis universis se informarent, et inquirerent diligentius veritatem, et nihilominus ad receptionem testium, probationum et informationum fide dignorum, prout expediens esse cognoscerent, in ipsa causa ad ulteriora procederent, prout eorum discretioni videretur. Voluit tamen quod totum in ipsa causa, tam per eosdem primos iudices formatum, quam secundos dictos auctoritate sua formandum processus in publica et authentica forma eorum sigillis munitos per proprium nuntium ad ipsum Martinum praedecessorem destinare curarent, ut veris existentibus supradictis, ipse praedecessor super canonizatione huiusmodi in forma Ecclesiae consueta, servatis de more solemnitatibus, deliberare valeret.

§ 10. Qui quidem commissarii mandata apostolica in singulis diligentius exequentes, ultra primos, aliis quamplurimis

testibus idoneis diligenter examinatis, eorum dicta et attestaciones ac per eos habitos aliosque priores processus praedictos ad Romanam Curiam transmiserunt, idemque Martinus praedecessor ad humiles preces episcopi, decani et capituli praedictorum, Gabrieli tituli sancti Clementis, postea Eugenio Papae IV, ac Petro tituli sancti Stephani in Coelio monte, presbyteris, et Lucido Sanctae Mariae in Cosmedin diacono, cardinalibus, etiam in suo concistorio publico vivae vocis oraculo commisit, ut in dicta causa procederent et, apertis processibus, eos diligenter examinarent, sibi que postea ex more referrent ad effectum canonizationis praedictae.

§ 11. Qui, servatis servandis recognitisque sigillis, processus huiusmodi apernerunt, monentes omnes et singulos, qui in his interesse aliquod habere praetenderent, ut ad diem certam tunc expressam legitime comparerent, aliaque deinde fecerunt, quae circa ea fuerant opportuna.

§ 12. Cumque, rei huius veritate comperta, idem Martinus praedecessor votis poscentium cogitaret annuere, sicut Altissimo placuit, e medio sublatus est; et licet recolendae memoriae Eugenius praefatus, similiter praedecessor noster, rem hanc, ut accepimus, optato fine concludere velle assereret, morte antea interceptus, quod proposuerat non implevit. Denique felice. Nicolaus Papa V, praedecessor etiam noster immediatus, plurimorum supplicationibus inclinatus, quod in similibus Sedes Apostolica observare consueverat, et rei qualitas expetebat, nobis, tunc in minoribus constitutis, ac dilecto filio nostro Dominico tituli sanctae Crucis in Ierusalem, presbytero cardinali, negotium ipsum examinandum, investigandum discutendumque commisit; in quo debita cum diligentia procedentes, cuncta quae in praemissis et circa ea quomodolibet opportuna erant, cum omni attentione et maturitate rimari et investigare curavimus;

Et examini sub-
iiciuntur.

Martinus V.
Eugenius IV et
Nicolaus V a
viva decedunt.

Transmittuntur
processus ad
Sedem Aposto-
licam,

Angliae regis
aliorumque pre-
ces.

ac postremo, eodem Nicolao predecessore, vocante Domino, similiter rebus ab humanis exempto; nos, qui eidem, licet insufficientibus meritis, in universalis Ecclesiae gubernatione successimus, iteratis vicibus, pro parte carissimi in Christo filii nostri Henrici sexti, Angliae regis illustris, ac carissimae in Christo filiae Margaritae, reginae Angliae illius cuthoralis, necnon praelatorum, principum et Christi fidelium dicti regni, ac etiam venerabilis fratris nostri Richardi, moderni episcopi, dilectorumque filiorum Gilberti Kimar decani et capituli Saresberiensis Ecclesiae memoratae, fuimus debita cum instantia requisiti, ut quod iidem nostri praedecessores minime adimpleverant, et nobis faciendum Altissimus reservavit, perficere, annuente Domino, dignaremur; quorum omnium tam efficax assertio, et crebra dilecti filii magistri Ioannis Lax, legum doctoris et secretarii nostri, ac dictorum episcopi et capituli procuratoris intercessio fuit, ut non immerito nos, qui, licet tantae rei excellentiam saepenumero mente volverimus, eamque humeris nostris imparem esse plane conspexerimus, ne tamen voluntati divinae contradicere videremur, praemissa omnia et singula ponderantes, necnon eiusdem antistitis fidem, vitae integritatem, mores, actus castissimos, humilitatem, simplicitatem, doctrinam, liberalitatem, maxime erga Saresberiensis Ecclesiam memoratam illiusque personas, et quae a trecentis et plurimis annis citra coruscant miracula plurima, aliaque admicula non minora, tam per authenticas scripturas, quam per fide dignorum etiam septuaginta quinque testium depositiones manifeste probata, famam quoque publicam, ac praeterea triginta famosissimorum sacrae paginae et utriusque iuris doctorum, quorum nonnulli episcopi, quidam referendarii, caeteri vero praelati Palatii Apostolici auditores, advocati consistoriales ac magnae auctoritatis viri, extiterunt consilia, quae omnia

in unam eandemque sententiam pro ipsius canonizatione antistitis convenirent, merito attendentes, ut tanto viro gloriam, quam divina testificatione iam in triumphante obtinebat Ecclesia, in militante nequaquam negaremus in terris, praemissa omnia in consistorio nostro per dilectum filium nostrum Eliam tituli sancti Martini in montibus, presbyterum cardinalem, quem loco nostro quoad hoc substituumus, fecimus particulariter recitari, scrutatisque deinde in eodem consistorio votis omnium venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, ac omnibus debite recensitis, iidem fratres nostri in eandem sententiam convenerunt, quorum secuti consilium, ut illud plurimorum sententiis firmaretur, omnes alios in Romana Curia residentes praelatos in palatio nostro iussimus congregari, qui, post propositionem publicam omnium praemissorum, votis etiam singulorum ex more scrutatis, nemine discrepante, una nobiscum et fratribus antedictis consuluerunt et censuerunt ad canonizationem dicti viri optimi fore procedendum.

§ 15. In quorum praesentia, de eodem consilio et assensu, decrevimus et declaravimus eundem Osmundum episcopum esse canonizandum, ad quod publicae et solemniter faciendum diem statuimus hodiernam.

Canonizatio.

§ 14. Et quoniam per excellentia merita vir iste insignis, almi Spiritus gratia operante, in ipsius Summi Patris gloria collocatus, hanc eandem militantem illustrat Ecclesiam, prout omnibus, qui eius gesta didicerint, debet esse notissimum, nos, qui ex debito pastoralis officii cunctis fidelibus debitores existimus, per ea, quae de Gregorii, Martini et Nicolai praedecessorum eorundem ac nostro postremo mandatis super his inquisita, investigata et examinata fuerunt, et quae, in minoribus constituti, praeceteris singulari devotione et attentione iteratis vicibus relegimus, investigavimus, examinavimus et

diligentius fuimus perscrutati, tam per ipsorum testimonium fide dignorum depositiones, quam probationes alias legitimas, praemissis omnibus veris existentibus, compertis ac etiam comprobatis, de ipsius Osmundi episcopi sanctimonia plenissime informati, certioresque effecti quod optima fuerit negotiatio eius, et talenta sibi credita cum multiplicato fructu suo restituit Creatori, de quibus sibi etiam fidele testimonium perhibemus, ut propterea ac ex multis aliis excellentibus donis et gratis, quibus extitit insignitus, super candelabrum domus Domini positus, in universali Ecclesia inextinguibili lumine et splendore rutillet, eam quoque sua claritate exornet: in nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, praefatum Osmundum episcopum celeberrimum benedicentes benedicamus in saecula, floreatque super eum sanctificatio nostra, et ad honorem sempiternae Deitatis, ac triumphantis et militantis Ecclesiae exaltationem, orthodoxae quoque christianae fidei felicem statum et augmentum, auctoritate omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius atque nostra, de ipsorum fratrum coepiscoporum et praelatorum unanimi consilio et assensu, pronuntiamus, declaramus, decernimus ac etiam definimus piae memoriae beatum Osmundum episcopum antedictum sanctum esse, et tamquam sanctum ab universali Ecclesia et cunctis fidelibus venerari, ac sanctorum cathalogo adscribendum fore et adscribi, quem ipsi in praesentiarum adscribimus, et sanctorum coetui aggregamus.

§ 15. Statuentes, ac etiam venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis et patriarchalium, metropolitanarum et cathedralium Ecclesiarum capitulis ubilibet constitutis tenore praesentium iniungentes, ut anno quolibet in die qua ipsum, post consummationem laborum triumphatumque mundum, in aeternitates perpetuas

praesens vita transmisit, videlicet pridie nonas decembris, festum ipsius et officium, veluti pro uno confessore pontifice, devote et solemniter celebrent, et ab aliis celebrari ac universis Ecclesiis et christifidelibus faciant venerari.

§ 16. Et, ut ad Sarisberiensem ecclesiam praedictam ipsiusque venerabilem tumulum, quem in digniori loco volumus praeparari, eo libentius christifidelium confluat, multitudo, eiusque memoria recollatur et festivitas celebretur decentius in futurum, eisdem fidelibus universis utriusque sexus, vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Sarisberiensem praefatam et ipsius gloriosi confessoris tumulum, in festivitate et per totam octavam immediate sequentem, devote visitaverint annuatim, et ad ipsius ecclesiae atque tumuli reparationem, ornamentum et conservationem, seu dictae ecclesiae fabricam manus portaverint adiutrices, in festivitate praedicta, a primis vespers illius vigiliae usque ad secundas vespers eiusdem festivitatis, decem; in singulis vero octavae diebus, tres annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus praesentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

§ 17. Quocirca universitatem vestram monemus, requirimus et hortamur, attente vobis nihilominus, in virtute sanctae obedientiae et ad aeternorum praemiorum augmentum, districtius iniungentes quatenus praesentes litteras universis clericis et populis vestrarum civitatum atque diocesium, auctoritate nostra, solemniter publicantes, festum venerabilis episcopi et confessoris huiusmodi omni solemnitate debita celebretis et faciatis etiam ab aliis celebrari, omnipotentem Deum, a quo cuncta bona procedunt, totis cordis affectibus humiliter deprecantes, ut Ipse eisdem almi confessoris precibus et meritis exoratus, militantem Ecclesiam et cunctos christifideles praedictos a paganorum et aliorum infidelium tueatur incursibus, et

Indulgentiae
conceduntur.

Preces iniunguntur.

Festum et officium die 4 decembris indicitur.

a periculis cunctis semper protegat et defendat, ac illam nobis, quam mundus dare non potest, pacem, hostium eorundem sublata formidine, cum temporum tranquillitate concedat, et post vitae militiam depositumque pastoralis officii ministerium, una cum grege nobis credito ad gaudia valeamus aeterna pervenire.

Sanctio pae-
nalis.

§ 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum pronuntiationis, declarationis, constitutionis, definitionis, adscriptionis, aggregationis, statuti, iniunctionis, voluntatis, relaxationis, monitionis, requisitionis et hortationis infringere, etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, kalendis ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 1 ianuarii 1456, pontif. anno 1.

III.

Declaratio, quod canonici congregationis S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini, sunt veri canonici regulares dicti Ordinis, eorumque privilegiis omnibus perfruuntur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Congregationis supplicatio pro obtinenda declar. (de qua in rubrica). — 2. Declaratio huius Pontificis, quod isti canonici sunt veri canonici regulares Ordinis S. Augustini et eorum privilegiis potiuntur. — 3. Derogatio contrariorum.

**Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Sacrae merita Religionis, sub qua dilecti filii prior generalis et canonici de congregatione S. Salvatoris, Ordinis Sancti Augustini, in humilitatis spiritu, devotum et sedulum exhibent Altissimo famulatum, non indigne merentur, ut votis eorum, in iis quae favoris sunt et gratiae,

apostolici favoris praesidium liberaliter impendamus.

§ 1. Sane, pro parte prioris et canonicorum praedictorum, nobis nuper exhibita petitio continebat quod ipsi, quibus ab Apostolica Sede per eius literas, ut omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, exemptionibus et libertatibus, aliis canonicis regularibus dicti Ordinis generaliter concessis, et quibus ipsi canonici regulares et eorum loca in genere potiuntur et gaudent, ipsi quoque et eorum domus potiri et gaudere valeant, concessum fore dignoscitur, ex certis eorum animos moventibus rationabilibus causis, cupiunt se fore veros dicti Ordinis regulares canonicos per Sedem praedictam declarari, et pro talibus in posterum ubique censeri. Quare, pro parte prioris et canonicorum praedictorum, asserentium quod ipsi secundum regularia instituta dictorum canonicorum regularium profitentur et degunt, ac rochetum, prout alii canonici praelibati, deferunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsorum voto super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Congregationis supplicatio pro obtinenda declaratione (de qua in rubrica)

§ 2. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, priorem et canonicos de congregatione huiusmodi fuisse et esse veros canonicos regulares dicti Ordinis, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium declaramus. Decernentes quod ipsi de caetero perpetuis futuris temporibus pro talibus censeri, haberi et reputari, necnon omnibus et singulis praecipientiis, etiam in publicis actibus ac privilegiis et gratiis, quibus praelati canonici regulares generaliter potiuntur et gaudent, potiri et gaudere debeant, ut existentes veri canonici regulares Ordinis praelibati. Ac mandantes quorumcumque locorum dioecesanis, ut eos pro talibus in singulis publicis et aliis actibus censeri faciant ac etiam reputari.

Declaratio huius Pontificis, quod isti canonici sunt veri canonici regulares Ordinis S. Augustini et eorum privilegiis potiuntur (1).

(1) Hoc idem decrevit lul. II.

Derogatio con-
tratorum.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, decimosexto kalendas iunii, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 17 maii 1456, pontif. anno II.

IV.

Sanctio ad evitandum quodlibet christianorum cum iudaeis et saraceis commercium, rescissis quibuscumque privilegiis antehac eisdem concessis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Facti series. — 2. Iudaei et saraceni christiana benignitate abusi sunt. — 3. Vetita cum iudaeis cohabitatio, convictus — 4, 5, 6. Et alia nonnulla. — 7. Blasphemi iudaei et saraceni merita poena iussi affici; — 8. Obedire decretis pontificiis teneantur. — 9. Indices ad pontificia decreta servanda obstricti. — 10. Conclusiones.

**Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Si ad reprimendos transgressorum excessus nostra nimium mansuetudo lenescat, eorum temeritas fit proclivior ad peccandum, et impunitatis exemplum in alios derivatur. Propter quod ad apostolicum nostrum spectat officium, etiam iniuriam innovatione priorum sic debitam executionem adhibere iustitiae, quod ea, quae in divinae Maiestatis offensam, pernitiosumque exemplum fidelium et scandalum cedere dignoscuntur, ne deteriora producant, submovere, et committendo-

(1) Ex Raynaldo continuat. Annal. tom. X, pag. 95.

rum imposterum audaciam interdicere procuremus.

§ 1. Dudum siquidem Eugenius IV, primo, et deinde Nicolaus V, Romani Pontifices praedecessores nostri, ex certis rationabilibus causis tunc expressis omnia et singula, per eos vel alios praedecessores nostros, iudaeis in quibuscumque dominiis et terris commorantibus concessa privilegia, concessionem et indulta ad terminos iuris communis dumtaxat reduxerunt, nec ulterius operari aut extendi, vel interpretationem aliam pati posse, per diversas literas suas declaraverunt.

§ 2. Postmodum vero ad nostram audientiam, non sine cordis amaritudine, iterato deducto quod, quamquam per ipsos praedecessores nostros fuisset, ut praemittitur, declaratum: ipsi tamen iudaei, a tramite iustitiae continuo oberrantes, concessionibus, privilegiis et indultis huiusmodi adeo abutuntur, quod ea quae, honestis suadentibus causis, ad salubres et bonos effectus eis gratiose concessa fuerant depravantes et ad eorum perversas passiones accommodantes, multa et diversa turpia et inhonesta illorum praetextu committunt, ex quibus fides et mansuetudo christiana laeditur, et in mentibus fidelium scandalum generatur, et licet sacrorum canonum institutis caveatur expresse quid iudaeis ipsis liceat, quidve fuerit interdictum; nihilominus iudaei praedicti et saraceni, tam in Italiae quam aliis diversis mundi partibus, inter christianos commorantes, propriis effectibus, et antiquae eorum perfidiae incumbentes, dum constitutionum, decretorum et decretalium epistolarum huiusmodi sensum legitimum ad sua vota non habent, ut illis illudere valeant, adulterinis depravant sensibus, et expressionibus perversis obfuscant, veteremque ipsorum malitiam et temeritatem in christifideles propagare et continuare, ac in dies eorum nequitia praesumptiosius uti non verentur in ma-

Facti series.

Iudaei et saraceni christiana benignitate abusi sunt.

Exordium.

ximum christianae fidei vilipendium, animarum quoque fidelium periculum pariter et iacturam.

Vetita cum iudaeis cohabitatio, convictus

§ 5. Nos, ut iudaei, saraceni praedicti ac illorum fautores impii christiani, poenarum impositionibus territi, vereantur in antea in eorum perniciosos ausus relabi, et christifideles, in sua persistentes fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remediis, quibus possumus, prout ex debito pastoralis officii tenemur, praecavere cupientes, ad orthodoxae fidei corroborationem et exaltationem, praesentis perpetuo validituae et irrefragabiliter observandae constitutionis edicto, auctoritate apostolica, omnia et singula decreta, constitutiones et decretales epistolas praedicta, quorum omnium tenores de verbo ad verbum praesentibus haberi volumus pro insertis, innovamus; necnon sancimus, statuimus et ordinamus quod deinceps perpetuis futuris temporibus christiani cum iudaeis et saracenis comedere aut bibere, seu ipsos ad convivia admittere vel eis cohabitare, aut cum ipsis balneari, vel ab eis in eorum infirmitatibus aut debilitate, seu alio quocumque tempore medicinam vel potiones, seu vulnerum et cicatricum curationem, sive aliquod medicabile genus recipere non debeant, ac christiani non permittant iudaeos et saracenos contra christianos dignitatibus saecularibus praefici, vel officia publica exercere.

Et alia nonnulla.

§ 4. Iudaei quoque et saraceni non possint esse arrendatores, collectores, conductores seu locatores fructuum, honorum vel rerum christianorum, seu eorum computatores, proenratores, oeconomi, negotiorum gestores, negotiatores, mediatores, proxenetae, concordatores sponsalium vel matrimoniorum tractatores, obstetrices, seu in domibus aut bonis christianorum aliquod opus exercere, vel cum christianis societatem, olli-

cium aut administrationem, vel aliqua communionem, vel arte seu artificio habere, ac nullus christianus iudaeis, vel eorum congregationi seu saracenis, in testamento aut ultima voluntate, aliquid relinquere possit vel legare.

§ 5. Iudaei quoque synagogas erigere, aut construi facere non audeant, sed antiquas dumtaxat, non tamen ampliores seu pretiosiores solito reficere valeant, et in Lamentationum ac Dominicae Passionis diebus, per loca publica seu publice non transeant vel incedant, nec ostia vel fenestras teneant apertas, et ipsi iudaei ac saraceni ad solvendum quascumque de quibusvis rebus et bonis decimas astringi et compelli, ac contra eos, in quibusvis casibus, christiani testes esse possint, et iudaeorum et saracenorum contra christianos in nullo casu testimonium valeat, et apud christianos indices pro eis specialiter deputatos, nec suorum seniores iudaei et saraceni, in quibuscumque causis, agant et conveniantur.

§ 6. Nec possint iudaei et saraceni nutricem vel familiarem aut servitorem utriusque sexus christianum in domo tenere, nec etiam christiani, in sabbatis, seu iudaeorum festivitibus, iudaeis ipsi ignem accendere, vel cibum aut panem, seu quodcumque opus servile ad decorem cultus et festivitatum eorundem quomodolibet exhibeant, vel servitium aut obsequium aliquod praestent vel impendant.

§ 7. Saeculares quoque indices christiani, iudaeos vel saracenos Deum aut gloriosam beatam Mariam Virginem eius Genitricem vel aliquos sanctos blasphemantes, aut in hoc quomodolibet delinquentes pecuniaria vel alia graviore, de qua eis videbitur, poena puniant et corripiant. Necnon omnes et singuli iudaei et saraceni, cuiuscumque sexus et aetatis, vel conditionis, distinctum habitum ac

Blasphemi iudaei et saraceni merita poena iussi affici;

notoria signa per quae a christianis cognosci possint ubique deferant, et si secus fecerint, puniantur. Cum saracenis non habitent, sed separatim et seorsum degant. A christianis insuper usuras nullatenus extorquere praesumant; extortas vero, illis a quibus eas extorserint, si supersint et appareant, sine difficultate aut dilatione aliqua restituant, alioquin illis non apparentibus et in remotis agentibus, omnes et singulae pecuniarum summae ex huiusmodi usuris extortae in expeditionem sanctissimam contra Turcas aut alios christiani nominis inimicos penitus convertantur.

Obedire decretis pontificiis teneantur.

§ 8. Et insuper, ut tam christifideles, quam iudaei et saraceni, in Italiae et aliis mundi partibus inter christianos, ut praemittitur, commorantes, praesentes et futuri, ad decretorum et decretalium epistolarum, ac praedictarum et praesentis nostrae constitutionis huiusmodi observationem omnimodam noverint efficaciter se teneri, nec vigore seu praetextu quorumvis privilegiorum, exemptionum, libertatum, immunitatum, concessionum et indulgentiarum, eis quomodolibet et ea quibuslibet concessorum, ab observatione praedicta valeant aliquatenus se tueri, omnia et singula privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, concessionem et indulta per felicis recordationis Martinum Papam V, Eugenium ac Nicolaum praefatos caeterosque praedecessores nostros Romanos Pontifices et alios quoscumque tam regibus et principibus, quam communitatibus civitatum, universitatibus et quibuscumque dominis locorum, seu aliis quibusvis fidelibus, ac eisilem iudaeis et saracenis in specie vel in genere, sub quibusvis verborum formis, etiam motu proprio, et sub quacumque forma vel expressione verborum, etiam derogatoriorum, contra praemissa vel eorum aliquod quomodolibet facta vel concessa, quae omnia similiter praesentibus haberi volumus pro insertis, necnon quaecumque

inde secuta, eadem auctoritate cassamus, revocamus et annullamus, ac nullius decernimus existere roboris vel momenti.

§ 9. Praeterea, universos et singulos venerabiles fratres nostros patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos et dilectos filios principes, dominos temporales, capitaneos, barones, milites, nobiles, communitates civitatum, universitatum, locorum et caeteros quoscumque christifideles ecclesiasticos et saeculares, in praefatis Italiae et aliis mundi partibus, ut praemittitur, commorantes, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, obsecramus in Domino, et per aspersionem Sanguinis Domini nostri Iesu Christi exhortamur, eisque in remissionem suorum peccaminum intungimus, et ut ipsi decreta, decretales epistolas et constitutiones praedicta observent, et per eorum tam christianos quam iudaeos et saracenos subditos faciant inviolabiliter observari. Et nihilominus eisdem utriusque sexus quatenus, infra quindecim dierum spatium a die publicationis eiusdem in loco, in quo ipsi degunt, faciendae computandorum, omnia et singula decreta, decretales epistolas et constitutiones praedicta, ac in illis et in praesentis nostrae constitutionis literis contenta observare incipiant et observari faciant cum effectu; nec de caetero ullo unquam tempore contra praemissa vel aliquod praemissorum, in toto vel in parte, per se vel alium seu alios, quovis quaesito colore, directe vel indirecte, venire, facere, seu aliter attentare audeant vel praesumant: alioquin, lapsis diebus eisdem, iudaei vel saraceni, qui mandato, praecepto et literis huiusmodi resistere praesumpserint, et cum effectu non paruerint, privationis seu amissionis omnium bonorum suorum mobilium et immobilium poenam incurrant; quae quidem bona, vel eorum pretium, per executores seu executores nostros ad hoc specialiter deputatos, sive pro tempore deputandos, in opus huius-

Iudices ad pontificia decreta servanda obstricti.

modi sanctissimae expeditionis ac reipublicae christianorum utilitatem converti volumus et harum serie, auctoritate praedicta, exponi mandamus.

Conclusiones

§ 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum innovationis, sanctionis, statuti, ordinationis, prohibitionis, revocationis, exhortationis et mandati infringere, etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, quinto kalendas iunii, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 28 maii 1456, pontif. anno II.

V.

Qui christifideles quoquomodo in servitatem redigere, aliisque vendere audent, subiiciuntur anathemati: propositis eos quomodolibet liberantibus indulgentiis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Christiani in christianos saeviant, eorumque bona diripiunt. — 2. Excommunicantur. — 3. Derogatio. — 4. Ordinarii et domini temporales locorum animadvertant; — 5. Inobedientes coercant. — 6. Quomodo succurrendum christianis ab infidelium potestate recedere volentibus. — Remissio tertiae partis peccatorum iis qui christifideles liberaverint. — 7. Sanctio poenalis.

**Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium

Illud reputantes non tam christianae religioni detestabile, quam Deo odiosum, quod christiani nominis vocabulo insigniti in fratres suos, cum eis in una fide et uno baptismo in uno Ecclesiae corpore adiunctos, praesertim eos, qui inimicorum crucis Christi ditionibus commorantur, persecutionis gladio, absque iusta causa, desaeviunt; et eos in continua afflictione positos amplioris afflictionis immanitate

consumant, quibus potius omni humanitatis gratia ac charitatis et pietatis affectu adesse deberent, ex officii nostri urgemur debito, ut adversus talia perpetrantes rigorem exerceamus ultricis iustitiae, et illi adiciamus debitae executionis praesidium, quo commissa corrigantur, et interdicitur audacia quibuslibet similia imposterum committendi. Illos vero, qui dictos christifideles ab eorundem infidelium ditione divertentes humanitatis et charitatis beneficiis prosequuntur, dignos reputamus impendiis et remunerationibus specialium gratiarum.

§ 1. Sane lamentabilis multorum querela nostrum unper turbavit auditum, amaricavit et mentem, quod nonnulli iniquitatis filii, a quorum oculis timor Domini abscessit, cum in Orientales partes suis navigiis declinant, in christianos in eisdem partibus magni Turchi et Soldani Babiloniae ditioni subiectos commorantes, et aliquando ad christianorum loca pro suis salvandis animabus divertentes, more piratarum irruunt, et eos capiunt et in servitatem redigunt, ac in servos vendunt, necnon bona, si quae tenerint vel habuerint, depraedantur, et praedam asportant.

Christiani in christianos saeviant, eorumque bona diripiunt.

§ 2. Nos igitur, huiusmodi excessus sub silentio pertransire nequeunt, ne impunitatis exemplum periculosius derivetur in alios, et delinquentium voluntas laxior fiat ad peccandum, omnes et singulos, sive sint piratae, sive cursarii aut latronum maritimi, sive alii pro mercantiis exercentis, aut ex quibusvis aliis causis ubilibet navigantes, qui christianos in quibusvis infidelium ditionibus commorantes, seu ad christianorum loca divertentes, capiunt, et in servitatem redigunt, ac in servos vendunt, eosque depraedantur, ex parte Dei omnipotentis, auctoritate Petri et Pauli apostolorum atque nostra, praesentium serie, excommunicamus et anathematizamus.

Excommunicantur.

§ 3. Non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgentiis, eis vel eorum

Derogatio.

aliquibus ab Apostolica Sede, sub quavis forma vel tenore concessis, quod excommunicari non possint; quae ne, quominus includantur, per ea se tueri possint, quoad hoc prorsus tollimus et revocamus omnino, statuentes et decernentes quod nullus qui praedictas sententias incurrerit, ab illis per alium quam Romanum Pontificem possit, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi, nec etiam tunc, nisi satisfactionem, aut de ea praestanda, ac de stando mandatis Ecclesiae sufficienti cautione praestiterit.

Ordinarii et domini temporales locorum auctoritates.

§ 4. Praeterea, omnibus ordinariis et dioecesanis, necnon dominis temporalibus locorum, ad quae praedictos excessus committentes declinaverint, in virtute sanctae obedientiae, et si nostram et dictae Sedis indignationem evitare voluerint, districtae praecipiendo mandamus, in suorum remissionem peccatorum iniungentes eisdem, quatenus, quamprimum ipsis constiterit de dictis excessibus per illos, qui sic ad eorum loca declinaverint, commissis, ordinarii videlicet et dioecesani, ipsos dictis sententiis irretitos fore publicae denuntiari faciant, ac ab omnibus arctius evitari; temporales vero domini eorundem locorum eos sub arcto arresto teneant, donec ipsos captos christianos, etiamsi eos aliis in servitum vendiderint, libertati restituant, et eis de damnis et iniuriis ipsis illatis satisfecerint congruenter.

Inobedientes coercerent.

§ 5. Insuper, iidem dioecesani et ordinarii quoscumque in eorum civitatibus et dioecesibus pro tempore constitutos, qui praemissos excessus praeteritis temporibus commiserint, quamprimum ipsis de hoc constiterit, eos sub simili excommunicationis et anathematis poena moneant, et requirant quatenus infra competentem, quem ipsis ad hoc praefixerint, terminum, quoscumque, quos ex dictis christianis captivarunt, ab ipsorum captivitate relaxent; et eos, etiamsi ipsos aliis vendiderint, libertati, ipsisque ablata re-

stituunt, et de eis irrogatis violentiis et iniuriis satisfaciant competenter, vel si fortassis ipsi captivi iam obierint, restitutionem et satisfactionem huiusmodi ipsorum haeredibus praestent, alioquin, lapsa termino huiusmodi, ipsos in dictas censuras, quas in eos ex tunc proferimus, incidisse declarent, et eos ut tales faciant arctius evitari; domini vero temporales eos ad relaxationem et satisfactionem huiusmodi, per ipsorum et bonorum suorum arrestationem, et si opus fuerit, per incarcerationem eorundem, eadem auctoritate nostra, compellant.

§ 6. Caeterum, ut dicti christiani, qui ab infidelium ditione et potestate recedere voluerint, in hoc christifidelium eorundem opitulationem inveniant, fideles quoslibet ad dictas infidelium partes navigiis declinantes in Domino requiramus et rogamus attente, quatenus ipsos in suis navigiis receptent et benigne pertractent, et, si eorum egestas id requisierit, etiam absque cuiuscumque solutione noliti, cum suis bonis et rebus conducant. Nos, ut christifideles ipsi dictos fideles inter ipsos infideles commorantes, ab eorum ditione divertentes vel recedere volentes, eos libentius in suis navigiis receptent, ac cum rebus et bonis ac familia sua, gratis et absque alia solutione, ad christianorum loca conducant, omnibus illis, qui sic eos in suis navibus receptaverint et conduxerint, ipsisque charitatis et humanitatis beneficia impenderint, dummodo in unitate fidei catholicae, ac obedientia et reverentia S. R. E. atque nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistierint, remissionem tertiae partis omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum auctoritate confisi, concedimus per praesentes; sic tamen quod, si per eos alicui aliqua satisfactio praestanda fuerit, illam praestare teneantur, nec propter concessionem huiusmodi pro-

Quomodo succurrere christi-
anum ab infidelium potestate recedere volentibus.

Remissio tertiae partis peccatorum iis qui christifideles liberaverint.

cliviores reddantur, sub spe remissionis huiusmodi, ad illicita imposterum committenda; alioquin si, ex confidentia remissionis huiusmodi, aliqua forte committerent, quoad illa, praedicta concessio ipsis nullatenus suffragetur.

Sanctio pen-
nalis

§ 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum excommunicationis, anathematizationis, revocationis, statuti, constitutionis, mandati, prolationis, requisitionis et concessionis infringere, etc.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, kalendis octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 4 octobris 1436. pont. anno II.

VI.

Exemptiones et immunitates monasterii et monachorum S. Salvatoris Messanensis, Ordinis S. Basilii.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Causa huius constitutionis. — 2. Confirmatio immunitatum monasterii. — 3. Exemptio a iurisdictione ordinariarum et a collectis et impositionibus. — 4. Derogatio contrariorum.

**Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.**

Proemium.

Urget nos suscepti cura regiminis, et auctoritas pontificalis inducit ut pro felici statu Ecclesiarum et monasteriorum omnium, praesertim S. R. E. cardinalibus nobiscum assidue in agro dominico laborantibus commissorum, ac in eis sacrae religionis et divinis laudibus deditarum personarum, paternae considerationis acie sollicite cogitantes, illorum occurramus disponendis (1) ac profectibus consulamus, ut, ademptis eorum gravaminibus onerosis,

(1) Leg. forsan *dispendiis* loc. *disponendis* (R. T.).

illa ad laudem et gloriam Altissimi, prosperis iugiter proficiant incrementis.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, monasterium S. Salvatoris de Lingua Fari, Ordinis S. Basilii, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, Messanensis diocesis, quod venerabilis frater noster Bes-sarius, episcopus Tusculanus, Apostolicae Sedis concessione obtinet in commendam, facultates et redditus satis tennes habeat et exiles, attamen praefatus episcopus monasterium praedictum multipliciter deformatum et depauperatum ad statum regularem pro posse reducere et in eo virorum religiosorum ac monachorum probatae vitae sufficienti numero conventum reintegrare et restaurare proponat.

§ 2. Nos monasterium ipsum favoris apostolici praesidio communire volentes, ut eo copiosius inibi divinum accrescat obsequium, quo uberius ibidem gratia per nos fuerit elargita, praefati episcopi in hac parte supplicationibus inclinati, quascumque exemptiones, libertates et immunitates, quae olim a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris eidem monasterio concessae fuerunt, harum serie approbamus et confirmamus.

§ 3. Dilectos filios conventum, monachos et ministros, tam praesentes quam etiam futuros dicti monasterii eiusque iurisdictiones, proprietates, bona et oppida, ipsiusque incolas atque loca cum omnibus iuribus, rationibus et bonis mobilibus et stabilibus, cum pertinentiis suis, ab omni iurisdictione, superioritate, dominio et potestate venerabilis fratris nostri archiepiscopi Messanensis et aliorum iudicum ordinariarum quorumlibet, a collectis quoque et ab illicitis ex consuetudine impositionibus, oneribus, gravaminibus, contra sanctorum Patrum decreta impositis aut de cetero imponendis, necnon ab illorum collectoribus et exa-

(1) Ad hoc vide declarationem Concilii Trid., sess. 23, c. II et XIV, et cl. 3, Constit. XXXIX, *Suscepti*. Aliis monasteriis etiam has exemptiones concessit Gregorius XIII infra in eius Const., *Cogit*.

Causa huius
constitutionis

Confirmatio im-
munitatum mo-
nasterii.

Exemptio a iurisdictione ordinariarum et a collectis et impositionibus (1).

ctoribus et receptoribus, seu ad huiusmodi collectiones, receptiones vel exactiones quomodolibet deputatis et deputandis officialibus, auctoritate apostolica, tenore praesentium, prorsus eximimus et totaliter liberamus; necnon sub beati Petri et dictae Sedis atque nostra protectione, imitantes praedecessores nostros, suscipimus, atque ipsi Sedi volumus et decernimus immediate subiacere, ita quod archiepiscopus et ordinarii ac alii supradicti, etiam ratione delicti seu contractus aut rei de qua agitur, ubicumque committatur delictum, ineat contractus, vel res ipsa consistat, nullam possint in conventum, monachos, ministros, personas, monasterium, membra, loca et bona praedicta, utpote penitus et omnino exempta, si et prout ab Apostolica Sede, per praedecessores nostros concessum extitit seu indultum, eisque melius usi fuerint, superioritatem, iurisdictionem seu potestatem, vel aliquod dominium exercere, nec ab eis, ratione impositionum, collectarum vel subsidiorum huiusmodi, quidquam petere, exigere, recipere vel levare, nisi census dumtaxat Ecclesiae Messanensi debitum, si et prout in privilegiis praefati monasterii, et melius usi sunt, dicitur contineri, indulto apostolico, ut praemittitur, ad quem nos referimus, ipsaque et contenta in eis, observari volumus penitus et omnino. Decernentes irritum et inane quidquid in contrarium praemissorum quomodolibet contigerit attentari.

§ 4. Non obstantibus illis, quae in praedictis indultis apostolicis eautum est minime debere obstare, et aliis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, XII kalendas maii, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 20 aprilis 1457, pontif. anno III.

VII.

Transfigurationis festum Salvatoris vulgariter nuncupatum a christifidelibus, celebrandum instituit pro die sexta augusti, indulgentiasque elargitur.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Ratio huius festivitatis. — 2. Turcarum minae. — Festum Transfigurationis die 6 augusti indicitur. — Divina ope Turcarum exercitus profligatur. — Quadraginta Turcarum millia caeduntur, caeteris in fugam actis. — Adriani imperatoris mors qualis. — 3. Gratiarum actio. — 4. Indulgentiae conceduntur. — 5. Literae apostolicae ubique publicantur. — 6. Sanctio poenalis.

Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Inter divinae dispositionis arcaea, quae inscrutabilis providentia Conditoris in hominibus operata est, hodierna festivitas, in qua Unigenitus Dei Filius pro humani generis reparatione trabea nostrae mortalitatis indutus, claritatis suae divinitatisque potentiam demonstravit, stupendi et admirandi nobis non indigna causa existit. Nam et si eiusdem Redemptoris nostri praeclara miracula, erudimenta pariter et exempla pene innumera ad nostram doctrinam, nostramque profecto salutem edita omnium admiratione atque veneratione dignissima sunt; admirandam tamen eiusdem Salvatoris nostri transfigurationem, singularibus insignitam mysteriis, et sacramentis ineffabilibus cornescantem, eo devotius pro universorum salute fidelium nos convenit celebrare, atque devotis animis pia devotione recolere, quo inter ipsius Redemptoris salutiferas actiones haec eadem praesentis diei visio redemptis mortalibus in una eademque persona Deitatis potentiam et veram hominis naturam ostendit: ac in nobis fidei, spei et charitatis dona confirmans, aeternae beatitudinis praestitit cautionem. Haec est enim illa cunctis christicolis veneranda festi-

Proemium

vitas, quae immensam Dei nostri clementiam et misericordiam erga nos, qui Christum induimus et Ipsius sumus insigniti caractere, demonstravit: sed et sacrosanctae universalis Ecclesiae fundamenta non solum supra petram Christum fundavit, verum etiam stabilivit: nam cum interroganti Domino, et quem dicerent homines esse filium hominis requirenti, discipuli alios Ioannem Baptistam, alios quidem Eliam, alios vero Ieremiam aut unum ex prophetis homines dicere respondissent; atque iterum eos Dominus interrogavit: *Vos autem quem esse dicitis?* Et Petrus, pro se et aliis inquires, affirmaret: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: hæc ipsa verissima salutiferaque Petri confessio in hac admirabili Salvatoris nostri Transfiguratione per vocem Patris dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, confirmatâ, stabilita et multimode approbata est, et iudaeorum perfidia, qua ipsum esse Eliam aut Ieremiam, vel ex prophetis aliquem falsa asseveratione contendebant, penitus confutata. Aliorum vero Ipsum tamquam legis transgressorem et blasphemum sibi Dei gloriam usurpantem mendaciter accusantium fuit exclusa calumnia, cum illic Moyses legislator et Elias pro gloria Dei æmulator atque propheta eximius, astantes Christo, testimonium perhiberent. Quanta igitur veneratione colenda ac solemnitate præcipua celebranda est hodierna festivitas, in qua Pater, voce et testimonio proprio, Petri confessionem manifeste confirmat, roboratur apostolorum fides atque confessio, quae Ecclesiae catholicae extitit fundamentum in ipso Salvatore et Redemptore nostro firmiter stabilitum. Christus namque verum fundamentum Ecclesiae est, præter quod aliud poni non potest; cui ipse apostolorum Princeps, Spiritu Sancto afflatus, ad confutandas perfidorum fallacias, veluti testis fidelis, Christo testimonium perhibet dicens: Accipiens enim a Deo Patre honorem et gloriam, voce

delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*. Et hanc vocem nos audivimus de caelo allatam cum essemus cum Eo in monte sancto. Intellexerunt namque Petrus et comites, quod fide tenebant, maiestatem filii Dei per luminis claritatem, ac in Eo divinam et humanam convenisse naturam, ut et paterna vox et immensa velut solis claritas, quae omnem sensum et mortalium facultatem excedit, Moysis quoque et Eliæ praesentia cum venerationis debitae maiestati divinae exhibitione de futura ipsius passione loquentium, cum verum Dei Filium nuntiarent, quod evangelista Ioannes affirmans, inquit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre plenum gratiae et veritatis*. Voluit etiam Salvator noster, qui ex passione sua trepidantia discipulorum corda intellexerat perturbari, transfigurationis huiusmodi mysterio, ne in fide deficerent, roborare, ut cuius transfigurati gloriam vidissent, passionem nequaquam potentia iudaeorum illatam, sed voluntate propria crederent fuisse assumptam, neque a fide dominicae Resurrectionis deciderent, quam eis post visionem tantae maiestatis et gloriae intimavit, dicens: *Visionem hanc nemini dixeritis, donec a mortuis Filius hominis resurgat*. Per huius etiam admirandae transfigurationis mysterium, ad perferendas praesentis caliginosi saeculi procellas animantur christifideles in personam apostolorum, ut qui claritatis aeternae fieri participes tota animi intentione concupiscant, ab ipso capite duce et Salvatore nostro humiliter discant et pro Eius nomine, Ipsius imitando vestigia, passiones et mortes minime reformidare. Per ipsius itaque mysterii intelligentiam, ad confirmationem Christi Iesu et ipsius imitationem; ad fidei, spei et charitatis, ac pietatis et misericordiae erga Deum et proximos opera quaecumque meritoria exercenda instruimur, ad poenitentiam invitamur, etiam ad mar-

tyrium et tolerantiam passionum, hoc proposito praemio, quod reformabit corpus humilitatis nostrae, et configurabit illud corpori claritatis suae. O singularis et excellens Salvatoris nostri doctrina! O ineffabile sacramentum, in quo tanta, et pene innumerabilia praecipuaque sunt conclusa miracula, pro salute nostra, alto consilio instituta; quae, si quisque fidelis, quemadmodum deberet, attenderet, pro aeternae gloriae assecutione, gaudiis profusus exultaret simul, et lacrimas in medium fundere cogeretur. Magnum enim erat ac stupendum profecto miraculum faciem humanam ad instar solis splendere, vestitumque eius candidum et fulgentem subito fieri tanta albedine, quantum lullo super terram, teste evangelista, facere nequivisset, fulgoremque ipsum pro suae voluntatis libito disparuisse, ut recte significaretur eam claritatem ab anima ipsius, quae secundum superiorem portionem gloriosa erat, et Verbum facie ad faciem videbat in corpus ipsum per suae voluntatis imperium profluere et redundare. In Moysis vero et Eliae praesentia, quorum alter vita exciderat, pulvere manifesteque ostenditur illum mortis et vitae potestatem habere, et vivorum iudicem ac pariter mortuorum esse merito constitutum, qui aeternam propterea in terris beatitudinem quodammodo designavit, et qualis appariturus sit in secundo adventu eis ostendit. Haec quidem omnia, et prophetarum ac apostolorum dicta, vox paterna miraculose formata confirmat, nubes lucida olumbrat, totiusque Trinitatis testimonium in hunc diem concenrrit, Pater intonans, Filius splendens, Spiritus Sanctus in nube protegens et illustrans; confirmatur denique testamentum novum, lex evangelica Christique doctrina, cum paterna vox subdidit: *Ipsam audite*. Felix igitur, ac inter mortales beatus indicari potuit, cui tantae rei mysteria sub humano corpore capere, intueri et contemplari licuit, quae angelicis beatisque spi-

ritibus magno privilegio conceduntur. Quis igitur tantarum rerum magnitudine pro generis humani salute, ab Auctore nostro mirum in modum gestis non stupeat in hodiernae festivitatis institutione salubri? Quis, in hac sacratissima die, in qua tot et tanta sunt signata mysteria, in qua Christus divinitatis suae potentiam, prophetarum testimonium atque praesentiam, seque vitae et mortis potestatem habere, ac vivorum et mortuorum iudicem constitutum esse ostendit, in qua caelestis quodammodo beatitudo et humanitas in forma gloriosa terrenis hominibus exhibetur, in qua prophetarum et apostolorum dicta paterna voce firmanur, et totius Trinitatis atque hominum novi et veteris Testamenti testimonium perhibetur, lex evangelica roboratur, in eiusdem Salvatoris honore laetari, et hymnis et canticis Redemptorem ipsum laudare, benedicere et magnificare non debeat, cum, per ea quae recensita sunt et alia hodiernae festivitatis inclusa mysteria, plane intelligamus glorificationem corporis mystici in resurrectione novissima, quando mortale immortalitatem, et corruptibile incorruptionem induerit, et quod seminatum est in ignobilitate, resurget in gloriam? Tunc enim facies lucida vere apparebit, Christus enim est caput nostrum et vestimenta alba quae signant corpus eius mysticum, quod est universalis Ecclesia; fulgebunt enim iusti sicut sol in conspectu Dei: tunc denique patebit Transfigurationis mysterium, cum ipsius Redemptoris nostri imitantes vestigia, in aeterna beatitudine ipsius gloria perfruemur.

§ 1. Ad confirmandam igitur fidei nostrae ac legis, et prophetarum confessionem, necnon plurima et maxima divina mysteria stupendaque miracula huius sacratissimae Transfigurationis celeberrimam hanc diem non immerito divina inspiratione inducimur, eamque celebrem denunciare fidelibus invitamur, ut qui Visitationis, et Nivis, ac Purificationis Virginis

Ratio huius festivitatis

gloriosae Mariae, et Praesentationis in templo, in qua Salvator noster se filium hominis ostendit, Circumcisionis quoque in qua legalia observavit, ac nonnullas alias novissimis temporibus institutas festivitates sanctorum devote recolimus, digne et hunc sacratissimum diem, in quo, se legis et prophetarum Dominum esse, in quo non infirmitatem carnis, sed virtutem glorificationis patefecit, et in quo tot et tanta clarere mysteria, annua devotione piissime veneremur. Solet enim sacrosancta Romana Ecclesia, permissione Altissimi, Petri interdum fluctuante navicula, divina potius quam humana implorare praesidia, et ab eodem Salvatore nostro, utpote ipsius Ecclesiae sponso, fundatore atque magistro optimo, solita remedia et opportuna subsidia in lacrimis et humilitate exposcere, Ipsiusque elementiam, peccatorum nostrorum mole offensam, poenitentiae et orationum remediis mitigare.

§ 2. Ex propter nos eiusdem Salvatoris nostri, cuius vices gerimus, et locum, quamvis indigni, tenemus in terris, qui, cum multa de periculis, de passione et morte ac futuris persecutionibus et discipulorum caede locutus fuisset, ad extremum ea omnia aequanimiter toleranda, futurae vitae gloria promissa, adhortatur, doctrinam imitantes Ipsiusque salutaribus monitis et vestigiis inhaerentes, ac illa solemniter colere et a christifidelibus colenda instituere cupientes, per quae eiusdem Salvatoris altitudo sapientiae, rectitudo iustitiae, potentiae immensitas et bonitatis largitas demonstratur, et per quae in cordibus nostris roboretur fides, spes erigatur et charitas excitetur; et ad tribulationes et persecutiones hoc potissimum tempore perferendas, quo rabidus hostis, videlicet Turchus Maehometus (1), qui os suum in blasphemiam Altissimi relaxavit, et stragem christifidelibus inferre, tabernaculum Dei prophanare, Ecclesias

(1) Loquatur hic Pontifex de Mohammede II, terrimo Turcarum tyranno.

violare, et Christi fidem, nomen et subditos eius delere molitur, necnon ad suam suorumque satellitum confringendas insanias acrius invitemus, christianorum accusandam censentes non immerito tarditatem; ex qua, quod non optamus, flagellis et plagis concuti probabiliter excutatur; a multis et praecipue timoratis eius, sub cuius vexillo et nomine militamus, devotissime implorantes auxilium, licet tantae rei excellentiam, dum in minoribus constituti essemus, saepius mente volventes, eam viribus nostris imparem esse intelligamus plane. Ne tamen Spiritui Sancto contradicere, aut divinae voluntatis contempsisse videamur imperium, matura super hoc cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, in secreto prius et deinde publico concistoriis, cum eisdem et aliis in Romana Curia residentibus praelatis deliberatione praehabita, huius sacratissimae solemnitatis diem, de fratrum eorundem consilio, instituimus a cunctis christifidelibus perpetuo celebrandum. Profecto credentes quod ipse Redemptor, cuius res geritur, et qui Ecclesiam suam pretioso eius Sanguine rubricatam protegit et sustentat, et quae illi profutura esse praevideat, per eundem Spiritum Sanctum in tempore opportuno manifestat, nostram et plurimorum devotorum hominum mentes, huiusmodi saeviente procella, divinitus inspiraverit ad tanti mysterii celebritatem, quae ad corroborationem et confirmationem fidei catholicae cedit pariter et honorem, ut praeter communem, quam de ipso excellenti miraculo sabatho primae hebdomadae quadragesimalis ieiunii et sequenti dominica commemorationem universalis facit Ecclesia, propria in honorem eiusdem Salvatoris solemnior per universum orbem, videlicet octavo idus angusti, quae est sexta dies eiusdem, annuatim ab universis fidelibus haec sacrosancta festivitas celebretur, quoniam Pater ille misericordiarum ac piissimus christianorum protector et vitae nostrae defensor

Festum Franciscus Augustinus die 6 augusti indicatur.

omnipotens Deus, postquam inde celebri beatorum apostolorum Petri et Pauli, dum sacra missarum solemnita in eorum basilica ageremus, literas nostras super generali oratione per universos christicolos facienda lectas et, favente Domino, ubique observatas fecimus publicari: piis orationibus et operibus sui afflicti populi aliquantulum mitigatus, feritatem ipsius viperii et immanissimi Turchi, cultoris execrabilis Machometi, proxima aestate decursa, cum suo pene innumerabili, in quo plurimum confidebat, exercitu infidelium et Turcharum contrivit, et Castri Belgradi in regno Hungariae ad ripam Danubii situati, quod undique obsessum et coangustatum diripere satagebat, obsidione soluta per erucesignatos et Hungaros, admodum populares quamvis pauciores numero et fere inermes, ex nostra ordinatione et instructione dilecto filio legato nostro de latere illuc destinato iniuncta, ac nunciis et literis saepius repetita, ex sincera fide, quam gestamus in ipso Salvatore nostro, cuius est res adunare dispersas, et desperatas protegere, et superborum, praecipue infidelium et christianae fidei animi eorum(1) potentiam contere et etiam debellare, sub strenuo vayvoda Ioanne celebris memoriae, fidei nostrae catholicae acerrimo defensore, et pro ea atque fidelibus propugnatore, christianaeque cohortis duce dignissimo, cui nec fides neque spes potiendae victoriae defuere, militantes, praesente pariter quondam Ioanne de Capistrano, Ordinis Fratrum Minorum professore, viro quidem optimo et meritorum apud Deum et homines eximio, et nomen Christi Iesu, in quo salus nostra consistit, fiducialiter et assidue cum omni populo circumsepto voce unanimi invocante, vexillo quoque sacratissimae Crucis eum magnis clamoribus et lacrimis elevato ad Caelum, unde infallibile, uti a cunctis dari sperabatur, advenit auxilium: mirares, die memorabili beatae Mariae Magda-

(1) Leg. fors. *inimicorum loco animi eorum* (R.T.)

lenae, caelesti praesidio communitus populus fidelium, impetu in hostes viriliter facto, eundem ferum Turcum cum suis sacrilegis complicibus in turpem et damnosam fugam convertit, deditque ipse miserator Dominus et fidelis in manu paucorum tam ferocis inimici et innumeralis exercitus cum maxima strage victoriam, ultra quam mens extimare possit humana. Dominus enim potens et super omnes exercitus et tyrannos, qui Madian et Orientales populos ad numerum locustarum in manu tradidit Gedeonis, Oniae etiam sacerdoti contra Heliodorum, civitatem sanctam Ierusalem prophanare molientem, praesidium praebuit et invamen, pro nobis contra insolentissimos hostes miraculose pugnavit. O bone Iesu, dux et Salvator noster, fortitudo vera et tutissimum certumque praesidium ad Te confugientium christianorum, ea pietate, qua ipsos proprio sanguine redemisti, gladium tuum super inimicorum capita fugientium intromittens, non pauciores sese mutua caede necarunt, quam a nostris praelio interempti fuissent. Nam, ut a fide dignis accepimus, in ea pugna quadraginta millia occisi totidemque superstites in turpem fugam versi, sese mutuo trucidantes defecerunt, castra incensa, machinae et instrumenta bellica omnia aqua et terra direpta sunt, ut confusus abiens ipse tyrannus, et praetimore iam multis mensibus non apparens, inter latebras seu munita oppida se recepisse dicatur, et divinam praesentens ultionem in suam perditionem futuram, intra Constantinopolitanam Peramque civitates se recluserit, illasque muris et antemuralibus munire frustra decertet; minus attendens quod *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam*. Superbiae eius fraenum imponens ipse Salvator, solum nomen Vicarii Iesu Christi inhumanitatem eius deterret, ita ut ossa in suo corpore contremiscant conentianturque, ut Adriano accidit Imperatori, qui, post immanissimam persecutionem christiano-

Quadragesima
turcarum millia
caeduntur, eor-
toris in fugam
actis.

Adriani impe-
ratoris mors
qualis.

rum, Tiburtinam civitatem ingressus, per annum eius ossa in suo corpore concussa sunt, et tandem putrefactus emareuit.

Gratiarum
actio

§ 5. Igitur cuncti per orbem terrarum constituti fideles animos et corpora pro fidei christianae munimine preparare et debitas gratias Salvatori nostro, pro tantis beneficiis ab eo susceptis, exolvere, diemque victoriae e caelo nobis concessae, diem laetitiae et liberationis a filio superbiae, venenoso serpente, Turco foedissimo, annis singulis celebrare studeant pie, solemniter et devote; quemadmodum filii Israel, de servitute Aegyptiaca liberati, sempiternum diem celebrem recolentes, Deo laudes reddebant et gratiarum debitas actiones; ita et cuncti populi in hac solemnitate et festivitate praecipua Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi recolentes mysteria, miracula ac legis naturae et gratiae totiusque sanctae et individuae Trinitatis testimonia, etiam pro habita victoria, hunc diem laetitiae perpetuis laudibus, obsequiis et gratiarum actionibus, in confusionem hostium et populi christiani victoriam, studeant venerari ac etiam celebrare.

Indulgentiae
conceduntur.

§ 4. Et, ut christifideles ad sanctae festivitatis venerationem devote et affectuose conveniant, et quisque, pro suae imbecillitatis modulo, eidem Redemptori laudes ac pro susceptis beneficiis gratiarum debitas actiones exolvat, utque ipse verus Pastor atque Redemptor gregem suum protegat atque conservet, ac ipsorum mentes ad totalem aemulorum fidei humiliationem et exterminium corroboret et inducat, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui, vigiliae et festivitatis huiusmodi vesperi matutinalique et missae officii in ecclesia, in qua institutum novissime officium celebrabitur, interfuerint, pro qualibet horarum et missa, centum; qui vero primae, tertiae, sextae, nonae et completorii of-

ficiis aderunt, singulis horarum earumdem, quadraginta dies de iniunctis eis poenitentis relaxamus. Qui vero, devotionis causa, huiusmodi festivitatis octavas duxerint celebrandas, et maxime in ecclesiis sub ipsius Salvatoris invocatione fundatis, et qui horis canonicis ac missis octavarum huiusmodi interfuerint, illas omnino indulgentias consequantur, quas in octava festi Sacratissimi Corporis Christi horis huiusmodi interessentibus praedecessores nostri pia largitione concesserunt.

§ 5. Quo circa venerabilibus fratribus nostris universis, patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac dilectis filiis electis, ac patriarchalium metropolitanarum et cathedralium Ecclesiarum capitulis ubilibet constitutis, in virtute sanctae obedientiae et ad aeternorum praemiorum augmentum, harum serie iniungimus et mandamus quatenus praesentes literas nostras cleris et populis suis auctoritate nostra solemniter publicantes, sacratissimum Transfigurationis huiusmodi festum, quod vulgariter Salvatoris dicitur, sub solemnibus duplicis officio, quod una cum praesentibus destinamus, anno quolibet, ut praefertur, celebrent et faciant etiam ab eorum subditis celebrari; ipsum Salvatorem nostrum totis cordis affectibus humiliter deprecantes, ut solita elementia Ecclesiae suae universisque fidelibus antedictis assistere et auxiliari dignetur, ac, sublata hostium formidine, illam, quam mundus dare non potest, pacem ac tempora nobis tranquilla concedat, ut una cum commisso nobis grege pervenire ad sempiterna gaudia mereamur. Amen.

Litterae apostolicae ubique publicantur.

§ 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae institutionis, relaxationis et mandati infringere, etc.

Sanctio poenalis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, octavo idus augusti, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 6 augusti 1457, pontif. anno III.

VIII.

Presbyteros Graecos inter missarum solemnia Rom. Pontificis nomen elata voce canere, integrumque Credo, iuxta Romanae Ecclesiae ritum, dicere obligatos fore decernit (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Graeci multa, quae in concilio Florentino recepere, non observant. — Praecipit (*prout in rubrica*). — Qui Romano Pontifici non obtemperat, extra Ecclesiam est. — 2. Altera pars constitutionis circa processionem Spiritus Sancti. — Verba haec, *Qui a Patre Filioque procedit*, Symbolo praecipit inserenda. — 4. Clausulae.

Callistus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Reddituri de commisso nostrae sollicitudini grege fidelium Illi, qui nobis, licet immeritis, eundem sua bonitate commisit, in extremo iudicio rationem, summis, ut tenemur, studiis illos, quos plerumque a fidei catholicae saluberrimis institutis tortuosos coluber humani generis acmulus venenosus suggestionibus divertere et deviare molitur, Salvatori nostro, qui non mortem, sed conversionem et vitam desiderat peccatoris, restituere, et ad viam veritatis, quae Christus est, reducere procuramus; atque toto nisu exquirimus id, pro eorum salute et reductione, efficere, per quod animarum suarum profectibus consulatur, nosque in ratione reddenda divinae iustitiae possimus evadere ultionem.

Graeci multa, quae in concilio Florentino recepere, non observant.

§ 1. Sane, licet nostris temporibus, dum minori fungeremur officio, Orientalis Graecorum Ecclesia in concilio generali, per Latinos et Graecos Florentiae celebrato, sacrosanctae Romanae Ecclesiae coniuncta fuerit et unita; quia tamen inter cetera ex his, quae in ipso concilio sancita et salubriter decreta fuerunt, aliqua per ipsos Graecos, quemadmodum fieri

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

decebat, minime observantur; cupientes pro salute animarum decreta praedicta ad cunctorum notitiam deduci, et ea ubilibet inviolabiliter observari, ne, oblivione incuriaque causantibus, successu temporis a memoria excidant, et neglectui data vilescant, ac periculum pariant animarum, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et ordinamus quod ex nunc in antea omnes et singuli presbyteri et sacerdotes Graeci ubilibet existentes, infra missarum solemnia, nomen Romani Pontificis in loco deputato alta et intelligibili voce exprimere, ac pro ipsius et S. R. E. incolumitate, statuque pacifico orare teneantur et debeant, iuxta doctrinam Salvatoris nostri, qui in Petri et apostolorum personis figurate nos instruit, dicens: *Qui vos recipit, me recipit, et qui recipit me, recipit Patrem meum*: ex quo recte elicitur, Petrum et successores suos recipientes, beatitudinem adepturos; de Petro enim super alios dixit, quia post apostolos Cephas et Caput in Ecclesia universalis mansurus erat, cuius oppositum ipsa Veritas in eodem loco disseruit, cum ait: *Qui non recipit vos, non recipit me, et qui non recipit me, non recipit Patrem meum*: ex quo pariformiter inferunt tales incurrere damnationem aeternam, de quo iterum Salvator pulchre in Evangelio clarius exprimit, dicens: *Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas et eae cognoscunt me, et ego do eis vitam aeternam*. Vox enim Christi a fidelibus auditur, cum in ore sacerdotum nomen Vicarii Iesu Christi, qui ipsius vices gerit in terris, et cui pascendarum ovium cura commissa est, publice nunciatur; omnes namque per obedientiam pastorem agnoscunt, pastor vero Summus Pontifex, claviger et ostiarius regni coelestis, et ostium paradisi aperit, et ad perpetua beatitudinis pasena fideles per mandatorum semitas incedentes salubriter introducit; divino namque iure sancitum est, ac omnium sacrosanctae catholicae Ecclesiae

Praecipit (*prout in rubrica*).

Qui Romano Pontifici non obtemperat, extra Ecclesiam est.

doctorum sententia comprobatum, ut singula membra capiti, idest Romano Pontifici apostolico, se debeant per omnia re-conformare, a quo nostrum est quaerere quid credere; quid tenere debeamus, quoniam ipsius solius est statuere, disponere, solvere et ligare, qui vice Christi fungitur, et ab eo vobis in pastorem dedicatus existit, cui omnes primates, archiepiscopi et episcopi caeterique christicolae, tanquam indubitato Vicario Iesu Christi, obtemperant.

Altero pars con-
stitutionis circa
proces. Spiritus
Sancti

§ 2. Demum, ut illa vetustissima periculosaque et damnauda opinio, in eodem et aliis conciliis continuo reprobata, qua nonnulli minus veraciter affirmare praesumebant Spiritum Sanctum a Patre solo procedere, penitus eradicari valeat, et quod sacrosancta Romana Ecclesia profitetur, tenet pariter et affirmat, eundem videlicet Spiritum Sanctum ab eodem Patre et Filio aequaliter procedere, sicuti beatus Athanasius, lumine eiusdem Spiritus illustratus, edocuit, dicens eundem Spiritum Sanctum non factum, non creatum, non genitum, sed ex Patre et Filio aeternaliter procedere, pectoribus singulorum fidelium, pro eorum salute et directione, inseratur, similiter statuimus ac etiam ordinamus quod iidem presbyteri et sacerdotes, dum infra earumdem sacra missarum solemniam Symbolum ex ordinatione Ecclesiae canunt aut dicunt, illud integre, secundum ritum eiusdem Romanae Ecclesiae, intelligibiliter dicere teneantur et debeant, videlicet *Qui ex Patre Filioque procedit*, alioquin omnes et singulos, qui huic articulo orthodoxae fidei, ad nostram profecto salutem necessario, et in tot sanctorum Patrum conciliis iteratis vicibus approbato, contradicere, aut eiusdem catholicae Ecclesiae institutiones observare recusaverint, vel malitiose neglexerint, sententias, censuras et poenas, in eisdem et praecipue Florentino conciliis antedictis in tales generaliter latas, inflictas et promulgatas et

anathema trecentorum decem et octo Patrum, nisi a praemissis erroribus resipiscere, et unitati eiusdem Ecclesiae se per omnia illico conformare studuerint, incurrere volumus ipso facto.

§ 5. Quapropter, ne per taciturnitatem posterioris temporis mentes fidelium ab istius credulitate articuli fiant damnabiliter longiores, districte praecipimus et mandamus quatenus processio Spiritus Sancti a sacerdotibus Graecis explicite et manifeste ponatur in Symbolo, ut fides ad iustitiam teneatur in corde, et ad salutem omnium eius fiat oris confessio, se, tanquam filii obedientiae semper sacrosanctae Ecclesiae Romanae matris suae per omnia conformantes, ut fiat unum ovile et unus pastor, iuxta ipsius sententiam Salvatoris.

Verba haec: Qui
a Patre Filioque
procedit, Sym-
bolo praecipit
inserenda.

§ 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, praeccepti et mandati infringere, etc.

Clausulae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, tertio nonas sept., pontif. nostri anno III.
Dat. die 3 septembris 1457, pont. anno III.

IX.

Fratres Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum ad Ordines Mendicantium transire non possint, cum, respectu quarti voti, illis strictior possit censi (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Fratres aliqui huius Ordinis ad Mendicantes et alios Ordines transire voluerunt. — 2. Hic modo Pontif. transitum prohibet, et translatos praecipit ad dictum Ordinem redire, declarans illum, respectu quarti voti, caeteris aliis strictiorem esse. — 3. Ordinariis et aliis execu-
(1) De tota materia huius Ordinis vide sup. in Greg. IX.

tionem huius bullae praecipit. — 4. Contrariis omnibus derogat. — 5. Transumptis credi iubet.

Callistus episcopus, servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Super gregem dominicum nostrae vigilantiae divinitus creditum intenti speculatoris officium exercentes, erga singulos regulares Ordines aciem nostrae considerationis intendimus, et eorum status perspicaciter meditamur. Et quia quorum regulae laxiores, quorumve arctiores existant ex multis argumentis colligimus, personas illas, quae de aliquo eorumdem, in quo sunt superna vocatione vocati, ad alios Ordines leviter transmigrarunt, et quae, per ambitionis devium, ab eorum obedientis temere recesserunt, ad priorem causam, si arctior fuerit, reduci mandamus, prout eorum saluti et Ordinum eorumdem decori conspicimus expedire.

Fratres aliqui huius Ordinis ad Mendicantes et alios Ordines transire voluerunt (1).

§ 1. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum magistri generalis et definatorum generalis et provincialis capitulorum fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, petitio continebat, quod nonnulli ex fratribus eiusdem Ordinis expresse professi, vocatione sua non contenti, et immemores quod ipsi, voluntatem propriam abuegantes, semetipsos, pro redemptione captivorum qui in potestate infidelium durae servituti subiiciuntur, Altissimo devoverunt, profitentes se paratos, etiam pro unius redemptione captivi, non modo seipsos captivitati paganorum in excambium tradere, sed etiam, si opus foret, mortem et tormenta quaelibet tolerare, se ab huiusmodi sancti voti iugo, auctoritate propria, subtrahendo, ad Mendicantium seu aliorum Ordinum monasteria sive domos evolaverint. Nonnulli vero ex eisdem, habitu retento, sed obedientiae fraeno

(1) Tu scias id fortasse eis licere ex cap. *Licet*, *De Regularibus*.

effracto, per curias praefatorum, aut regum, reginarum, aut aliorum saecularium principum, in opprobrium dicti Ordinis, hinc inde discurrant, et varia scandala saepenumero pariant.

§ 2. Nos, meditantibus quod, ex occasione emissionis posterioris voti, videlicet pro redemptione huiusmodi, ad tria per reliquos religionum quarumlibet emitti consueta substantialia vota, ut peregrinationes transmarinas, pro accedendo ad infideles eosdem, et periculosam cum paganis conversationem et reliqua redemptionis eiusdem discrimina omittamus, tale vinculum fratribus dicti Ordinis B. Mariae de Mercede videtur accedere, ut Ordo ipse videatur non modo in regula largior, sive par aliis Ordinibus aedictis, sed eis longe arctior non immerito posse censi, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium statuimus ac etiam ordinamus omnes et singulos, qui in praefato Ordine B. Mariae solemne votum professionis expresse miserint, ita ipsi Ordini perpetuis eorum vitae temporibus fore efficaciter obligatos, ut, absque Sedis Apostolicae speciali licentia, eis ad alios quoscumque, regulares etiam monasteriorum Ordines eos, transeundi auctoritas vel potestas minime sit concessa. Decernentes statutum ei ordinationem nostram huiusmodi, etiam ad praefatos eorumdem professorum trahi translationes, ita videlicet, quod generalis magister et definitores praefati, presentes et qui pro tempore fuerint, per se vel alium seu alios, quoscumque religiosos, qui dictum Ordinem B. Mariae expresse professi fuerint, ut praefertur, de quibusvis aliis Ordinibus eorumque monasteriis, domibus sive locis, ad quae forsitan, etiam cum suorum superiorum licentia et habitus mutatione, pro tempore transiverant, repetere possint et debeant. Ipsique sic translati religiosi, etiam sine repetitione huiusmodi, ad priorem Ordinem B. Mariae praedictum, sub virtute

Hic modo Pontifex transitum prohibet, et translatos praecipit ad dictum Ordinem reducere, declarans illum, respectu quarti voti, caeteris aliis strictiorem esse.

sanctae obedientiae, redire omnimode te-
neantur.

Ordinatio et
alio executione
nem huius bul-
lae praecipit.

§ 5. Et insuper, ut eadem statutum
et ordinatio facilius vendicet sibi locum,
omnibus et singulis patriarchis, archie-
piscopis, episcopis, abbatibus aliisque
praelatis necnon personis ecclesiasticis in
dignitate constitutis, ad quos praesentes
litterae vel earum transumpta authentica
pervenerint, per apostolica scripta man-
damus quatenus episcopi et eorum qui-
libet, per se vel alium seu alios, statutum
et ordinationem ac litteras nostras huius-
modi ubi et quando expedire viderint,
ac pro parte generalis magistri et defi-
nitorum praedictorum fuerint requisiti,
auctoritate nostra, solemniter publicantes,
quoscumque religiosos in eodem Ordine
B. Mariae expresse professos, qui ad
alios Ordines, sine dictae Sedis speciali
licentia, transierunt vel in posterum tran-
sierint, nec non etiam illos, quos in prae-
latorum, regum, reginarum vel aliorum
saecularium principum curiis aut alibi
ubicumque extra loca praefati Ordinis
vagare eis constiterit, ad requisitionem
magistri aut definitorum ipsius Ordinis,
ad loca dicti Ordinis B. Mariae, in quibus
professionem eiusmodi emisissent, infra
certum de quo eis videbitur sibi praefi-
gendum peremptorium terminum com-
petentem, omni causa et occasione ces-
santibus, protinus revertantur, dicta au-
toritate nostra moneant et mandent
eisdem. Et nihilominus, si monitioni et
mandato huiusmodi non paruerint cum
effectu, ipsos ad hoc per censuram ec-
clesiasticam, necnon arrestationem, si
opus fuerit, personarum ac incarcerationem
ac alia fortiora remedia, necnon contra-
dictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque
dignitatis, status, nobilitatis, praeminen-
tiae vel conditionis fuerint, etiam si pon-
tificali, regali, reginali aut alia quavis
ecclesiastica seu mundana dignitate prae-
fulgeant, per censuram eandem, appel-
latione remota, compellant, invocato ad

hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sae-
cularis.

§ 4. Non obstantibus felicitis recorda-
tionis Bonifacii Papae VIII, praedecessoris
nostri, illis praesertim, quibus cavetur,
ne quis extra suam civitatem et dioecesim,
nisi in certis exceptis casibus et in illis
ultra unam diaetam a fine suae dioecesis
ad iudicium evocetur, seu ne iudices a
Sede deputati praedicta extra civitatem
et dioecesim, in quibus deputati fuerint,
contra quoscumque procedere, ac alii vel
alii vices suas committere, seu aliquos
ultra unam diaetam a fine dioecesis eor-
undem trahere praesumant, ac de dua-
bus diaetis in concilio generali, et personis
ultra certum numerum ad iudicium non
vocandis, et aliis constitutionibus et or-
dinationibus necnon privilegiis, indul-
gentiis, concessionibus, statutis, decretis,
ordinationibus et aliis litteris apostolicis
monachorum, fratrum Mendicantium et
aliis Ordinibus supradictis, eorumque
monasteriis, domibus sive locis per Sedem
praedictam vel legatos eius, aut alios
quoscumque in genere seu in specie con-
cessis, quorumcumque tenorem existant;
statutis quoque et consuetudinibus eor-
undem, iuramento, confirmatione apo-
stolica vel quavis firmitate alia roboratis,
quibus omnibus et singulis, etiam si de
illis specialis et expressa mentio habenda
foret, quoad hoc, illis alias in suo robore
permanuris, derogamus expresse, ceteris-
que contrariis quibuscumque, aut si
aliquibus, communiter vel divisim, a dicta
sit Sede indultum quod interdicti, sus-
pendi vel excommunicari, aut extra vel
ultra certa loca ad iudicium evocari non
possint, per litteras apostolicas non fa-
cientes plenam et expressam ac de verbo
ad verbum de indulto huiusmodi men-
tionem.

Contrarius om-
nibus derogat.

§ 5. Verum, quia difficile foret prae-
sentes litteras ad singula mundi loca ori-
ginaliter posse transferri, volumus quod
earum transumptis authenticis, manu pu-

Transumptis
credi iubet.

blica duorum notariorum subscriptis et sigillo alienius praelati vel collegii roboratis, plena fides, in iudicio et extra, ubicumque exhibita fuerint, adhibeatur, ac si literae ipsae originales forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, pridie kalendas novembris, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 31 octobris 1457, pont. anno III.

PIUS II

PAPA CCXII

Anno Domini MCCCCLVIII.

Aeneas Silvius Piccolomineus Senensis, S. R. E. tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis et Senensis episcopus, electus est in Summum Pontificem die 19 augusti 1458. Sedit in pontificatu, Friderico III imperatore, annos V, menses XI, dies XXV, et tribus promotionibus XIII creavit cardinales. Obiit Ancone die 14 augusti 1464, et corpus eius Romam delatum, in basilica Vaticana tumulatum est. Vacavit Sedes dies XVI.

I.

Generales Ordinum Mendicantium omnimodam habeant iurisdictionem in omnes Studiorum scholares et officiales, suorum Ordinum professores, quibuscumque Studiorum privilegiis non obstantibus.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Nonnulli regulares, praetextu studii, exemptos se a iurisdictione suorum Ordinis superiorum esse praetendebant.

— 2. Illic ideo Pontif. praedictos omnes iurisdictioni generalium Ordinum totaliter supponit. — 3. Quibuscumque non obstantibus.

Pius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Praedicatorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum atque Minorum et aliorum Ordinum Mendicantium generalibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Religiosorum excessus, quos antiquus hostis eo sollicitius suscitavit, quo eorum vitae meritoriae ardentius aemulatur, tanto amplius detestantes, quanto ex illis maiora scandala in mentibus fidelium oriuntur: ad illos reprimendum et castigatione debita coercendum, congruum nos decet remedium adhibere.

§ 1. Cum itaque sicut accepimus, dilecti filii provinciales vestrorum Ordinum laudabilem consuetudinem diutius observatam imitantes, nonnullos ex fratribus Ordinum praedictorum, ad hoc idoneos, ad literarum studia, in locis ubi illa vigere noscuntur, causa adipiscendi scientiae margaritam, destinare consueverint, quorum nonnulli, iuvenili et humana fragilitate causantibus, interdum a semita rationis deviantes, discolori et vagabundi effici solent et propriae salutis immemores, quo fit ut suave iugum Domini contemnentes, praelatis suis obtemperare, eorumque salutare correptiones et disciplinam effugere, quinimmo despicere et multimode eludere contendunt, et, ut id impune efficiant, rectorum, gubernatorum et conservatorum Studiorum, sive privilegiorum eorundem praesidia et patrocinia, quibus se protegi et tueri valeant, satagunt, exquisitis modis implorant, se ab ipsorum Ordinum superiorum iurisdictione, potestate et correctione exemptos esse praetendentes. Et similiter baccalaurei, lectores, bibliistae sive alii officiales pro tempore in domibus et conventibus civitatum et locorum, in quibus studia huiusmodi vigere noscuntur deputati, cum excessus aliquos

Exordium.

Nonnulli regulares, praetextu studii, exemptos se a iurisdictione suorum Ordinis superiorum esse praetendebant.

commiserint, sive aliter deliquerint, vel eorum incertia aut imperitia exigente, ab huiusmodi eorum officii depositi fuerint, id ipsum praesumere moliantur, in grave Ordinum praedictorum praedictum, animarum suarum periculum, regularis disciplinae vilipendium et contemptum, ac scandalum plurimorum.

§ 2. Nos itaque, attendentes quod si ad reprimendos excessus huiusmodi, et talium praesumptiones temerarias colibendum, nervus publicae disciplinae lentescat, eorum voluntas fit proclivior ad peccandum, et impunitatis exemplum periculosius in alios derivatur, ac volentes super his de opportuno remedio providere, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus omnes et singulos vestrorum Ordinum professores, qui, spiritu rebellionis assumpto, talia perpetrare praesumpserint, cuiuscumque gradus vel conditionis existant, nisi, canonica monitione praemissa, a coeptis resipuerint, et debitam a vobis pro commissis poenitentiam humiliter susceperint, ac mandatis vestris efficaciter obtemperare studuerint cum effectu, tamdiu excommunicatos, ac omnibus magisterii, baccalariatus, lectoriae, bibliistatus officii, aliisque dignitatibus et honoribus dictorum Ordinum exutos privatosque, auctoritate apostolica, nuncietis, et ab aliis, ubi, quando et quoties expedierit, nunciari; et si eorum contumacia, protervitas vel rebellio id exegerit, carceribus ad poenitentiam peragendam detrudi et mancipari faciatis, donec spiritu consilii sanioris resumpto, vestris monitionibus et mandatis studuerint, cum emendatione prioris vitae, humiliter obedire, et ab huiusmodi excommunicationis sententia meruerint a Sede Apostolica vel a nobis absolutionis beneficium obtinere.

§ 3. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, indultis et gratiis Studiis generalibus quorumcumque civitatum et locorum apostolica vel alia quavis auctoritate con-

cessis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus in praesentibus de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis, eisque specialiter aut alias sub forma certa vel specifica derogandum: quae eisdem fratribus et professoribus, quoad hoc, nolumus in aliquo suffragari, etiam si hoc in eisdem caveretur expresse, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si professoribus Ordinum praedictorum, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, xv kalendas octobris, pontificatus nostri anno 1.

Dat. die 17 septembris 1458, pont. anno 1.

II.

Expositio bullae Callisti III de canonizatione S. Vincentii Valentini, professoris Ordinis fratrum Praedicatorum S. Dominici, eiusque adscriptio cathalogo Ss. confessorum, et institutio festivitatis pro die 6 mensis aprilis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Deus multoties suscitavit viros sanctos pro hominum salute. — 2. Et mox suscitavit S. Vincentium ad confutandos errores infidelium, quorum copia agebatur, — 3. Qui aetatis an. 18 habitum fratrum Praedicatorum suscepit, et deinde magisterium theologiae consecutus fuit; — 4. Verbum Dei postea praedicavit, infidelium errores confutavit, quo usque, annum transcendens 70, in Domino obdormivit. — 5. Nonnulli dicti viri signa Sedi Apostolicae nunciarunt, — 6. Et apud Martin. V, Eug. IV et Nicolaum V hoc idem duces et praelati Britanniae ege-

Hic ideo Pontif. praedictos omnes iurisdictioni generalium Ordinum totum i. supponit.

Quibuscumque non obstantibus

runt. — 7. Reges quoque et generalis Ordinis alique testificati sunt praeclara merita et miracula S. Vincentii, etc. — 8. His promotus, Nicol. V informationem praedictorum tribus cardinalibus commisit, — 9. Qui processum formarunt, et multa miracula verificata fuerunt. — 10. Nicolao defuncto, Callistus III creatus est Pont., qui, cum esset unus de tribus cardin. deputatis, alium cardinalem loco sui suffecit. — 11. Habuitque in consistoriis secretis relationem verificationis virtutum et miraculorum, ideoque ad ulteriora procedi iussit, — 12. Et tandem ad canonizationem deveniendum esse pronunciavit, — 13. Ipsumque canonizavit, et Ss. confessorum numero adscripsit. — 14. Eius festum die 6 aprilis celebrari iussit. — 15. Miraculorum processum in monasterio B. Mariae super Minervam de Urbe asservari praecipit. — 16. Ecclesias eius visitantibus indulgentias concessit. — 17. Callist. autem III obiit, et bulla desuper non fuit expedita, ideo hic Pontif. eam edidit. — 18. Sanctio poenalis.

**Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Rationi congruit et convenit honestati, ut ea quae, Romani Pontificis deliberatione provida ac venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium omniumque praelatorum tunc in Romana Curia residentium consilio et assensu unanimi, decreta, statuta et ordinata fuerunt, licet, ipsius praedecessoris superveniente obitu, literae apostolicae confectae non fuerint super illis, suum plenarium sortiantur effectum.

§ 1. Dudum siquidem felicitis recordationis Callistus Papa III, praedecessor noster, Iesu Christi in terris, superna dispositione, Vicarius, et B. Petri caelestis regni clavigeri successor, cum militantis Ecclesiae gubernacula superna regeret voluntate, et immensam Dei nostri clementiam in eo maxime interna meditatione cognosceret, quod hominem, quem ad suam imaginem similitudinemque formaverat, a se Ipso incommutabili hono-

dolo serpentis, aversum, ad se brachio suae virtutis reducere, et culpa ipsius lapsam volens in persona propria reparare, humanae naturae ministerio usus est, ut sua mirabili potentia, inde medellam ferret hominibus, unde vulnus cerebri illatum, ac pro sua bonitate debitor ipse homo et obnoxius remaneret. Nam, licet omnipotens sermo dilapsus foret antea in prophetas, ut divini secretum consilii cognoscentes, ac spem humanae reparationis habentes solum Creatori suo servirent, ipsum Dominum adorarent, ac posteros venerari et adorare docerent; in fine tamen saeculorum, cum venit temporis plenitudo, misericordiarum Pater ingenuus, Verbum suum, per quod fecit et saecula, de coelis misit in orbem, ut humanam carnem assumens, aeternae vitae viam lapsis perditisque ostenderet, culpam protoplasti in ara Crucis, proprio cruore dilueret, nobisque caeli ianuam aperiret. Utque tanti mysterii, Incarnationis videlicet et Redemptionis huiusmodi veritas cunctis mortalibus innotesceret, apostolos suos, quos in vitae, doctrinae et operum suorum testimonium elegerat, aliosque discipulos in universum mundum ad praedicandum Evangelium destinavit, qui suis eloquiis, signis et virtutibus, veluti solis radiis, orbem terrarum illuminarent. Sed eum, successu temporis, callidi hostis iniquitas, antiquae et usitatae fraudis commentis, humanum genus tam grandis et sacratissimae redemptionis fructu privare, et in aeternam praedam adducere moliretur, divina clementia semper generi miserata humano, suae Ecclesiae orthodoxae opportune subveniens, viros misit plurimos, sanctitate et scientia praeditos, virtutibus redimitos, tempori convenientes, qui, velut divini gregis arietes, rectum iter gregi suo ducatumque praeberent, et bonis adhortantibus operibus et exemplis hominum titubantes animos roborarent, aut martyrii gloria aut vitae integritate, seu errorum gentiliun-

Deus multos viros sanctos pro homin salute.

et haereticorum confutatione, vel divinae virtutis et promissae felicitatis aeternae praedicatione, eidem sacrosanctae Ecclesiae praesidia maxima et adiumenta tribuerent.

Et mox suscitavit S. Vincentium ad confutandum errores infidelium, quorum copia agetur

§ 2. Atqui eiusdem praedecessoris temporibus, cum in occiduis partibus indaeorum maxime et infidelium multitudo crevisset, ac literis et divitiis affluerent propemodum, tremenda quoque dies illa novissima oblivioni pene tradita esset, divinae providentiae altitudo suae praeclaris viris eandem Ecclesiam instaurare et decorare disposuerat, pro ipsorum salute fidelium, Vincentium Valentinianum, Ordinis fratrum Praedicatorum et sacrae theologiae eximium professorem, aeterni Evangelii in se documenta habentem, veluti athletam strenuum, ad indaeorum eorundem saracenorumque et aliorum infidelium confutandos errores, et extremi tremendique iudicii diem, quasi alterum angelum volentem per coeli medium, pronuntiandum evangelizandumque sedentibus super terram, tempore opportuno, transmisit, ut in omnes gentes, tribus et linguas, populos et nationes, verba salutis diffunderet, regnum Dei, diemque iudicii appropinquare ostenderet, et aeternae vitae semitam demonstraret. Cum vero tunc tanti viri excellentiam, qui id gratia consecutus est, quod Angeli naturaliter sortiuntur, ipsius quoque vitae et conversationis actus, idem Callistus praedecessor, ad aedificationem fidelium et posterorum memoriam, ex parte aliqua recensere decrevisset, prout compertum et notissimum habuit, eundem praeclarum virum Vincentium in amplissima Hispaniarum urbium, Valentia scilicet civitate, ex christianis et honestis parentibus ortum alitumque fuisse, et ab ineunte aetate eor senile gessisse testatur.

Qui aetatis ante habitum Fratrum Praedicatorum suscepit.

§ 3. Qui, dum caliginosi huius saeculi labilem cursum, pro ingenii sui modulo, consideraret, et iam suae aetatis annum decimum octavum attingeret, Religionis

habitum Ordinis memorati summa cum devotione recepit, ac demum regulari professione solito more emissa, sacris literis tam efficacem operam dedit, ut magisterio in eadem theologia facultate dignus ab omnibus censeretur, et ob hoc ipsius magisterii insignia consecutus est.

et deinde magisterium theologiae consecutus fuit.

§ 4. Ac deinde, solita in talibus obventa licentia, verbum Dei praedicare et aeternae beatitudinis semina cordibus fidelium infundere, errores denique et perfidiam indaeorum et infidelium eorundem confutare coepit mirum in modum, ratione ostendens quam terribilis iudex in ipso extremo iudicio reprobis et iniquis Redemptor ipse futurus sit. In quibus quidem salutiferis praedicationibus et laudabilibus actibus usque adeo perseverans, ac multas Hispaniarum, Galliarumque ac Italiae provincias, quasi novum sydus, peragrando illustrans; tandem in Britanniae civitate Venetensi, septuagesimum eiusdem aetatis annum transcendens, praedicationis et vitae cursum devotissime consummavit.

Verbum Dei postea praedixit, infidelium errores confutavit, quo usque annum transcendens 70, in Domino obdormivit.

§ 5. Ac postquam Dens, qui non permittit, quae Ecclesiae suae sanctae profutura conspicit, conculcari, aut abscondita latere sub modio, eos, qui, praedicatione ipsius divini viri, spiritualium et corporaliu sanitatum beneficia receperant, inspiravit quod sanctitatis insignia, quae in ipso divino viro cognoverant Sedi Apostolicae nunciarent, ipsamque de eiusdem sancti viri operibus informarent.

Nonnulli dicunt, viri signa Sedi Apostol. nunciarent;

§ 6. Itaque eolendae mem. Ioannes et Petrus, quondam Britanniae duces, ac praelati et alii ipsius ducatus devotae personae, multique aliarum provinciarum devoti viri, apud quos vivens praelatus Vincentius Dei verbum seminaverat; fratres quoque Ordinis memorati Sedem praedictam iteratis vicibus interpolatisque temporibus adiere, tenente locum eiusdem clavigeri felicitis recordationis Martino V, ac postmodum Eugenio IV et deinde Nicolao V, Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris.

Et apud Martin. V, Eug. IV et Nicolaum V hoc idem ducis et praelati Britanniae egerunt.

Reges quoque et generalis Ordinis alique testificati sunt praeclara merita et miracula S. Vincentii, etc.

§ 7. Sed clarae mem. Ioannes Castellæ et Legionis, ac Alphonsus Aragonum, reges illustres, multique alii Ecclesiarum praelati ac viri nobiles saeculares, universitates quoque studiorum ac civitatum, necnon dilectus filius Martialis Auribelli, dicti Ordinis generalis magister, nomine ipsius Ordinis, eandem Sedem cum instantia pulsaverunt, affirmantes quod insignis vir ipse, dum in humanis egit, vocibus prophetarum verbisque evangelicis ita inhaesit, ut praecepta firmiter servaret divina, et consilia minime praeteriret. Divinae quoque laudis praeco maximus, ac iniquitatis humanae reprehensor fuit; delegatoque sibi praedicationis officio ita functus est, ut, necessariis ad vitae tutelam contemptis, nedum in futurum, sed nec in diem laboravit, illa veste, illo habitaculo, illo cibo contentus, quae Dens sibi in tempore praeparabat; nullum munus, etiam oblatum, recipiebat, sed apud offerentes dimittebat, aut pauperibus erogari consuebat. Tantus in eo gratiae fulgor apparuit, tanta Spiritus Sancti abundantia in eo fuit, tot de ore praedicantis speciosissimae veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis iudaeos, in lege etiam peritissimos, qui Christum pertinaciter venisse negabant, ad fidem catholicam converteret, et efficacissimos multos ex eis praedicatores Adventus Christi, Passionis ac Resurrectionis, et pro Christi nomine mori paratos fecit. Tanta in ipso viro divino fuit auctoritas dicendi, tantaque gravitas, ut terrenis rebus luxuriae deditos homines, adeo iudicii futuri timore concuteret, ut terrena despicerent et amarent caelestia, ac levitates et luxus omnium in Dei provocaret affectum. Omni die missam cantavit, omni die praedicavit, omni die (nisi urgens adesset necessitas) ieiunavit. Consilia sancta et recta nulli denegavit, immo ultro obtulit, carnes non comedit, vestem lineam non induit, manus super aegros frequentissime miraculose sanitate

secuta imposuit, mores castissimos servavit, multosque strenuos actus fecit, ubi maxime super magnis rebus populos contendentes et regna pace composuit, et ubi vestis inconsutilis Ecclesiae Dei scissa conspiciebatur, ut uniretur et unita servaretur non frustra plurimum laboravit; ac in simplicitate et humilitate ambulans, detractores persecutoresque suos cum mansuetudine recipiebat et informabat. Per ipsum quoque divina virtus, ad confirmationem suae praedicationis et vitae, tam per manus ipsius impositionem, quam reliquiarum suarum vestiumque tactum, ac votorum emissionem, multa miracula ostendit. Spiritus namque immundos eiecit; surdis auditum, mutis loquelam restituit; caecos illuminavit, leprosos mundavit, mortuos suscitavit, aliosque variis detentos languoribus miraculosissime liberavit.

§ 8. Quorum omnium efficax assertio fuit, quod idem Nicolaus praedecessor, plene de fama fidei et excellentia vitae atque miraculorum ipsius informatus, volens ad ulteriora procedere, iuxta S. R. E. morem, venerabilibus fratribus nostris, tunc suis, Gregorio episcopo Hostiensi et eidem Callisto praedecessori, tunc in minoribus constituto, ac Ioanni S. Angeli diacono cardinali commisit quod, de veritate fidei et excellentia vitae ac miraculorum gratia, se aut eorum aliquem in Curia, extra vero per iudices ab eis deputandos, diligenter informarent.

§ 9. Qui mandatis praefati Nicolai praedecessoris obtemperantes, et in Curia nonnullis testibus examinatis, extra vero Romanam Curiam, iuxta potestatem eis datam, in civitate Neapolitana venerabiles fratres nostros patriarcham Alexandrium, archiepiscopum Neapolitanum, et episcopum Maioricensem ibidem commorantes; in partibus Delphinatus Vasionensem et Uticensem episcopos ac dilectos filios officialem Avinionensem et decanum Ecclesiae S. Petri Avinionensis; in regno

Hic promotus, Nicol. V informationem praedictorum tribus cardinal. commisit;

Qui processum formarunt, et multa miracula verificata inveniunt.

Franciæ, archiepiscopum Tolosanum, episcopum Mirapicensem ac eorum officiales; in Britannia vero, Dolensem et Maeloviensem episcopos, necnon S. Iacobi et Debusanensis, Dolensis et Nannetensis diocesis abbates, ac Nannetenses et Venetenses officiales subdelegarunt. Qui, iuxta tenorem potestatis eis per commissarios traditæ, testes examinarunt, et dicta ipsorum in scriptis redacta, clausa cum subscriptione notariorum et sigillis eorum, ad Curiam transmiserunt. Et tandem per eosdem cardinales commissarios, inspectis, recognitis ac visis diligenter processibus, inventum est quod in civitate Neapoli viginti octo, in Avinionensi et circumvicinis partibus decem et octo, in regno Franciæ, videlicet Tolosanenses quadraginta octo, in Britannia vero trecenti et decem testes examinati, inter quos nonnulli S. R. E. cardinales, multi episcopi et Ecclesiarum praelati, rex Aragonum præfatus, plurimique alii ex statu sæculari viri nobiles, pluresque alii legum, artium ac sacrae theologiæ baccalarii, licentiati, doctores ac magistri extiterunt.

Nicolao defuncto, Callistus III creatus est Pontifex, qui, cum esset unus de tribus cardinalibus deputatis, alium cardinalem loco sui sufficit,

§ 10. Ac postquam dictus Nicolaus prædecessor, rebus fuerat humanis exemptus, piæ mem. Callistus Papa III, prædecessor noster, dudum ante in minoribus constitutus et unus ex commissariis antedictis, ad apicem Summi Apostolatus assumptus, dilectum filium nostrum Alanum, tit. S. Praxedis, S. R. Ecclesiæ presbyterum cardinalem, loco sui, in huiusmodi negotio deputavit delegatum.

Habuitque in consistoriis secretis relationem verificationem virtutum et miraculorum, indeque ad ulteriora procedi iussit.

§ 11. Et facta eidem Callisto prædecessori per praelatos commissarios relatione fideli in duobus secretis consistoriis de dictis testium examinatorum, reperit omnia quæ, de fide, de excellentia vitæ, de laboribus, moribus castis, de actibus strenuis, de humilitate et simplicitate, ac miraculis ipsius Vincentii dicta fuere, legitime probata. Ideoque, de consilio venerabilium fratrum nostrorum tunc eius-

dem S. R. E. cardinalium, ad ulteriora in canonizatione eiusdem Vincentii procedendum esse decrevit, et deinde, ex more, dicta ipsorum testimonium fecit in duobus consistoriis generalibus publice recitari, ac postea, vocatis eisdem cardinalibus et praelatis, qui in Curia aderant omnes, nemine discrepante, consuluerunt ad canonizationem dicti Vincentii esse merito procedendum.

§ 12. Idem quoque Callistus prædecessor, dicta die, videlicet tertia iunii, pontificatus sui anno primo, in ipsorum cardinalium et praelatorum præsentia, de ipsorum omnium consensu unanimi, pronuntiavit atque decrevit Vincentium præfatum esse canonizandum, quod publice et solemniter faciendum, in festo apostolorum Petri et Pauli proxime sequenti, videlicet tertio kalendas iulii, pontificatus eiusdem anno prædicto, statuit et etiam ordinavit.

§ 13. Postmodum vero, dictus Callistus prædecessor, die solemnitatis apostolorum huiusmodi, ut præfertur, adveniente, tam ex vitæ excellentia, quam miraculorum coruscatione, necnon vera notitia, quam de ipso Vincentio, tunc vivente, habuerat, cum virum comperit assecutum fuisse gratiam, quam Deus omnipotens sanctis et electis suis concessit, et consimilia signa ex eo consecuta fuisse, quæ, ad cognoscendum fideles ac Dei ministros, Veritas in suo Evangelio demonstravit, pro suæ informatione Ecclesiæ, ne posset errare, sic inquit: *Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur; in nomine meo demonia eicient, linguis loquentur novis, super aegros manus imponent, et bene habebunt* (1). Ea propter eum auctoritate apostolica canonizavit, et literarum suarum (si desuper confectæ fuissent) tenore, in sanctorum cathalogo adscribendum esse decrevit.

§ 14. Universos et singulos patriarchas, archiepiscopos, episcopos ceterosque Ecclesiarum praelatos monuit et attente hor-

(1) Marc. xvi, 17 et 18.

Et tandem ad canonizationem deveniend. esse pronuntiavit,

Ipsumque canonizavit, et S. confessor. numero adscripsit.

Eius festum die 6 aprilis celebrari iussit.

tatus est, eis nihilominus iniungendo quod octavo idus aprilis festum eiusdem S. Vincentii, sicuti de uno confessore non pontifice, annis singulis, devote et solemniter celebrarent ac facerent a suis subditis devotione congrua celebrari et etiam venerari, ut pia eius intercessione a noxiis protegi, et sempiterna gaudia valerent adipisci.

§ 15. Miracula vero quae Deus per eundem sanctum fecerat, propter eorum multitudinem, ne modum literarum, si, ut praefertur, confectae fuissent, egrederentur, duxit silentio praetercunda. Mandans processus omnes super illis habitos, in ecclesia domus S. Mariae super Minervam de Urbe dicti Ordinis, ad perpetuam rei memoriam custodiri, et illorum copiam volentibus exhiberi, ac etiam in officio ipsius sancti viri, quoad fieri posset, latius declarari.

§ 16. Ceterum Callistus praedecessor praefatus, ut ad tanti confessoris venerabile sepulchrum et ecclesias, in quibus de eo festivitas celebraretur, eo devotius et affluentius fidelium conflueret multitudo, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui reverenter ac devote ad praedictum sepulchrum et ecclesias in eodem festo annuatim accederent, ipsius suffragia petitori, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisus, septem annos et totidem quadragenas, de iniunctis eis poenitentiis, misericorditer relaxavit.

§ 17. Ne autem, pro eo quod super canonizatione et aliis praemissis eiusdem praedecessoris literae, eius superveniente obitu, minime confectae fuerunt, in posterum valeat de huiusmodi canonizatione et aliis praemissis quomodolibet haesitari, licet ea in basilica Principis apostolorum de Urbe, eisdem cardinalibus, praelatis et multitudine populi circumstantibus, fuerit publicata; volumus et apostolica auctoritate decernimus quod canonizatione et alia praemissa, dicta die, videlicet tertio

kalendas iulii, plenarium sortiantur effectum, ac si sub ipsius diei data eiusdem praedecessoris literae confectae fuissent, prout superius enarratur, quodque praesentes literae, ad probandum plene canonizationem ipsam et omnia alia praedicta ubique sufficient, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§ 18. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae MCCCCLVIII, kalendis octobris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 1 octobris 1458, pontif. anno 1.

III (1).

Appellantes a Summo Romano Pontifice ad futurum concilium, eorumque consiliarii et fautores poenis excommunicationis criminisque laesae maiestatis divinae et humanae subiciuntur.

SUMMARIUM

Plurima oriuntur mala ab appellatione interposita a Rom. Pont. ad futurum concilium. — 1. Illic Pont. eam damnat, et a mandatis Papae provocari prohibet. — 2. Contravenientibus poenas excommunicationis et interdicti et criminis laesae maiestatis infligit. — 3. Sanctio poenalis.

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Execrabilis et pristinis temporibus inauditus tempestate nostra inolevit abusus, ut a Rom. Pontifice, Iesu Christi vicario, cui dictum est in persona beati Petri: *Pasce oves meas, et quodque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis*, nonnulli, spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicii, sed commissi evasione peccati, ad futurum concilium provocare praesumant, quod quantum saeris canonibus adversetur, quantumque reipublicae christianae noxium sit, quisquis non ignarus iurium intelligere potest.

(1) Haec in Edit. Rom. sub numero v (A. T.).

Miraculor. processum in monasterio B. Mariae super Minervam de Urbe asservari praerecepit.

Ecclesias eius visitantibus indulgentias concessit.

Callist. autem III obiit, et bulla desuper non fuit expedita, ideo hic Pontif. eam edidit.

Sanctio poenalis.

Plurima oriuntur mala ab appellatione interposita Rom. Pont. ad futurum concilium.

Namque (ut alia praetereamus, quae huic corruptelae manifestissime refragantur) quis non illud ridiculum indicaverit, quod ad id appellatur quod nusquam est, neque scitur quando futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, et omnis ecclesiastica disciplina et hierarchicus ordo confunditur.

Hic Pontifex eam damnat, et a mandatis Papae proferri prohibet.

§ 1. Volentes igitur hoc pestiferum virus a Christi Ecclesia procul pellere, et ovium nobis commissarum salutem consulere, omnemque materiam scandali ab ovili nostri Salvatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium cunctorumque praelatorum ac divini et humani iuris interpretum Curiam sequentium consilio et assensu, ac certa nostra scientia, huiusmodi provocaciones damnamus, et tamquam erroneas ac detestabiles reprobamus, cassantes et penitus annullantes, si quae hactenus taliter interpositae reperiantur, easque, tamquam inanes ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus et declaramus. Praecipientes deinceps, ut nemo audeat, quovis quaesito colore, ab ordinationibus, sententiis, sive mandatis quibuscumque nostris ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interpositae per alium adhaerere, seu eis quomodolibet uti.

Contravenientibus penas excommunic. et interdicti et criminis laesae maiestatis infligit.

§ 2. Si quis autem contrafecerit, a die publicationis praesentium in Cancellaria apostolica, post duos menses, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, etiam si imperiali, regali vel pontificali praefulgeat dignitate, ipso facto sententiam execrationis incurrat, a qua, nisi per Romanum Pontificem, et in mortis articulo, absolvi non possit. Universitas vero sive collegium ecclesiastico subiacet interdicto, et nihilominus, tam collegia et universitates, quam praedictae et aliae quaecumque personae, eas penas ac censuras incurrant, quas rei maiestatis et

haereticae pravitatis fautores incurere dignoscuntur. Tabelliones insuper ac testes, qui huiusmodi actibus interfuerint, et generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint vel favorem talibus appellantibus, pari poena plectantur.

§ 3. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum voluntatis, damnationis, reprobationis, cassationis, annulationis, decreti, declarationis et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Sanctio poenalis.

Datum Mantuae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, decimo quinto kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 18 januarii 1459, pont. anno 1.

IV.

Erectio Ecclesiae episcopalis civitatis Senarum, in provincia Hebruriae, in Ecclesiam archiepiscopalem.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Causa istius erectionis. — 2. Segregatio Ecclesiae Senensis a provincia Romana, et erectio in archiepiscopatum. — 3. Gratiarum concessio dictae Ecclesiae et eius archiepiscopo. — 4. Clausula derogatoria.

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Triumphans Pastor aeternus, gloriosa sanctorum traditione Patrum, ut suum salvaret populum, directis in monte colloquiis, eruditionis sacratissimae praemisit mysteria, quod ignis in altari sacerdotis confoveatur officio, et ut sine intermissione comburat, ligna ei subicere illius non cesset ministerium studiosum. Altare quippe Dei, cor fidelis habetur cuiuslibet in quo ipsius ardor ignis indesinenter

Prooemium.

experitur, quo velut flammam ardentis necesse est incendere caritatis. Sancta vero et immaculata (quam Pastor ipse, adveniente temporis plenitudine, eius Unigeniti gloriosissimi aspersione sanguinis, fundari, consecrari et aeternaliter stabiliri censuit) mater Ecclesia, ignis eiusdem sacri ductu, flammarum splendore vestita, quo regnavit in Christo, nexus caritatis ipsius compage fideles stringit universos, et Ecclesias alias suas, tamquam adolescentulas, ignis huiusmodi confovet ardoribus, et scintillis adornat claritatis.

§ 1. Nos itaque illius summi directione Pastoris (qui Ecclesiae ac fidelium eorundem nostrae commisit insufficientiae curam, nosque, licet immerito, in ipsius montis verticem, ad Summi Sacerdotis pontificium conscendere voluit) huiusmodi instructi documentis, adolescentulas ipsas eorumque pastores in partem sollicitudinis, consilii coelestis dispositione, vocatos, in caritatis visceribus ardentius complectentes, ut ea summopere nostri ministerii dona congeramus, nostros continue diffundimus cogitatus, per quae ad exaltationem et incrementum intendenda status Ecclesiarum quoque compunctionis antidotis, et amore fulcienda divino corda fidelium eorundem, ignis huiusmodi colens et emundans quidquid humanae fragilitatis suasu offensionis aut contagionis irrepserit, validiores evitare possit afflatus, et pro decoris adolescentulis eisdem (quae Regis habitatio sunt aeterni) speciosiora elargita insignia, gratioribus ipsa mater Ecclesia munita propugnaculis, pulchra veluti et decora Hierusalem filia, gregem depaseat nitidum, caritatis et virtutum radiis fecundius illustratum.

§ 2. Ad venerabilem igitur Ecclesiam Senensem agro irriguo (celebris videlicet et insignis congregationis populique venustate) circumdatam, singularesque huiusmodi congregationis palmites, quos (eis de caeli rore et terrae pinguedine benedicens, qui nunc candidior inter lilia

pascitur) munere et meritis ampliavit, eorumque loca extendit Altissimus, paterna non immerito dirigentes considerationis intuitum; sperantesque quod (eo, qui charismatum largitor est omnium, dirigente Domino, et Spiritus almidici, qui, prout vult, sua dispensat dona, gratiarum imbre refecto, de virtute in virtutem, palmis ipsis, ad illorum aedificationem, tranquillum quoque et prosperum, sub timore divino, confovendum statum, mutuae caritatis vicissitudine) fructus diem affluant ampliores, tantoque Apostolicam (in qua caelestis clavigeri apostolorum Principis successores existimus) Sedem puris iugiter corde et animo venerari, illiusque votivum intendere, successive accuratioribus debeant studiis, quanto copiosiori eius ubertate distenta apostolicorum elargitione munerum, acceptiora congratulentur impendia liberalius acceptasse. Praemissis et nonnullis aliis rationabilibus nostrum ad id animum inducentibus causis, matura super his cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus deliberatione praehabita, de illorum quoque consilio et assensu, ac apostolicae plenitudine potestatis, ad omnipotentis Dei totiusque Curiae supercaelestis laudem et gloriam, fidei propagationem, orthodoxae Ecclesiae universalis divini cultus et omnium fidelium animarum salutis augmentum, Ecclesiam praefatam (quae de provincia Romana esse dignoscitur) a iure metropolitico et Romana provincia huiusmodi omnino segregamus et eximimus, necnon in metropolim, et sedem episcopalem Senensem in archiepiscopalem, auctoritate apostolica, erigimus, eandemque Senensem Ecclesiam, dignitatis metropoliticae honore decorisque titulis, ex specialis dono gratiae decoramus ac etiam insignimus. Necnon venerabili fratri nostro Antonio, episcopo moderno et successoribus suis, dictae Ecclesiae Senensis praesulibus, qui erunt pro tempore, pallium, in signum plenitudinis videlicet

Causa istius erectionis.

Segregatio Ecclesiae Senensis a provincia Romana, et erectio in archiepiscopatum.

pontificalis officii, assignandum fore; Ecclesiamque Senensem metropolitanam, et praefatos praesules archiepiscopos censerit, et perpetuis futuris temporibus nuncupari debere. Archiepiscopalia quoque et metropolitana insignia gerere, iura, iurisdictiones et cetera singula, prout metropolitanis in eorum civitatibus, dioecesibus et provinciis a iure indultum existit, facere, exercere, administrare et exequi posse, eadem auctoritate concedimus. Neque filias nostras praedictas Suanensem, Clusinensem et Grossetanensem et Massanensem Ecclesias, cum suis civitatibus et dioecesibus, iuribus et pertinentiis universis, Ecclesiae Senensi et archiepiscopis praefatis, tamquam illorum metropolitanis et de eorum provincia, ac modernos et pro tempore existentes Suanensis, Clusinensis, Grossetanensis et Massanensis Ecclesiarum praefatarum episcopos, neque Ecclesias ipsas, quae, videlicet Suanensis, Clusinensis et Grossetanensis, Romanae, neque videlicet Massanensis Ecclesia, huiusmodi Pisanensi Ecclesiae subiectae existunt, ab eisdem Romanae et Pisanae Ecclesiis et eorum provinciis omnino segregamus, illasque Suanensem, Clusinensem, Grossetanensem et Massanensem praefatis archiepiscopis, pro eorum suffraganeis, perpetuo subiicimus et subiectas esse volumus per praesentes. Ita quod archiepiscopi Senenses in eisdem Suanense, Clusinense, Grossetanense et Massanense civitatibus et dioecesibus ius metropolitanicum sibi vendicent, neque Suanensis, Clusinensis, Grossetanensis et Massanensis episcopi praefati eisdem metropoli et archiepiscopis ad omnia et singula habeantur et sint adstricti, ad quae suffraganei suis metropolitanis Ecclesiis ac metropolitanis tenentur et obligati indicantur secundum canonicas sanctiones.

Gratiam concessio dictae Ecclesiae et eius archiepiscopo

§ 3. Volentes praeterea et etiam stantes quod archiepiscopi et Senensis Ecclesia praefati omnibus et singulis privilegiis, exemptionibus, gratiis et indultis

apostolicis ac aliis quibuscumque potantur et gaudeant, quibus de iure archiepiscopi Ecclesiaeque metropolitanae et eorum capitula utuntur, potiuntur et gaudent, neque Ecclesia Senensis praefata et illi qui ei haecenus praesuerunt ante erectionem huiusmodi, etiam de consuetudine, quomodolibet uti poterant, potiri et gaudere. Quodque suffraganei praefati ac eorumdem Suanen., Clusinen., Grossetanen. et Massan. civitatum dioecesiumque clerici et laici, praefatis archiepiscopis, veluti ipsorum metropolitanis, debitas exhibeant obedientiam, reverentiam pariter et honorem. Et insuper irritum ex nunc decernimus et inane, si secus super his, a quacumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 4. Non obstantibus, quod Ecclesiae ipsae, ut praefertur, subiectae fuerint, ac constitutionibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus Ecclesiarum praefatarum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula derogatoria.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Senis, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, decimo kalendas maii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 22 aprilis 1459, pontif. anno 1.

V.

Praecedentia episcoporum aliorumque ad cathedrales Ecclesias electorum ac protonotariorum apostolicorum.

SUMMARIUM

Praecedentia episcoporum. — Limitatio.

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cum servare in rebus ordinem atque modum ad Romanum Pontificem maxime pertineat, ordo vero in eo potissimum

Praecedentia episcoporum.

consideretur, ut, secundum suam quique dignitatem, aut praecedant, aut sequantur, habita cum venerabilibus fratribus nostris sacrosanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus exacta et diligenti deliberatione, auctoritate apostolica, tenore praesentium, de eorundem fratrum nostrorum consilio pariter et assensu, statuimus, decernimus, ordinamus atque mandamus ut notariorum nostrorum (quos vulgo protonotarios, quasi per excellentiam quamdam non ab re consuetudo vocitat) nullus deinceps episcoporum venerando sanctoque ordini, tanquam honorabiliorem, sese audeat anteponere.

Limitatio.

Sed in cappella quidem nostra, in banco seu scamno secundo, post episcopos, seorsum sedeant, secundum ordinem institutionis eorum. In consistoriis vero publicis (ubi, de rebus quae gerunt, ut authentica conficiantur documenta, rogari consueverunt) quatuor ex eis qui numerarii dicuntur, aut, ipsis absentibus, totidem ex aliis, secundum institutionem eorum seniores, iuxta gradum apostolici solii, honorabiliorem teneant locum, Sedique nostrae proximiores assideant. In aliis autem locis, tam in Curia quam extra, ubique gentium atque terrarum, archiepiscopos et episcopos omnes notarii nostri sequantur eisque cedant, et quod in episcopis sancimus, ad Ecclesiarum cathedralium, auctoritate apostolica, electos pariter et confirmatos extendimus.

Nulli ergo etc.

Datum Mantuae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, pridie idus iunii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 12 iunii 1459, pontif. anno 1.

VI.

Erectio Universitatis Nannetensis (1).

SUMMARJUM

Praefatio. — 1. Cathedralium numerus in Britanniae ducatu. — 2. In civitate Nannet.

(1) Ex Historia Univers. Parisien. Balaei, tom. v, pag. 661.

Bull. Rom. Vol. V.

20

net. Universitatem erigi mandat. — 3. Episcopus Nannet. Universitatis cancellarius deputatur. — 4. Gradus et insignia recipiendi facultas. — Eisdem praerogativae et privilegia conceduntur. — 5. Commissio episcopo pro tempore ut concessis privilegiis eos uti faciat. — 6. Conclusiones.

**Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Inter felicitates, quas mortalis homo in hac labili vita ex dono Dei nancisci potest, ea non in ultimis computari meretur, quod per assiduum studium adipisci valeat scientiae margaritam quae bene beateque vivendi viam praebet, et peritum ab imperito sua preciositate longe facit excellere, et ad mundi arcana cognoscenda dilucide inducit, suffragatur indoctis, et in infimo loco natos inducit in sublime. Et propterea Sedes Apostolica rerum spiritualium et etiam temporalium (1) cuiusvis laudabilis exercitii perpetua et constans adiutrix, ut eo facilius homines ad tam excelsum humanae conditionis fastigium acquirendum, et acquisitum in alios refundendum semper cum augmento quaesiti facilius inducantur; cum aliarum rerum distributio massam muniat (2), scientiae vero communicatio quantum in plures diffunditur, tanto semper angeatur et crescat, illos hortatur, eis loca praeparat et opportunae commoditatis auxilia impartitur, catholicorum principum votis favorabiliter annuendo.

Praefatio.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius nobilis vir Franciscus, Britannum dux, sui ducatus Britanniae, in quo novem Ecclesiae cathedrales, civitates insignes, et totidem dioeceses ab invicem distinctae, notabilia monasteria et beneficia ecclesiastica, saecularia et regularia, copiosusque, tam ecclesiasticorum quam saecularium, nobilium et ignobilium populi numerus consistunt, ac eiusdem populi statum prosperari cupiens, ac cognoscens quod, si in aliqua civitate earundem Studium vigeret literarum generale, quam-

Cathedralium numerus in Britanniae ducatu.

(1) Bulaeus hic addit *provida ministratrix* (n. r.).

(2) Leg. f. *minuat* (n. r.).

plures eiusdem populi, quorum aliqui studiorum literarum per eos inceptorum desertores elliciuntur, alii vero qui ipsi studio operam dare cogitant, ab eo retrahuntur, perfectam acquirerent scientiae margaritam, non mediocriter ipsi statui profuturam; cupiat, pro rei publicae ac incolarum eiusdem ducatus aliorumque ad ipsam margaritam anhelantium utilitate, in una ex civitatibus ipsis uberrima, videlicet Nannetensi, ad quam flumen Ligeris, spatio ducentorum milliarium et ultra navigabilis, a partibus Franciae et deinde ad portum maris ipsi civitati Nannetensi multum accomodum tendit, et per quod omnia vitae humanae necessaria, ad eandem civitatem navali et carbassorum usu veli possunt, et in qua aeris temperies viget, victualium ubertas, ceterarumque rerum ad usum vitae humanae huiusmodi pertinentium copia reperitur, plurimum desideret fieri et ordinari per eandem Sedem Studium generale in qualibet licita facultate.

§ 2. Nos igitur, praemissa et etiam eximiam ipsius ducis et praedecessorum Britanniae principum fidei devotionem et sinceritatem, quam ad nos et Romanam Ecclesiam, cui semper plenarie ac constanter obedivisse sine varietate comprobantur, attente considerantes, ferventi desiderio ducimur quod ducatus praedictus scientiarum ornatur muneribus, ita ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus et diversarum facultatum dogmatibus conditos, sitque ibi fons irrigans, de cuius plenitudine hauriant universi christifideles, undique illuc affluentes et literarum documentis insistentes. Horum igitur consideratione inducti, ad laudem divini nominis et orthodoxae fidei propagationem, (1) reipublicae et partium earundem commodum atque profectum:

Auctoritate apostolica concedimus, statuimus et ordinamus quod in dicta civitate Nannetensi de caetero sit et perpetuis

(1) Bulaeus hic addit *ipsius* (n. T.).

futuris temporibus vigeat Studium generale et Universitas existat Studii generalis tam in theologia quam in iure canonico, civili et medicina, quam quavis alia licita facultate, in quibus, sicut in Parisiensi, Bononiensi, Avenionensi, Senensi et Andegavensi generalibus Studiis, ecclesiastici quicumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentes et laici, magistri et doctores doceant, et studere volentes, undecumque fuerint, studeant et proficere ac benemeriti baccalaureatus, licentiae, doctoratus et magisterii et quoscumque alios gradus recipere, illis sic benemeritis impendi valeant atque possint.

§ 3. Volentes et ordinantes quod venerabilis frater Guillelmus, modernus, et pro tempore existens, episcopus Nannetensis, sit Studii et Universitatis huiusmodi cancellarius, qui, aut per eum seu, sede Nannetensi vacante, per capitulum, quoad hoc deputatus vicarius, in qualibet dictarum facultatum commendabilis vitae scholaribus, quos ad hoc rector Studii, regentes magistri sive doctores facultatis, in qua graduati singuli postulabunt, seu maior pars eorum idoneos reputaverint, baccalaureatus et licentiae gradus conferat, ac singuli ipsius Studii magistri sive doctores in facultatibus, in quibus ibidem rixerunt, aliis cum rigore examinis licentiatibus quibuscumque magisterii sive doctoratus insignia, de consilio et assensu aliorum doctorum sive magistrorum praefatae facultatis, inibi impendere sive dare valeant; et ex tunc illi qui insignia huiusmodi receperint, licentiam habeant tam in praedicto, quam ubique terrarum quocumque alio Studio, absque alio examine aut approbatione, legendi, docendi et cetera faciendi, quae magistri et doctores in altero dictorum Studiorum facere possunt; ac quod ipse cancellarius seu vicarius, et qui pro tempore rector ipsius Studii fuerit et doctores inibi residentes, vocatis secum, in competenti numero, prout eis videbitur, de qualibet facultate aliquibus licentiatibus et scholaribus provi-

Episcopus Nannet. Universitatis cancellarius deputatur.

In civitate Nannet. Universitatem erigi mandat

dis dieti Studii Nannetensis ac duobus ad minus de ducis Britanniae pro tempore existentis consulariis, pro felici directione dieti Studii salubria statuta et ordinationes concedere (1) possint. Super quibus omnibus et singulis, auctoritate apostolica et ex certa (2) scientia, facultatem et etiam potestatem concedimus per praesentes.

Gradus et insignia recipienti facultas.

§ 4. Praeterea omnibus et singulis magistris, doctoribus, licentiatibus, scholaribus et studentibus ac studere volentibus licentiam elargimur ad ipsam civitatem Nannetensem accedendi et inibi legendi, docendi et studendi, ac gradus et insignia huiusmodi modis praemissis recipiendi et impendendi; necnon ipsis pro tempore regentibus vel studentibus et qui gradus vel insignia huiusmodi receperint, quod ipsi omnes et singuli omnibus et singulis praerogativis, privilegiis praeminentiis, antelationibus, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, honoribus et indultis per nos et praedecessores nostros Romanos Pontifices et alios, quavis (5) apostolica, ecclesiastica vel mundana auctoritate sive potestate quovis modo concessis et ab eis emanatis. Quorum omnium et hae desuper confectarum litterarum, et inde secutorum quorumcumque formas, continentias et tenores, ac si de illis et eorum singulis specialis, specifica et expressa mentio et designatio, necnon tenorum eorumdem de verbo ad verbum insertio facta foret, praesentibus haberi (4) pro expressis, quibus Parisiensis, Bononiensis (5) et Andegavensis generalium Studiorum Universitates, ac in eis graduati, scholares et studentes uti, frui et gaudere possint, valeant et debeant (6) pariformiter, et absque ulla differentia perinde in omnibus et per omnia, ac si illae praerogativae, privilegia, praeminentiae, antelationes, voluntates, indulta, libertates, exemptiones, immunitates, honores et

Eisdem praerogativae et privilegia conceduntur.

concessionibus ipsi Studio Nannetensi ac in eo legentibus, studentibus et graduatis, scholaribus et suppositis specialiter et expresse concessa forent et in eorum favorem emanassent.

§ 5. Et insuper, ut eo ferventius ipsi magistri, doctores et studentes in dieto Nannetensi Studio erga studia valeant insudare, quo adversus eorum turbatores vivacis protectoris suffragio cognoverint se munitos, moderno, et qui pro tempore fuerit, episcopo Nannetensi praefato per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus praedictis magistris, doctoribus, scholaribus dieti Studii Nannetensis et in illo graduatis efficacis defensionis, protectionis auxilio et praesidio existens, per se vel alium seu alios faciat eosdem magistros, doctores, graduatos, scholares et studentes praemissis praerogativis, privilegiis, praeminentiis, antelationibus, voluntatibus, concessionibus, honoribus et indultis pacifice et quiete uti, frui et gaudere. Nec permittat illos contra ea et praesentium nostrarum litterarum continentiam et tenorem, vel alias a quoquam, quavis auctoritate, etiamsi regali aut archiepiscopali vel alia ecclesiastica vel mundana praefulgeat dignitate, impeti seu etiam indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia iniris remedia, quibuslibet appellationibus postpositis, comescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis; non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae octavi, praedecessoris nostri, illa praesertim, qua cavetur ne quis extra suam civitatem vel dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diaetam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, sive ne iudices a Sede Apostolica deputati extra civitatem et dioecesim in quibus fuerint deputati contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vires (1) suas committere, seu aliquos extra suam civitatem et dioecesim, evocare praesentibus.

Commissio episcopi pro tempore ut concessis privilegiis eos uti faciat.

(1) Bulaeus hic legit *condere*. (2) Addit hic Bulaeus *nostra*; et loc. seq. add. (3) *etiam* - (4) *volumus* - (5) *Senensis* - (6) *Seque illis defendere possint, valeant et debeant* (R. T.).

(1) Bulaeus hic legit *vires suas* (R. T.).

sumant, et de duabus diaetis in concilio generali edita, ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, aut si aliquibus, communiter vel divisim, a dicta su Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, seu quod Studia generalia, nisi ab aliis Studiis similibus ad certam locorum distantiam remotis locis, erigi non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; ac aliis privilegiis quibuscumque quibusvis aliis generalibus Studiis concessis, et eorum statutis et consuetudinibus etc. (1), iuramento et apostolica auctoritate roboratis, illis praesertim quibus forsitan in eisdem studentes sive licentiati, quod alibi ratione Studii non resideant, vel gradum sive insignia non recipient antedicta, iure iurandi religione affirmari distinguantur (2); quidem iuramenta haecenus praestita dumtaxat penitus tollimus, et ad illorum observantiam non teneri, auctoritate et scientia similibus decernimus, ac ipsa iuramenta habemus et haberi volumus pro infectis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Conclusiones.

§ 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, concessionis, commissionis, mandati, constitutionis et voluntatis infringere etc.

Datum Senis, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo, pridie nonas aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 4 aprilis 1460, pontif. anno II.

VII (5).

Contra homicidas, vel de homicidio condemnatos aut diffamatos, ditioni Sanctae Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectos.

(1) Bulaeus legit etiam, loco etc. (2) Cum Bulaeo legimus *distringantur* (n. r.). (3) Haec in Edit. Rom. sub num. x., turbato etiam anno pontificatus, qui tertius, uti nos posuimus, non quartus fuit (n. r.).

SUMMARIUM

Homicidii crimen detestabile est. — 1. Causa huius constit. — 2. Constitutiones ergo edidit hic Pont. in quibus — 3. Homicidas iubet exulare etiam habita pace; eisque remissionem aut saluum conductum ab officialibus concedi non posse. — 4. Appellationis remedium aufert. — 5. Homicidas condemnatos aut diffamatos plures poenas incurrere declarat, etiam si ab officialibus remittantur.

Pius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad retinendas insolentias transgressorum, si nervus publicae disciplinae lentescit, eorum ad peccandum voluntas fit laxior, et exemplum impunitatis periculosius in alios derivatur, propter quod ad praesidentis officium pertinet talem adhibere iustitiae severitatem et debitam executionem, quod commissa crimina puniat, et committendorum in posterum interdicat audaciam.

Homicidii crimen detestabile est.

§ 1. Cum autem ad audientiam nostram pervenerit quod, a certis annis citra, in nostris et Ecclesiae Romanae terris, locis et tenimentis, nobis et Ecclesiae praedictae mediate et immediate subiectis, quamplurima, quandoque etiam ex levibus causis, commissa esse reperiantur homicidia, sitque inter alia crimen homicidii perniciosum et detestabile, debeatque, iuxta canonicas sanctiones, gravi animadversione puniri, tantoque severius puniendum et extirpandum, quanto manifestius cognoscimus quod ex eo, ut plurimum, scandala et mala plurima subsequantur.

Causa huius constitutionis.

§ 2. Cupientes ideo, ex debito pastoralis officii, quod nostri et Ecclesiae Romanae praedictae mediate et immediate subiecti, iuxta piam dispositionem Regis pacifici, qui regnat in coelis, pacifici sint et modesti, nonnullas, pro huiusmodi crimine homicidii debite puniendo, edidimus constitutiones infrascriptas, quas ad hoc, ut aliquis de eisdem ignorantiam praetendere non possit, volumus per omnes et singulas civitates, nobis et Ecclesiae Romanae praedictae mediate vel immediate subiectas, publico praeconio publicari,

Constitutiones ergo edidit hic Pontif., in quibus

mandantes ac, auctoritate apostolica, tenore praesentium decernentes, omnes et singulos, iuxta constitutionum earundem determinationem, obstrictos esse ad observationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimatae forent, cum non sit verisimile quod ad eorum notitiam non de-
venerit quod extitit tam publico praeconio patefactum. Tenor vero constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur et est talis, videlicet.

§ 5. Sanctissimus Dominus noster, intendens quieti patriae consulere, et ipsam sicariis, homicidis et malefactoribus expurgare, statuit et decrevit quod omnes illi qui pro delicto homicidii fuerint condemnati, seu alias de civitate aliqua et districtu illius banniti, non possint ad civitatem seu districtum huiusmodi quocumque tempore redire, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab haeredibus vel consanguineis seu filiis ipsius occisi, nec legatus, etiam de latere, aut gubernator qui pro tempore fuerit, vel quisvis alius possit, auctoritate apostolica seu ex officio suae legationis, aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere seu revocare ad civitatem vel districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam vel salvum conductum concedere redeundi seu morandi in eis vel eorum altero, in perpetuum, vel ad tempus modicum sive magnum, nec etiam per diem unum sive noctem, quod si secus per quemquam ex supradictis factum fuerit, incidat in poenam excommunicationis ipso facto, sine ulteriori sententia declarationis, a qua per alium quam per Summum Pontificem (et tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolvi, ac reductio, licentia, revocatio, salvus conductus et cassatio processus et banni huiusmodi sint, ipso iure, nulla nulliusque roboris vel momenti; incidat etiam in poenam ducatorum mille Camerae Apostolicae applicandorum, quam thesaurarius, cui hoc secreto vel publice fuerit denunciatum, retineri faciat

Homicidas iubet exulare etiam habita pace, eisque remissionem aut salvum conductum ab officialibus concedi non posse.

et mandet, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato; quod si non fecerit, thesaurarius ipse eandem sententiam excommunicationis, ipso facto, cum eisdem qualitatibus, incurrat; ipseque sic rebannitus, reductus, revocatus sive alio quocumque modo reversus, possit et debeat capi, detineri et incarcerari, et de ipso, secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per gubernatorem, potestatem et alios officiales ad quos spectat seu pertinet, incontinenti, sine ulteriori licentia, notificatione et requisitione superioris vel alterius, sub poena ducentorum ducatorum auri Camerae Apostolicae applicandorum vel retinendorum, quam thesaurarius praefatus, simili modo et forma, ac sub similibus censuris, faciat retineri, prout superius est expressum. Hoc autem extendi voluit ad eos qui, revocati, rebanniti, vel alias quomodocumque remissi fuerint, quacumque auctoritate seu licentia (praeterquam ex speciali commissione seu mandato Romani Pontificis, contento in literis authenticis et bulla plumbea munitis, a duobus mensibus, citra, termino dierum quindecim, quo possint de civitate libere recedere, eis concessa), vel qui in futurum rebannientur, revocabuntur, seu alias remittentur per quemcumque, quavis auctoritate praedicta, sub poenis pecuniariis et aliis ecclesiasticis censuris de quibus superius est dictum.

§ 4. Item, quod quaecumque appellationes interpositae vel interponendae ab huiusmodi vel aliis sententiis, sive gravaminibus contra homicidas latis, vel a processu contra eos facto, etiam si lis vel iustantia super eis pendeat, et inhibitiones vigore ipsarum emissae per auditorem Camerae, vel alium quemcumque ordinarium vel delegatum, sint nullae et invalidae, nec ad ulteriora super eis, vel ipsarum vigore, procedi possit ac debeat: quinimmo appellationes, lites et causae huiusmodi censeantur advocatae, extinctae

Appellationis remedium auferit (1).

(1) Ad hoc vide omnino Pii IV Const. LII, *Et si cuncta*.

et invalidae, nec potestates vel alii officiales inhibiti, huiusmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentibus, censuris et poenis in eis contentis adstringantur, immo teneantur et debeant, sub poenis suppositis, ad executionem sententiarum latarum procedere. Possit tamen in causis aliis, a iure vel statuto permissis, appellari ad gubernatorem civitatis seu provinciae; qui infra mensem causam definire teneatur, quo elapso, appellatio, inhibitio et instantia super eis sint nulla; et libere, sine impedimento, possit fieri executio sententiae vel banni, ac si non fuisset inhibitum et appellatum; quodque banniti et condemnati propter huiusmodi crimen homicidii, censeantur et sint banniti ab omnibus circumvicinis usque ad milliaria quinquaginta, intra quae, si reperti fuerint, possit et debeat capitalis sententiae sive condemnationis pecuniariae executio fieri contra eos per potestates et alios officiales civitati, districtui et loco praesidentes, sub poenis pecuniariis, simili forma imponendis.

Homicidas condemnatos aut diffamatos plures poenas incurere declarat, etiam si ab officialibus remittantur.

§ 5. Item, quod omnes et singuli homicidae, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati seu condemnati (etiam si de delicto huiusmodi, ex forma statutorum, non possit inquiri, vel aliqua poena imponi, vel etiam si ipsius delicti vel poenae, pro eo interposita auctoritate apostolica vel alterius ab ea vel a Romano Pontifice potestatem habentis, sit facta remissio, cassatio, processus et sententia annullata, vel alias quomodolibet dispensatum, per viam gratiae seu iustitiae, in toto vel in parte) non possint habere officia vel dignitates in quibuscumque locis, civitatibus et terris, a quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum originemque habuerint, seu aliam moram traxerint vel resederint, etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel alias eorum

sententia seu condemnatio, sive processus cassatio, irritatio, vel alias pro infectis habiti; sed perpetuo sint infames et omni dignitate privati, nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, non admittantur ad iudicandum seu ad aliud officium exercendum, et ab omnibus actibus legitimis sint perpetuo suspensi; quinimmo, si huiusmodi officia acceptaverint, exercuerint seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi quam gubernator, legatus aut superior qui eum elegerit, vocaverit aut ipsum officium exercere seu ei praesse passus fuerit, poenam quingentorum ducatorum auri ipso facto incurrat et sua gubernatione privetur, nec gesta, in iudicio vel extra iudicium, tam per eum qui admissus fuerit ad officium; quam per eum qui illud ab eo exercere passus fuerit, de cetero valida sint et robur obtineant, quinimmo sint nullius roboris vel momenti; et si ecclesiasticae personae fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, sine ulteriori declaratione, a qua non possint, praeterquam a Romano Pontifice, cum speciali delicti sive transgressionis huiusmodi expressione, absolvi. Et thesaurarius Camerae, sine aliqua requisitione seu notificatione aut inhibitione vel monitione, salarium eisdem vel alteri debitum retinere debeat, si ab eo debeatur; si vero non debeatur, mandare potestati, gubernatori vel alteri ad quem spectat, ab eis vel eorum altero exigi et satisfieri sub eisdem censuris et poenis, prout superius est expressum.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, v kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 28 ianuarii 1461, pont. anno III.

VIII.

Canonizatio S. Catharinae de Senis eiusque relatio in catalogum Ss. virginum, et festivitatis institutio pro prima dominica mensis maii.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Homo aequalem se Deo facere voluit. — 2. Salvator autem Christus ex semine Abraham nasci et crucis mortem subire, et humanam naturam salvare dignatus est. — 3. Homo tamen magis ingratus est, et multi a fide catholica deviant. — 4. Semper tamen fuerunt aliqui viri Deo accepti qui eius iram placarunt. — 5. Maxime beatus Bernardinus Senensis qui religionem S. Francisci ingressus fuit, innocentemque vitam duxit et miraculafecit, et ideo a Papa Nicolao Canonizatus. — 6. Catharina virgo, etiam Senensis, angelicam in terris vitam duxit. — 7. Urban. VI, Innoc. VII et Greg. XI volebant eam canonizare, sed ob varias perturbaciones non potuerunt. — 8. Ille ideo Pont. Catharinam, non quia Senensem, sed quia meritis praeclaram cognovit, et Fridericus imp. et Paschalis dux Venetiarum apud istum Pont. pro hac canonizatione institerunt. — 9. Dum Senis commorabatur, ad preces sibi porrectas, in publico consistorio inquisitionem fieri super vita et miraculis Catharinae iussit. — 10. Et ex relatione habitum fuit a commissariis quod, in inquisitione, fuerunt verificata quae hic continentur. — 11. Vitae Catharinae Senensis ac aliquorum miraculorum compendium. — 12. Catharina obiit Romae annum agens trigesimum tertium. — 13. Et sepulta fuit in ecclesia S. Mariae supra Minervam, et miraculis claruit. — 14. Vota de canonizanda B. Catharina data sunt. — 15. Pont. in basilica S. Petri, caeremoniis peractis, Catharinam canonizavit et inter sanctas virgines collocavit; — 16. Statuitque eius festum pro prima dominica maii; — 17. Et indulg. dat eius sepulchrum visitantibus. — 18. Sanctio poenalis.

Pius episcopus servus servorum Dei, universis christifidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Misericordias Domini, quas in dies largius experimur, non satis explicare potest

Prooemium.

lingua mortalis. Vincunt humana eloquia divina beneficia. Nec homini datum est Creatorem suum abunde collaudare, nec si omnes artus converterentur in linguas, quomodo ex nihilo creati, de non esse producti sumus in esse: nec vel lapides, vel plantae, vel animalia bruta, sed rationis participes divinorumque capaces effecti sumus: ac non solum angelis, sed ipsi quodammodo invisibili et excelso Deo similes, gloria et honore coronati, super omnia opera eius imperio potiti. Verum, si nos ipsos rebus caeteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta est quam homo. Si Luciferi et sociorum eius superbiam praeterimus, solus inter creata rebellis Deo ingratus homo est. Reliqua omnia divinam pietatem in suo esse collaudant, nec eius unquam praeceptis adversantur, naturae legibus parent et ea peragunt ad quae producta sunt. Terra aratum patitur et suscipiens semina, tanquam sub usuris, multiplicata reddit, et imperio Dei obediens, culta atque inculta humano generi consulit. Saxa in aedificiorum usum recepta praesto adsunt, nec scissa vel excocta resistunt. Fructificant arbores in agro virentes, et posteaquam aruerunt, aut ignem nutriunt, aut aedes tectaque sustinent. Quanta herbarum sive in foliis, sive in radicibus, sive in seminibus, sive in succis inest utilitas? Quanta in fluminibus commoditas? Quanta in lacubus ac maribus, quae dum navigia subeunt, inter remotissimas gentes commercia praestant? Quid animalia cetera, sive aquatica sive terrestria? In omnibus laudatur Deus, dum naturae iussa capessunt. Elementa et sydera faciunt imperata. Sol peragit cursum suum, nec praescriptas zodiaci metas excedit. Nec, alieno lucentes lumine, suo muneri luna deest. Nec errantes errant stellae, certum semper et statutum iter agentes. Omnia in caelo et in terra laudant Deum, et in officio manentia benedicunt ei, nec legi resistunt impositae. Gravia deorsum cadunt, levia

sursum feruntur. Cuncta gratitudinem ostendunt, Deo parent atque naturae; solus homo ingratus, inhobediens ac rebellis inter creata repertus est, perversi angeli unam imitatus. Ille in caelo superbiens Creatorique similis esse cupiens, in abyssum praecipitatus, meditati sceleris poenas dedit.

Homo aequalitatem se Deo facere voluit.

§ 1. Homo de limo factus et in terra positus, sive (1) imbecillitatis immemor, et ipse quoque alta cupere coepit, qui delicto vascens prohibito, per boni et mali cognitionem, aequalitatem cum diis optavit, propter quod de paradiso deliciarum eiectus, in multas aerumnas datus est, et, porta regni coelorum clausa, mors introivit per orbem terrarum, quae nulli hominum parit. Quantum filii Adae ante diluvium aberraverint, et quam procul a divina voluntate recesserint, secuta ultio patefecit, quae omnem carnem aquarum inundatione deleverat, ea excepta, quae cum pio Noe in area salvata est. Ceterum neque in filiis eius nequitia ac perfidia defuit; malignati et ipsi sunt, et in omne prolapsi nefas. Turris Babel in contumeliam Domini coepta est, et ibi labium universae terrae divisum. Ab his bella introducta sunt, rapinae, tumultus, incendia, caedes, adulteria, supra, periuria et idolorum cultus, et quidquid malorum libido aut superbia gignit. Paucissimi usque ad Abraham reperti sunt divinae legis amatores.

Salvator autem Christus ex semine Abraham nasci et crucis mortem subire, et humanam naturam salvare dignatus est.

§ 2. Ille vero, unicum certumque pietatis exemplum, adeo voluntati Dei sese submisit, ut proprium filium immolare non dubitaret. Propter quod in semine eius benedictae sunt omnes gentes. Ex eius liberis non solum prophetae orti sunt, divinae legis praedicatores, sed ipse quoque Salvator Christus, secundum carnem nasci dignatus est, qui, pro salute humani generis, cum in forma Dei esset aequalis Patri, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, et homo factus, taedia carnis subiit, tormenta et cruciatus pertulit. Et

(1) Leg. suae (B. T.).

extremam mortem, non secundum naturam, sed violentam, sed ignominiosam, sed acerbissimam et vix homini tolerabilem in ligno crucis sustinuit. In quo moriens, mortem nostram destruxit et vitam reparavit. Despoliavit inferos, abduxit sanctos Patres, et victor mortis ac diaboli triumphator, caelum iam longo tempore clausum aperiens, ascendit ad Patrem nobisque viam ostendit per quam sequi eum possemus, evangelica lege tradita, et baptismo caeterisque sacramentis apertis, per quae lapsi repararemur et salvaremur.

§ 3. Nec tamen, tot tantisque allecta beneficiis, nostra protervitas ac malignitas conquievit, nec gratum exhibuit animum, nec vitia deseruit homo. Sed quo maiori praeventi sumus munere gratiarum, eo magis ingrati reperimur et ad illicita procliviores. Nam, quomodo sublimem diligimus aut honoramus Deum? Quomodo eius mandata servamus? Quis sacrosancto Evangelio parit? Quae reverentia legum? Quis canonum metus? Quae subiectio erga superiores? Quae charitas erga inferiores? Quis aequitatis, quis iustitiae cultus? Quae religio? Qui mores hominum sunt, qui dicunt in cordibus suis: *Non est Deus?* Alii impia efferunt dogmata, et blasphemias in Deum endunt. Alii, voluptatum servi, nil aliud cogitant, nisi quomodo libidines suas expleant. Alii opibus inhiant alienis. Alii humanum sanguinem sitiunt. Rara innocentia est, eaque parum tuta. Neque propinquitatis iura prosunt, neque scriptae sanctaeque moribus leges. Viribus et fraudibus cuncta obediunt, ita ut neque abs re princeps mundi huius appelletur diabolus, quando pars orbis maior eius arbitrio ducitur. Nam quantum est, quod pseudoprophetae Mahumetis infamia possidet? Orientis praecipuam portionem et Africae maxima regna. Et in Hispania Granatenses et in Graecia multae provinciae, sub Mahumete, Christum blasphemant. Nec parva iudaeorum natio, per orbem terrarum late dispersa, sancti Evan-

Homo tamen magis ingratus est, et multi a fide cathol. deviant.

gellii et christianae legis inimica. Nec desunt in Septentrione atque in Oriente cultores idolorum, in angulum Europae Christianitas redacta est. Nam quamvis per Asiam ac Lybiam christiani non pauci dispersi esse ferantur, non tamen illorum sincera est fides, qui, procul ab Apostolica Sede inter infideles habitantes et cum haereticis communicantes, improba quaedam sapiunt et multis erroribus scitent. Nec christiani qui sunt in Europa, tam re quam nomine christiani existunt. Adumbrata quidem et ficta est multorum religio, sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est qui digna christiano faciat opera? *A fructibus eorum cognoscetis eos*, inquit in Evangelio Dominus. Si vivimus, ut Christus iubet, christiani sumus. Ioannes apostolus, eius filios esse homines asserit, cuius opera faciunt. Si Dei mandata servamus, Dei procul dubio filii sumus; sin diaboli, ad eum pertinemus, dicente Domino: *Vos ex patre diabolo estis*. Dura sententia et tamen vera. Illius quisque filius est et ad eum pertinet, cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati christiani a divinis praeceptionibus procul abierint, et quantum diabolicis suggestionibus adhaeserint, per sese quis intelligit. Interroget quisque conscientiam suam et retroactam ante oculos mentis vitam collocet, et quantum ab officio veri christiani recesserit palam cognoscet. Quae cum ita sint, maxima est summi Dei benignitas et incredibilis misericordia, quae nos tolerat et vivere sinit, expectans ut aliquando conversi redeamus in viam.

§ 4. Sed inventi sunt in omni aetate nonnulli Deo placentes, viri sancti, qui, viventes in carne, desideria carnis vicerunt et caelestem in terra vitam egerunt. Quorum meritis et intercessione sustentata est mundi machina, et comminatus ignis retentus, et ira Dei ultioque suspensa. Nec dubitamus quin hodie quoque aliqui sint accepti Deo, quorum preces caelestem nobis Regem placatum benignumque reddant.

§ 5. Inter alios autem, qui Deo pla-

cuerunt, et divinam nobis clementiam placaverunt, urbs Senae, inter Etruscos nobilis, aetate nostra Bernardinum aluit, qui, nobili loco natus, in adolescentiae flore mundo renunciavit, et ingressus B. Francisci Religionem, cum fratres sui Ordinis procul abiisse ab institutis et Regula patris reperisset, eos acriter correxit. Et cum eos omnes in viam reducere non posset, sequestratis pluribus, quibus Regulam reservare placuit, cum his coenobia frequentavit, quae multa de novo correxit, et sanctissimis institutis reformavit. Circuivit Italiam praedicando, vitia fulminavit, virtutes erexit. Mira eius abstinentia fuit, mira integritas, moderata gravitas, eloquii multa suavitas, multa doctrina. Et quoniam verus erat paupertatis cultor, hostis pecuniae et omnium deliciarum inimicus, semper in eius vultu ingens alacritas emicuit et in mente summa quies, ut qui sola innocentia gaudebat, nullius sibi conscius criminis, scandalis quampluribus in Italia obiavit et multa miracula perpetravit, propter quae, adhuc vivens, sanctus habebatur, et miro plebium colebatur honore, nusquam sine populi frequentia et singulari reverentia receptus. Qui cum apud Aquilam, Marsorum urbem, huius vitae cursum peregisset, a Nicolao quinto, praedecessore nostro, ipso Iubilei anno, cum christianus orbis, ad purgandas vitiorum sordes, frequens Urbem inviseret, inter sanctos Christi confessores relatus est.

§ 6. Fuerat, et in aetate superiori, parentum nostrorum memoria, in eadem urbe et in sexu foemineo, virgo Catharina, non minoris meriti, nec minus accepta Deo. Cuius preces in conspectu praesentis Divinitatis humano generi admodum salutare et olim fuisse et nunc esse et in posterum fore non dubitamus. Nam, sicut peccata malorum hominum ac blasphemia iram Dei super nos provocant, ita et sanctorum opera rogaminaque avertunt. Ve-

(1) Vide Constitutionem huiusce Pontificis, t. v, pag. 101 (R. T.)

Maxime beatus Bernardinus Senensis, qui religionem S. Francisci ingressus fuit, innocentemque vitam duxit et miracula fecit, et ideo a Papa Nicolao V canonizatus est.

Catharina virgo, etiam Senensis, angelicis in terris vitam duxit

Semper tamen fuerunt aliqui viri Deo accepti qui eius iram placarunt,

rum Catarina, quamvis angelicam vitam in terris egerit, et ante annos octuaginta decedens (1), ad coelum migraverit, multisque signis et gloriosis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter sanctas Christi virgines a militante Ecclesia recepta erat. Neque enim Romani Pontifices, qui ante nos fuerunt, id decreverant.

Urban. VI, Inno-
centius VII et Gre-
gorius XI vole-
bant eam cano-
nizare, sed, ob
varias perturba-
tiones, non pu-
tuerunt

§ 7. Voluerat Urbanus sextus hunc ei honorem impartiri, et post eum Innocentius septimus, ac deinde Gregorius undecimus, qui huius virginis et sanctae conversationis eius, praecipuam habuere notitiam. Sed vexati perturbatione schismatis, quod eorum tempore viguit, et multis bellorum turbinibus ac molestiis agitati, divino, ut duximus, consilio id omiserunt, ne saevientia divisionis procella, quod sanctum una obedientia decrevisset, prophanum altera censuisset. Dilata est res usque ad tempora nostra, nobisque huius sacerrimae virginis canonizatio reservata, tamquam contreraneae nostrae atque concivis, ut Senensis virginis sanctitas decreto senensis hominis in Romana Sede sedentis prodiret in lucem.

Ille idem Pontifex
Catharinam non
qua Senensis, in
sed qua merito
praecleara reco-
gnovit,

§ 8. In qua re, non imus inficias affectum nos aliquem sanctum et pium traxisse. Quis est enim, qui suae urbis praecordia, suae patriae laudes, sui generis virtutes, non libenter vulgari procurat, cum id possit rite et honeste facere? Excellentia facta et illustres virtute homines et in omni genere et in omni parte orbi, nemo est qui non cupidum praecornizandi affectum habere videatur, libentius tamen et maiori cum iucunditate, sua in patria et in sua gente. Etsi nos quidem B. Catarinae sublimes dotes, nobile ingenium, divinam mentem, sacratissimam voluntatem in omni natione quam laetissimi vidissemus, laetiores tamen in urbe Senensi, quae nos genuit. Siquidem meritorum eius longe magis peculiariter esse confidimus participes, quam si virgo haec aut in Africa aut in Scythia aut in India nata fuisset. Neque

(1) Die 29 aprilis, an. 1380, aetatis suae an. 53.

eum fieri potest, quin sanctorum propinquitas aliquid habeat praerogativae. Nil tamen ob hanc causam, plus minusve dicere licet, quam verum est. Nec, propter cognationem aut patriae charitatem, inter sanctos quisquam sine meritis, sine solito examine, sine consuetis solemnitatibus referendus est. Qua propter, etsi iucunde audivimus B. Catarinae Senensem esse, cuius canonizatio petebatur, non tamen in eius canonizatione quidquam omisimus ex his, quae tanta in solemnitate requiruntur. Aderant multae preces non modo Senensis populi, verum etiam aliorum. Nam et carissimus in Christo filius Fridericus Romanorum imperator augustus, simulque dilectus filius nobilis vir Paschalis, Venetiarum dux, nobis supplicavit, ne hanc virginem suo in terris honore privatam ulterius esse sineremus, in quam multorum populorum devotio esset incensa, et multa de ipsa miracula vulgarentur.

Et Fridericus
imp. et Pascha-
lis dux Venetiar.
apud istum Pon-
tificem pro hac
canonizat. in-
steterunt,

§ 9. Mantuanam vero petentes, cum inter eundem apud Senenses aliquamdiu supersedimus, et ibi in consistorio publico ingentia eius merita et miraculosa signa nobis essent exposita, vehementesque preces porrectae, ut sanctorum Christi honores illi decerneremus, haud quam statim annuimus; sed, pro veteri consuetudine, tribus nostris S. R. Ecl. cardinalibus, uni episcopo, alteri presbytero, reliquo diacono, vivae vocis oraculo commisimus ut, debitibus processibus, de vita et moribus ipsius Catarinae, deque miraculis eius sive in vita sive post mortem patratis, et de reliquis ad canonizationem necessariis diligenter inquirerent, nobisque in secreto consistorio, ut moris est, fidelem relationem facerent.

Dum Senis com-
morabatur, ad
preces sibi por-
rectas, in pub-
lico consistorio
inquisitionem
fieri super
vita et miracu-
lis Catarinae
iussit.

§ 10. Commissarii per annum et ultra, donec ex Mantua Romam rediissemus, rem discutientes, inventis processibus antiquis apud Venetos et alibi habitis, examinatisque de novo testibus, et summa cum diligentia cunctis ponderatis, cum seor-

Et ex relatione
habitum fuit a
commiss. quod,
in inquisitione,
fuerunt verifi-
cata quae hic
continentur.

sum inter cardinales tantum, omnium, quae invenerant, veracem nobis relationem fecissent, ac demum per advocatum ea quae nobis exposuerant in publico consistorio denuo recitari curassent, postremo convocatis in aula nostra Romae universis, qui tunc erant in Curia, Ecclesiarum praesulibus, assistentibus nobis cardinalibus, iterum commissarii praefati per organum venerabilis fratris nostri Gulielmi, episcopi Portuensis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rursus enucta quae invenerant, et rite probata videbantur, coram explicaverunt, ex quorum relatione, quae amplissima et ornatissima fuit, haec summam accepimus, quae vera compta, cognita et explorata sunt.

§ 11. Virgo Catarina, ex civitate Senensi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo sese dedicavit, quam Deum posset per aetatem cognoscere. Sex annos nata, ut Domino serviret, eremum concupivit, et urbe egressa, in caverna, loco solitario, delituit, quamvis, iubente Spiritu, paululum demorata, domum redierit. Angelicam salutationem edocta, quoties paternae domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam Virginem Matrem Domini salutavit. Et, anno currente aetatis suae septimo, virginitatem suam consecravit Christo, quem sua in maiestate sedentem mirabili visione contemplata est, et arcana caelestis aulae vidit, quae non potest effari lingua mortalis. Mundanas delicias a se omnes abdicavit. Orationi totam se dedit, corpusculum suum vigiliis, ieiuniis ac verberibus afflixit. Coaequales puellas, ut idem facerent et docuit et suasit. Pubes effecta, seicis crinibus, mortale coniugium recusavit. Convicia et maledicta hominum sprexit. Beati Dominici habitum, quem foeminae gestant de Poenitentia nuncupatae, extorsit, protinusque impetravit. Ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quam vile apud homines et abiecta videri. Paupe-

Vitae Cathari-
nae Senensis ac
aliquorum mira-
culorum com-
pendium.

ribus Christi (nam id pater ei indulserat) larga manu subvenit, aegrotantibus summa diligentia ministravit. Diabolicas tentationes et assiduas malignantium spirituum pugnas patientiae clypeo et fidei galea superavit. Incarceratos et oppressos, quibus valuit modis, consolata est. Nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit. Omnis sermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei et proximi, de coelesti patria. Nemo ad eam accessit, qui non doctior meliorque abierit. Doctrina eius infusa, non acquisita fuit. Prius magistra visa est quam discipula, quippe quae, sacrarum literarum professoribus, ipsisque magnarum Ecclesiarum episcopis, difficillimas de divinitate quaestiones proponentibus, prudentissimè respondit et adeo satisfecit, ut tamquam agnos mansuefactos remiserit, quos tamquam lupos ac leones feroces acceperat; quorum nonnulli divinam in virgine sapientiam admirati, distributis mox inter Christi pauperes, quas possidebant, substantiis, accepta Domini cruce, vitam deinde evangelicam egerunt. Summa huius virginis abstinencia fuit, et admirabilis vitae austeritas. Nam, cum vini et carniū usum prorsus abieciisset, nec pulmentariis ullis uteretur, ad extremum eo deducta est, ut nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi coelesti, quem verus christianus in Sacramento sumit altaris. Inventa est aliquando a die Cinerum usque ad Ascensionem Domini ieiunium perduxisse, sola Eucharistiae communionem contenta. Per annos circiter octo, minimo herbarum succo, eoque parum retento, et communionem sacra sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad communionem altaris, quae illi fere quotidiana fuit, quasi ad coelestes nuptias invitata esset, summa enim alacritate proficisebatur. Cilicio sub veste utebatur, quo carnem maerabat. Nullae illi plumae, nulla pulvinaria erant. Lectum sibi ex

tabulis confecerat: atque in eo iacens, brevissimum somnum accipiebat. Raro enim ultra duas horas interdum noctuque dormiebat. Reliquum omne tempus, vigilando, orando, praedicando, opera misericordiae agendo, contrivit. Spissis cordulis carnem suam maceravit; dolore capitis pene assiduo torquebatur. Aestuebat febribus, nec aliorum diversorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur quam frequentissime cum daemonibus, multisque illorum molestiis vexabatur. Sed aiebat cum Apostolo: *Cum infirmor, tunc fortior sum.* Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, et blandissimis verbis ad poenitentiam revocabat. Praecepta salutis omnibus laeta dabat. Quid sectandum, quid fugiendum esset, alacri vultu ostendebat. Dissidentes summo studio componebat. Multa extinxit odia et mortales sedavit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Ecclesia dissidebant et interdicto suppositi ecclesiastico erant, Apenninum et Alpes transire, atque usque in Avinionem ad Gregorium undecimum, Pontificem maximum antecessorem nostrum, proficisci non dubitavit. Cui votum suum; de petenda urbe Roma, in occulto factum, et sibi soli ac Deo notum, sese divinitus cognovisse monstravit. Fuit enim in ea spiritus prophetiae, et multa praedixit antequam fierent, et occultissima revelavit. Rapiebatur saepe a spiritu et, in aere suspensa, divinis contemplationibus paseebatur, adeo extra se acta ut, expuncta percussaque, nihil omnino sentiret, idque frequenter ei contingebat cum divinissima reficeretur Eucharistia. Magnum et sanctum erat in plebibus Catarinae nomen, et undique ad eam aegroti et, malignis vexati spiritibus deducebantur et multi curabantur. Langueuribus et febribus in Christi nomine imperabat, et daemones cogebat ab obsessis abire corporibus. Propter quas res duobus Romanis

Pontificibus, Gregorio XI (cuius paulo ante meminimus) et Urbano VI, acceptissima fuit, adeo ut legationibus eorum fungeretur, multisque et magnis spiritualibus gratis ab eis donaretur.

§ 12. Eadem cum vitae agonem iam peregisset, anno aetatis suae tertio circiter ac trigesimo, in urbe Roma diem suum clausit. De cuius animae in caelum assumptione et gloriosa receptione, stupendae ac mirabiles revelationes factae reperiuntur apud eas personas, quae virginem dilexerunt, maxime vero apud eius confessorem Raimundum Capuanensem, sacrae theologiae magistrum, qui postea generalis totius Ordinis Praedicatorum pater, magister et rector effectus est. Is namque, cum Latinae ageret ea nocte qua virgo migravit, hora matutina, in dormitorio, apud imaginem Matris Domini, eam contemplatus est miro splendore fulgentem, et verba ad se consolatoria dicentem.

§ 15. Corpus eius aliquamdiu servatum, denique in ecclesia fratrum Praedicatorum, quae de Minerva dicitur, Romae conditum est, non sine magna populi devotione ac reverentia. Cuius tactu plerique aegroti salutem consecuti sunt a Deo, et nonnullis saluti fuit ea tetigisse, quae sacra virginis membra tetigere. Postea quoque virgo, ipso iam caelo recepta, vota supplicantium benigne audivit, et ut a sponso et Domino Christo suo Salvatore exaudirentur, curavit. Multi enim ex diversis aegritudinibus curati sunt, qui audita beatae Catarinae gloriosissima fama, eius patrocinium supplices petivere. Propterea Venetiis, ubi numquam virgo ipsa fuerat, et multis in locis nomen eius cum veneratione receptum est, et vota ei plurima fiunt.

§ 14. Haec et alia quamplurima cum venerabilis frater noster episcopus Portuensis in conventu cardinalium et presulum exposuisset, et liquido probata esse affirmasset, rogati singulatim, tum omnes cardinales, tum praesules, qui plurimi affuerunt, sententiam dicere, totis suffragiis

Catharina obiit
Romae annum
agens trigesimum
tertium,

Et sepulta fuit
in ecclesia S.
Mariae supra
Minervam, et
miraculis claruit.

Vota de canonizanda B. Catharina data sunt.

beata virgo digna coelo et astris declaranda visa est. Nec quisquam fuit qui non magnopere canonizationem eius faciendam probaverit.

Pont. in basilica S. Petri caeremoniis peractis, Catharinam canonizavit, et inter sanctas virgin. collocavit,

§ 15. Quibus ad longum auditis, iussumus in basilica beati Petri apostolorum principis suggestum magnum et ornatum apparari, super quo hoc hodie, adstante populo et clero, sermone de vita et miraculis huius virginis per nos habito, missarum solemnibus celebratis et consuetis caeremoniis rite peractis, ad canonizationem huius virginis, sub his verbis duximus procedendum: Ad honorem omnipotentis et aeterni Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac nostra, Catharinam Senensem, illustris et indelebilis memoriae virginem, cuius corpus in ecclesia Praedicatorum, quae Minerva dicitur, Romae iacet, et in caelesti Hierusalem, inter beatarum virginum choros, quando id eius virtus, divina suffragante gratia, meruit, iam pridem fuisse receptam et aeternae gloriae corona donatam, de fratrum nostrorum consilio, declaramus: eamque tamquam sanctam publice privatimque colendam esse decernimus et definimus, atque in sanctorum cathalogo virginum, quas Romana veneratur Ecclesia, redigi et adscribi mandamus.

Statuitque eius festum pro prima dominica maii,

§ 16. Statuentes festum eius singulis annis, prima mensis maii dominica die, ab universali Ecclesia celebrandum esse, et omnes illi honores praestandos, qui ceteris sanctis virginibus convenire noscuntur.

Et indulg. dat etis sepul. visitantibus.

§ 17. Et insuper sepulchrum eius in ipso festo visitantibus, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentis, in forma Ecclesiae consueta, misericorditer in perpetuum relaxamus.

Sanctio poenalis.

§ 18. Nulli ergo etc.
Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo

quadringentesimo sexagesimo primo, tertio kalendas maii, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 29 aprilis 1461, pontif. anno III.

IX.

*Contra clericos
ad sacros ordines male promotos.*

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae constitutionis. — 2. Poena contra male promotos. — 3. Tempus quo haec bulla ligare coepit.

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad aeternam rei memoriam.

Cum ex sacrorum ordinum collatione, character invisibilis animae imprimatur, sacra mysteria dispensentur et ipsarum cura tribuatur animarum; in eorum susceptione excessus graves tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur.

Exordium.

§ 1. Cum itaque (sicut, dignorum relatione, non nisi moleste accepimus) nonnulli clerici, extra tempora a iure statuta, quidam ante aetatem legitimam, aliqui vero sine dimissoriis literis, contra sanctiones canonicas, se faciant ad sacros ordines promoveri;

Causae constitutionis.

§ 2. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut aliis in posterum committendi similia aditus pracludatur; auctoritate apostolica, hae constitutione perpetuo valitura, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli qui, absque dispensatione canonica aut legitima licentia, sive extra tempora a iure statuta, sive ante aetatem legitimam, vel absque dimissoriis literis, etiam citramontanis (praeterquam si, in hoc ultimo casu, per Cameram Apostolicam, iuxta illius stylum, ordinati fuerint), ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoveri, a suorum ordinum executione, ipso iure, suspensi sint; et si, huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus minui-

Poena contra male promotos

strare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Praeterea, ultra alias poenas in tales generaliter a iure inflictas, beneficiis ecclesiasticis possint inire privari.

Tempus quo
haec bulla li-
gare coepit.

§ 3. Volumus autem quod praesens nostra constitutio, in Romana Curia existentes, post quindecim dies; absentes vero italicos, post duos menses; alios vero ultramontanos, post sex menses, ab ipsis in audientia contradictarum et Cancellaria Apostolica publicatione et affixione, ligare incipiat.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno ab Incarnatione dominica millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, decimoquinto kalendas decembris, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 17 novembris 1461, pont. anno iv.

X (1).

Erectio oppidi Pientini in civitatem, eiusque Ecclesiae collegiatae in cathedralem (2).

SUMMARIUM

Praefatio — 1. Oppidum in quo Pius natus est. — Edificia in eodem oppido Pontificis iussu aedificata. — 2. Cathedralium Ecclesiarum erectio, — Necnon oppida in civitates. — 3. Eisdem cathedralibus iurisdictionem assignat. — Locorum dismembratio. — 4. Ordinaria iurisdictione translata in epise. Pientinum et Ilcinensem. — 5. Pientinam et Ilcinensem Ecclesias unit. — 6. Easdem Ecclesias ab omni iurisdictione eximit. — Ecclesias sic unitas sub Sedis Apostolicae protectione suscipit. — 7. Facta facultate appellandi ad archiep. Senensem. — 8. Contrariorum derogatio. — 9. Conclusiones solitae.

**Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Praefatio.

Pro excellenti praeminentia Sedis Apostolicae, in qua, post beatum Petrum apostolorum principem, quamquam imparibus

(1) Itaec in Rom. Edit. sub num. xi legitur (R. T.)
(2) Ex Ughell., Italia Sacra, tom. I, col. 1175.

meritis, pari tamen auctoritate constituti sumus, in agro irriguo militantis Ecclesiae novas episcopales sedes Ecclesiasque plantare Romano Pontifice dignissimum arbitramur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus effloreat, subsequatur animarum salus et loca humilia illustrentur.

§ 1. Cum itaque oppidum Corsignani Aretinae dioecesis, in quo dies natalis nobis primum illuxit, et educati postmodum per omnem fere pueritiam fuimus, commendatione quadam naturae ad gratitudinem nos invitat, cogitavimus, postquam ad Summum Apostolatum sumus assumpti, signum aliquod pietatis nostrae ostendere, quod Deo beneplacitum esset et hominibus commendabile. Iussimus itaque, in honorem Sanctissimae Virginis Dei Redemptoris nostri Genitricis ecclesiam magnifici operis a fundamentis ibi extolli, palatioque insigni in paternis aedibus et nonnullis aliis aedificiis locum eundem ornari. Videntes insuper ipsum Corsignani et Montis Ilcini nullius dioecesis oppida satis propinqua, a certis temporibus citra, benedicente Domino, incolis et habitantibus ac rerum facultatibus adeo aucta, ut inter alia Italiae loca ad Sedem Apostolicam merito idonea possint reputari, hanc quoque gratitudinis partem sumus amplexi, et rationem inivimus qua et praesul futurus pro tempore et canonici ac aliae ipsius Ecclesiae, si in cathedralem erigeretur, personae commode habitare et congrue sustentari valerent; nihil incogitatum linquentes, quod ad augmentum et conservationem electionis (1) huius spectaret.

Oppidum in quo
Pius natus est.

Edificia in eo-
dem oppido Pon-
tificis iussu ae-
dificata.

§ 2. Cum itaque, pro divinae largitatis munere, omnia ad eum modum atque ordinem redacta iam sint, ut modo consummationi operis indulgere possimus, nos, praemissis omnibus cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. (2) ac matura consultatione discussis, attendentes hono-

Cathedral. Ec-
clesiarum ere-
ctio,

(1) Forsan *erectionis* (R. T.). (2) Deest forte *cardinalibus* (R. T.).

rem, qui exinde, per augmentum novi praesulis, Sedi Apostolicae acquiritur, et profectum quod catholicae fidei ob praemissa subsequi potest, suadentibus nonnullis aliis rationabilibus causis ad id nostrum animum inducentibus, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac in honorem eiusdem gloriosae D. N. I. Genitricis Mariae, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli sacrorumque (1) caelestis curiae paradisi, ac exaltationem catholicae fidei, et decus nostrum ac praefatae Apostolicae Sedis, de eorundem fratrum consilio et assensu, ac apostolicae potestatis plenitudine, tam praedictam Sanctae Mariae de Corsignano quam etiam Sancti Salvatoris de praedicto Monte Ilcino Ecclesias, sive plebes, et quamlibet earum in cathedrales Ecclesias, quae Corsignani, Pientina, et Montis Ilcini, Ilcinensis nuncupentur, cum sedibus episcopalibus et collegiis sive capitulis distinctis, ac omnibus et singulis cathedralium Ecclesiarum consuetis insignibus. Necnon Corsignani et Montis Ilcini oppida praefata in civitates, quae de caetero non Corsignanum, sed, ad memoriam nostri pontificalis nominis, Pientina, Montis vero Ilcini, Ilcinensis civitates ab omnibus appellentur, motu proprio et ex certa nostra scientia, tenore praesentium erigimus, ipsasque Sanctae Mariae et Sancti Salvatoris in Ecclesias erectas cathedrales episcopaliū sedium praeminentia et honore, necnon praefatas et erectas Pientinam et Ilcinensem civitates decore, titulo et honore civitatum, in memoriam indelebilem, insignimus. Statuentes ut de caetero tabelliones et alii quicumque civitatem Pientinam in eius contractibus et non Corsignanum appellent. Si vero idem tabelliones non Pientinam civitatem sed Corsignanum in huiusmodi contractibus appellaverint, censeantur idem contractus, non ibi sed alibi esse celebrati.

§ 5. Praeterea, ut praedictae Pientina et Ilcinensis Ecclesiae et earum praesul decenti sint cleri ac populi ac subdito-

(1) Ughellius legit *sociorumque* (R. T.).

rum numero et dioecesis quantitate decoratae, ipsam Pientinam et Ilcinensem civitates, ab Aretina; necnon infrascripta oppida, castra, villas, sive loca, videlicet Damigliani (1), Porrone, Cinigiani, Podii alle Mura, quae haecenus Crassetanae dioecesis fuerunt, ab eadem Crassetana; ac arcem Tintinnam, cum Balneis Avinionis, Castillonis, Vallis Urciae, Campigliae, cum Balneis S. Philippi, Sancti Petri in campo Continiani, Perignani, Castri veteris, Montis Nigri, Sancti Angeli in colle, Castri Novi Abbatis, Seggiani, Ripae, Vinionis, Monticchielli et Fabricae, quae haecenus Clusinae dioecesis fuerunt, ab ipsa Clusina; necnon Sancti Quirici, Rossenae, Montis Fulloniae, Turratae, Scufriani (2), Petrorii, Castri Muti, Trequendae, Monterongriffoli, Montisissi, Sancti Ioannis ad Asium, Vercellae, Turris Nigrae, Luciniani ad Asium, quae haecenus Aretinae dioecesis, cum clero, populis, incolis, Ecclesiis, monasteriis, beneficiis ecclesiasticis et piis locis, territoriis aliisque omnibus iuribus ac pertinentiis eorundem, auctoritate et scientia supradictis, tenore praesentium dismembramus et dividimus, illaque omnia et quaelibet eorundem oppidorum, castrorum, villarum seu locorum ab omni superioritate, dominio et potestate Crassetani, Clusini et Aretini episcoporum, et eorum cuiuslibet, tenore praesentium perpetuo eximimus ac liberamus; necnon arcem Tintinnam, cum Balneo Avinionis, Castillonis, Vallis Urciae, Campilliae, cum Balneis ad S. Philippum, Sancti Petri in Campo (3), ac Castri Veteris et Avinionis, ac Monticchielli et Fabricae, ac Sancti Quirici, Rossenae et Montis Fulloniae, Turratae, Scufriani, Petrorii, Castri Mutii, Trequendae, Monterongriffoli, ac Montisissii, S. Ioannis ad Asium, Luciniani ad Asium et Vercellae oppida, seu castra praedicta Ecclesiae et sedi episcopali Pientinae, reliqua vero superius no-

(1) *Cinigiani* habetur in Ughellio (R. T.). (2) *Petronii, Castri Mutii, ... Montisissii, ... Vergelle* correctius legit Ughellius (R. T.). (3) Ugh. addit seq. verba: *ac Continiani et Perignani* (R. T.).

Necnon oppida
in civitates.

Locorum dis-
membratio.

Eisdem e. the-
dralibus iuris-
dictionem assi-
gnat.

minata, videlicet Camigliani (1), Argiani, Podii alle Mura, Montis Nigri, S. Angeli in colle, Castri Novi Abbatis, Siggiani, Ripae et Torranerii castra, villas seu loca huiusmodi eidem Heineni Ecclesiae et eius sedi episcopali, cum clero, populis, incolis, Ecclesiis, monasteriis, beneficiis, locis piis, tam saecularibus quam regularibus, territoriis aliisque iuribus et pertinentiis, quatenus videlicet eisdem episcopis eorundem ordinariis subiacebant, et non aliter, Pientino et Heinen. episcopo pro tempore existenti subiicimus, et eisdem et aliis, prout superius est expressum, pro dioecesibus assignamus, ac Pientinae et Heinen. diocesis de caetero perpetuis futuris temporibus fore et censeri debere volumus et statuimus.

Ordinaria iurisdictione translata in episcop. Pientinum et Heinensem

§ 4. Decernentes collationes, provisiones, electionum confirmationes, institutiones et destitutiones Ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum ac piorum et ecclesiasticorum locorum praedictorum et personarum eorum, necnon aliam omnimodam ordinariam iurisdictionem in illis ac oppidis, castris, villis et locis superius expressis, eorumque clero, populis atque incolis ad Pientinum et Heinensem episcopum pro tempore existentem in omnibus et per omnia perpetuo pertinere ita et quemadmodum per antea ad praefatos Crassetanum, Clusinum ac Aretinum episcopos eorum ordinarios pertinebant.

Pientinum et Heinensem Ecclesias unuit.

§ 5. Et insuper, suadente vicinitate dictarum Pientinae et Heinen. Ecclesiarum, et ex certis aliis iustis ac rationabilibus causis animum nostrum moventibus, de eorundem fratrum consilio ac motu, auctoritate et scientia supradictis, easdem Pientinam et Heinensem Ecclesias, cum omnibus iuribus et pertinentiis earundem, insimul in perpetuum incorporamus, annectimus et unimus. Itaque capitulis ac dioecesibus utriusque ipsarum Ecclesiarum, distinctis existentibus (2) unoquoque ipsorum capitulorum, iuxta sua statuta

(1) Ugh. hic addit: *Perronae, Conigiani*. (2) Ugh. addit: *et (R. T.)*.

et ordinationes se regentibus, unus episcopus eisdem Pientinae et Heineni Ecclesiis praesit, cuius quidem episcopi, cum dictas Ecclesias pro tempore vacare contigerit, electio per utrumque capitulum, semel in Pientina et semel in Heinen. Ecclesiis, et sic deinceps alternatis vicibus, sed pro prima vice, cum in posterum eam fieri continget, in Pientina Ecclesia celebretur.

§ 6. Caeterum, cupientes ipsas Ecclesias singulari beneficio decorare, eas et earum praesulem pro tempore existentem, cum capitulis, clero et populis, civitatibus, oppidis, castris seu villis praedictis et totis illarum dioecesibus, ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione, dominio et potestate archiepiscopi Senensis pro tempore existentis eiusque officialium ac aliorum quorumcumque ordinariorum iudicium, motu, auctoritate et scientia supradictis, in perpetuum eximimus et totaliter liberamus, ac sub nostra et beati Petri et Sedis Apostolicae protectione suscipimus, dictasque Ecclesias et eorum praesulem Romanae Ecclesiae nullo medio decernimus subiacere.

Easdem Ecclesias ab omni iurisdictione exemptit.

Ecclesias sic unitas sub Sedis Apostol. protectione suscipit.

§ 7. Ita tamen quod, si quis in causis ab episcopo Pientino et Heinen. eiusque officialibus ad archiepiscopum Senensem seu eius metropolitanam curiam pro tempore appellare voluerint, liceat eis id libere facere, ipsique archiepiscopo, seu eius officialibus vel delegatis ab eo, huiusmodi appellationum causas cognoscere et definire, ita et quemadmodum alias causas appellationum a suis suffraganeis impositarum cognoscunt. Liceat etiam ipsi archiepiscopo pro tempore existenti, cum per Pientin. vel Heinen. civitates aut dioeceses iter faciet, prae se crucem portare facere, sicut in locis suae provinciae portare facere consuevit. In reliquis autem, nullam ordinariam iurisdictionem in episcopum Pientin. et Heinen. aut eius subditos valeat quomodolibet exercere.

Facta facultate appellan. ad archiepiscop. Senensem.

§ 8. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quo-

Contrariorum derogatio.

quam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, necnon quibusvis indultis et literis apostolicis praelatis, Crassetano, Clusino et Aretino episcopo eorumque Ecclesiis, in genere vel in specie concessis, quorumcumque tenorum fuerint, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, insignitionis, dismembrationis, divisionis, subiectionis, voluntatis, statuti, incorporationis, annexionis, unionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, decreti et constitutionis infringere, etc.

Datum Pientinae (1), anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, idibus augusti, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 13 augusti 1462, pontif. anno iv.

XI (2).

Privilegia congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis sancti Benedicti, una cum communicatione omnium gratiarum congregationis Cassinensis eiusdem Ordinis.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Approbatio omnium indultorum. — 2. Loca omnia congregationis, etiam unienda, a praelatis eius regantur, illique a capitulo vel abbate et visitatoribus eligantur. — 3. Annatae solutione praeservata. — 4. Et huic indulto non censeatur derogatum nisi id Papa specificè exprimat. — 5. Exemptio a subsidiis. — 6. Exemptio a solutione decimarum. — 7. Testificari et ad processiones ire non cogantur. — 8. Haereditates congregat. consequi possit. — 9. Ordines sacros a quocumque antistite suscipere possint etc. — 10. Celebrare possint tempore interdicti. — 11. Recipere possint ad Religionem omnes hic non exemptos. — 12. Communicatio indultorum congregationis mo-

(1) Ughell. legit *Pientiae* (R. T.). (2) Haec sub num. XII legitur in Edit. Rom. (R. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

22

nachorum S. Iustinae sive Cassinen. — 13. Restrictio exemptionis. — 14. Declaratio quoad liberam sepulturam.

**Pius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Licet, ex debito ministerii pastoralis, quibuslibet ecclesiastici ordinis vis (1) nos deceat in suis opportunitatibus esse favorabiles et benignos, illis tamen qui, sub Religionis habitu, vitae castimonia et observantia regulari, gratum et sedulum exhibent cum puritate mentium Altissimo famulatum, mundanisque relegatis illecebris, caelestium contemplationi insistant, ut in suis bonis operibus huiusmodi nil eos impediatur vel conturbet, eo propensioribus auxiliis nos convenit opportune adesse, quo per arctioris eiusdem observantiae semitas se Creatori omnium sponte devoverunt, tantoque devotius ipsi divinis et contemplationi insistere, ac sacris actionibus vacare possint, quanto eorum status quietior amplioribus fuerit praesidiis communitus.

§ 1. Cupientes itaque monasterium Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, Aretinae dioecesis, quod, inter alia ipsius Ordinis et congregationis monasteria, insigne et praecipuum, et per nonnullos praeclaros viros ex progenitoribus nostris nobilibus de Piccolominibus et Ptolomeis domorum, a quibus sumpsit exordium, magna ex parte fundatum atque donatum est, et in quo dilecti filii abbas generalis dicti Ordinis, una cum illius conventu, prout ipsi, devotionis causa, praedictum monasterium visitando, experientia edocente, comperimus, gratum et devotum exhibent virtutum Domino famulatum, atque alia ipsius Ordinis monasteria, prioratus et membra ac in eis degentes personas condignis muneribus gratiarum et favoribus decorare, et non solum ad instar praedecessorum nostrorum Roman. Pontificum, cum nonnullis infrascriptis modificationibus concessa eis privilegia communire, verum etiam illa, prout saepius in similibus fieri contingit, et quemadmodum

(1) Leg. fortasse *viris* loco *vis* (R. T.).

Conclusiones
solitae.

Prooemium

Approbatio omnium
indultorum.

aliis regularibus viris, eorumque monasteriis concessum fuisse dignoscitur, abbatibus, conventus et monachorum meritis et virtutibus exigentibus. quoad aliqua, ampliare, eiusdem abbatis in hac parte supplicationibus inclinati, omnia et singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulta et gratias eidem Monti Oliveti atque aliis monasteriis, prioratibus, membris et locis dicti Ordinis, necnon praefato et aliis abbatibus, visitatoribus, prioribus, monachis et personis in eis dependentibus, per nos vel Sedem Apostolicam, sive alias quovis modo concessa et indulta, rata habentes et grata, illa, auctoritate apostolica, ex certa scientia approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus.

§ 2. Et nihilominus, ut idem abbas, conventus, monachi et personae eo magis, sine cuiusvis turbationis vel impedimenti distractione, bonis actibus insistere, piis quoque et meritoriis operibus continuo vacare possint, quo nostrae erga eos paternae charitatis intelligent exuberare affectum, sentientque nostrae munificentiae gratiam eis non deesse, hac perpetuo valitura constitutione, apostolica auctoritate statuimus et ordinamus quod in antea, perpetuis futuris temporibus, monasteria, prioratus et loca dicti Ordinis ab eodem monasterio Montis Oliveti dependentia, quae nunc sunt et in posterum (auctore Domino) Ordini sive congregationi eidem quomodolibet uniantur, incorporabuntur, subiiciuntur seu applicabuntur, per ipsius Ordinis praelatos dumtaxat regi et gubernari debeant; et quoties illa vel eorum aliquod ubicumque, etiam apud Sedem Apostolicam, et qualitercumque vacare contigerit, etiam si quaevis speciales vel generales de illorum provisionibus sive dispositionibus per Sedem ipsam reservationes factae fuerint, capitulum, si tunc celebrabitur, alioquin abbas dicti monasterii Montis Oliveti et visitatores praedicti, cum aliis ad hoc, iuxta eorum con-

suetudines et statuta deputatis, illos ex monachis dicti Ordinis praesentibus et futuris, quos ad hoc idoneos fore repererint, in abbates seu priores tunc vacantium monasteriorum, prioratum et locorum huiusmodi, alias iuxta ipsorum consuetudines et statuta eligere et nominare, ac etiam, ad nutum et beneplacitum ipsorum, totaliter electos sive nominatos a regimine sive administratione dictorum monasteriorum, prioratum et locorum quibus praefuerint, et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere, amovere et ad claustrum revocare; praelatique sic electi et nominati, absque alienius Sedis praedictae vel alterius provisionis sive praefectionis vel dispensationis adminiculo, et praeter id, quod propterea munus benedictionis, ratione monasteriorum quibus praefuerint, impendatur, eidem monasteriis, prioratibus et locis ad quae sic electi et nominati fuerint praesse, ac illa in huiusmodi spiritualibus et temporalibus regere et gubernare, ac omnia et singula quae per abbates et priores aliorum monasteriorum, prioratum et locorum Ordinis et congregationis eorundem, iuxta praedicta statuta et ordinationes fieri potuerint, libere et licite valeant exercere.

§ 3. Per hoc tamen constitutioni nostrae ac etiam felicitis recordationis Eugenii PP. IV, praedecessoris nostri, qua cavetur quod monast. ac beneficia unita, statutis in ea temporibus, annatam solvere teneantur, non intendimus in aliquo derogare.

§ 4. Et ne ipsos super monasteriis, prioratibus et locis praedictis, aliorum motibus et instantiis improbis turbari contingat, volumus et auctoritate praefata similiter statuimus et ordinamus quod, per quascumque literas apostolicas, etiam motu proprio et cum reservationibus antedictis ac quibuscumque derogatoriis clausulis, propter quas effectus praesentium quomodolibet impediri vel differri possit, concessas hactenus et in posterum forsitan con-

Loca omnia congreg., etiam unenda, a praelatis eius regantur, illique a capitulo vel abbate et visitatoribus eligantur.

Annatam solutione praeservata.

Et huc indulto non censetur derogatum, nisi id Papa specialiter exprimat.

cedendas adversus statuta et ordinationes nostras huiusmodi, nullus praedictae congregationis vel alius, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerit, etiam si cardinalatu aut pontificali, sive alia quavis praefulgeat dignitate, aliquod ex ipsis monasteriis, prioratibus sive locis in titulum vel commendam seu administrationem aut alias, seu super cuiusvis illorum fructibus et redditibus et proventibus quamcumque pensionem sibi vendicare, vel ins desuper acquirere possit, nisi in ipsis literis de praesentibus ac ipsa congregatione specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio fiat, et alias ex ipsarum tenore literarum evidenter appareat, singulos Romanos Pontifices qui eas concesserint, ex certa scientia, cum rationabilis causae subiunctione, praedictis statutis et ordinationibus voluisse ac velle derogare, decernentes ex nunc ipsas literas ad aliquod ex eisdem monasteriis, prioratibus et locis nullatenus extendi debere, ac irritum et inane quidquid in contrarium, a quoque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

§ 5. Et insuper, abbatem, priores, conventus, monasteria, prioratus, membra et loca Ordinis huiusmodi, a quarumcumque praedialium et aliarum decimarum necnon subsidiarum, prout hactenus consuetum est, ac etiam canonicae portionis seu quartae locorum ordinariis faciendae dumtaxat, solutione et contributione absolvimus et penitus liberamus.

§ 6. Ita etiam quod ipsi abbas, priores, conventus et monachi dicti Ordinis, a solutione seu praestatione quarumcumque decimarum de fructibus terrarum, horticulorum praedictorum, sive possessionum suarum, quas possident, et in futurum (praestante Domino) poterunt adipisci, quas seu quos propriis manibus et sumptibus colunt, vel per boves suos aut alios, et sumptibus dictorum monachorum excoli

(1) Ad hoc vide inferius bullam Iulii II.

faciunt, ac de novalibus seu nutrimento animalium suorum sint prorsus exempti.

§ 7. Et ad subeundum iuramenta et facienda testimonia (nisi in causis ubi alias veritas inveniri non posset, et tunc in eorum monasteriis) seu accedendum ad processiones, nisi praecipuas, vel ad concilia, praeterquam universalia auctoritate apostolica indicta, personaliter compelli nequeant quoquomodo.

§ 8. Eis similiter concedentes ut quamcumque haereditates per medias personas, tam monachorum seu personarum dicti Ordinis quam alias, quovis modo sibi de iure delatas et in antea deferendas, nomine dicti Ordinis ac monasterii, cuius dicta persona monachus vel oblatas fuerit, adire et pro ipso monasterio retinere.

§ 9. Necnon, quoties opus fuerit, a quocumque catholico antistite, monachos et novitios dicti Ordinis ad hoc idoneos, absque aliquo alio examine, et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, ad omnes sacros ordines promoveri facere, et conferendorum ordinum huiusmodi, aut altarium consecrandorum causa, ipsos antistites ad se in eorum monasteriis advocare.

§ 10. Interdicti quoque tempore, dummodo ipsi causam illi non dederint, submissa voce, ianuis clausis, et interdictis seu excommunicatis exclusis, eorum tamen cappellanis et habitantibus infra septa monasteriorum intermissis, celebrare.

§ 11. Quodque etiam quoscumque Ordinem ipsum introire volentes, etiam si alium Ordinem, praeterquam Carthusien. ingredi novissent, dummodo professionem non emiserint, eosdem recipere, et voto non obstante praedicto, eos ad professionem regularem admittere. Prohibemus tamen eisdem abbati, visitatoribus atque aliis personis dicti Ordinis, ne, praesentium tenore, laicorum et exterorum confessiones

(1) Tu vide quid notabo in dicta bulla Iulii II. § 8. (2) Tu vide bullam Pii V LXXXIX, *Quaecumque*, et bull. Clem. VIII cxv.

Testificari et ad processiones nisi non cogantur (1).

Haeredit. congregatio consequi possit

Ordines sacros a quocumque antistite suscipere possunt etc. (1).

Celebrare possunt tempore interdicti (1)

Recipere possunt ad religionem omnes hie non exempt. 2.

Exemptio a subsidiis (1).

Exemptio a solutione decimarum (1).

audire aut alia vota commutare, sive eos ab excommunicationis sententia, a iure vel ab homine promulgata, absolvere, aut cum eisdem excommunicatis participare, sive cum patientibus defectum natalium, quoad obtinendum dignitates ecclesiasticas dumtaxat, dispensare seu pontificalia insignia deferre quoquomodo praesument.

Communicatio
indultorum con-
gregationis mo-
nasteriorum S. lu-
stinae sive Cas-
tinen. 1

§ 12. Ceterum, praefato et aliis abbatibus, visitoribus, prioribus, conventibus, personis, monasteriis, prioratibus, locis et membris dicti Ordinis, quod omnibus aliis et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indultis et gratiis, dilectis filiis praesidenti, visitoribus, monasteriis congregationis S. Iustinae Paduan., Ordinis S. Benedicti praedicti, eorumque monasteriis, prioratibus, membris et personis et bonis, tam per nos quam per praefatum Eugenium et alios Romanos Pontifices, etiam praedecessores nostros, sub quavis forma et expressione verborum, tam in specie quam in genere concessis, et quibus praesidens, abbates, visitatores, priores, monachi et personae, monasteria quoque et prioratus, membra, loca et bona eiusdem congregationis S. Iustinae utuntur et gaudent, sive uti et gaudere possunt, quae omnia praesentibus haberi volumus pro expressis et specificè enarratis, et quae ad abbatem, conventum, monachos, personas, monasteria, prioratus, membra et bona dicti Ordinis Montis Oliveti, cum modificationibus tamen praesertis ac etiam infrascriptis extendimus, et eis de novo concedimus ac etiam impartimur, ipsi abbas et professores Montis Oliveti eorumque monasteria, prioratus, membra, personae et bona praedicta pariformiter et ad eorum instar, sine tamen praesidentis ac personarum dictae congregationis eorumque monasteriorum et bonorum praecedendo, perinde in omnibus et per omnia uti valeant pariter et gaudere, ac si illa omnia et singula eis pariter a nobis et praedecessoribus

(1) Quae vide superius in locis citatis.

aut Sede praedictis specialiter et expresse concessa, indulta et attributa fuissent, auctoritate apostolica, tenore praesentium, ex certa scientia concedimus pariter et indulgemus.

§ 13. Sub exemptione tamen praedicta, ipsorum cappellanos et benefactores eorum cappellanorum familiares, nequaquam comprehendi, neque ipsi abbati, visitoribus et aliis supra dictis, illam, quoad onera realia, suffragari volumus.

Restrictio ex-
emptionis.

§ 14. Et in quantum eis libera sepultura conceditur, casus excipimus a iure exceptos, nisi haec eis per specialia Sedis eiusdem privilegia sit concessa, aut fuerit haec tenus consecuta.

Declaratio quo-
ad liberam se-
pulturam (1).

Nulli ergo etc.

Datum Petreoli Senen., anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, tertio nonas octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 5 octobris 1462, pont. anno v.

XII (2).

Retractatio eorum, quae ipse Pontifex, in minoribus existens, scripserat pro concilio Basileensi contra Eugenium quartum.

SUMMARIUM

Enarratio ante actorum. — 1. Pontifex, dum in minoribus erat, ignoranter contra Ecclesiam Dei locutus; — 2. Ideo, ad imitationem S. Augustini, eius dicta retractat, — 3. Et suadet eius scriptis Apostolicae Sedis auctoritatem elidentibus non praestari fidem, — 4. Occurritque obiectioni eorum qui dicerent ipsum Pontif. cum Pontificatu mutasse propositum, et ideo eius vitam et gesta recenset. — 5. Iulianus S. Angeli cardinalis, Romanus, multis, quas hic habes, rationibus huic Pont. in minoribus existenti, erroneam esse suam opinionem demonstravit, — 6. Et eidem multum profuit Ioannes Caravaialis, Hispanus.

(1) Tu vide bullam Iulii II cit. superius.

(2) In Rom. Edit. sub num. VII (R. T).

nus, qui Rotae auditor fuit, et deinde cardinalis. — 7. Cognito tandem errore, Romam venit et reconciliavit se Ecclesiae; — 8. Sacros deinde ordines suscepit; — 9. Profuitque sibi multum Thomas, tunc theologus et deinde Papa Nicolaus V. — 10. Pontifex ponit hic quae de Romani Pont. auctoritate sentit, et Bernardi ad Eugenium tertium notatu digna verba, — 11. Et quae in contrarium scripsit, tamquam erronea revocat.

Pius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Rectori et Universitati Scholae Coloniensis salutem et apostolicam benedictionem.

Enarratio ante
actorum.

In minoribus agentes, non sacris ordinibus initiati, cum Basileae inter eos versaremur, qui se generale concilium facere et universalem Ecclesiam representare aiebant, dialogorum quemdam libellum ad vos scripsimus, in quo, de auctoritate concilii generalis ac de gestis Basiliensium et Eugenii Papae contradictione, ea probavimus vel damnavimus, quae probanda vel damnanda censuimus; quantum cupiebamus, tantum defendimus aut oppugnavimus; nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus, existimavimus bene agere et recta incedere via, nec mentis nostrae aliud erat obiectum, quam publica utilitas et amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem, inquiunt philosophi, numquam errare: verum est. At quis sapiens, nisi bonus? Quis bonus, nisi solus Deus? *Omnēs declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*, inquit propheta regius. Declinavimus et nos ab utero matris, erravimus in iavio et non in via, ambulavimus in tenebris et procul a vera luce recessimus, nec nobis tantum erravimus, alios quoque in praecipitium traximus, et caecis ducatum praebentes caeci, cum illis in foveam decidimus. Forsitan et aliquos ex vobis scripta nostra decepere, et in devia deduxerunt, quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus,

nisi nos ut homines peccavisse, qui arbitantes rectum iter ostendere, obliquum monstravimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est, quae super omnia opera eius elucet. Sed haud quamquam satis fuerit divinam misericordiam implorare et dicere: *Parce, Domine, parce peccatis nostris*, nisi pro viribus vulnera, quam diximus, veritate curare annitamur; et sicut est in fabulis: *Sagitta, quae vulneravit, afferat opem; sive, ut canit Ecclesia, Medelam inde ferat, hostis inde laeserat*. Mortem quidam prius sibi consciverint, quam videri velint aliquando male sensitisse; et nonnulli, ne vel ad horam videantur errasse, semper errant, et dum minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abiiciunt, et perpetua notantur infamia, et in pessimas prolabantur haereses. Qui ne appareant inconstantes, pertinaces efficiuntur. Superbissimi hoc agunt, qui videri dii, non homines volunt, quales Constantiae combusti sunt nostra aetate, in magno conventu, Hieronymus et Ioannes, haeresiarchae.

§ 1. Nos homines sumus, et homines erravimus. Neque imus inficias multa, quae diximus, scripsimus, egimus, damnari posse; verum, non ut Arrius, Eutyches, Macedonius aut Nestorius et alia blasphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus: seducti peccavimus, ut Paulus, et ignoranter persecuti fuimus Ecclesiam Dei et Romanam primamque Sedem. Propter quod, prostrati ante oculos divinae pietatis, supplices oramus: *Delicta iuventutis meae et ignorantias ne memineras* etc. Pudet erroris, poenitet male dictorum scriptorumque, vehementer poenitet: plus scripto quam facto noeuimus. Sed quid agamus? Scriptum et semel emissum volat irrevocabile verbum. Non sunt in potestate nostra scripta, quae in multas inciderunt manus et vulgo leguntur. Utinam latuissent, quae sunt edita! nam si futuro in saeculo manserint, aut in malignas mentes inciderint aut incautas,

Pontifex, dum in minoribus erat, ignorantius contra Ecclesiam delincentus.

fortasse scandalum parient. Qui haec scripsit, inquit, in beati tandem Petri cathedra sedit, et Christi Salvatoris vicarium gessit; ita scripsit Aeneas, qui postea, Summum Pontificatum adeptus, Pius II appellatus est, nec invenitur mutasse propositum. Qui cum elegerunt, et in summo apostolatus vertice collocarunt, ab iis scripta eius approbata videntur. Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus obiciantur, et quae fuerunt Aeneae, dicantur Pii, atque ab ea Sede auctoritatem vendicent, adversus quam ignoranter lataverunt.

§ 2. Cogimur igitur, dilecti filii, beatum Augustinum imitari, qui, cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit. Humilis et probatissimi vir ingenii, qui suas ineptias verecunde confiteri ac corrigere, quam impudenter defendere maluit. Idem et nos faciemus: confitebimur ingenue ignorantias nostras ne, per ea quae scripsimus iuvenes, error irrepit, qui possit in futurum Apostolicam sanctam Sedem oppugnare; nam, si quem decuit umquam Romani primique throni eminentiam et gloriam defendere ac extollere, nos illi sumus, quos sine ullis meritis pius et misericors Deus, sola dispensatione sua, ad beati Petri solium, et dilectissimi Filii sui Domini nostri Iesu Christi vicarium evocavit.

§ 3. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, et in Domino commoneamus, ne prioribus illis scriptis inhaereatis, aut fidem ullam praestetis, quae supremam Apostolicae Sedis auctoritatem, quovis pacto elidunt, aut aliquid astrunt quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus ut id solium prae ceteris venerentur, in quo Salvator Dominus suos vicarios collocavit, et quod beati apostoli Petrus et Paulus suo sanguine dicaverunt, nec putetis divinam providentiam, quae cuncta gubernat, et nihil negligit eorum quae creavit, inor-

dinatam reliquisse militantem Ecclesiam, quae cum sit sponsa Christi, profecto a Deo est et ordinem habet, dicente apostolo, quae sunt a Deo ordinata esse. Requirit autem ordo, ut inferiora a superioribus gubernentur, et ad unum tandem perveniatur, tamquam principem et moderatorem cunctorum, quae infra se sunt. Sicut grues unam sequuntur, et in apibus unus est rex, ita et in Ecclesia militanti, quae instar triumphantis se habet, unus est omnium moderator et arbiter, Iesu Christi vicarius, a quo, tamquam capite, omnis in subiecta membra potestas et auctoritas derivatur, quae a Christo Domino Deo nostro, sine medio, in ipsum influit. Nec profecto in alium, tamquam sui exercitus ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter derivasset, quam in suum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam novimus dominici gregis curam; nec duo pluresve Petros evangelistae commemorant, nec duos aut plures instituit Dominus, qui suum locum tamquam capita tenerent aequalia: sed unum constituit, ut verticem ac ducem et pastorem universi gregis, Simonem Petrum, dicens: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; et tibi dabo claves Regni Caelorum: et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in Coelo, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in Coelo, et pasce oves meas.* Quae nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro, ut in Petro unitas et summa contineretur auctoritas: nec alius a petra dictus est Petrus, nisi Simon, ut intelligeremus unicum esse verae et solidae petrae, id est Christi, ut Paulus exponit, locumtenentem, Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto exemit gladium. Petrus igitur et successores eius Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, et nos hodie, quamvis indigni, sola Domini voluntate digni, tenemus; et quicumque Romanae, secundum canonicas sanctiones,

Idem, ad imitationem S. Augustini, eius dicta retractat.

Et suadet eius scriptis Apostolicae Sedis auctoritatem elidentibus non praestari fidem.

praeficitur Ecclesiae, quamprimum electus est in sacro collegio, supremam a Deo potestatem, sine medio, consequitur, et per ordinem in omnem diffundit Ecclesiam, cuius peccata divino iudicio puniendi relinquuntur. Si quid adversus hanc doctrinam inveneritis aut in dialogis aut in epistolis nostris, quae plures a nobis sunt editae, aut in aliis opusculis nostris (multa enim scripsimus adhuc invenes), respicite atque contemnite; sequimini quae nunc dicimus, et seni magis quam inveni credite, nec privatum hominem pluris facite quam Pontificem. Aencam reiicite, Pium recipite. Illud, gentile nomen, parentes indidere nascenti; hoc, christianum, in apostolatu suscepimus.

§ 4. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem advenisse, et cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longe aliter actum. Audite, filii, conversationem nostram, brevis narratio erit, quae vobis, quantum ad rem attinet, veritatem aperiet et obiectioni faciet satis. Anno salutis primo et trigesimo supra millesimum quadriagesimum, cum Dominico Capranica, quem Martinus V in secreto concistorio cardinalem creaverat, Eugenius IV spreverat, Basileam petivimus, ibique concilium inchoatum invenimus; verum ab Eugenio revocatum, quamvis congregati noluerant obedire, asserentes iam incoeptum concilium sine consensu Patrum, qui convenissent, haudquaquam potuisse dissolvi. Iulianus aderat S. Angeli cardinalis, natione Romanus, moribus et doctrina conspicuus. Is cum ceteris praestaret, audita Eugenii revocatione, praesidentiam dimisit tamquam summo Pontifici vellet obedire: sed cum angesceret in dies, Eugenio vel invito, concilium, et multi ex diversis regionibus episcopi et regum legati adventarent, cardinales quoque ex Romana Curia profugi in dies nonnulli concurrerent, praesidentiam resumpsit et

auctoritatem concilii mirum in modum extollens, eminentiam primae Sedis suppressere coepit. Venientes Eugenii legatos et potestatem Romanorum praesulum magnificantes, apparenter confutavit, et cum esset facundissimus, facile persuasit auditoribus quae cupiebat. Cardinales ex Urbe profecti, Eugenio infensi, vitam eius moresque carpebant. Accedebant in horas catervatim novi curiales, qui (ut est omnis multitudo maledica et inimica principi) Eugenii nomen modis omnibus lacerabant. Nos, qui ex patria iuvenes, non ex Urbe, illuc migraveramus, et novum primum avis ex Senensi gymnasio evolaveramus, rudes et inexperti, vera esse arbitrabamur quaecumque dicebantur, nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri, atque, ut est inuatum homini, tetra et horrenda crimina odio habebamus. Nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique testes indignum Pontificio dicerent. Aderant legati Parisiensis scholae, cuius est fama percelebris; affuerant et aliquando vestri et aliorum studiorum Germanicae nationis oratores, et uno cuncti ore concilii generalis auctoritatem ad coelum efferebant. De potestate Romani Pontificis pauci erant qui loqui praesumerent, omnes, qui publice loquebantur, prurientes auribus, multitudini applaudebant. Accessit et ipsius Eugenii consensus, qui dissolutionem concilii a se factam revocavit, et progressum eius approbavit, cum reconciliata synodus Eugenio videretur, et pax Ecclesiae data. Praeterita enim omnia, per duas literas, concilii Patres Eugenio sese remissuros et pedes eius tamquam beati Petri exosculaturos promiserant, si, revocata dissolutione, concilio cursum permitteret, atque illi cohaereret. Novae intercessere discordiae, tum aliis de rebus, tum potissime super translatione concilii, Graecorum causa, in alium locum. Eugenius in Italia, non sine ratione, concilium petebat; popularitas synodalis transire

Occurritque ob-
iectioni eorum
qui dicerent ip-
sum Pont. cum
Pontificatu mu-
tasse proposi-
tum, et ideo e-
ius vitam et ge-
sta recenset.

montes horrebat, et in Avinione aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiverunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus archiepiscopus et Ludovicus Pontanus, Apostolicae Sedis notarius, Alphonsi Magni regis oratores, qui velut duo orbis sydera, cen pontificii iuris et totius civilis sapientiae duo praecipua lumina et clarissima censebantur. Hi dictis scriptisque concilii gesta probabant, Eugenii facta damnabant, nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? Audire potuimus, non discere? Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita et inculcata non capit. Quales magistri sunt, tales discipuli evadere solent. Paucos invenias Aristoteles, qui Platonica norint destrudere dogmata. *Non est discipulus supra magistrum*, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare. Iulianus nobis et Nicolaus et Ludovicus et alii complures fuere magistri; schola, Basileensis conventus, in quo raro aliquis Eugenii causam defendit. Adversus concilii dignitatem mutire aliquid, crimen haeresis fuit. Una omnium vox concilium Eugenio praeferebat. De Sedis Apostolicae praecellentia aut silentium aut contemptus. *Concilium, concilium* cuncta sonabant. Diximus ergo quae audivimus, et post aliquot annos, existimantes nos aliquid esse, diximus, ut est apud satyricum: *Semper ego auditor tantum? Numquam ne reponam?* Pudit semper discipulum agere, subtraximus ferulae manum, coepimus loqui et magistri personam induimus. Scripsimus epistolas et opuscula; hoc omnibus passim datur, docti et indocti scribunt, et quae scripsit ipse nemo contemnit, nisi editionis fervorem tempus extinxerit; nobis placebant scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tamquam filios amant. Nec Basileae quemquam inveniebamus, qui ea damnaret, probant enim similia similes; applaudēbamus nobis ipsis et in editionibus

nostris gloriabamur. Et quamquam postea Eugenius concilium in Italiam transtulerit, et cum Graecis Ferrariae ac demum Florentiae convenerit; quamquam Iulianus Sancti Angeli et Ioannes S. Petri cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defecissent, quamquam paucissimi in fide Basileensi remansissent, nolimus tamen credere, existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent; et cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseverandum putavimus, ne partem, quae verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animae faceremus. Mansimus igitur Basileae quoad, Eugenio, ut credidimus, in isto iudicio deposito, Amadeus Sabaudiensis sussepectus est, et Felix V appellatus, quem non ut idolum, quod erat, sed tamquam verum Christi vicarium venerati sumus, nihil ad haec sinistri putantes intercessisse. At cum Fridericus Romanorum rex, Aquisgrani coronatus, domum repetens, Basilea transitum fecisset, rogatusque Felicem illic praesentem accedere, nullo pacto persuaderi potuisset, ut honorem ei, tamquam Romano Pontifici exhiberet aut publice cum eo verba misceret, tum primum consideravimus possibile esse, quod partem erroneam sequeremur, quando rex, imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius esset et ad Eugenium inclinaret magis. Multum et saepe inter nos ipsos cogitavimus, quis esset modus inveniendi verum, numquam enim volentes erravimus. Rogati in familiam Friderici transire, non renuimus. Erat tunc ille cum tota fere Germania neutralis. Concilium Basileae dicebant (1) esse Germani, et idolum eius respuebant, nec Eugenio, nec Basileensibus plene obediebant. Placuit ad neutrales transire, ut verum apud eos libentius audiremus, et si recedendum esset ab uno extremorum, per aliquod medium transiremus ad alterum, et eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti

(1) Leg. fortasse dicebant esse conciliabulum (R. T.)

causae. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audivimus opiniones. Neutralitatem idcirco Tentones induerant, ut concordia facilius inveniretur, non ex consilio Solonis, qui, tumultuante civitate, extorrem fecit eum, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus, quae nos antea latebant, Eugenium falso de multis accusatum invenimus, cardinalesque qui Basileam venerant, ob privatas inimicitias, bono et sancto viro notam inurere voluisse, qui tamen cuncti postea ad eum redierunt et veniam errati petierunt.

§ 5. Forte per id tempus Iulianus Sancti Angeli cardinalis, cuius supra meminimus, ex Ungaria, quae sibi decreta contra Turcas fuerat provincia, Flavianinum venit, quae hodie Vienna dicitur, praecipuum Austriae columnen, saepe cum eo sermonem pro veteri consuetudine miscuimus, saepe de rebus Basileensibus disputavimus; tuebamur antiquam sententiam, ille novam defendebat. Extollebamus generalis concilii auctoritatem, ille Apostolicae Sedis potestatem magnopere collaudabat. Dicebamus concilium Basileense iure perseverasse, quamvis Eugenius praesidentes revocasset, et hoc eius factum accusabamus; ille dissolutum seu translatum rite concilium affirmabat, et Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileæque non synodum Ecclesiae, sed Satanae et ministrorum eius synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, verum modestia et charitate plena. Ad extremum, cum suis scriptis dictisque cardinalem vinceremus premeremusque vehementer, subridens ille: Tu, inquit, Æneas, tabellis obsignatis agis mecum, et quoniam aliquando sensimus, ut dicis, idcirco et hodie idem putas debere sentire, et addictos priori sententiae censes. Verum propterea non sumus liberi, quia mutare sententiam usque ad mortem possumus? Cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, verum am-

plecti? Fateor me dixisse et scripsisse quae refers, verum a vero remotum errasse. Ac tu, qui, ut ais, me doctore, Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modo non sequeris recta monentem? Praesumpsi de meipso, dum essem Basileæ, nimis, quamvis deceptus decepi, et credens prodesse nocui, in medio Ecclesiae docens quae non didici; caecus erravi et in tenebris ambulavi, reliqui tandem Ecclesiam malignantiam et eum impiis sedere recusavi. Revelavit Dominus oculos meos, et consideravi mirabilia de lege sua: cognovi priorem errorem, et quantum a vero procul abiissent Basileenses plane intellexi: adii Romanam Curiam, et Eugenio cum suis rebellis submissi cervicem, a quo misericordiam consecutus, ad unionem Graecorum navavi operam, et illis Romanae Ecclesiae reconciliatis, adversus impios Turcas legationem accepi. Castigans castigavit me Dominus et morti non tradidit me; sed humiliatum exaltavit, quia cognito in errore non perseveravi, sed mox in viam redii, et ex magistro factus discipulus, ex magno parvus, expurgato veteri fermento, novum hominem indui, et verae matris lacte nutritus ad fontem veri perveni, quem sancti doctores ostendunt Graeci et Latini, quorum una vox est: salvari non posse qui sanctae Romanae Ecclesiae non tenet unitatem, omnesque illas virtutes mancas esse ei, qui Summo Pontifici obedire recusat, quamvis, in saeco et cinere iacens, dies et noctes ieiunet et oret, et in ceteris videatur legem implere; quia melior est obedientia quam victimae, et omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, et Romanum praesulem in Ecclesiae vertice constitutum esse constat, a quo nullam ex ovibus Christi exemptam novimus. Ego ad ovile redii, qui diu erraveram extra caulas, et pastoris Eugenii vocem audivi: tu, si sapias, idem facies.

§ 6. Haeserunt pectori nostro verba viri, quae saepe ad nos repetiit, non sine

Iulianus S. Angeli cardinalis, Romanus, multis quas hic habes rationibus huc Pont. in minoribus extensis, erroneam esse suam opinionem demonstravit.

Et eidem multum profuit Ioannes Caravaialis, Hispanus, qui Rotae auditor fuit et deinde cardinalis.

charitate ardenti et amore singulari. Interea ex diversis regionibus homines doctissimi Caesarem adierunt, quibuscum placidos de eisdem rebus misimus sermones, semper ad verum intenti, cuius est natura hominis avida. Multum profuit nobis Ioannes Caravaialis, Apostolici Palatii auditor, natione Hispanus, qui, Iuliano defuncto, in titulo cardinalatus ac legatione successit: quocum saepe de concilio Basileensium amice disputavimus. Nemo doctus ad imperatorem venit, quem de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumque Caesar ad unionem Ecclesiae procurandam in Nurnberga suae nationis conventum instituisset, decrevissetque Summum Pontificem adhortari ut Constantiae novum concilium indiceret legatumque mitteret, ac Basileenses pariter inducere ut eo se transferrent, ut ibi pax Ecclesiae redderetur, primi Basileenses recusare. Quod audiens Thomas Asselbachius, ex Germanis insignis theologus: Nunc, inquit, scio Basileenses Spiritum Sanctum non habere ductorem, quando tam aequam imperatoris legem effugiunt. Idem multi alii dixere viri doctissimi et opinione sanetitatis illustres.

Cognito tandem errore, Romano venit et reconciliavit se Ecclesiae

§ 7. Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quae, velut araneorum tela, verum cernere impediabat. Recognovimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileense dogma reiecimus, Eugenio Pontifici Maximo caput submisimus, et reconciliati Ecclesiae Romanae, doctrinam eius imbuimus, et illud Hieronymi diximus: Ego, nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuae, id est cathedrae Petri communiione consocior. Super illam fundatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum dominicum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.

Sed et deinde ad Eugenium accessit,

§ 8. Eramusque adhuc pene laici, quando ad Eugenii obedientiam redivimus. Ex Basilea clericali tantum caractere insi-

gniti recessimus, nec unquam sacros imbuimus (1) ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileensi caecitate relicta. In Austria minores ordines ac subdiaconatum et diaconatum recepimus, in Urbe ad presbyteratum pervenimus. Haec est conversatio nostra, per hos gradus e tenebris ad lucem migravimus.

§ 9. Ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Sarazanus, theologicae sapientiae celebratus ac acutissimus interpres, qui postea in Summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit.

Profuitque sibi multum Thomas, tunc theologus et deinde Papa Nicolaus V.

§ 10. His auctoribus, unam Ecclesiam catholicam et apostolicam esse didicimus matrem omnium fidelium, extra quam non invenitur salus; sponsam Christi immaculatam, in qua omnes qui militant finem sibi proponunt vitam aeternam. Idcirco enim in Ecclesia militanti laborant homines, et cum daemonibus tamquam hostibus pugnant, ut pacem tandem assequantur, et cum Iesu magistro ac legifero suo in caelesti Hierusalem triumphare ac regnare possint. Hic finis christiano proponitur, huc omnes Ecclesiae militantis conatus, omnes leges, omnes regulae tendunt; quoniam Ecclesia quidam exercitus est Deo militans, terribilis ut castrorum acies ordinata dicitur, cui procul dubio imperatori subiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius ac maximus et optimus Deus in suo Sanguine fundaverit Ecclesiam, eamque voluerit ad finem usque saeculi perdurare, quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censetur? At vero, inter genera gubernationum, communis philosophorum sententia est praestare monarchiam, et Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamvis, eiectis regibus, duos annuos consules elegerunt, et modo tribunos addidere, modo alios magistratus invenerunt, in adversis tamen casibus bellisque gravioribus ad unum aliquem recurrerunt, virtute et auctoritate praestantem, quem dictatorem appellaverunt, cuius dicto non liceret ad-

Pontifex ponit hic quae de Romani Pont. auctoritate sentit, et Bernardi ad Eugenium tertium notatu digna verba.

(1) Fortasse legendum induimus (R. T.).

versari; et quamquam dictaturam ab initio temporaneam instituerunt, in Julio tamen et successoribus eius perpetua effecta est. Nec unquam Romana res admirabilior aut celsior fuit quam sub Augusto Caesare, quando, iam clausis Iani portis, totus fere orbis sub unius hominis gubernatione quievit. Quo tempore natus mundi Salvator, monarchicum regimen ceteris praetulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernant reges, sive christianos intueamur sive barbaros. Et quamvis civitates aliquot reperiantur, quae, eum maxime serviant, liberas sese vocitant, sine rege viventes, non possunt tamen effugere, quin munus praerant aliis, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? Caelestis aula nos admonet. Quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius aut durabilius? quid melius aut beatus? Quamvis in ea et angelorum diversi sint ordines, et sanctorum spirituum innumerabiles chori, unus est tamen omnium Rex aeternus Deus, qui condidit universa, et nihil negligit eorum quae condidit, cuius filius unigenitus Christus Iesus, cum pro nostra salute venisset in hunc mundum, servili accepta forma, Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo Sanguine acquisivit, et in ea usque in diem ascensionis corporaliter praesedit, et tanquam dux verus et imperator emeta in finem suum direxit. Et cum ascendisset in caelum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat: *Pasce oves meas, et tibi dabo claves regni coelorum.* Neque enim dixit et non fecit, qui solus est verax. Grex Christi Ecclesia est. Pastor primus ipse Christus fuit, et pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis. Secundus pastor Petrus extitit, ab ipso Domino institutus atque omni potestate donatus, quae ad bene regendum commissas oves necessaria ducitur; alioquin Christus, qui sapientia Patris est, et omnino sapienter agit, Ecclesiae suae hand

sufficienter providisset, quod est nefarium asserere. Et quamvis plures per orbem Ecclesiae institutae fuerint et plures episcopi, idest plures greges et ovilia plura et pastores plures; omnes tamen sub uno pastore et in uno grege atque ovili continebantur, sicut et hodie continentur, quia unus est Christi thalamus, una sponsa, unum ovile et unus pastor, et omnium episcoporum unus episcopus Romanus praesul, beati Petri successor et Iesu Christi vicarius. Petrus enim in Antiochia primum sedit, deinde Romam venit, unde cum persecutionem fugiens vellet abire, a Domino prohibitus est, et hic glorioso martyrio vitam finivit, successore Clemente substituto; atque ita in hanc usque diem servatum est; ut qui Romae sederit auctoritate, rite institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus a Domino, hunc omnes christianae plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes episcopi, tanquam Iesu Christi vicarium et beati Petri successorem, universalis Ecclesiae caput ac rectorem et ducem, venerati sunt. Inter quos plurimi pro Christi nomine asperrimos perpessi cruciatus et morte muletati, coronam martyrii susceperunt; plurimi confessores egregii, vita, moribus et doctrina fulgentes, quamvis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis et labore ac voluntate parata, pro conservanda sacri Evangelii auctoritate, moriendi, ad caelestem gloriam pervenere, ut Gregorii, Damasi, Leonis, Innocentii, Bonifacii, Benedicti et alia nomina, inter quae tertius claruit Eugenius, ex monasterio sancti Anastasii ad summum sacerdotium evocatus, ad quem divus Bernardus, monachorum pater, non minus doctrinae fulgore quam vitae sanctimoniam illustris, inter multa, huiusmodi verba conscripsit: *Iudagemus, inquit, adhuc diligentius quid sis, quam geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, Summus Pontifex, tu princeps episcoporum, tu haeres apo-*

stolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt et alii quidem caeli ianitores et gregum pastores, sed tu tanto gloriosius quanto et differentius utrumque prae illis nomen haereditasti. Habent illi assignatos sibi greges singuli singulos, tibi universi crediti unum sumus. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor. Haec Bernardus ad Eugenium III scribit, cui supremam et omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto et omnibus aliis Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis est auctoritas. Liquet igitur unum in Ecclesia caput esse et unum principem, quia pax populi ex uno rectore dependet, et pluralitas principum discordiam parit. Christus Ecclesiae suae in ultimo testamento pacem reliquit, et pacem multis verbis commendavit. Dedit ergo et regimen pacis amicum, id est monarchicum, sub beato Petro et successoribus eius administrari cuncta praecipiens, clavibus illi commissis et cura gregis demandata. Haec nos de Romani Pontificis auctoritate et potestate sentimus, cui et congregare generalia concilia et dissolvere datum est. Qui, etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur; et sicuti filiationis causa venerari debet Ecclesiam tamquam matrem, ita et praelationis causa praefertur ei, ut pastor gregi, princeps populo, rector familiae. Cum his et generalis concilii auctoritatem et potestatem complectimur, quemadmodum et aevo nostro Constantiae, dum ibi fuit synodus universalis, declaratum definitumque est. Veneramus enim Constantiense concilium et cuncta quae praecesserunt a Romanis Pontificibus nostris praedecessoribus approbata, inter quae nullum invenimus umquam fuisse ratum, quod,

stante Romano indubitato praesule, absque ipsius auctoritate convenerit: quia non est corpus Ecclesiae sine capite, et omnis ex capite desinit in membra potestas. Haec nostra sententia est, filii; haec credimus et profitemur; haec iam senes et in apostolatus apice constituti pro veritate asserimus.

§ 11. Si quae vel vobis vel aliis conscripsimus aliquando, quae huic doctrinae repugnent, illa, tamquam erronea et juvenilis animi parum pensata iudicia, revocamus atque omnino respuimus.

Et quae in contrarium scriptis, tamquam erronea revocantur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sexto kalendas maii, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Dat. die 26 aprilis 1463, pontif. anno v.

XIII.

Prohibitio praedicandi, disputandi, aut suadendi haereticum vel peccatum esse credere Iesu Christi Sanguinem, in triduo suae passionis, ab ipsa Divinitate divisum, vel non divisum fuisse.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Quidam tenebant Sanguinem Christi, in triduo passionis, ab eius Divinitate fuisse divisum, et alii contrarium affirmabant. — 2. Illic ergo Pontifex de hoc praedicari et disputari prohibet. — 3. Contravenientibus poenas imponit, — 4. Et Sedi Apostolicae eos denunciari iubet, — 5. Fratresque Praedicatorum et Minores mutua cum dilectione se tractare praecipit. — 6. Sanctionem poenalem adiicit.

Pius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Ineffabilis summi providentia Patris ad hoc nobis, quamvis immeritis, universalis Ecclesiae regimen pia dignatione commisit, ut tamquam de summo vertice ad infima refluentes intuitum, quid pro sacrae religionis expediat propagatione felici

Exordium

et qualiter, illius multiplicatis plantationibus, religio ipsa floride dilatetur, solertius intendamus, omnemque inquietudinis et molestiae fomitem subtrahamus, sicque statui omnium religiosorum in humilitate Altissimo famulantium opportune provideamus, quod, omnibus ab ipsis sublatis molestiis, in religionis observantia, inique perseveratione quietius intendere valeant.

§ 1. Sane, cum dudum inter dilectos filios Praedicatorum et Minorum Ordinum fratres (satore zizaniae operante), super eo quod eorum aliqui in ipsorum praedicationibus pretiosum Sanguinem Domini nostri Iesu Christi in triduo passionis eiusdem separatim fuisse ab ipsius sanctissima Divinitate asseverabant, alii vero fore contrarium tenebant, dissensionis materia exorta foret, ex qua ad tantam inter eos altercationem, ut accepimus, deventum extitit, ut facile mentibus fidelium posset scandalum generari. Et licet alias nos ad obviandum praedictis, auditis iis quae circa praemissa utraque pars dicebat et allegabat, silentium imposuerimus, ac materiam ipsam indisensam pro tunc reliquerimus, ac mandavimus de huiusmodi dubietate amplius disceptationem aliquam fieri non debere; quia tamen verendum foret, ne ex contrarietate praedicta, in mentibus eorundem Christi fidelium aliquid scandali ad eorum animas illaqueandas evenire possit, matura praemeditatione curavimus omnibus sinistris eventibus praemissis, prout ex debito pastoralis officii adstringimur, obviare.

§ 2. Ut igitur in Ecclesia Dei orthodoxae fidei unitas praeservetur, et de cetero tollatur occasio in huiusmodi controversias incidendi, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et ordinamus quod nulli fratrum praedictorum deinceps liceat de supradicta dubietate disputare, praedicare, vel publice aut private verbum facere, seu aliis suadere

quod videlicet haereticum vel peccatum sit tenere vel credere Sanguinem ipsum sacratissimum, ut praemittitur, triduo passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ab ipsa Divinitate quomodolibet fuisse vel non fuisse divisum vel separatum, donec super dubietatis huiusmodi decisione, quid tenendum sit, fuerit per nos et Sedem Apostolicam definitum.

§ 3. Mandantes propterea universis et singulis eorundem et aliorum quorumcumque Ordinum per totum orbem constitutis fratribus, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant, praesentibus et futuris, sub excommunicationis latae sententiae poena, quam ipso facto incurrant, et a qua, nisi in mortis articulo constituti, nisi per nos aut successores nostros absolvi possint, ne contra statutum et ordinationem nostram praedictam venire aut facere vel tentare quoquo modo praesument.

§ 4. Necnon omnibus et singulis praedictorum et aliorum Ordinum praelatis, ut in virtute sanctae obedientiae transgressores omnes, quos in poenam huiusmodi incidisse, aut contra praedicta dixisse vel fecisse praesumpserint, dignis poenis dirisque carceribus punire et mancipare procurent, ac fratribus ipsis utriusque seu alterius Ordinis de cetero, sub eisdem poenis, aliquem fratrem seu alium haereticum propterea proclamare, aut haeresis ex hoc labem incurrisse constiterit, illum vel illos apud Sedem Apostolicam denunciare teneantur et debeant; quodque, inter alias quascumque ecclesiasticas saecularesque personas, nullus fratrum Ordinum praedictorum seu aliorum, aliquem de praedictis infamare, aut de illo quomodolibet proclamare praesumat.

§ 5. Quinimmo, ut fratres ipsi Praedicatorum et Minorum Ordinum huiusmodi, mutuo se diligant et cum claritate pertractent, secundum Ordinum ipsorum instituta et regularis observantiae Regu-

Quidem teo-
bant Sanguinem
Christi, in tri-
duo passionis ab
eius Divinitate
fuisse divisum,
et alii contra-
rium affirma-
bant

Hic ergo Pon-
tif. de hoc praedi-
cari et disputa-
tari prohibet.

Contravenien-
tibus poenam im-
ponit.

Et Sede Apo-
stolica eos de-
nunciari iubet.

Fraterq. Prae-
dicatores et Mi-
nor. multa com-
dilect. ad tra-
ctare praecipit.

lam, sub poena praemissa, auctoritate praefata, tenore praesentium iniungimus: decernentes ex nunc omnes et singulos fratres Ordinum praedictorum, qui praedicta non observare, vel illis contra facere vel venire studuerint cum effectu, ad omnes actus legitimos religiosorum et Ordinum ipsorum penitus inhabiles et incapaces, necnon irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Sanctionem praesentem adiecit.

§ 6. Nulli ergo etc.

Datum Anconae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, kalendis augusti, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 1 augusti 1464, pont. anno vi.

PAULUS II

PAPA CCXIII

Anno Domini MCCCCLXIV.

Die 30 augusti 1464 electus est in Summum Pontificem Petrus Barbus, Venetus, S. R. E. presbyter cardinalis tituli S. Marci, qui, Pauli II sumpto nomine, thiara redimitus est die 16 septembris sequentis (1). Hic Petri Cathedram tenuit an. vi, menses x, dies xxvi (2), temporibus Friderici III augusti; ac tribus habitis promotionibus, quibus decem cardinales creavit, obiit Romae die 25 iulii 1471, et sepultus est ad Sanctum Petrum. Vacavit Sedes dies xiv (3).

I.

Iurisdictio et facultates vicarii Papae in Urbe eiusque districtu.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Deputatio vicarii. — 2. Elargitio iurisdictionis. — 3. Derogatio contrariorum. — 4. Obedientia eidem vicario

(1) Ita Infessura in Diario inter scriptores mediaevi ab Ecardo editos. (2) A die electionis computandos. (3) Exclusis extremis.

ab omnibus praestanda. — 5. Hortatio ad officium diligenter exequendum.

Paulus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Dominico, episcopo Torcollano, in alma Urbe in spiritualibus vicario nostro, salutem et apostolicam benedictionem.

Licet Ecclesiarum omnium universalis cura et populi christiani regimen ad vigilantiam nos inducant, Romana tamen urbs inclita, quam caput orbis divina clementia stabilivit, mentem nostram sollicitat, ut de ipsius statu prospero et salubri attentius et diligentius ita procuremus, ut spiritualiter et temporaliter felicioribus successibus congruum recipiat incrementum.

§ 1. De tua ergo laudabili vita, morum gravitate, probata fide et circumspectione aliisque virtutum donis, quibus personam tam (1) praeditam esse familiari experientia percipimus, firmam in Domino spem gerentes, ac sperantes quod ea, quae tibi committenda duxerimus, prudenter et fideliter exequaris, te in praefata urbe eiusque suburbiis, dioecesi et districtu vicarium nostrum in spiritualibus usque ad nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum, cum honoribus, oneribus, fructibus, emolumentis consuetis, auctoritate apostolica, tenore praesentium facimus, constituimus et deputamus.

§ 2. Tibique visitandi Ecclesias, monasteria et loca ecclesiarum, saecularia et regularia, quorumcumque Ordinum ipsius urbis, etiam Ecclesias S. Laurentii, (2) Anastasii, S. Sebastiani et S. Agnetis et alia monasteria et Ecclesias prope urbem ipsam, exempta et non exempta, et ipsorum personas et eorum cuiuslibet ipsorum excessus et crimina mulcandi, corrigendi, puniendi prout, secundum Deum et iustitiam, videris expellere; causas civiles et criminales audiendi, exequendi, cognoscendi et sine debito terminandi, conferendi quoque ecclesiastica sacra-

(1) Leg. I. tuam loco tam (R. T.). (2) Aliquid hic deesse videtur. Forsan legi debet, SS. Vincentii et Anastasii (R. T.).

Exordium

Deputatio vicarii.

Elargitio iurisdictionis.

menta, ecclesias dedicandi, et eas vel earum caemeteria reconciliandi; aliaque omnia et singula faciendi, gerendi, ordinandi, disponendi, exercendi, mandandi et exequendi, quae ad huiusmodi vicariatus officium de iure vel consuetudine pertinere noscuntur; contradictores quoslibet et rebelles, per censuram ecclesiasticam personalemque coercionem et alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendi, plenam et liberam, auctoritate praedicta, harum serie facultatem concedimus et potestatem ac auctoritatem.

Derogatio contrariorum.

§ 3. Non obstantibus si aliquibus Ecclesiis, monasteriis vel Ordinibus eorumque personis a Sede Apostolica sit indultum, quod capi, seu detineri, aut interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Obedientia eisdem vicariis ab omnibus praestanda.

§ 4. Mandantes propterea omnibus et singulis ad quos pertinet et spectat, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, quatenus tibi, in exequendis his quae ad officium tuum pertinere noscuntur, omnibus possibilibus assistant auxiliis, consiliis et favoribus opportunis, tibi que pareant et obediant prout nobis.

Hortatio ad officium diligentius exequendum.

§ 5. Quocirca fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus quatenus officium vicariatus huiusmodi devote suscipiens, sic illud prudenter, solícite et fideliter exequaris, quod exinde sperati fructus animarum, sicut optamus, Domino concedente, proveniant; tuque, praeter divinae retributionis mercedem, quam inde mereberis, nostram et Apostolicae Sedis gratiam uberius consequi merearis.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, de-

cimo sexto kalendas octobris, pontificatus nostri anno 1.

Dat. die 16 septembris 1464, pont. anno 1.

II.

De his quae observare debent iudices a Sede Apostolica delegati in causis alienationum bonorum ecclesiasticorum (1).

SUMMARIUM

Causa const. — 1. Iudices delegati causarum huiusmodi alienationum curent hic expressa. — 2. Contravenientes poenas hic descriptas incurrunt. — 3. Complices quoque in eas incidunt. — 4. In commissionibus hoc stat. inseratur.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cum in omnibus iudiciis sit rectitudo iustitiae et conscientiae puritas observanda, id multo magis in concessionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonio et dispensatione pauperum, non de proprio eiusque peculio, agitur vel tractatur. Quapropter oportet ut, in examinandis huiusmodi alienationum causis, quae a Sede Apostolica in forma, si in evidentem utilitatem cedant, oneratis ecclesiasticorum iudicum conscientis delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio praemii iustitiam conscientiamque subvertat.

Causa const.

§ 1. Monemus igitur et, sub intermissione divini iudicii, omnibus commissariis et delegatis huiusmodi districte praecipimus ut caute et diligenter attendant causas in literis apostolicis per supplicationes expressas, illasque solícite examinent atque discutiant, testes et pro-

Iudices delegati causarum huiusmodi alienationum curent hic expressa.

(1) De materia alienationum dicam hic infra in Constit. vi, *Ambitiosae*.

bationes super narratorum veritate recipiant, et solum Deum prae oculis habentes, omni timore aut favore deposito, Ecclesiarum indemnitatibus consulant, nec, in laesionem aut detrimentum earum, decretum quomodolibet interponant.

Contravenientes poenas hic descriptas incurruunt

§ 2. Si quis autem commissarius vel delegatus, conscientiae suae prodigus, in gravamen aut detrimentum Ecclesiae, per gratiam aut timorem vel sordes, alienationi consenserit, aut decretum vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad extimationem detrimenti Ecclesiae illati nihilominus condemnandus, sciturus quod si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo nonnisi per Summum Pontificem poterit liberari.

Complices quoque in eas includunt

§ 3. Is vero, qui dolo vel fraude aut scienter, in detrimentum Ecclesiarum, alienationem fieri procuraverit, aut persordes, vel impressionem, alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurret, a qua nonnisi per Romanum Pontificem possit absolvi, ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de praemissis constituterit, condemnandus.

In commissionibus hoc statutum inseratur

§ 4. Volumus autem quod legati et commissarii praedicti de poenis constitutionis nostrae specificè moneantur, et in quibuscumque literis et commissionibus huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, 5 idus maii, pontificatus nostri anno 1.

Dat. die 11 maii 1465, pontif. anno 1.

III.

Gubernatores civitatum et aliorum locorum Status ecclesiastici, munera (praeter esculentia et poculenta quae triduo consumuntur) non recipiant. Officia per Papam conferrī solita, non conferant. Exulesque vel poenas, supra florenos sex, non remittunt.

SUMMARIUM

Munerum receptio apud iustitiae officiales, multa mala producit. — 1. Hic ideo Pontificalibus sui Status ecclesiastici id prohibet, — 2. Et huius bullae observantia ab eis iurari praecipit. — 3. Collationem officiorum a Papa conferrī solitorum eisdem interdicat, — 4. Bannitorumque remissionem, — 5. Poenarum quoque condonationem. — 6. Quibuscumque facultatibus concessis non obstantibus. — 7. Iubet hanc bullam publicari et observari. — Sanctio poenalis.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Munera excaecare oculos sapientum et pervertere corda iustorum, sacra Scriptura testatur. Unde ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui post aurum non abiit nec argentum, et qui excolit manus suas ab omni munere, de quo propheta testatur; quoniam ipse in excelsis habitabit, et monumenta saxorum sublimitas eius. Quod cum omnes facere conveniat, tum maxime servare oportet apostolicos legatos et gubernatores provinciarum, civitatum atque terrarum Romanae Ecclesiae subditarum, quos decet ceteris saecularibus magistratibus iustitiae et integritatis exempla praebere, ut avaritiam odiant, et munera super innocentes non cupiant. Sane ad nostrum, non sine molestia animi, pervenit auditum, quod superioribus temporibus diversi rectores et gubernatores terrarum et provinciarum S. R. E. subditarum et nonnulli legati, etiam de latere, ad gubernationem ipsarum terrarum et provinciarum emissi, solitum quendam

Munerum receptio apud iustitiae officiales, multa mala producit.

sequentes abusu, munera a provinciabilibus et incolis locorum, publice et privatim susceperunt, etiam in vasis aureis vel argenteis vel equis aut victualibus, excedentes omnem modum permissionemque canonicam; quae quidem non solum ipsis civitatibus et provinciis gravia et onerosa fiere, sed etiam exempla turpia et perniciose opere comprobantur. Siquidem ipsis muneribus vel donis allecti, privatae gratiae et factionibus potius quam iustitiae studuerunt; multique criminosi gravia delicta et flagitia pecunia redemerunt, atque (ut breviter circumscribamus) impletum est in plerisque propheticum illud, quod in eorum manibus iniquitas fuit, et dextera eorum repleta est muneribus. Siquidem beatus Isidorus ait: *Cito ingulabitur auro iustitia, nullamque reus pertimescet culpam, quam redimere nummis existimat.*

§ 1. Volentes igitur talibus abusibus providere, et per officiales et ministros Apostolicae Sedis omnem integritatem munditiamque servari, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quisquam deinceps rectorum aut gubernatorum aut quorumcumque officialium Romanae Ecclesiae, vel etiam legatorum de latere, ad regimen et gubernationem provinciarum, civitatum ac terrarum Romanae Ecclesiae deputatorum vel deputandorum, a provinciis, civitatibus et terris, quibus praesunt vel officia exercent, nec a singularibus suae legationi, regimini vel gubernationi suppositis aliquod genus muneris, nec aurum nec argentum, aut vestem aut equum, vel aliud cuiuslibet speciei munus accipiat, praeter esculenta et poculenta, quae brevi tempore consumi possunt, quod tempus ad biduum moderamur, alioquin tam dantes quam accipientes, etiam si pontificali praefulgeant dignitate (dummodo non sint sacrosanctae Romanae Ecclesiae cardinales, qui in sacro collegio coram nobis sponte sua obtulerunt et promiserunt non recepturos huiusmodi munera),

Bull. Rom. Vol. V.

24

ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua absolvi non possint, nisi a Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti. Et insuper omne id quod acceperint et aliud tantumdem reddere teneantur.

§ 2. Mandantes ut omnes et singuli legati, rectores et alii officiales praedicti, priusquam ad sua admittantur officia, videlicet cardinales legati, in dicto collegio coram nobis promittere; inferiores vero, in Camera Apostolica, de observanda huiusmodi constitutione nostra (quam perpetue valere et vim decretalis habere decernimus), iuramentum praestare teneantur, quod etiam in forma iuramentorum praestari solitum, adiungi et asservari mandamus.

§ 3. Insuper, ne, sub occasione munerum, officia inferiora in ipsis provinciis, civitatibus et terris venalia reddantur, aut criminosi debitas poenas effugiant, vel mulctae, pro debitis impositae et fisco applicandae, in privatas utilitates redigantur, pari prohibemus edicto, ne legati et gubernatores praedicti, praeturas civitatum et alia inferiora officia per Romanos Pontifices conferri, vel alias concedi solita, conferre, confirmare, aut de illis quomodolibet, sine speciali commissione nostra vel successorum nostrorum, ordinare praesumant. Pro his vero quae ad ipsorum legatorum vel gubernatorum dispositionem vel confirmationem pertinent, pro collatione officiorum vel confirmatione, nil accipiant, praeter moderatam mercedem secretarii sive scriptorum et sigilliferi; quam quidem in maioribus officiis et civitatibus insignioribus, ad duos florenos de Camera; in minoribus officiis vel civitatibus minus insignibus, ad unum florenum; in minimis vero seu castellis, dimidium florenum similem tantum, pro salario secretarii, scriptoris et sigilli, taxamus et limitamus.

Et unus talis observantia ab eis iurari praecipit.

Collatione officiorum a Papa conferri solita, tum eisdem interdicit.

Hic ideo Pont. officialibus sui Status ecclesiastici id prohibet.

§ 4. Insuper prohibemus ne aliquos reos capitalium, aut exules, bannitos et diffamatos sub poena capitis, absolvere, restituere, aut a pena liberare audeant, sine Romani Pontificis licentia speciali.

§ 5. Praeterea, multas et condemnationes pecuniarias, Camerae Apostolicae de iure vel consuetudine applicari solitas, remittere non possint aut donare, nec de illis gratiam aut remissionem facere, nisi usque ad summam sex florenorum auri de Camera, in multa seu condemnatione quamvis gravi.

§ 6. Revocantes omnes concessionem aut facultates, in genere vel specie, cuivis legato, rectori vel gubernatori concessas, in quantum praemissis adversentur, illasque pro infectis habentes, decernentes quicquid contra praemissa et quodlibet praemissorum attentatum fuerit, nullius esse roboris vel momenti; et absolutiones, remissiones, donationes et gratias quorumlibet legatorum, rectorum et gubernatorum, quacumque auctoritate fungentium, in futurum contra praemissa forsitan faciendas, nulli penitus suffragari.

§ 7. Mandantes hanc constitutionem nostram in omnibus civitatibus Romanae Ecclesiae insignioribus, nunc et singulis quibuscumque temporibus, in adventu novi legati seu gubernatoris, solemniter publicari et ab omnibus inviolabiliter observari, ac de verbo ad verbum in libro ibidem aliquo authentico registrari et conservari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, quintodecimo kalendas aprilis, pontificatus nostri, anno II.

Dat. die 18 martii 1466, pontif. anno II.

IV.

Contra vindictam transversalem in Urbe eiusque districtu sumentes, aut cavalcatas seu hominum collectas facientes, brigosque et eorum fautores.

SUMMARIUM

Exordium. — Causa huius constit. — 1. Vindictam transversalem facientibus, — 2. Collectam hominum adunantibus — 3. Poenas hic descriptas Pontifex imponit; — 4. Fauctoribus eorum poenas infligit, — 5. Domosque eorum demoliri mandat; — 6. Brigam habentes pacem inire iubet, — 7. Pacisque huiusmodi fractores poenis hic enunciatis innodat. — 8. Hunc libellum in statutis Urbis describi mandat.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Viros sanguineos et dolosos abominabiles Deo sanctus propheta testatur; nec immerito quidem apud Deum et homines detestandi videntur, qui, horrenda saevitia et vindictae furore succensi, sanguinem sitiunt aliorum et praesertim insontium, ita ut non solum corporum mortem procurent, sed etiam animarum pro quibus Dei Filius mortem subiit corporalem, easque pretio sui Sanguinis comparavit. Unde nos eiusdem Salvatoris vicem, disponente Domino, licet immeriti, obtinentes in terris, eosdem merito detestamur, et ad gregis dominici custodiam sollicitis excitati vigiliis, animarum et corporum saluti et publicae paci ac quieti attenta cogitatione insistimus, ut perditorum hominum audaciam compescendo, animas simul et corpora Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus.

Sane in alma Urbe nostra, quae sicut per sacram beati Petri Sedem totius est caput orbis effecta, ita ceteris urbibus quietis et pacis norma, et exemplar deberet esse iustitiae, instigante diabolo, pestiferum et perniciosum malum irrepit, ut si quando inter aliquos, etiam pro levissima causa, quam brigam vocant,

Exordium.

Causa huius constit.

Bannitorumque remissionem,

Poenas quoque condemnationem.

Quicumque facultatibus concessis non obstantibus.

Iubet hanc bullam publicari et observari.

Sanctio poenalis.

rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percusserit aut vulneraverit, percensus aut vulneratus, huiusmodi offendens patrem, fratrem aut filium seu alterum ex propinquis, iniuriae expertem et plerumque offensionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem (1), horribili immanitate et furiosa dementia, in vindictam suae iniuriae, vulnerat et interdum occidit; aut aliquis propinquorum offensus, ad ultionem iniuriae propinqui sui, ut praemittitur, propinquum offendens vulnerat vel occidit, vel vulnerari et occidi facit; inde quoque, iuxta damnabilem abusum, civitatis utraque pars se domibus privatis includit, quas, in contemptum Summi Pontificis, videlicet principis, ac etiam magistratum civitatis, armatis complent, et interdum fores domorum et porticus steccatis communiunt, ubi, tamquam ad officinas et asylum scele- rum, perditii homines et scelesti ex utraque parte conveniunt; illic rabida factio iungitur, atrocissimi sceleris immanitate concordans; illie dementia et furia est et venalis iniuria, dum iis qui nulla sunt iniuria laessiti, ad vindictam offensorem insana mente et ferali crudelitate con- iurant. Ii sunt quorum veloces pedes sunt ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognoverunt. Inter quos foeda et obscœna commercia, alearum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, dirae blasphemiae et obscœni aguntur incestus: ex iis oritur regentium repu- blicam et magistratum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri processit abusu, ut si quando huiusmodi rixae et offen- siones intercedunt, non solum propinqui atque coniuncti, sed etiam extranei utri- que parti se offerunt, quod vulgo apud eos et materno vocabulo *Fare de bene* nuncupatur; ex quo plerumq. totius civi- tatis studia, non sine gravi nota regen- tium atque discrimine reipublicae, ar- mantur adversus proximos; miseri, spiritu

(1) Rectius forsân leg. *dolentem* (n. r.).

diaboli repleti, omne ius humanae socie- tatis, omnem charitatem, omnem civi- lem concordiam damnabili abusu per- vertunt.

§ 1. Nos igitur, tam immani et cru- deli facinori ac populi nostri peculiaris periculis volentes occurrere, et tam ne- pharios praesumptores debitae animadver- sionis mucrone ferire; et ut tuta sit inter improbos innocentia, etiam in ipsis im- probis formidato supplicio refrænetur audacia ac nocendi facultas, ipsiusque almae Urbis nostrae paci et quieti et tranquillitati consulere, ut, felici ducta regimine, praeservetur a noxiis, et optatis semper proficiat incrementis; hac irre- fragabili, matura et perpetua valitura constitutione, statuimus et ordinamus ut quicumque deinceps baro aut domicel- lus vel civis Romanus vel quaevis alia ecclesiastica saecularisque persona, cu- iuscumque conditionis et qualitatis existat, quaecumque etiam atroci iniuria laessita, pro sua vel amici aut propinqui iniuria vindicanda, patrem aut filium, fratrem aut propinquum, vel alias amicum vel do- mesticum offendens vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter vel personaliter offendere praesumpserit, aut talia fieri fecerit vel mandaverit;

Vindict. trans-
versal. facien-
tibus,

§ 2. Similiter qui, in urbe Romana vel in eius districtu, occasione rixae vel brigae, domum communire, armatos rece- ptare aut tenere, vel adhaerentes et com- plices ac fautores brigae accessere, seu quacumque conventionem, congregatio- nem et collectam hominum, ad ultionem iniuriae, invocare, excitare, invitare vel receptare praesumpserit per se vel alium, crimen laesae maiestatis incurrat, et tam- quam laesae maiestatis, rebellionis ac se- ditionis in Urbe concitatae reus censeatur et habeatur, ac veluti talis a competentibus iudicibus severissime puniatur.

Collectam ho-
minum adunan-
tibus

§ 3. Ecclesiastici vero talia perpe- trantes ab omni dignitate, honore, ordine,

Poenas hic de-
scriptas Pontif.
impunit.

officio et beneficio sint ipso iure privati, et perpetuae custodiae mancipentur: beneficia eorum libere alii, per illos ad quos eorum collatio pertinet, conferantur. Omnesque praeterea talia perpetrantes et committentes, tamquam christianae religionis alieni, publicae pacis aemuli, ab omni populo, civitate, terra vel loco, Ecclesiae Romanae mediate vel immediate subiecto, sint perpetuo diffidati; eorum bona tam mobilia quam immobilia sint ipso iure Camerae Apostolicae confiscata. Nulli praeterea talium alienius aperiatur ianua dignitatis aut honoris ecclesiasticae vel mundanae, seu ad alicuius loci regimen sit ascensus. Et, ut magis famosa sit eorum infamia, factio testamenti active et passive sit eis interdicta; ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni spe gratiae aut dispensationis adempta. Ac, praeter praedictas poenas, sententiam excommunicationis et perpetuae maledictionis incurrant, a qua absolvi non possint, nisi per Romanos Pontifices, praeterquam in mortis articulo constituti.

Fautoribus eorum poenas infligit,

§ 4. Illi vero, qui ipsis offensis vel offendentibus seu brigosis adhaerere, favere, opem auxiliumve permittere, vel in domibus aut castris, locis seu fortelitiis suis receptare, aut qui, iuxta vulgare, *Fare de bene* deinceps praesumpserint, tamquam fautores scelerum et conspiratores adversus publicam pacem, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, privationis, inhabilitationis atque excommunicationis et anathematis poenas incurrant.

Domusque eorum demolui mandet,

§ 5. Statuimus praeterea, ut domus et habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, ut praemittitur, sumere vel exercere, vel etiam qui ex utraque parte domos ipsas munire, aut congregationes, occasione brigae, et collectas hominum aluare, aut armis vel armatis seu steccatis aut propugnaculis commu-

(1) Tu scias poenam excommunicationis abstulisse Sixt. V.

nire ausi fuerint, in detestationem tanti facinoris, demoliantur, et usque ad solum, ad perpetuam infamiam, prosternantur. Per hoc quoque saecularibus et aliis iudicibus suis competentibus non adimimus facultatem utendi statutis et legibus adversus tales editis vel edendis. Dignum est enim ut, nefandi ratione flagitii, ultionis severitas extendatur, et propter enormitatem facinorum, et poenarum modus exsuperet.

§ 6. Ceterum volumus quod singuli in dicta urbe rixam seu brigam quomodolibet forsau in praesentiarum habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cuiuscumque status vel conditionis fuerint, post publicationem praesentium in Curia Capitolii et aliis publicis dictae urbis locis faciendam, infra quindecim dierum spatium, super illa in dilectos filios eiusdem urbis generales paceros nostros ac Chericum de Chericatis, civem et militem Vicentinum, seu alium per nos eius loco forsau subrogandum aut deputandum, et de iure et de facto, iuxta auctoritatem et arbitrium eorum, plenarie compromisisse, ipsorumque decisionibus, sententiis et mandatis, quae omnia et rata et grata haberi, ac ab omnibus et singulis, quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari volumus atque mandamus, stare et parere debeant et teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quovis modo appellare.

Brigam habentes pacem iure infligit,

§ 7. Inhibentes nihilominus districtius ne aliquis, per se ipsum aut quemvis alium, directe vel indirecte, seu alio quovis quaesito colore, contra pacem et concordias haecenus initas et factas, vel securitates praestitas seu deinceps inendas, venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet praesumat, sub poenis, ultra Urbis statuta, in huiusmodi facta pace contentis ac praemissis, et aliis arbitrio nostro infligendis, quas rebelles et contrafacientes, ac pacem huiusmodi

Pacisque huiusmodi fractores poenis huiusmodi infligitur.

non servantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurrant.

§ 8. Ad maiorem praeterea firmioremque rei subsistentiam et perpetuam observationem, volumus et mandamus quod praesentes nostrae literae, eiusmodi voluntatem, ordinationem et decretum nostrum continentes, in volumine statutorum dictae nostrae urbis de verbo ad verbum denotentur et describantur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, decimo kalendas octobris, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 22 septembris 1466, pont. anno III.

V.

Indictio sacri belli contra Turcas (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — Decreta in Turcas a Paulo II expeditio. — Narrata ab eodem pro conciliandis regibus et principibus. — Obfuerunt plurimum Italicae discordiae. — Componendis iis incumbit Paulus. — Controversiarum difficillimarum decisio ad Pont. spectat. — Deo gratus esse nequit qui cum fratribus exercet inimicitias. — Perpetua pax inter Italos principes indicta. — Concordiae interpretem inter dissidentes se fore pollicetur Pontifex. — Veteris concordiae pactiones redintegratae. — Bartholomaeus Coleo Italici in Turcam exercitus dux creatus. — Centum millia aureorum stipendii attributa. — Ut portio pro rata in singulos foederatos dividenda. — Oppida occupata restituere Florentinis et Manfredi; exercitum vero in Albaniam Coleo iussus traducere. — De bello strenue in Turcam gerendo sacramentum nuncupare. — Foedifragis ecclesiastica exercitatio intentata. — Controversiae dirimendae facultas Pontifici reservata. — Conclusiones.

(1) Ex Raynaldo, Continuat. Annalium, tom. XIX, pag. 192. — Cum Raynaldo hanc Constit. accuratissime contulimus, atque plusquam triginta loca, quae errata vel corrupta in Cocquelin. edit. irreperant, emendavimus (R. T.).

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Ut liberius iustissimum bellum contra ipsos infideles et Crucis sacratissimae spurcissimos hostes, per san. recor. praedecessores nostros iamdudum susceptum, indictum et publicatum, quantum vires nostrae patuntur, prosecui possimus, et effraenatam eorum rabiem impiosque arcerere conatus, quemadmodum, pro ipsius Salvatoris gloria et cunctorum quiete fidelium, prae cunctis aliis rebus, in nostrae mentis consideratione semper habuimus, opportune providere cupientes, et pacem inter universos christicolae componendam, compositam vero tuendam et servandam, permittenteque Altissimo, ad effusi sanguinis christianorum, ipsiusque Dei nostri iniurias propulsandas, christicolae omnes, et in primis Italiam ipsam inhabitantes, veluti propinquiores hostibus praedictis, excitare atque impellere, quantum pastoralis dignitati liceat affectuosissime prope ravimus. Qua quidem in re, quid hactenus egerimus; quos reges et principes, quos potentatus praesertim Italiae convocaverimus; quae et quanta eis curaverimus suadere; quo insuper animo, qua diligentia, omni alio intermisso negotio, ad rem hanc dumtaxat componendam intenti fuerimus; quae et qualia nos ipsi primo obtulerimus, et non solum publicatione, sed promissione efficaci ad effectum usque perducta, Ecclesiae pecunias, facultates et bona christianis, ad cohibendam Turcarum eorundem rabiem obstinatam, ultro solverimus exhibuerimusque; quas denique legationes ad eosdem reges, principes, potentatus atque dominia ad diversas mundi partes, et extra Italiam, non sine maximis sumptibus, duxerimus destinandas; quantumve in pace praedicta conservanda, atque illius foederibus in omnium Italarum partibus renovandis resarciendisque insudaverimus, ac legatis, nuntiis, literis et exhortationibus eos, quos praemissa con-

Prooemium

Decreta in Turcas a Paulo II expeditio.

Narrata ab eodem pro conciliandis regibus et principibus.

Hunc libellum in status Urbis descr. mandat

ceruebant, studuerimus commone, aliorum sit enarrare; quae omnia, tamquam notissima, praetermittimus, ne ostentationi, sed utilitati et unitati gregis dominici insistere videamur.

Sed quoniam humani generis hostis, zizaniae sator, se ad obsistendum gloriosis rebus gestis gerendisve solet accingere, quo ferventius Dei populus fidelesque catholici res saluberrimas amplectuntur, solentque supernae providentiae dispositio interdum, ad probationem constantiae et firmitatis credentium ipsorumque profectum, permittere quod tumidus aliquantisper praevaleat hostis, superetque fideles, ut tandem, elatus inaniter, in superbiam corruat, et superatus suae divinitatis potentia, penitus confundatur, ipsique soli Deo vivo et vero sit gloria, ac populi Domini, hereditas eius, una cum principibus suis superna beneficia recognoscant, illiusque potentiae, non propriae virtuti, victoriae decus attribuant, et propterea haec, quae summo optabamus affectu, hucusque nequiverimus adimplere de unanimi consensu potentatum praedictorum; attendentes quod magnitudo periculi, quod, occasione ipsorum infidelium, christianae reipublicae apertissime imminet, dissidentibus inter se Italis, caeteris principibus et populis christianorum persuaderi non potest; quod, durante bello Italico, nationum principes aliarum nullam sint verisimiliter subsidium allaturi; opitulante Altissimo, ad renovanda, roboranda, et si qua forte dubietas, si quis scrupulus inde emerit reintegrae nationis Italiae, pacis et unionis foedera eo enixius aspiramus, quo per plures potentatus eiusdem nationis legati apud nos pro hac re diuturno tempore institerunt, et ad nostrum pastorale officium pertinet dissidentibus christianis populis pacem indicere, pacem praeferre et praedicare; atque, superna nobis in hac parte potestate concessa, illa observari facere et tueri, iuxta

illud, quod inter caetera in Deuteronomio praecipit Altissimus, ut, si quid difficile et ambiguum foret in causis et dubiis iudiciis faciendis, quisque a sacerdotibus postularet, et quae illi dicerent, procul dubio facerent, nullique superbire liceret, aut sacerdotis imperio, eo tempore quo ministraret, sub poenis gravissimis, contraire; et quod in canone Agathensis concilii legitur exaratum, quod, si dissidentes inter se ad pacem revocari diuturna obstinatione nequirent, a sacerdotibus civitatis argui oportere primum: qui si inimicitias deponere perniciose intentione contemnerent, de Ecclesiae coetu iustissima excommunicatione pellerentur, in ipso pacis Auctore sperantes indubie, quod filii prudentes, illius eruditionis evangelicae, qua Dominus dicit: *Qui vos audit, me audit*, nequaquam immemores, pastoris sui praecipui vocem intelligentes, ad evitandum calamitates et pericula huiusmodi atque maiora, et ut bona plurima, ad quae omnis nostra aspirat intentio, subsequantur, pacem pronis animis amplectentur; cum, iuxta beati Cypriani sententiam, nemo possit Deum habere placatum, qui cum fratribus non pacem, sed zeli discordiam habet, necnon obedientiam debitam nostris, immo verius dominicis monitis et mandatis saluberrimis, utilitatem ipsorum praecipue et commoda concernentibus, exhibebunt; et in hoc etiam arduo difficili negotio expeditionis praedictae singularem illam devotionem et fidei sinceritatem, quam erga sacrosanctam Romanam Ecclesiam antedictam et Sedem Apostolicam, ac illi pro tempore praesidentem antistitem habuerunt, experimento novissimo comprobabunt; tandem, legatis omnibus potentatum praedictorum apud nos longo tempore agentibus, ac saepe numero cum omni charitate auditis, post multos variosque tractatus praemissorum occasione peractos, ac super his habitam et saepius re-

Obfuerit plurimum Italiae discordia.

Componens incumbit Paulus.

Controversiarum difficillimarum decisio ad Pont. spectat.

Deo gratus esse noquit qui cum fratrib. exerceat inimicitias.

petitam deliberationem maturam, cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Romanae Ecclesiae cardinalibus nobiscum una provide considerantibus necessarium atque expediens fore, ad cohibendos Turcarum conatus praedictos, qui, peccatis facientibus, augeri videntur in dies, vota multorum regum, principum et potentatum, quod non aliter, nisi pacata, ut praefertur, Italia, huic communi periculo sunt auxilia praebituri, in unam convenire sententiam, unicam plurimorum potentiam efficere, viresque fidelium pro experientia praemissorum unanimiter experiri oportere; omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et totius coelestis curiae triumphantis, quorum praesidia pro gerendorum subsistentia humiliter imploramus, auctoritate, deque nostrae et apostolicae plenitudine potestatis, inter universos Italiae potentatus et principes, etiamsi regali vel quavis alia praefulgeant dignitate, et praecipue inter charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum regem Siciliae citra Pharus, regem illustrem, ac dilectos filios nobiles viros Christophorum Maurum, Venetorumque dominum, Galeatum Mariam Vicecomitem, Mediolani ducem, et communitatem civitatis Florentiae ipsorumque regis et ducem haeredes et successores, pacem perpetuam, ab eis omnibus ipsisque adhaerentibus, sequacibus et subditis eorumdem inviolabiliter observandam, et infra triginta dierum spatium a publicatione praesentium acceptandam, harum serie promulgamus et declaramus; illamque ac etiam unitatem et concordiam perpetuam, omnemque armorum cessationem et a quavis iniuria vel offensa abstinentiam et quietem omnimodam eis et ipsorum cuilibet indicimus, nuntiamus atque iniungimus, integram et illaeram volentes ac etiam decernentes, ipsosque potentatus et principes nihilominus in Domino, et per viscera misericordiae Dei nostri exhortantes, eisque ac dilecto filio Bartholo-

Perpetua pax
inter Ital. prin-
cipes indicia.

mæo de Pergamo nonnullarum armigerarum gentium capitaneo apostolica auctoritate mandantes quatenus, pro eiusdem Salvatoris gloria et honore, ac nostrae et Sedis Apostolicae reverentia, christianae reipublicae et universale bonum privatis commodis auteponere, hostilia, quae in alterutros conceitata sunt, arma deponant et deponi faciant cum effectu, a via facti abstineant, nec se invicem armis neque iniuria provocent, sed, Regis pacifici se filios et cohaeredes esse commemorantes, christianam pacem observent, fraterna se amplectantur charitate et diligant, repentes animis quod ex concordia parvae res crescunt, et discordia maximae dilabuntur; ac nos qui, etsi cum omnibus christifidelibus, prout officii nostri debitum exigit, pacem continuo habuerimus et, annuente Domino, quantum ad nos attinet, sinus in posterum habituri, pro maiori tamen firmitatis robore et observantia praemissorum, continuatione quoque eiusdem, quam semper nos partem fovere consuevimus, sed veluti mediatores et conservatores, quemadmodum providum decet pastorem, procurabimus, sollicitabimus, tum etiam pro ipsorum potentatum reputatione et honore, nos ipsos et successores nostros canonice intrantes Romanos Pontifices, cum omnibus vassallis, vicariis, dominiis, provinciis, civitatibus, omnibus terris et castris ipsarumque communitatibus et subditis, nobis mediate vel immediate subiectis, ita in ipsa pace includi volumus, et prout singulos de principalioribus potentatibus antedictis includimus, ita etiam nos eiusdem pacis conservatores, protectores et defensores omnino etiam in posterum promittimus.

Ut autem huic, ut speramus, acceptae paci ac concordiae potiora adiiciamus robora firmitatis, et ipsius perseverantia enixius proenretur, atque altera et potissima nostra intentio magnopere ponderanda accelerandave, principalem tenens locum

Concordiæ in-
terpretem in-
ter dissidentes
se fore pollice-
tur Pontifex.

in nostrae mentis arcano, scilicet christianorum tuitio et infidelium humiliatio superborum, cum sperata conversione ad Dominum, optatum quantocius sortiatur effectum, inter Ferdinandum regem, duces, dominium et communitatem praedictos, necnon dilectum filium nobilem virum Borsium, ducem Mutinae et marchionem Estensem, ac quoscumque alios principes, civitates, communitates, barones, milites et nobiles totius Italiae praedictae, qui, infra quinquaginta dies similiter a publicatione praesentium numerandos, sub pace, concordia, unitate et confederatione huiusmodi includi voluerint, et veluti concordiae amatores, sub ipsius pacis amoenitate lactari, confederationem, unionem, intelligentiam et ligam olim inter clarae memoriae Alfonsum, Aragonum et Siciliae regem, quondam Franciscum Foscari et dominium Venetorum, Franciscum Sfortiam Vicecomitem Mediolani, duces, et communitatem Florentinam praedictos initas ac firmatas, ac per ipsum ducem Mutinae postea acceptatas et in quibusdam publicis instrumentis in forma capitulorum confectis contentas, auctoritate praedicta, ex certa scientia innovamus, reintegramus, stabilimus et approbamus; ac ipsa confederationis, unionis et ligae foedera toto tempore in ipsis capitulis designato duratura, stabilita ac firmissima esse decernimus; et non modo a potentatibus atque omnibus aliis et singulis antedictis, sed et a dictis filiis Senensis et Lucensis civitatum communitatibus, necnon quibuslibet tam nostris quam aliorum vassallis, vicariis et subditis, civitatum aliarum communitatibus, proceribus, principibus, baronibus et nobilibus, cuiuscumque, ut praemittitur, eminentiae, dignitatis, status vel conditionis fuerint, infra similia quinquaginta dierum spatium, includendis et aggregandis, ac infra dictum terminum per documenta publica acceptantibus, quibus et eorum singulis honorabilem et conve-

nientem locum, iuxta ipsorum qualitates, reservamus, et quos ea, ex nunc prout ex tunc, auctoritate, scientia et potestate praemissis, includimus et inclusos confederatosque esse declaramus per praesentes, inviolabiliter volumus observari; pro cuius rei stabilitate et observantia potiori, nos, cuius fiducia non in humanis praesidiis, sed tota consistit in Domino, qui nostros gressus, pro sua clementia, et universalem Ecclesiam orthodoxam mirum in modum tuetur et protegit, inhaerentes praedecessorum nostrorum vestigiis, qui, sub ipso unitatis et concordiae inito foedere, bonis respectibus ac ex rationabilibus et urgentissimis causis tunc latius explicatis, includi voluerunt, uniones et confederationes praedictas ratas habentes et gratas, illas tenore praesentium acceptamus, atque eis munus caelestis benedictionis adicimus cum inviolabili observantia praemissorum.

Praeterea, licet praesentis pacis concordiaeve conditio, prout in misericordiam Redemptoris nostri confidimus, universo christianorum coetui maxima allatura sit commoda, maximum christianis omnibus robur, et contra detestabiles Crucis et fidei catholicae eversores aetura sit animum, hostibus vero formidolosa et illatura terrorem; quia tamen tumidus et insolens hostis praedictus Thraecarum dux, multarum gentium, quas suae tyrannidi subingavit, numerositate munitus est, ut illi praeteritorum successuum prosperitate elato universi christianorum potentatus et principes, praesertim ipsius Italiae nationis, eo efficacius eoque validius resistere possint et, annuente Domino, gentem perfidam expugnare, atque a sinibus christianorum expellere: pro maiori quoque robore et firmitate ipsius pacis Italiae, utque pro tuitioe fidelium aliquod initium praebeatur, eundem Bartholomaeum, maturi consilii virum, strenuum et fidelem nostrum ac ipsorum potentatum, quemad-

Veteris concordiae pactione reintegratae.

Bartholomaeus
Coles Italici in
Thraecam exerci-
tus dux creatus.

modum alias, pro reprimeendis Turcarum eorundem conatibus, tractatum et expedientissimum fore, tam a nobis quam ab oratoribus potentatum eorundem laudatum extitit, nostris ac ipsorum communibus stipendiis expeditionis huiusmodi contra Turcas praedictos generalem capitaneum facimus et deputamus, sibi stipendia per nos et potentatus praedictos usque ad summam centum millium florenorum auri, in hunc, qui sequitur, modum persolvendam constituentes et assignantes, videlicet nos, ut aliis praebeamus exemplum, in tribus terminis, scilicet aprilis, augusti et decembris, annuatim summam florenorum similium decem et novem millium per Cameram Apostolicam supradictis kalendis integre persolvendam dare, solvere et assignare offerimus, et bona fide pollicemur; et similiter praefatus rex Ferdinandus, totidem; dux vero et dominium Venetorum, totidem; Galeatius Sfortia Vicecomes, dux Mediolani praedicti, totidem; priores libertatis, vexillifer iustitiae et commune eiusdem civitatis Florentinae, quindecim millium; reliqui vero tres praenominati adhaerentes et confoederati, novem millium, videlicet duo primi ex ipsis tribus, quatuor mille pro quolibet; et communitas civitatis Lucanae praefata millium florenorum summam in eisdem terminis annuatim solvere teneantur, ita tamen quod idem Bartholomaeus, infra quinquaginta dierum spatium a notificatione praesentium computandorum, communitati Florentinae praedictae, vel eorum syndico, Dovadulae, Mordianense vero et Bubauum, castra comitatus nostri Imolensis, dilecto filio Tadeo de Manfredis, civitatis nostrae Imolensis in temporalibus generali vicario, absque ulterioris morae dispendio restituat et restitui faciat cum effectu, et insuper commissum sibi exercitum in Albaniam sive regiones decernendas sibi per nos et potentatus praedictos, pro defensione eiusdem catholicae fidei et insolentis infidelium re-

primeendis traiciat, ac providi et fidelis capitanei more conducere, et alia ad opus fidei necessaria et illius hostium profligationem conficere; necnon opus Dei et eiusdem fidei, absque fraude vel dolo, prono et obsequenti animo pergere teneatur et debeat sicuti consuevit, cui interim usque ad praefinitum tempus praedictum, pro stativis et mansionibus expediendi sui tripartiti exercitus et armigerarum gentium praedictarum, videlicet pro persona ipsius Bartholomaei et una tertia exercitus supradicti, Christophori Mauffi, ducis, et dominium Venetorum praedictorum ultra Padum; pro alia vero, ducis Mutinensis et marchionis eiusdem; pro reliqua autem tertia partibus, civitatum nostrarum Forolivii, Raveunatis et Faventinae territoria assignamus.

Volumus autem quod idem Bartholomaeus, per se vel procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, de officio praedicto bene, diligenter et fideliter exercendo, in nostris ac aliorum potentatum praedictorum manibus, fidelitatis debitae corporale teneatur praestare in forma solita iuramentum. Caeterum, ut praemissa omnia et singula illibata serventur, in virtute sanctae obedientiae et sub anathematis ac divinae maledictionis interminatione, ac etiam interdicti sententiis, censuris et poenis, partibus ipsis earumque adhaerentibus, confoederatis, colligatis, fautoribus, sequacibus et etiam colligandis et confoederandis, aliisque quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, districtius inhibemus ne pacis, concordiae, confoederationis et unitatis foedera huiusmodi, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, quovis quaesito colore aut quavis occasione, vel eam violare, turbare, aut eis quovis modo contra facere seu venire praesument.

Et si, quod absit, quisquam praemissae nostrae inhibitionis contemptor, sive pacis, concordiae, confoederationis et unitatis praedictarum temerarius violator extiterit,

Centum millia aureorum stipendii attributa.

Ut portio prorata in singulos foederatos dividenda.

Oppida occupata restituere Florentinis et Manfredis; exercitum vero in Albaniam Coleo inissus traducere.

De bello strenue in Turcam gerendo sacramento iuramentum iurare.

Foedifragis ecclesiasticae exercitatio intentat.

si talia praesumens singularis, cuiuscumque eminentiae aut dignitatis, ut praefertur, vel privata persona fuerit, maioris excommunicationis, anathematis et maledictionis aeternae sententias, censuras et poenas, quas ex nunc, prout ex tunc, in ipsos violatores, contemptores atque rebelles sententialiter ferimus in his scriptis, ipso facto incurrant, a quibus praeterquam per nos vel successores nostros canonice intrantes, debita tamen prius satisfactione praemissa, absolutionis beneficium nequeant obtinere; ipsorum vero regna et dominia, ducatus, marchionatus, comitatus, civitates et loca, ac etiam quaecumque alia dominia, civitates et oppida sub libertate viventes, eorumque communitates et universitates interdicto in eis strictissime observando subiacent; et nihilominus pacis, concordiae, confederationis, unionis et ligae praedictarum foedera, quoad reliquos potentatus et confederatos illa servantes, violata minime censeantur, sed, contemptore, violatore et rebeli, uno vel pluribus, excluso vel exclusis, pax, concordia, confederatio, unio et liga praedictae, quoad alios potentatus et confederatos, firmas, stabiles et illibatae perdurent, iuxta praemissa et capitulorum continentiam praedictorum, adiacentes etiam supradictis, quod si hostis antiqui proditoris calliditate, praemissorum occasione, ambiguitatem aliquam seu ex verborum significatione, vel alias dubietatis serupulum exoriri contingat forsitan in futurum, nobis et ipsis successoribus sit libera et plena facultas, pro ipsarum partium quiete ac pacis, concordiae, confederationis et ligae praedictarum subsistentia et observatione firmiori, omnes et singulas ambiguitates et dubia nostrae declarationis oraculo tollere et penitus amputare, interque potentatus ipsos differentias, controversias et similitates, si, quod absit, occasione praemissorum emergerint, dirimere, terminare ac decidere, prout

Controversiae
dirimendae fa-
cultas Pontifici
reservata.

nobis et eisdem successoribus, pro omnium praemissorum subsistentia, necessarium visum fuerit ac etiam opportunum, capitulis ligae alias in suo robore permanentibus.

Nulli ergo omnino hominum liceat Conclusiones.
hanc paginam etc.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, anno incarnationis dominicae MCCCCLXVII, quarto nonas februarii, pontificatus nostri anno IV (1).

Dat. die 2 februarii 1467, pont. anno III.

VI.

*Prohibitio alienandi bona ecclesiastica
aut illa ultra terminos locandi.*

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Prohibitio alienandi. — 2. Innovatio constit. praedecessorum. — 3. Rescissio alienationum aliter fiendarum, cum aliis poenis.

**Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Ambitiosae cupiditati, illorum praecipue qui divinis et humanis affectatis, damnatione postposita, immobilia et pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiae, monasteria et pia loca reguntur illustranturque, et eorum ministri sibi alimoniam vendicant, prophanis usibus applicare, aut cum maximo illorum ac divini cultus detrimento exquisitis medijs usurpare praesumunt, occurrere cupientes.

Proemium.

§ 1. Omnium rerum et honorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem et conductionem, ultra triennium, necnon infundationem vel contractum emphyteuticum, praeterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus et bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, et

Prohibitio alienandi.

(1) Legendum *pontif. an. III* (B. T.).

tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus et bonis, quae servando servari non possunt, pro instantis temporis exigentia, haec perpetuo valitura constitutione fieri prohibemus.

§ 2. Praedecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus et decretis aliis super hoc editis, quae tenore praesentium innovamus, in suo nihilominus robore permansuris.

§ 3. Si quis, contra huius nostrae prohibitionis seriem, de bonis et rebus eisdem quicquam alienare praesumpserit, alienatio, hypothea, concessio, locatio, conductio et infendatio huiusmodi nullius omnino sit roboris vel momenti, et tam qui alienat, quam is qui alienatas res et bona praedicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat; alienanti vero bona Ecclesiarum, monasteriorum locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Romano Pontifice, aut contra praesentis constitutionis tenorem, si pontificali vel abbatiali praefulgeat dignitate, ingressus ecclesiae sit penitus interdictus, et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi, animo, quod absit, perseveraverit indurato, lapsis mensibus eisdem, a regimine et administratione suae Ecclesiae vel monasterii, cui praesidet, in spiritualibus et temporalibus sit eo ipso suspensus; inferiores vero praelati, commendatarii et alii Ecclesiarum rectores, beneficiati vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, praepositis, praepositibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, praebendis aliisque ecclesiasticis, cum cura et sine, saecularibus et regularibus, beneficiis, quorum res et bona alienarunt dumtaxat, ipso facto privati existant; illaque, absque declaratione aliqua, vacare censeantur, possintque, per locorum ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quae propterea privatae fuerint) libere de iure conferri, nisi alias

dispositioni Apostolicae Sedis sint specialiter aut generaliter reservata; et nihilominus alienatae res et bona huiusmodi ad Ecclesias, monasteria et loca pia, ad quae ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere revertantur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Marcellum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, kalendis martii, pontificatus nostri anno IV (1).

Dat. die 1 martii 1467, pontif. anno III.

VII (2).

Erectio Ecclesiae cathedralis Viennensis in Austria, cum reservatione iurispatronatus pro ducibus Austriae (3).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Attentis Friderici imperat. precibus, frequentia populi rerumque vilitate in oppido Viennae, aliisque circumstantiis, — 2. Ipsum oppidum a iurisdictione episcopi et capituli Patavien. liberum esse vult, — 3. Civitatemque nuncupat; — 4. Praeposituram S. Stephani in Ecclesiam cathedralem erigit per episcopum gubernandam. — 5. Dioecesim praescribit. — 6. Capituli efformatio. — Dos episcopi. — 7. Austriae ducibus ius patronatus assertum. — 8. Facultas episcopo et capitulo data statuta conficiendi. — 9. Clausulae.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In supremae dignitatis specula, dispositione superna, quamvis insufficientibus meritis constituti, ad universas fidelium regiones curae nostrae commissas, sic paternae considerationis intuitum solerter extendimus, sic ad honorem eandem, extollentiam et sublimationem intendere

Exordium.

(1) Et hic legendum *pontif. an. III* (R. T.).

(2) Hanc bullam legimus in Editione Rom. sub num. VIII (R. T.). (3) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Innovatio constit. praedecessorum.

Rescissio alienationum aliter fiendarum, cum aliis poenis.

procuramus, quod ex benemeritis suisque laudabilibus actibus fructus reportasse congaudeant, et caeteri christifideles, eorum imitatione, ad virtutum imitanda vestigia eo ferventius incitentur.

Attentis Federici imperatoris precibus, frequentia populi rerumque vilitate in oppido Viennensi, aliisque circumstanti-

§ 1. Attendentes igitur, sicut fidedignorum habet assertio, immo facti notorietas indicat, et charissimus in Christo filius noster Fridericus, Romanorum imperator semper augustus, qui, fervore devotionis accensus, nuper ad visitandum Apostolorum limina ad hanc aliam urbem peregre se contulit, nobis inter alia explicavit oppidum suum Viennense, ducatus Austriae, Pataviensis diocesis, benedicente Altissimo, in populi fidelis multiplicatione foecundum, ac bonorum et rerum omnium ubertate esse refertum, et in eo Studium in omnibus licitis facultatibus generale vigere, ac insignes viros quamplurimos in theologiae, pontificii iuris, medicinae et physicae facultatibus, aliisque liberalibus artibus eruditos commorari: monasteria quoque plurima utriusque sexus personarum regularium, aliaque sacra Dei templa, hospitalia et pia loca, in quibus divinus viget cultus, et magna cum veneratione et solemnitate assidue divina officia celebrantur, consistere: ipsius quoque oppidi populum et universitates, inter caeteras nationis Germanicae, adeo erga Deum et sacrosanctam Romanam Ecclesiam eximia devotione et fidelitate fulgere, quod, ex debito gratitudinis pastoralis, et ipsius Imperatoris praeclarissimis meritis accedentibus, eos Apostolica Sedes paternis prosequi debeat affectibus, ac insigniis maioribus decorare.

Ipsam oppidum a iurisdictione episcopi et capituli Pataviensis liberum esse vult,

§ 2. Et propterea, cupientes devotis et humilibus imperatoris praefati petitionibus, ut decet, annuere, ac ipsorum oppidi et populi merita condignis honoribus compensare, eosque spiritualibus ac temporalibus titulis insignire, post tractatum, quem iteratis vicibus super his eum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus habuimus diligentem, et matura

denique, prout tanta rei qualitas exigebat, deliberatione sequuta, ex praemissis et nonnullis aliis rationabilibus animum nostrum inducentibus causis, ad divini nominis laudem et gloriam, exaltationem catholicae fidei, et eiusdem divini cultus augmentum, ac salutem fidelium praedictorum, oppidum Viennense praefatum, cuius territorium et confines praesentibus haberi volumus pro expressis, cum omnibus et singulis Ecclesiis, monasteriis, cappellis et aliis ecclesiasticis ac piis locis, nec non populo, incolis, habitatoribus caeterisque ecclesiasticis et secularibus personis, rebus quoque et bonis eorundem in eo ipsiusque territorio et districtu consistentibus, ab omni iurisdictione, superioritate, subiectione et potestate venerabilis fratris nostri episcopi Pataviensis moderni et pro tempore existentis, ac dilectorum filiorum capituli Pataviensis eorundemque vicariorum et officialium, auctoritate apostolica, tenore praesentium, de fratrum eorundem consilio, prorsus eximimus et perpetuo liberamus.

§ 3. Ipsiusque oppidum, tamquam locum insignem et ad hoc congruum, decentem pariter et honestum, in civitatem Viennensem erigimus, et civitatem esse, et perpetuis futuris temporibus nuncupari decernimus.

Civitatemque nuncupat;

§ 4. Ipsius quoque oppidi collegiatam Ecclesiam, praeposituram nuncupatam S. Stephani, alias Omnium Sanctorum, quae de iure patronatus dilectorum filiorum nobilium virorum ducum Austriae est, et in qua praepositura, decanatus, cantoria et custodia, dignitates et quamplures canonicatus et praebendae, vicariae quoque et cappellaniae institutae, et a lege dioecesana ac omnimoda iurisdictione eiusdem episcopi Pataviensis prorsus exemptae fore noscuntur, in cathedralem Ecclesiam, cum praeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus et insigniis congruentibus, ipsius erectae civitatis Viennensis erigimus, et episcopalis dignitatis honore

Praeposituram S. Stephani in Eccles. cathedrali erigit per episcopum gubernum lant.

et titulo insignimus; sponsum utilem et idoneum per nostram et Apostolicæ Sedis providentiam, annuente Domino, præficiendum consequuturam, cui idem sponsus præesse valeat et prodesse.

§ 5. Necnon eidem Ecclesiæ territorium Viennense et infrascripti castri S. Viti, cum omnibus suis et aliis pertinentiis antiquæ præposituræ prædictæ, pro ipsius diocesi assignamus et limitamus.

§ 6. Volentes et eadem auctoritate stantes quod, in eadem Ecclesia sic in cathedralem erecta, aliæ omnes et singulæ dignitates, administrationes, officia, canonicatus et præbendæ ac vicariæ et cappellaniæ in eo statu et robore, in quo antea fuerant, post erectionem huiusmodi existant et perpetuo maneat, cum fructibus, redditibus et proventibus earumdem; ita tamen quod omnia et singula mobilia et immobilia bona, quæ, ante erectionem huiusmodi, ad præposituram actu vacantem de iure vel consuetudine quomodolibet pertinebant, una cum castro S. Viti prope Viennensem civitatem prædictam et quibuscumque aliis dictæ antiquæ præposituræ fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, obventionibus, iurisdictione et pertinentiis universis, ad mensam episcopalem Viennensem perpetuis quibuscumque temporibus pertineant in futurum; reservata tamen ex eis, pro ipsius Ecclesiæ præposito pro tempore existenti, congrua portio, ex qua decenter se valeat sustentare; nisi ipsi præposituræ de aliis novis redditibus et dote congrua per imperatorem præfatum provideatur, quemadmodum nobis facturum spondit.

§ 7. Et insuper, imperatori præfato eiusque in dicto ducatu Austriæ successoribus ius patronatus ac præsentandi personas idoneas in præpositum, decanum, cantorem et custodem, necnon ad singulos canonicatus et præbendas, vicariæ et cappellaniæ huiusmodi, pro hac primaria vice, et deinceps quoties illos vacare contigerit: institutionem vero et confirmatio-

nem eorundem decanatus, cantoriæ et custodiæ singulorumque canonicatum et præbendarum, vicariarum et cappellaniarum huiusmodi, similiter etiam quorumcumque aliorum beneficiorum in dicta Viennensi civitate et eius diocesi existentium, dicto episcopo Viennensi pro tempore existenti perpetuis futuris temporibus reservamus.

§ 8. Et nihilominus, præfatis episcopo et capitulo edendi quaecumque rationalia et honesta statuta et ordinationes, prout ipsi Ecclesiæ convenire conspexerint, etiam cum adiectione poenarum et iuramento firmandi pro illorum observantia, auctoritate præfata, tenore præsentium, facultatem concedimus et etiam potestatem; constitutionibus et ordinationibus apostolicis aut aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§ 9. Nulli ergo liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, constitutionis, erectionis, insignitionis, assignationis, limitationis, statuti, voluntatis, reservationis et concessionis infringere etc.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, quindodecimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno quinto (1).

Dat. die 18 ianuarii 1468, pont. anno iv.

VIII (2).

Quod monasteria, prioratus et alia beneficia ecclesiastica, perpetuo unita et de cetero non vacantia, teneantur rev. Camere Apostolicæ debita iura et servitia, ut taxata sunt, præstare: alia vero annuatim persolvere singulis quindecim annis.

SUMMARUM

Exordium. — 1. Plures Pont. multa beneficia perpetuo univerunt. — 2. Unde, ob non

(1) Legendum *pontif. an. iv.* Hoc ducti errore Romani Editores hanc sub. num. VIII posuerunt bullam (n. r.). (2) Haec in Editione Rom. sub num. VII reperitur (n. r.).

Diocesi præscribit.

Capituli efformatio.

Des episcopi

Austriæ ducibus ius patronatus assertum.

Facultas episcopo et capitulo data statuta concedendi.

Clusulae

vacationem, Camerae Apost. iura sua non praestabantur. — 3. Hic ideo Pont. providet (ut in prima parte rubr.) — 4. (Et prout in secunda); — 5. lubet etiam solvi annatam de quindennio praeterito, et caveri pro futuris; — 6. Alioquin uniones irritat. — 7. Clausulae derog. et decretum irritans.

**Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium. Decet Romanum Pontificem sic suis fore gratis liberalem, quod in Ecclesiarum, monasteriorum aut clericalis ordinis personarum saecularium sive regularium favore concessa, in Camerae Apostolicae vel aliis praedictum non redundant.

Flures Pontif. multa beneficia perpetuo univerrunt.
§ 1. Sane dudum, ad humiles universorum poscentium supplicationes et ex certis rationabilibus causis tunc expressis inducti, tam nos quam S. R. E. Martinus V, Eugenius IV, Nicolaus etiam V, Callistus III et Pius II Pontifices, praedecessores nostri, quamplura diversorum Ordinum monasteria, prioratus, praeposituras, praepositatus conventuales, necnon dignitates maiores in cathedralibus metropolitanis, et principales in collegiatis Ecclesiis, administrationes quoque, officia et beneficia ecclesiastica, etiam dispositioni apostolicae generaliter reservata, invicem, vel aliis cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis Ecclesiis, earumque capitularibus mensis ac mensariis, dignitatibus, collegiis, universitatibus et beneficiis, et praesertim congregationis canonicorum regularium S. Augustini Lateranen. et de Scopeto seu S. Salvatoris nuncupatorum, monachorum S. Iustinae Paduan., Montis Oliveti, S. Benedicti Cisterciens., Vallis Umbrosae et Cartusien. Ordinibus, presbyterorumque S. Georgii in Alga Venetiarum, atque aliis monasteriis, domibus, hospitalibus, fabricis et piis locis utriusque sexus personarum, sub diversis modis et formis, apostolica auctoritate univimus, incorporavimus et anneximus, applicavimus atque submi-

§ 2. Proptereaque Ecclesiae, monasteria, prioratus, praepositurae, dignitates, administrationes, officia et beneficia unita huiusmodi cum amplius nequaquam vacare sperentur; cumque propterea Camerae Apostolicae necnon venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium collegium et Sedis Apostolicae officiales detrimentum non modicum patiantur.

§ 3. Nos, quorum interest eorundem Camerae, collegii et officialium indemnitati prospicere, volentes, quemadmodum par est, ut uniones, incorporaciones, annexiones, applicationes et submissiones praefatae, si alias rite et rationabiliter processerunt, ita in sua firmitate permaneant, quod ipsorum, quibus una cum suis oneribus unita fuere, commodis deserviant et aliorum iura propterea non laedantur, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus, ordinamus, decernimus et declaramus quod omnia et singula monasteria, videlicet illa quorum fructus et redditus et proventus ad summam centum floren. auri de Camera, secundum communem aestimationem, ascendunt annuatim, si in libris eiusdem Camerae taxati reperiuntur, communia et minuta servitia atque alia iura debita et consueta tam ipsis Camerae et collegio quam officialibus praefatis.

§ 4. Reliqua vero monasteria, prioratus, praepositurae, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia, ut praefertur, unita, pro quibus Camerae Apostolicae annata seu alia iura solvi consueverant vel debebant temporibus retroactis et de solvendo singulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inadvertentiam facta non fuit, annatam sive medios fructus unius anni in posterum, singulis quindecim annis perpetuo sequentibus, eidem camerario solvere teneantur et debeant.

§ 5. Et quod de omnibus monasteriis, prioratibus, praepositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis

Unde, ob non vacationem, Camerae Apostol. iura sua non praestabantur.

Hic ideo Pontif. providet (ut in prima parte rubr.).

(Et prout in secunda);

lubet etiam solvi annatam de quinden. praeterito, et caveri pro futuris;

et beneficiis, ut praefertur, unitis, a quorum unionum temporibus, postquam illae sortitae effectum, anni quindecim effluxerunt, infra annum proxime futurum, communia minuta et alia iura seu annatas et medios fructus huiusmodi solvere adstringantur etiam singulis annis quindecim in futurum, prout multi alii similes uniones et gratias obtinentes faciunt et facere consueverunt, et ad hoc ii, quorum interest, infra unius anni spacium, se in eadem Camera efficaciter obligare debeant cum effectu.

Alioquin uniones irritat.

§ 6. Alioquin, si a solutione aut obligatione praemissis cessare praesumpserint, union., annexion. et incorporationes praefatae habeantur penitus pro infectis, et sic unita monasteria, prioratus, praepositurae, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia et cuiusvis qualitatis aut generis beneficia huiusmodi, tamquam vere vacantia, possint libere a Sede praefata impetrari et canonice obtineri, ac si uniones ipsae et super eis confectae literae, processus quoque habitus per eosdem et quaecumque inde secuta nullatenus emanassent.

Clausulae derog. et decretum irritans.

§ 7. Non obstantibus union. et aliis praemissis ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, VIII idus ianuarii, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 6 ianuarii 1469, pontif. anno v.

IX (1).

Conficiendi, benedicendi et consecrandi Agnus Dei vulgariter nuncupatos Romano. dumtaxat Pontifici potestatem reservat.

(1) Hanc romana Editio bullam ponit per errorem sub num. x (R. T.).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Constitutio (de qua in rubrica). — Cereorum huiusmodi virtutes. — 2. Poenae contra inobedientes. — 3. Qui ceras huiusmodi ab aliis confectas tenent, cui debeant resignare. — 4. Clausulae.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Immoderata perversorum cupiditas, ne sciens abstinere a vetitis et inordinatis affectibus, legem imponere rationis digne praesidentis officium ad executionem iustitiae excitat, ut praesumptorum cohibeatur audacia et ipsorum coheritio (1) cedat religionis in exemplum.

Exordium.

§ 1. Horum igitur consideratione inducti, et ne de rebus sacris aut Deo dicatis, ad devotionem et salutem credentium, sanctorum Patrum ordinatione provida, institutis, et pro impetranda venia ac peccatorum macula abstergenda inventis, lucri causa, fiat commercium aut passim ut prophana tractentur, universis et singulis, cuiuscumque status vel conditionis fuerint, ecclesiasticis saecularibusque personis, auctoritate apostolica, tenore praesentium districtius inhibemus, ne aliquas cereas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, quas *Agnus Dei* communis usus appellat, et Romano tantum Pontifici, pro suprematae potestatis arbitrio, illas conficere, benedicere, consecrare et cum devotione poscentibus, pro remissione peccaminum, elargiri licet, ut christifideles, per eius tactum et usum, inter cetera, invitentur ad Dei laudes, ab incendio atque naufragio liberentur; procella quoque turbinum, fulgura, grandines, tempestates et omne malignum molimen procul ab eis pellantur; praegnantibus absque partus periculo conserventur: quovis modo, etiam auro, argento vel aliis thecis inclusas, consecratas aut temeritate propria confectas, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, vendere aut distrahere seu permutare praesumant.

Constitutio (de qua in rubrica)

Cereorum huiusmodi virtutes.

(1) Leg. f. correctio (R. T.).

Poenae contra
inbedientes

§ 2. Si quis autem contra inhibitionem nostram huiusmodi temere venire praesumpserit, sententiam excommunicationis incurrat; et si clericus fuerit, omnibus, quae obtinuerit, beneficiis et officiis ecclesiasticis privatus existat; et nihilominus laicus, quoties id fecerit, per annum carceri mancipetur ob tanti facinoris ultionem.

Qui ceras huiusmodi ab aliis
confect tenent,
cui debeant re-
signare.

§ 3. Volumus autem, quod ii, qui cereas imagines sive *Agnos Dei* confectos huiusmodi apud se habuerint, infra octo dierum spatium a prohibitione praesentium computandum, illos venerabili fratri nostro Nicolao episcopo Pharensi consignare teneantur, recepturi pro cera equivalentem compensationem vel satisfactionem condignam, alioquin sententias et poenas praedictas, ipso termino elapso, incurrant.

Clausulae.

§ 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae inhibitionis et voluntatis infringere etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo, duodecimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 21 martii 1470, pontif. anno vi.

X (I).

Reductio sanctissimi Iubilaei, sive anni sancti ad annum vigesimum quintum, quo visitantes basilicas Ss. Petri et Pauli et S. Iohannis in Laterano ac S. Mariae Maioris de Urbe, plenissimam peccatorum veniam consequuntur (2).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Bonifacius VIII Iubilaeum quolibet centesimo anno concessit. — 2. Clemens VI ad annum 50 reduxit. — 3. Greg. XI statuit etiam visitari Ecclesiam B. Mariae Maioris. — 4. Urb. VI Iubilaeum

(1) Haec bulla in Maiardi editione sub num. 1x habetur (B. T.). (2) Institutionem huiusmodi Iubilaei pro quolibet centesimo anno statuit Bonif. VIII, ut sup. in eius Const. *Antiquorum*.

celebrari praecipit quolibet anno 33; — 5. Mart. V. approbavit; — 6. Nicol. V. confirmavit; — 7. Hic modo Pontif. ad annum 25 reducit. — 8. Iubilaei indulgentias consequi volentes considerent quae Pontifex proponit.

Paulus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Ineffabilis providentia summi Patris (qui, pro redemptione humani generis eiusque reconcilianda natura, Adae praevagatione perpetuae mortis damnatione mulctata, Unigenitum suum vestem nostrae mortalitatis assumere, et post evangelicae doctrinae sacra erudimenta, ac vitae Ipsius aetus et conversationis exempla, erucem voluit et mortem subire) laudabili imitatione nos instruxit ut, qui insufficientibus meritis vices ipsius Redemptoris tenemus in terris, summis enitatur studiis gregem dominicum vigiliae nostrae sua praeordinatione commissum, quem callidi hostis versutia iustitiae limitibus saepe divertit, Auctori nostro, qui non mortem, sed poenitentiam desiderat peccatorum, reddere acceptabilem et honorum operum sectatorem, ut, in extremi tremendique iudicii ratione reddenda, rigorem iustitiae et ultionis merita evitare possimus. Decet igitur nostrae mentis intuitum ad ea vigili attentione convertere, per quae, supremi favoris suffragante praesidio, ita universorum Christi fidelium animarum saluti prospiciamus utiliter et gratiarum spiritualium donis salubriter consulamus, quod adversus ipsius hostis astutias congruo valeat antidoto subveniri, ipsique fideles aeternae beatitudinis praemia, largiente Altissimo, consequantur.

§ 1. Dudum siquidem eum fida relatio antiquorum haberet quod accedentibus ad honorandam Principis apostolorum de Urbe basilicam magnae concessae forent remissiones et indulgentiae peccatorum, felicis recordationis Bonifacius Papa VIII, praedecessor noster, summo studio salutem appetens fidelium singulorum, et atenta consideratione recensens quod, per

Prooemium.

Bonif. VIII Iubilaeum quolibet 100 an. concessit.

beatissimos christianae fidei principes Petrum et Paulum, sacrosancta Romana et universalis Ecclesia religionis sumpsisset exordium, ac Evangelium Christi Romae resplendisset; ut iidem apostolorum principes, gregis dominici pastores et eiusdem Ecclesiae columnae firmissimae, in speciali veneratione et honorificentia haberentur, ipseque praedecessor fidelibus ipsis incomparabilem salutis thesaurum aperiret, de fratrum suorum consilio, voluit atque decrevit quod omnes qui anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo, et quolibet anno centesimo ex tunc in antea secuturo, ad ipsorum apostolorum basilicas de Urbe accederent reverenter, ipsasque, si Romani, ad minus triginta; si vero peregrini aut forenses, quindecim diebus continuis vel interpolatis, saltem semel in die, vere tamen poenitentes et confessi, personaliter visitarent, suorum omnium peccatorum remissionem et veniam plenissimam obtinerent.

Clemens VI ad annum 50 reduxit.

§ 2. Postmodum vero sanctae recordationis Clemens Papa sextus, noster etiam praedecessor, ex praemissis et nonnullis aliis animum suum moventibus causis, indulgentiam antedictam ad annum quinquagesimum provida consideratione reducens, apostolica auctoritate statuit ut omnes christifideles qui praedictas basilicas et Lateranen. ecclesiam de quinquaginta in quinquaginta annos, certo modo tunc expresso, devote visitaverint, eandem peccatorum suorum veniam consequerentur.

Greg. XI statuit etiam visitari ecclesiam B. Mariae Maioris.

§ 3. Et successive piae memoriae Gregorius Papa XI, similiter praedecessor noster, cupiens ut ecclesia Beatæ Mariæ Maioris de Urbe cum eisdem basilicis et Lateranen. ecclesia indulgentiae privilegio decoraretur praedicto, ex certa scientia voluit, statuit et auctoritate praedicta ordinavit quod quicumque christifideles huiusmodi indulgentiam per ipsius Clementis literas declaratam assequi affecta-

rent, eandem ecclesiam B. Mariae Maioris, sicuti basilicas et Lateran. ecclesiam supradictas, visitare deberent et etiam tenerentur.

§ 4. Et deinde Urbanus sextus in sua obedientia nuncupatus, provide considerans quod aetas hominum amplius solito in dies laberetur pauciores, ac desiderans quamplurimos eiusdem indulgentiae fieri participes, cum ad annum quinquagesimum, propter brevitatem vitae, plurimi hominum minime perveniant, ut populorum augetur devotio, fides splenderet et charitas amplius incalesceret, ex eisdem et aliis non minoribus causis, de fratrum suorum consilio, annum quinquagesimum supradictum ad trigesimumtertium reducens, statuit, de fratrum suorum eorumdem consilio et apostolicae plenitudine potestatis, quod universi fideles vere poenitentes et confessi, qui in anno a nativitate eiusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, et deinceps perpetuis temporibus, de triginta tribus annis in triginta tres annos, basilicas ac Lateranen. et Sanctae Mariae Maioris praedictae urbis ecclesias, causa devotionis, modo praemisso visitarent, eandem consequerentur remissionem et veniam peccatorum.

Urb. VI Iubilaeum celebrari praecipit quolibet anno 33.

§ 5. Postremo vero, postquam felicis recordationis Martinus quintus, Romanus Pontifex praedecessor noster, reductionem per eundem Urbanum factam huiusmodi ratam habens et gratam, ipsam in sua firmitate persistere et anno trigesimotertio supradicto observari debere censuerat, et ad effectum deduci anno ingruente praedicto permiserat, prout observata extitit.

Mart. V approbavit.

§ 6. Piae recordationis Nicolaus Papa quintus, similiter praedecessor noster, eorumdem praedecessorum inhaerendo vestigiis, praedictas Clementis eiusdem concessionis literas ratas habens et gratas, eas, de fratrum nostrorum, tunc suorum, consilio et apostolicae potestatis plenitu-

Nicol. V confirmavit.

dine, innovavit et approbavit, sui que scripti patrocinio communiavit, indixitque, statuit, decrevit et ordinavit ut omnes christifideles vere poenitentes et confessi, qui, iuxta formam in literis Clementis praedecessoris huiusmodi comprehensam, in anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo tunc futuro, basilicas et ecclesias antedictas visitarent, ut praefertur, omnium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consequerentur, prout in dictis literis plenius continetur.

Hic modo Pontif. ad annum 25 reducet.

§ 7. Nos igitur, qui, miseratione Altissimi, labentibus annis, regimini catholicae et universalis Ecclesiae fuimus, divina elementia disponente, praefecti, provida consideratione non immerito attendentes humanae conditionis statum fragilem ad peccandum proclivem et ad declinationem usque adeo celeri cursu, ut praemittitur, properare; brevissimum quoque vitae spatium et, peccatis nostris exigentibus, crebras pestilentias, varios morbos lactiferos, gravissimas quoque Turcarum et infidelium adversus fideles persecutiones assiduas, atque universam Christianitatem, retroactis temporibus quassatam, adhuc variis non quidem minoribus iniuriis laecessiri et calamitosis casibus et dispendiis subiacere, aliasque plurimas aerumnas in Christi populos adeo invalescere, et, eis atque aliis sinistris casibus plerumque causantibus, admodum pauci remissionem et indulgentiarum huiusmodi participes fieri mereantur; necnon ante considerantes novum vel a moribus alienum non esse, pro veritate (1) temporum, antecessorum eorundem statuta reduci ad spatium temporis brevioris, maxime pro salute animarum fidelium, quam tota mente appetimus, et iuxta datam vobis a Domino gratiam assidue procuramus, ex praemissis et quibusdam aliis non minoribus causis ad id animum nostrum inducentibus, annum trigesimumtertium huiusmodi, de venerabilium fratrum nostrorum

(1) Leg. putamus *varietate* (n. r.).

consilio et ipsius potestatis plenitudine, ad annum vigesimumquintum redcentes, auctoritate, scientia et potestate praemissis, statuimus et ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus annus iubilaeus (plenariae videlicet remissionis et gratiae et reconciliationis humani generis nostro piissimo Redemptori), cum omnibus et singulis indulgentiis et peccatorum remissionibus supradictis, de viginti quinque annis, cum gratiarum actione et mentis incunditate, debeat ab omnibus christifidelibus frequentari ac etiam celebrari. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia et ipsorum apostolorum auctoritate confisi, eisdem utriusque sexus fidelibus, qui in anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, incipiendo a primis vespere vigiliae Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto et ut sequitur finiundo, ac deinceps, de viginti quinque annis in viginti quinque annos, basilicas et ecclesias antedictas, alias iuxta ordinationem eorundem praedecessorum, devote visitaverint, ut praefertur, plenissimam peccatorum suorum omnium veniam elargimur.

§ 8. Attendant igitur universi fideles, qui ad rationem perspicuae veritatis attingere quaerunt, ac in statera cordis iusto libramine ponderent suorum sarcinam peccatorum, et quam graviter se reos constituerint erga ipsum Redemptorem piissimum, divinam contra se elementiam provocando. Debitorum suorum etiam relegant memoriale, atque animo repetant huius defluentis saeculi cursum ad exitum continuo properare, et inexorabilem legem mortis, absque ullius exceptionis beneficio, omnibus esse indictam, quae, sine personarum dignitatumque delectu, cunctos reddit aequales, nihilque esse in quo vanam huius mundi gloriam inanibus extollamus titulis, dum nascenti dies mortis indicitur, ac per tacitos fallentesque decursus huius vitae mortalitas ad extre-

Jubilaei indulgentias consuequi volent. considerent quae Pontifex proponit.

mum diem fugaci temporis mobilitate raptatur. Provide deinde considerent tremendi iudicii diem, in qua omnium, quæ in corpore gessimus, et sive bonum fuerit sive malum, reddituri erimus rationem, et absque provocationis effectu quisque propriam mercedem accipiet, aut æternæ beatitudinis præmia, aut mortis perpetuæ et damnationis æternæ supplicia, quibus secunda mors finem imponere aut ea mitigare nequibit; et tandem, cum ita sit, nihilque habeat humana mortalitas quod bonorum omnium Largitori digne retribuere possit (cum nullum in se bonum inveniatur, quod non sit ei liberaliter a Deo collatum), ut mortis huius et damnationis detrimenta evitent, his atque aliis meritoriis operibus peccata sua omni ex parte studeant expiare, ut saltem per hæc media atque remissionum et indulgentiarum largitionem huiusmodi, quibus christicolæ omnes, veluti data manu, ad salutem perpetuam invitamus, ac sanctorum meritis et intercessionibus adiuti, ad æternam mereamur beatitudinem pervenire. Suscipiant etiam cuncti fidei catholice professores patris monita et instituta salutis, atque præcipua cum exultatione, ad præparandum iter sibi ad gloriam sempiternam, has remissionum ac indulgentiarum gratias uberrimas, quas nos, illarum dispensatores indigni, tamquam Iesu Christi vicarius, de sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ thesauris exhibemus, ut ipsorum animas, ab hostis teterrimi potestate ereptas, immortalis Deo Creatori nostro, sicuti supremis desideramus affectibus, exhibere, et nos cum eis superna beatitudine perfrui valeamus. Amen.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, tertio decimo kalendas maii, pontificatus nostri anno vi.

Dat. 19 aprilis 1470, pontif. anno vi.

SIXTUS IV

PAPA CCXIV

Anno Domini MCCCCLXXI.

Sixtus IV, antea Franciscus Roboreus, patria Savonensis, ex Ordine fratrum Minorum S. Francisci, S. R. E. presbyter cardinalis tituli S. Petri ad Vincula, electus est in Romanum Pontificem die 9 augusti 1471, et die 25 eiusdem S. Bartholomæo sacro (1) pontificali coronatur thiara. Sedit in B. Petri Sede annos XIII, dies IV, et octo promotionibus XXXIV creavit cardinales temporibus Friderici III imperatoris. Obiit die 15 augusti 1484, et sepultus est in basilica S. Petri. Vacavit Sedes dies XV (2).

I.

Privilegia thesaurarii et clericorum rev. Camerae Apostolicæ, suorum nepotum et familiarium (3).

SUMMARIUM

Præmium. — 1. Eug. IV, Nic. V et Callist. III statuerunt multa circa regimen Camerae. — 2. Hic modo Pontifex illas bullas confirmat; — 3. Suosque familiares et veros cappellanos Sedis Apostolicæ esse declarat thesaurarium et clericos d. Camerae; — 4. Expeditiones Camerae et Cancellariæ pro eis et eorum nepotibus ac familiaribus gratis dare præcipit. — 5. Executores huius bullæ deputat.

Sixtus Papa IV ad perpetuam rei memoriam.

Dispositione divina, quamvis immeriti, gregi dominico et ecclesiastico statui præsidentes, inter nostri officii curas multiplices nobis imminentes, Romanæ Curiae et Apostolicæ Sedis officialium status, regimen et gubernatio nostrum

Præmium.

(1) Ita infessura in suo Diario. (2) Exclusis extremis. (3) De his habes sup. Constit. Eug. IV, *Liter*, pag. 52 huius toni; et Constit. Callisti III, *Quæ tantabili*, pag. 116 eiusdem.

solicitant animum, ut recte, salubriter et bene disponantur, praesertim dilectorum filiorum familiarium nostrorum Camerae Apostolicae clericorum, quibus nostra et Apostolicae Camerae negocia ac fisci apostolici officii cura et sollicitudo non parva incumbit, nobisque et Apostolicae Sedi, in illis pertractandis, solerti diligentia et indefesso animo summaque eum fidelitate et continuo labore deserviunt, ut ea, quae in illorum et eorundem officii ordinationem, statum, favorem et augmentum a Rom. Pontifice, praecipue Eugenio quarto, Nicolao quinto et Callisto tertio, praedecessoribus nostris, iuste processisse comperimus, per nostri partes ministerii ingiter invalescant, perpetuamque suscipiant apostolicae auctoritatis et roboris firmitatem.

§ 1. Dudum siquidem Callistus III, praedecessor noster praedictus, nonnullas ordinationes, statuta et concessiones regimen dicti officii et personarum eiusdem concernentes, per praedictos Eugenium IV et Nicolaum V, Romanos Pontifices, facta et edita etc. (1).

§ 2. Nos igitur, praedecessorum praedictorum, praecipue Callisti III, in hac parte vestigiis inhaerentes, eosdem thesaurarium et singulos Camerae Apostolicae clericos numerarios et participantes, ob ipsorum spectatam fidem et integritatem accuratamque diligentiam, sedulam sollicitudinem in nostris et Romanae Ecclesiae negociis, non minori quam dicti praedecessores nostri gratiae et favoris benignitate prosequentes, proprio motu, non ad ipsorum vel alterius nobis pro eis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex nostra scientia, supradictas literas apostolicas Callisti III, Eugenii IV et Nicolai V, quorum mentio in iis habetur, et omnia et singula in eis contenta confirmamus

(1) Reliquum omittitur, quia ipsae bullae Eugenii et Callisti sunt supra, pag. 52 et 116 huius tomi; et bulla Nicolai V relata est in ea Callisti III.

et approbamus, ac praesentis scripti patrocinio communitimus, suppletentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

§ 3. Et insuper thesaurarium et singulos septem clericos ipsos, praesentes et futuros, nostros et Sedis praefatae veros cappellanos, ac etiam veros nostros familiares et continuos commensales esse, haberi, teneri et repntari debere decernimus et declaramus, quos et eorum quemlibet numero aliorum quorundam familiarium nostrorum, etiam in certo libro Cancellariae Apostolicae de nostro mandato scriptorum sive describendorum, tam in assecutione beneficiorum, seu eorum gratiis, expectativis, earumque revalidationibus, extensionibus, mutationibus, restitutionibus, pro tempore eis a nobis motu proprio vel alias concessis vel concedendis, quam alias omnibus et singulis, illisque prorsus similibus privilegiis, antelationibus, praerogativis, exceptionibus et declarationibus, decretis, statutis, relationibus, favoribus et indultis utuntur et gaudent, sive uti et gaudere poterunt in futurum, uti, potiri et gaudere posse et debere; quos pro veris familiaribus descriptis sive describendis in libro praedicto haberi, ac omnes et singulas concessiones quibusvis personis per nos factas et faciendas de praerogativis familiarium nostrorum descriptorum, sine illorum praedicio, in eisdem concessionibus apponi solitis, adicimus, ad ipsos thesaurarium et clericos, quam ad alios familiares descriptos et eorum praedictum referri, motu et scientia praedictis volumus, decernimus et declaramus.

§ 4. Ac etiam, ut thesaurarius et clerici antedicti, qui in revidendis et in diiudicandis literis apostolicis, quae ad Apostolicam Cameraam deferuntur, se assiduo labore exercent, adinstar aliorum officialium Romanae Curiae circa literarum earumdem expeditionem laborantium, de-

Suosque familiares et veros cappellanos Sedis Apostolicae esse decl. thesaurar. et clericos d. Camerae:

Expeditiones Camerae et Cancellar. pro eis et eorum nepotibus ac familiaribus gratis dare praecipit.

Eug. IV, Nic. V et Callist. III statuerunt multa circa regimen Camerae.

Hic modo Pontifex illas bullas confirmat;

corentur; quod de cetero literae apostolicae ipsos thesaurarium et clericos, praesentes et futuros, numerarios et participantes, eorumque nepotes et familiares, tam circa gratiam quam iustitiam, quomodolibet concernentes, quae per Cancellariam aut Cameram Apostolicam pro tempore expediri contingit, gratis ubique et sine aliqua solutione, etiam abbreviatorum, scriptorum ac plumbi et registri necnon secretariorum aliorumque officialium quorumlibet, expediantur et expediri debeant, prout scriptores ipsi apostolici obtinuerunt gratiose, concedimus et indulgemus. Mandantes rescribendario et computatoribus, abbreviatoribus, scriptoribus et registri magistris et secretariis nostris, aliorumque quorumlibet officialium Romanae Curiae praesidentibus et emolumentorum eorum exactoribus et collectoribus, ne quid pro dictis literis praefatis thesaurario et clericis Camerae participantibus et eorum nepotibus et familiaribus, duobus pro eorum quolibet, petere vel exigere, sub excommunicationis poena, si contrafecerint, incurrenda, audiant vel praesumant.

§ 5. Committentes et districtius iniungentes dilecto filio S. R. E. vicecancellario pro tempore existenti ac venerabili fratri nostro Latino, episcopo Tusculanen., S. R. E. cardinali, camerario nostro, eorumque in dictis officiis successoribus, praesentibus et futuris, ut ipsos thesaurarium et clericos, eorumque nepotes, familiares, in nostri indulti et concessionis huiusmodi pacifica possessione confoveant, defendant atque conservent, et illo uti libere et gaudere faciant atque curent, non permittendo, contra illius vim, seriem atque formam, eos a quoquam, quavis auctoritate et dignitate suffulto, impeti vel molestari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae, anno MCCCCLXXII, decimosexto kal. februarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 17 ianuarii 1472, pontif. anno 1.

II (1).

Approbatio et explicatio constitutionis Gregorii XI, de auctoritate cardinalis pro tempore protectoris fratrum Minorum Ordinis S. Francisci (2).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Greg. XI auctoritatem protectoris Ordinis S. Francisci praescripsit in sua constitutione. — 2. Hic igitur Pontifex qui dicti Ordinis extitit minister generalis, observantiam d. bullae Greg. XI utilem esse cognovit. — 3. Eandem igitur constituit, approbat; — 4. Declarat quoque et restringit; — 5. Protectoremque pro tempore ad Ordinis praeservationem hortatur.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Sancta Minorum Religio, quae agrum militantis Ecclesiae sanctis operibus et exemplis copiosissime foecundat, et sapientiae splendore catholicam illustrat Ecclesiam, tanto uberioribus fructibus fertilior esse perspicitur, quanto in suostatu quietior permanet et consistit, et maior promptiorque a subditis eiusdem fratribus Ordinis suis praelatis observantia exhibetur; nullisque extrinseci impedimenti perturbationibus agitatur et molestatur, quin in ea caput unicum sit et esse censeatur, a quo omnia dictae Religionis negocia et causae administrantur, et cui omnes et singuli dicti Ordinis pareant et illius subiacent disciplinae.

§ 1. Dudum siquidem felicitis recordationis Gregorius Papa Undecimus, praedecessor noster, cognito quod nonnulli dicti Ordinis protectores, dum maiorem, quam eis ex eiusdem Ordinis Regula conceditur, auctoritatem vendicare ac usurpare sibi ipsis voluerunt, vera subditorum

(1) Haec bulla ponitur sub num. v in Rom. Edit. (n. τ.). (2) Eandem approbationem fecit Iul. II die 13 octobris, pontif. sui an. iv, quam, uti simpliciter confirmatoriam, praetermissi. Et pro eiusdem explicatione convenit alia Const. Pauli V, *Cum Ordo*, ubi notabo. De toto autem Ordine scripsi ad Constit. Honor. III, *Sotet*.

Prooemium

Executores huius bullae deputat.

Greg. XI auctoritatem protectoris Ordinis S. Francisci praescripsit in sua constitutione.

praefati Ordinis ad suos praelatos obedientia submovebatur; unde perturbationes, inconvenientia multa, inutiles fratrum discursus et gravia scandala fuerant exorta, in magnam ipsius Ordinis iacturam, praecudicium et detrimentum, literas sequentis edidit tenoris (1).

Hic igitur Pontifex, quod d. Ordinis existit minister generalis, observavit in d. bullae Gregorij XI utilem esse cognovit

§ 2. Nos autem, eum, in minoribus constituti, ipsius Ordinis generalis cura et administratio incumberet, saluberrimum, opportunum et necessarium dicto Ordini esse conspeximus, ut protectores, ultra praefixam ab eiusdem Ordinis Regula (2), non extenderent. Nam experti sumus et vidimus quanta pax, quies, utilitas, quantaque commoda praefato Ordini et fratribus eiusdem ex firma et inconcussa dictarum literarum observantia provenerint; quae et quanta perturbationes, iacturae, incommoda, damna et gravia scandala in dicto Ordine suscitata sunt, quoties dicti Ordinis protectores, suae auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus dicti Ordinis et fratrum eiusdem causis et negotiis se intromittere, et, usurpata sibi auctoritate, ea videre, cognoscere, iudicare et discernere voluerunt. Cupientes ut Religio et Ordo praefatus, quem affectuosissima charitate complectimur, utpote quod in eo a teneris annis enutriti, et doctrina ac regularibus disciplinis et moribus instituti fuimus, ac uti firma fide tenemus, certissimisque in nobis experimentis didicimus, ad officia et dignitates, ad quas in minoribus promoti sumus, et ad hunc Summi Pontificatus apicem, meritis et precibus seraphici illius patriarchae Francisci, eiusdem Ordinis patris et fundatoris, proveci fuimus, quieto consistens statu, virtutibus et meritis angeatur et multiplicetur, et fidei catholicae et christianae reipublicae augmentum et multiplex ac solidum fundamentum ex eiusdem Ordinis fratrum operibus et praedicationibus proveniant, promptissimo et liberali animo, ut dignum censemus et

(1) Omittitur insertio bullae, quia est sup., tom. iv. pag. 362. (2) Adde. hic pat. auctoritatem (n. r.).

debitum, ea, quae pro ipsius Ordinis quiete, pace, tranquillitate et prosperitate, a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris provide statuta et ordinata sunt, ut illibata perdurent, nostrae approbationis munimine solidamus, interpretamur et declaramus, prout ipsius Ordinis tranquillitati conspiciamus salubriter expedire.

Eandem igitur consil. approbat.

§ 3. Ut igitur de cetero ipsius Ordinis professoribus omnis evagandi extra Religionem occasio tollatur, et vera suis praelatis obedientia, in qua ipsius Religionis verius et solidum firmamentum et robur consistit, exhibeatur, praefatique Ordinis et fratrum eiusdem negocia et causae non alibi, neque per alios quam in ipso Ordine et ipsius praelatos tractentur, agitentur, iudicentur et determinentur, dilecti filii Zanetti de Utino, generalis dicti Ordinis ministri et totius generalis capituli, in hac parte, supplicationibus inclinati, inhibitionem et literas praedictas praedecessoris praefati, auctoritate apostolica, praesentium tenore, approbamus, et robur perpetuae firmitatis obtinere decernimus.

Declarat quod et restringit.

§ 4. Et per eas protectori praefato, qui in tempore erit, nisi in illis casibus et articulis in Regula dietorum fratrum expressis et praefati praedecessoris literis declaratis, neque in illis, dum non universi, sed aliqui ipsius Ordinis professores, in quovis numero a fidei unitate et sacrosanctae Romanae Ecclesiae obedientia deviant, vel Regulam praefatam non servarent, de eorumdem deviantium et non observantium Regulam correctione aut reductione ac aliis quibuslibet causis et negociis dicti Ordinis se impediatur, inhibendum fore, dicta auctoritate decernimus et declaramus.

Protectoremque pro temp. ad Ordinis praeservationem hortatur.

§ 5. Hortamurque illum, qui ad officium protectionis huiusmodi (quod in praesentium, per obitum bonae memoriae Besarionis episcopi Sabiniensis, dicti Ordinis olim protectoris, nuper vita functi, vacat) assumi et deputari contigerit; et ipsius successores dicti Ordinis protectores ac

eis, in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo, inhibemus, ne extra praedictos articulos et casus in Regula praedicta contentos et expressos, nec etiam in illis (cum non universus Ordo, sed aliqua ipsius pars et specialis persona erraret) ipsorum fratrum querelas audire, seu de ipsorum causis et negociis contra literas et declarationes huiusmodi intrmittere se quoquomodo praesument. Sed curent (uti est eorum proprium officium, et praefati sancti Francisci et Apostolicae Sedis intentio extitit) ipsum Ordinem in quieto, tranquillo et pacifico statu conservare et augere, et ab impugnantibus, molestantibus et perturbantibus defendere ac tueri, ne, secus agendo, Ordinem praefatum non solum non protegant, conservent et exalcent, ut tenentur, sed in animarum suarum perniciem et dicti Ordinis detrimentum et scandalum confundant et destruant.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, quinto kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo (1).

Dat. die 28 ianuarii 1472, pont. anno 1.

III (2).

Reductio auditorum Rotae Romanae ad numerum duodecim (3).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius reductionis. — 2. Reductio auditorum ad duodecim. — 3. Prohibitio excedendi d. numerum. — 4. Auditores examinentur coram vice-cancellario. — 5. Eorum officium non vacat per promotionem.

(1) Legendum *pontif. an. I* (R. T.). (2) Haec bulla ponitur sub num. II in Rom. Ldit. (R. T.). (3) De qualitatibus autem, munere et examine auditorum et aliis eorum materiam concernentibus, vide sup. Constit. Martini V, *In Apostolicae*, tom. IV, pag. 679.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis indefessa sollicitudo nihil praeterit inordinatum, sed omnia suo pastoralis commissi officio, sicut in Domino conspicit expedire, certa lege ac limite concludit, ad eaque maxime animadvertit, quae sui Apostolici Palatii domesticam respiciunt venustatem, admonente propheta: *Domine, dilexi decorem domus tuae.*

§ 1. Hinc est quod, si dilectorum filiorum eiusdem Palatii causarum auditorum peculiare collegium, doctrina et integritate ceteris praestans, certo clauderetur numero personarum, maiori decore fulgeret, immorarentur (1) litigatorum dispendia, faciliorque foret exitus causarum.

§ 2. Nos igitur, qui etiam multitudine confusionem suboriri didicimus, provide attendentes, omnem dicti collegii et auditorii nostri moderationem atque ornatum ad nostrae sanctae Sedis Apostolicae gloriam conferre, motu proprio, ex certa scientia, hac irrefragabili constitutione perpetuo valitura, auctoritate apostolica statuimus et ordinamus quod dictorum auditorum et locumtenentium eorundem numerus, qui ad praesens quatuordecim esse perhibentur, de cetero duodenarius dumtaxat existat. Quodque, si qui supra statutum numerum ex dilectis filiis magistris, Gaspare de Zerano, decano Rotae, Ioanne de Cosa, episcopo Calaguritanense locumtenente, Ludovico de Ludovisiis, Ioanne de Caetanis, Ioanne de Caesarinis, Antonio de Grassis, Fantino de Valle, Ioanne Francisco Pavino, Matthaeo de Porta, Nicolao de Ubaldis, Gabriele de Contarenis, Bartholomaeo de Bellenuis, Nicolao de Edam, Petro de Ferrera, modernis causarum dicti Palatii auditoribus et locumtenentibus, tales esse desierint, officia sua huiusmodi deficiant in se ipsis, extincta penitus sint et esse censeantur, illisque aut eorum alteri aggregari nemo possit neque valeat.

§ 3. Nullusque omnino, ultra praefini-

(1) Leg. f. *imminuerentur* (n. t.).

Exordium

Causa huius reductionis.

Reductio auditorum ad duodecim.

Prohibito ex-
cedendi d. nu-
merum

tum numerum duodenarium, quarumcum-
que literarum aut mandatorum apostoli-
corum vigore hactenus concessorum et
deinceps forsitan concedendorum, sub
quavis verborum forma, etiam censuras
ac alias poenas ipso facto irrogantium,
etiamsi ad illorum praesentationem sit
processum, ac dicto numero duodenario,
motu, scientia et auctoritate similibus de-
rogantium, etiamsi illis de individuo prae-
sentis statuti et ordinationis nostrae te-
nore specialis et expressa, non autem per
generales clausulas derogatio, motu et
scientia similibus fiat, quas et quae,
praeter et contra mentem nostram et uti-
litatem publicam et litigantium, praecipue
pauperum, relevamen emanasse et in po-
sterum emanare, tenore praesentium de-
claramus, deinceps admittatur vel admitti
possit, seu debeat quoquo modo, donec
collegium ipsum ad duodenarium nume-
rum reductum sit.

§ 4. Nec etiam, numero praedicto di-
minuto, durante absentia venerabilis fratris
nostri Roderici, episcopi Albanensis, S.
R. E. vicecancellarii, ad Hispaniarum regna
de latere legati, coram quo et pro tem-
pore existente eiusdem Ecclesiae vice-
cancellario tantum, et non alias, auditores
ad ipsum officium de cetero admittendos,
examinandos fore. Praenominatosque et
alios infra praedictum statutum nume-
rum existentes auditores causarum dieti
Palatii ad recipiendum vel mittendum
quempiam, nisi numero, ut praemittitur,
reducto, diminuto et examine facto, iuxta
morem, in praesentia praedicti Roderici ac
pro tempore existentis praefatae Ecclesiae
vicecancellarii, non teneri, nec propterea
aliqua ecclesiastica censura seu poenis
aliis, quas pro infectis haberi volumus,
arctari posse decernimus.

§ 5. Nostrae tamen intentionis non
existit, quoad auditores illos, quos forsitan
pro tempore promoveri contigerit, quo-
minus in dicto collegio et auditorio per-
severent et maneant tamquam loca tenen-

tes, aliquid innovare, praeter id quod
hactenus receptum existit et laudabiliter
observatum. Decernentes irritum et inane
quicquid a quoquam, quavis auctoritate,
seienter vel ignoranter, contigerit atten-
tari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum,
anno Incarnationis dominicae millesimo
quadringentesimo septuagesimo secundo,
pridie idus maii, pontificatus nostri anno
primo.

Dat. die 14 maii 1472, pontif. anno 1.

IV (1).

*Contra simoniacos, dantes vel recipientes
munera pro sacris conferendis vel sus-
cipiendis ordinibus, dignitatibus vel
aliis ecclesiasticis beneficiis, excommuni-
cationis aliasque poenas statuit (2).*

SUMMARIUM

1. Praedecessores Pontifices simoniacos cen-
suris damnarunt: — Eorum constitutiones
super hoc confirmat Sixtus. — 2. Et si-
moniacos nulliter beneficia obtinuisse, eo-
rumque fructus percipere non posse de-
clarat. — 3. Clausulae.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

§ 1. Perniciosam aut verius detesta-
bilem simoniae labem, quam, veluti mor-
bum pestiferum et saluti credentium pe-
nitus inimicum, utriusque Testamenti
pagina et iuris utriusque auctoritas plu-
rimum detestantur ac puniunt, et eius
comparatione, iuxta beati Gregorii sen-
tentiam, impia Macedonii haeresis tolera-
bilior et quasi cetera crimina pro nihilo
reputantur, quemadmodum sa. me. praede-
cessores nostri Romani Pontifices, qui
fuerunt pro tempore, tota mentis acie
omnique studio ac solertissima cura exter-
minare, horrendique huius sceleris patra-

Praedecessores
Pontific. simo-
niacos censuris
damnarunt:

(1) Haec bulla ponitur sub num. III in Rom.
Edit. (a. T.). (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Auditores ex-
aminentur co-
ram vice-can-
cellario.

Eorum officium
non vacat per
promotionem.

tores et huic infidelitatis perditioni, quamvis fidem, quam negligunt, tenere videantur, se damnabiliter polluentes, formidabilibus censuris et poenis punire curarunt; ita quoque nos, ipsorum in apostolatus apice, licet insufficientibus meritis, successores, eam nostro potissimum tempore a Romana Curia et cunctis fidelium regionibus penitus eliminare cupientes, per hanc nostram constitutionem perpetuo valituram statuimus et ordinamus quod omnes et singuli, qui pro saceris sive aliis conferendis vel suscipiendis ordinibus aut dignitatibus, personatum, administrationum, officiorum vel beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque collatione, provisione, praesentatione, electione, postulatione, translatione, confirmatione et assecutione, simoniae labem committere praesumpserint, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerint, illas prorsus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque sententias, censuras et poenas, ab eisdem praedecessoribus nostris in simoniacos per constitutiones, statuta et ordinationes ipsorum hactenus promulgatas, ipso facto incurrant.

§ 2. Et nihilominus per electiones, postulationes, confirmationes, provisiones seu quascumque alias dispositiones, quas in antea simoniace fieri contigerit, et quas viribus omnino carere decernimus, in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis quibuscumque nullum cuiquam ius quomodolibet acquiratur, neque faciat quisquam alias fructus suos, ad quorum integram restitutionem volumus esse adstrictos.

§ 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, constitutionis et voluntatis infringere etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo,

Bull. Rom. Vol. V.

27

undecimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 22 maii 1472, pontif. anno 1.

V (1).

Quod festum S. Francisci, Ordinis fratrum Minorum institutoris, uti duplex ab omnibus celebretur, ab omnique opere severi abstineatur ac sub observantia et praecepto (2).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. S. Franciscus Ordinem fratrum Minorum instituit. — 2. Qui fratres eius vestigia imitari et sanctae Ecclesiae multum prodesse non cessant. — 3. Pro celebriori igitur S. Francisci festivitate, cui se Pontifex maxime devotum esse profitetur, — 4. Festum ipsius praecipit observari, et illud uti de praecepto servantibus indulgentias elargitur. — 5. Trasmumptis huius bullae credi iubet.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Praeclara sanctorum merita et grandia virtutum insignia, quibus radiantibus in firmamento syderibus sacrosancta illustratur Ecclesia, ac supra petram stabilita firmissima sanctorum irradiatur splendoribus, et novae prolis instaurata praesidio, incrementum suscipit et fulgorem, eo frequentius debent universi fideles congrua devotione recolere, reverentia ac digna reminiscencia celebrare solemniter collabentibus saeculis.

§ 1. Sed cum praedicta faciendo fidei catholicae fervor plurimum tepuisset, deus ille morum, Deoque acceptissimus pauperum patriarcha Franciscus, ad sal-

Prooemium.

S. Franciscus
Ordin. fratrum
Minorum instituit.

(1) Haec bulla in Edit. Rom. sub numero IV habetur (n. r.). (2) B. Franciscus tres Ordines instituit, ut notavi sup. ad Constit. Hou. III, *Sotet*, ubi plene de eis dixi. Et deinde a Greg. IX sanctorum cathalogo adscriptus extitit, ut sup. in eius Constitut. XII, *Mira*; et stigmata D. N. Iesu Christi in corpore suo portavit, ut idem Greg. declaravit in alia eius Constit. LI, *Confessor*.

Eorum constitutiones super hoc confirmat Sixtus;

Et simoniacos nulliter beneficia obtinuisse, eorumque fructus percipere non posse declarat.

Clausulae.

vandas animas ipsius Salvatoris nostri pretioso errore redemptas, aberrantem fidelium plebem ad salutis opera excitandam erudiendamque et suo reintegrandam Auctori, ordinatione superna destinatus, inter admiranda ipsius opera, Spiritu Paraclito inspirante, novam fratrum Minorum Religionem sacram, ad Dei laudem et gloriam, militantis Ecclesiae decorem ac populi christiani profectum, in agro dominico tempore opportuno plantavit, instituit et supra petram, quae Christus est, perpetuo stabilivit, ut praecipua virorum insigni sanctimonia, moribus, scientia atque virtutibus praedictorum, fecunditate et numerositate exuberans, fructuosos palmites ex Vite Vera produceret, qui Christi vexillum per orbem universum vehere, nomen, quod est super omne nomen, cunctis gentibus praedicare, salutaribus insuper monitis, exhortationibus et exemplis diabolica fraude deceptos Deo lucrifacere, et a maligni hostis servitute eripere, studio indefesso contenderent.

ui frat. eius vestigia imitari et Sanctae Ecclesiae multum prodesse non cessant.

§ 2. Quemadmodum haec ipsius incliti patris germina et vestigiorum eius provuli sectatores, benedicente Altissimo, multiplici in domo Domini et gratis perfusi coelestibus, longe lateque universas nationes mortalium penetrantes, Christi Evangelium ac verae fidei documenta cunctis gentibus nunciare, eidem Ecclesiae antemurale constituere, ac pro virili suo tueri, munire et ampliare non cessant.

Pro celebriori igitur S. Francisci festivitate, cui se Pontifex maxime devotum esse protestatur.

§ 3. In huius igitur solemnibus almi patris seraphicique Francisci, quem supremus ille Paterfamilias, pro multiplicato cum talentis sibi ereditis innumerebilibus animarum lucro, praeclarisque virtutibus aliis, corona gloriae interna claritate magnificat, et quasi lucernam in domo Domini positam, summo devotionis studio censuit a cunctis fidelibus venerari: cupientes, prout operis et officii nostri debitum esse conspicimus, propter mirae sanctitatis excellentiam, virtutum

suarum cumulum, exigentiam meritorum et hanc Religionem sanctam, ad extirpandas haereses, schismaticorum et infidelium confutandos errores, credentium vero profectum, salubriter institutam, quantum nobis ex alto conceditur, venerationem congruam et honorem adiacere, ac tanto confessori glorioso, pro summis in nos beneficiis, praesertim ab ipsis cunabulis, cum vitalis spiritus in nostro corpuseculo palpitans extingui protinus videretur, ipsius protinus meritis et intercessione pristinae restituti fuimus sanitati; cum et aliis gratiarum donis et futurorum praesagiis, quae cordi nostro insident et memoria iugiter retinemus, tum quia diversis temporibus aliis, in variis nostri corporis morbis et humanis casibus constituti, praesidio ipsius B. Francisci, qui nos ad sacram Religionem praedictam, quasi data manu, pro sua pietate vocavit, et ad hanc usque diem, cum hominis utriusque salute, Domino annuente, perduxit, adiuti et liberati exitimus.

§ 4. Pro cuius memoria, eius habitum et insignia ad extremum usque diem corde iugiter gestare statuimus, etiam pro his acceptis beneficiis possibilem nobis gratitudinem aliquam, suae quamvis excellentiae imparem, pro eius gloria et honore animarumque salute, sincero et hilari animo exhibere, necnon ipsius festivitatis diem celebrem, magisque devotum et cunctis fidelibus acceptabilem constituere in futurum, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, universis et singulis utriusque sexus fidelibus ubilibet constitutis, vere poenitentibus et confessis, qui eiusdem gloriosi confessoris Francisci festivitatem hanc, quam deinceps perpetuis futuris temporibus celebrem esse, ut festum duplex a cunctis christianis celebrari, ab omni opere servili abstineri, et sub observantia et praecepto comprehendere volumus et tenore praesentium declaramus, devote celebran-

Festum ipsius praecipit observari, et illud uti de praecip. servantibus indulgentias elargitur.

tibus annuatim quinquaginta annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentibus relaxamus.

Transump. huius bullae credi iubet.

§ 5. Verum quia difficile foret, praesentes literas (*caetera prout superius*).

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, quinto nonas octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 3 octobris 1472, pont. anno II.

VI (1).

Privilegium curialium tam laicorum quam ecclesiasticorum, libere disponendi, etiam ad favorem incapacium, de bonis in alma Urbe et infra decem milliaria, quamvis ex fructibus bonorum ecclesiasticorum acquisitis.

SUMMARIUM

Causa constitutionis. — 1. Privilegium curialium disponendi libere de acquisitis in Urbe et infra decem milliaria, dummodo etc. — 2. Privilegium proximiorum etiam illegitimorum in illis ab intestato succedendi. — 3. Prohibitio eos desuper molestandi.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Causa constitutionis.

Etsi universis Romanae Ecclesiae dominio temporali subiectis civitatibus, pro eorum statu prospero et incrementis felicibus, apostolica nos deceat provisione consulere, almae tamen Urbi nostrae, sanctorum apostolorum Petri et Pauli martyrio consecratae (quae ipsius Petri Sedes, sacerdotii principatus et christianae religionis caput est), eo nos convenit ampliora cura prospicere, quo ipsa sacerdotalis civitas, cunctis aliis praelata, nobisque peculiaris filia et paterna dilectione coniuncta existit.

(1) Haec bulla sub num. IX in Rom. Edit. legitur (R. T.).

§ 1. Cupientes igitur, pro instauratione dictae urbis, quae, causantibus sinistris eventibus, in civibus, incolis et aedificiis plurimum diminuta est, ut, annuente Altissimo, virorum copia instauretur, et quanto citius ipsius structurae et aedificia refectionem et reparationem, pro eius venustate et decore, consequantur, suisque statui et necessitati opportunis remediis consulatur, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, hac perpetuo valitura constitutione, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli, tam nostri curiales Romanam Curiam sequentes, quam alii, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, praeminentiae vel conditionis existant, etiamsi cardinalatus honore, aut patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali vel quavis alia ecclesiastica aut mundana dignitate praefulgeant, et (si regulares fuerint) administrationem aut dignitatem obtineant, qui palatia, domos, casalia sive alia aedificia urbana vel rustica aedificaverint aut aedificabunt, seu fundari et aedificari fecerunt vel fecerint in futurum, aut aedificata et constructa emerunt aut emerint seu eument, aut illa vel census annuos, iura et quaevis immobilia bona, in dicta urbe vel extra, aut prope eam ad milliaria decem, et alio quovis iusto titulo, tam ex bonis et pecuniis propriis, quam ex fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum beneficiorum ad eos spectantium proventibus acquisiverint haecenus vel acquirant in posterum, de eisdem casalibus, domibus, palatiis, aedificiis, censibus, iuribus nec non territoriis, feudis, iurisdictionibus et bonis aliis quibuslibet (dummodo ad Ecclesias, monasteria et alia pia loca, aliter quam ex fructibus eorum, ut praefertur, de quibus, ad effectum praesentium, licere volumus eis pro voto disponere, non pertineant), in vita ipsorum et mortis articulo, prout eis videbitur, disponere, testari, codicillari, eaque legare, relinquere, seu

Privilegium curialium disponendi libere de acquisitis in Urbe et infra decem milliaria, dummodo etc.

inter vivos et causa mortis, aut pro remuneratione laboris vel obsequiorum eis impensorum, quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint (etiam si alias haeredes, legatarii, donatarii, universales aut particulares haeredes, successores et personae aliae, ad quas ex dominorum voluntate pervenerint); illa filiis, nepotibus, consanguineis, affinibus, familiaribus vel aliis, etiam si incapaces et inhabiles sint, et inhabilitate vel incapacitate quacumque notati (dummodo criminis laesae maiestatis rei, aut Ecclesiae Romanae praedictae hostes non existant), erogare, donare, legare, relinquere, ac etiam in pios et alios quoscumque usus convertere.

Privileg. proximorum etiam illegitimum in illis ab intestato succedendi.

§ 2. Et si ipsas ecclesiasticas aut dignitatem seu administrationem habentes regulares personas, de bonis praedictis aliter non disposito, decedere contigerit, palatia, domus, casalia et alia ipsorum bona in urbe praedicta vel infra miliaria huiusmodi consistentia, ad proximiores suos, etiamsi agnati, cognati et minus capaces vel inhabiles fuerint, ut praefertur (salva tamen gradus praerogativa, iuxta dispositionem iuris, si aliter de ipsorum decedentium voluntate non constet), bona praedicta deveniant; ipsique proximiores, sive agnati vel cognati in eis succedere possint et debeant in omnibus et per omnia, perinde ac si descendentes filii, nepotes, agnati et cognati habiles, capaces et haeredes scripti existerent, ac palatia, domus, casalia et reliqua bona ipsorum, ex labore vel industria (non autem ex fructibus, redditibus et proventibus ecclesiasticis) acquisita fuissent, auctoritate apostolica, tenore praesentium, ex certa scientia concedimus, eisque facultatem et potestatem testandi, codicillandi, legandi, concedendi, donandi et erogandi; proximioribus vero, nec non agnatis et cognatis praedictis, incapacibus et defectum natalium patientibus, in eis, ut praefertur, succedendi licentiam liberam impartimur.

§ 5. Districtius inhibentes dilectis filiis Camerae Apostolicae clericis et aliis nostris ac Curiae et Urbis praedictarum officialibus, nec non Ecclesiarum, monasteriorum et aliorum ecclesiasticorum locorum praelatis, capitulis, conventibus, prioribus, praepositis, plebanis, rectoribus aliisque quocumque nomine nuncupentur, de bonis per eosdem, ut praenittitur, relictis, legatis, donatis seu quovis modo, in dicta Urbe vel extra, infra spatium praetaxatum dimissis, quovis modo se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu haeredes et successores decedentium personarum earundem, illorum occasione, impedire aut molestare quoquo modo praesument, ac decernentes irritum et inane, etc.

Prohibitio eos desuper molestandi

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, kal. ianuarii, pontificatus nostri anno quarto (1).

Dat. die I ianuarii 1474, pont. anno III.

VII (2).

Approbatio congregationis fratrum Eremitarum Sancti Francisci de Paula, cum exemptionem et gratiarum elargitione.

SUMMARJUM

Prooemium. — 1. Archiepiscopus Cosentinus B. Francisci de Paula licentiam construendi oratorium, etc. concessit. — 2. Ille Pont. commisit episcopo S. Marci, ut concessionem confirmaret, et Eremitarum privilegia huic Ordini concederet. — 3. Qui episcopus d. concessionem confirmavit. — 4. Supradictus archiepiscopus Cosentinus exemptionem a iurisdictione sua elargitus est; — 5. Et B. Franciscum superiorem cum omnimoda facultate d. congregationis Eremitarum elegit; — 6. Dat auctoritatem celebrandi missam ante diem

(1) Si standum notis chronologicis praecedentibus est, legendum anno III (n. r.). (2) Haec bulla sub num. VI in Rom. Edit. extat (n. r.).

etc.; — 7. Confessiones audiendi; — 8. Loca alia recipiendi; — 9. Privilegia Mendicantium concedit; — 10. Exemptionemque ab ordinariis; — 11. Sedis Apostol. protectioni submittit. — 12. Declaratio alterius bullae Sixti IV hac super re. — 13. B. Franciscus et alii ideo Papae pro opportuna provisione supplicant. — 14. Qui supradicta omnia confirmat, omnesque defectus supplet; — 15. Exemptionemque, quoad bona et personas, a superioritate quorumcumque concedit; — 16. Et extendit dicta indulta ad omnia loca Ordinis. — 17. Contraria tollit, — 18. Et irrita declarat.

Sixtus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, dilectis filiis fratri Francisco de Paula, caeterisque fratribus Eremitis eremitorii seu oratorii Sancti Francisci de Paula, Consentinensis dioecesis, praesentibus et futuris, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

Sedes Apostolica, aequa in omnibus semper distributrix, ea, quae pro divini cultus augmento ac piorum locorum et personarum, praesertim sub humili et religioso habitu in eis degentium, commodo et utilitate pie facta sunt, ut illibata persistant, libenter, cum ab ea petitur, apostolici muniminis consuevit adiacere firmitatem, ac benigno favore ea, quae sunt pro animarum salute, concedere; illisque, ut eo devotius quo quietius Altissimo famulari possint, suae protectionis munimen impartiri.

Archiepiscopus Cosentinus B. Franc. de Paula licentiam construendi oratorium, etc. concessit.

§ 1. Dudum siquidem, pro parte Francisci nobis exposito quod olim, postquam venerabilis frater noster Pyrrhus, archiepiscopus Consentinus, tibi, ut quoddam oratorium sive ecclesiam sub vocabulo S. Francisci in tenimento de Paula Consentinae dioecesis edificare posses, licentiam concesserat; tuque oratorium huiusmodi propriis manibus et expensis cum dormitorio, pro tuis et sociorum tuorum usu et habitatione, pro magna parte aedificaveras, et nonnullos socios vitam eremiticam ducentes receperas; ipseque archiepiscopus praedictum oratorium sive

ecclesiam, una cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, tibi tuaeque congregationi in perpetuum donaverat; et nonnulla alia tuae et sociorum tuorum devotioni et saluti convenientia, salutifera et opportuna concesserat, fecerat et ordinaverat. Quodque oratorium sive eremitorium praedictum adhuc pro sufficiente habitatione tui et eremitarum praedictorum perfectum omnino non erat, illudque piis christifidelium elemosynis, cum dormitorio et aliis necessariis officinis, tu ac eremitae tui socii huiusmodi continue aedificabatis, ampliabatis et exornabatis.

§ 2. Nos, tunc tuis et eremitarum praedictorum in ea parte supplicationibus inclinati, venerabili fratri nostro episcopo S. Marci, eius proprio nomine non expresso, per alias nostras literas dedimus in mandatis, ut si, et postquam vocatis qui forent evocandi, de praemissis sibi legitime constaret, concessionem et literas dicti archiepiscopi, ac omnia et singula in ipsis literis contenta, prout ea concernebant, auctoritate apostolica approbaret et confirmaret, suppleretque omnes et singulos defectus, si qui forsau intervenissent in eisdem; et in eventum approbationis, confirmationis et suppletionis huiusmodi, vobis praedictis eremitis, ut omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis et gratiis, quibus frater Petrus de Pisis nuncupatus caeterique eremitae potiebantur et gaudebant, uti et gaudere pariformiter et absque ulla differentia libere et licite possetis et valeretis, concessimus, prout in eisdem nostris literis desuper confectis plenius continetur.

Hic Pont. commisit episcopo S. Marci, ut concessionem confirmaret, et Eremitarum privilegia huic Ord. concederet.

§ 3. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, venerabilis frater noster Goffredus, episcopus S. Marci praedictus, ad executionem praedictarumstrarum literarum, illarum forma servata, procedens (quia sibi vocatis vocandis, de a nobis expositis legitime constiterat), licentiam, dona-

Qui episcopus d. concessit confirmavit.

tionem, concessionem, ordinationem et literas archiepiscopi praedicti, omniaque et singula in eis contenta, prout ea concernunt, auctoritate apostolica approbaverit et confirmaverit, suppleveritque omnes et singulos defectus qui intervenerunt in eisdem, prout in quodam publico instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri.

§ 4. Quodque Pyrrhus archiepiscopus praedictus, inter alia per eum vobis tunc concessa, praedictum eremitorium sive ecclesiam S. Francisci et alia quaecumque loca, Ecclesias et oratoria per vos in posterum recipienda, cum omnibus iuribus et pertinentiis, eremitisque et personis iuribus pro tempore degentibus ac rebus omnibus ad vos locaque vestra quomodolibet pertinentibus et spectantibus, ab omni iurisdictione, subiectione et superioritate matrum Ecclesiarum ac sua suaeque Ecclesiae Cosentinae caeterarumque personarum in perpetuum exemit et liberavit, ac sub protectione, submissione et iurisdictione Sedis Apostolicae specialiter et expresse remiserit et relaxaverit.

§ 5. Et sicut eadem petitio subiungebat, a nonnullis asseritur, nostras praedictas literas ac confirmationem, approbationem et defectuum suppletionem caeteraque omnia alia et singula per praedictum Goffredum episcopum S. Marci illarum vigore facta et inde secuta quaecumque iuribus non subsistere, pro eo quod archiepiscopus praedictus, per suas praedictas literas, te fratrem Franciscum in superiorem huiusmodi tuae congregationis patrem, rectorem et priorem seu quovis alio nomine nuncupandum dederit et deputaverit, cui congregationi praeses, ac vita et exemplis profuisses, tuisque monitis, mandatis et praeceptis salubribus omnes congregationis huiusmodi personae obedire et parere deberent: ipsisque tuis eremitis fratribus facultatem concessit te in suum superiorem et prio-

rem ac una tecum alios quoscumque superiores et priores et officiales canonice eligendi; necnon statuta et ordinationes pro huiusmodi vitae observantia, a iure tamen divino et sanctorum Patrum institutionibus non deviantia, faciendi; tibi et huiusmodi officialibus omnimodam iurisdictionem ordinariam, in spiritualibus et temporalibus, congregationis huiusmodi personarum, etiam si sacerdotali seu quavis alia praefulgerent dignitate; ac locorum iurisdictiones, animalium et rerum omnium ad te tuamque congregationem quomodolibet spectantium et pertinentium: quoscumque quoque rebelles et inobedientes, omniumque huiusmodi congregationis personarum delinquentium peccata et delicta et cuiuscumque generis maleficia et crimina, prout iuris foret, puniendi; huiusmodique delinquentes incarcerandi, disciplinandi, condemnandi, liberandi, absolvendi caeteraque faciendi, quae in praemissis et circa praemissa vobis viderentur fore necessaria et opportuna, et quae ipsemet archiepiscopus facere posset.

§ 6. Sacerdotibus vero huiusmodi congregationis, seu saecularibus vel regularibus per vos eligendis, missas, etiam ante diem, et in quocumque loco ad hoc congruo et honesto cum altari portatili celebrandi: Eucharistiam et alia quaecumque ecclesiastica sacramenta, libere et licite tibi huiusmodique tuae congregationis personis, quoties devotio ingrneret et necessitas postularet, absque quacumque superioris licentia ministrandi, ad quae suscipienda extra loca huiusmodi compelli non possentis.

§ 7. Confessiones audiendi, et ab omnibus casibus, excommunicationibus, suspensionibus et interdictis, ac super quacumque irregularitate, eidem archiepiscopo, tam a iure, quam ab eo reservatis; et praemissis toties, quoties opus foret et esset, absolvendi et dispensandi, vota quaecumque permutandi et relaxandi, ac poenitentiam salutarem iniungendi.

Supradictus archiepiscopus Cosentinus exemptionem a iurisdictione sua enlargit est;

Et B. Franciscum sup. cum omnimoda facultate d. congregationis Eremitarum elegit;

Dat auctoritatem celebrandi miss. ante diem etc.;

Confession. audiendi;

Loca alia recipiendi;

§ 8. Loca, oratoria quaecumque et ecclesias licite accipiendi et retinendi, quascumque etiam personas ecclesiasticas et saeculares ad vos venientes et vobiscum moram trahere et habitum quem geritis profiteri et recipere volentes, ad habitum et professionem observantiae castitatis, paupertatis et obedientiae, acceptandi et recipiendi.

Privilegia Mendicantium concessit.

§ 9. Necnon ut omnibus et singulis privilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, quibus fratres S. Francisci, ceterique Mendicantes fruuntur et utuntur, frui et uti possetis et valeatis, ac possent et valerent, indulgit, ac vobiscum super his opportune dispensavit.

Exemptionemque ab ordinariis (1);

§ 10. Huiusmodique oratorium, sive ecclesiam Sancti Francisci de Paula, ac alia quaecumque loca, oratoria et Ecclesias per vos in posterum acquirenda et acceptanda, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eremitisque et personis ac rebus omnibus et singulis ad vos vestraeque loca quomodolibet spectantibus et pertinentibus, personisque huiusmodi inibi pro tempore degentibus, ab omni iurisdictione, subiectione, superioritate matrum Ecclesiarum ac sua, suaeque Ecclesiae Consentinae ceterarumque personarum ex certa sua scientia et motu proprio, in perpetuum exemit et totaliter liberavit.

Sedis Apostolice protectioni submittit.

§ 11. Ac sub protectione, submissione, iurisdictione et superioritate Sedis Apostolicae praedictae totaliter, specialiter, singulariter et expresse remisit et relaxavit, prout in literis dicti archiepiscopi plenius continetur.

Declaratio alterius bul. Sixti IV hac super re.

§ 12. Et de eisdem nihilominus concessionibus, gratiis et indultis vobis, sic ut praemittitur, per praedictum archiepiscopum concessis, in dictis aliis nostris literis, specialiter et singulariter mentio facta non fuerat, sed sub clausula generali dumtaxat, videlicet dicendo: *Nonnulla alia vestrae devotioni et saluti convenientia, salutifera et opportuna.* Et si-

(1) Attende Conc. Trid., sess. vii, cap. 14, ac sess. xxv.

militar, sub eadem clausula et non facta alia expressione, per dictum Goffredum episcopum Sancti Marci, praedicta omnia et singula approbata, et cum suppletionem defectuum, confirmata fuerant, prout in nostris ac dicti archiepiscopi literis ac instrumento publico desuper confecto plenius continetur.

§ 13. Pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut omnia et singula praemissa, concessionem, gratias et indulta vobis per archiepiscopum praedictum concessa, facta et indulta, necnon approbationem, confirmationem, defectuumque suppletionem ceteraque omnia et singula per praedictum Goffredum episcopum, vigore nostrarum literarum praedictarum, desuper facta et inde secuta quaecumque rata et grata habentes, approbare, confirmare ac omnes et singulos defectus, qui intervenerunt in eisdem, supplere, ac alias in praemissis et circa ea vobis de opportuno remedio providere, de benignitate apostolica, dignemur.

§ 14. Nos igitur, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, donationem, concessionem, ordinationem, constitutionem, remissionem, relaxationem, indulta, gratias et literas praedicti archiepiscopi, omniaque et singula in eis contenta, nostras alias ac dicti archiepiscopi literas ac approbationem, confirmationem et defectuum suppletionem per praedictum Goffredum episcopum factas, ac processus desuper habitos et inde secuta quaecumque omniaque et singula, quae in praedictis nostris et praenominatis archiepiscopi literis et processibus et instrumentis publicis desuper habitis contenta, pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, rataque et grata habentes, auctoritate apostolica ac ex certa nostra scientia, laudamus, approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes et singulos defectus, qui intervenerunt in eisdem, decernentes

B. Franciscus et alii ideo Papae pro opportuna provisione supplicant.

Qui supradicta omnia confirmat, omnesque defectus supplet.

nostras praedictas literas ac processus desuper habitos et inde secuta quaecumque valere ac roboris firmitatem tenere, perinde ac si omnia et singula vobis per praedictum Pyrrhum archiep. concessa. et ipsius archiepiscopi literis contenta, in saepe nominatis nostris literis specialiter et singulariter narrata et expressa fuissent.

§ 15. Et insuper, vos et vestrum quemlibet, ac eremitorium, sive ecclesiam Sancti Francisci de Paula, praedictam, ceteraque omnia et singula eremitoria, ecclesias et loca per vos in quibuscumque civitatibus et dioecesibus ubilibet haecenus recepta et in posterum recipienda. cum omnibus iuribus et pertinentiis suis; eremitasque et personas in illis pro tempore degentes, ac res et bona quaecumque mobilia et immobilia ad vos et eremitas et personas ac vestrum quemlibet, ac loca, eremitoria et ecclesias huiusmodi quomodolibet, communiter vel divisim, spectantia et pertinentia, ab omni iurisdictione, dominio, potestate, visitatione, correctione et superioritate praedicti ac pro tempore existentis archiepiscopi Consentini et aliorum archiepiscoporum, episcoporum, ordinariorum, iudicum et superiorum quorumcumque, etiam illorum, in quorum iurisdictione, civitatibus et dioecesibus eremitoria, loca, ecclesiae, vos et eremita ac personae, res et bona huiusmodi consistunt et consistere poterunt quomodolibet in futurum, auctoritate et scientia praedictis, de speciali gratia, tenore praesentium prorsus eximimus et totaliter etiam liberamus, ac sub beati Petri et Sedis memoratae ac Romanae Ecclesiae et nostra protectione suscipimus, ac exempta et immunia esse volumus, nobisque et successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac dietae Sedi immediate subiacere. Ita quod archiepiscopi, episcopi, ordinarii, iudices supradicti, ratione delicti vel con-

(1) Quoad iurisdictionem ordinariorum, vide Concil. Trident., sess. vii, cap. 14 et sess. xxv.

tractus aut rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum vel ineatur contractus aut res ipsa consistat, nullam in vobis ac eremitoriis, locis et Ecclesiis, eremitis et personis huiusmodi ac rebus et bonis praedictis iurisdictionem, potestatem et dominium possint quomodolibet exercere, sed dumtaxat coram dicta Sede vel eius legatis vos et eremita ac aliae personae in locis, Ecclesiis et eremitoriis huiusmodi pro tempore degentes teneamini de iustitia respondere.

§ 16. Et insuper vobis omnibus et eremitis ac personis, locis, Ecclesiis ac eremitoriis huiusmodi, ut omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis, concessionibus, gratiis, indultis, ceterisque omnibus et singulis in praesentibus et aliis nostris, ac ipsius Consentinensis archiepiscopi literis saepedictis ac per eas habitis processibus praedictis contentis, vobis ac eremitoriis, ecclesiis et locis huiusmodi concessis et concedendis, in quacumque civitate et dioecesi, ac ubique et in quocumque loco, auctoritate apostolica praedicta, uti et gaudere, eaque omnia et singula in huiusmodi nostris ac aliis et praedicti archiepiscopi praenominati literis et processibus desuper habitis contenta, cuiusvis superioris, super his aut aliquo praemissorum, licentia minime requisita, ac quibuscumque etiam contradictionibus, exceptionibus et impedimentis remotis, praedicta auctoritate apostolica, libere et licite exercere possitis et valeatis. Quae etiam omnia et singula in praesentibus et aliis nostris ac dieti archiepiscopi literis saepe dictis ac processibus desuper habitis contenta, auctoritate et scientia praedicta, de specialis dono gratiae concedimus et indulgemus per praesentes.

§ 17. Fel. rec. Innocentii Papae IV, praedecessoris nostri, contra exemptos, quae incipit *Volentes* et qualibet alia constitutione apostolica contraria non obstante.

Et extendit dicta indulta ad omnia loca Ordinis.

Contraria tollit.

Exemptionemque, quoad bona et personas, et superioritate quorumcumque concedit D;

Et irrita declarat. § 18. Decernimus quoque ex nunc, omnes et singulas excommunicationum, suspensionum et interdicti aliasq. ecclesiasticas sententias, censuras et poenas ac processus, quos et quas contra vos et eremitas ac personas, Ecclesias, eremitoria et loca huiusmodi et vestrum quemlibet promulgari contigerit vel haberi, irritas et irritas et inanes ac nullius existere firmitatis vel momenti.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, sexto kalendas iunii, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 27 maii 1474, pontif. anno III.

VIII (1).

Amplissimae gratiae et privilegia fratrum Minorum conventualium, Ordinis Sancti Francisci, quae propterea Mare magnum nuncupantur.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1, 2. Eug. IV edidit const. confirmantem bullam Clem. IV. — 3. Hic Pont. eas confirmat. — 4. Ampliatio privilegii celebrandi tempore interdicti, et cum altari portatili. — 5. Ampliatio facultatis praelatorum absolvendi fratres. — Qui sint casus Apostolicae Sedi reservati. — 6. Ampliatio iuris sepeliendi. — 7. Exemptio aliquid solvendi de legatis piis. — 8. Ampliatio exemptionis a decimis. — 9. Ampliatio exemptionis a iurisdictione ordinariorum. — 10. Facultas audiendi confessiones. — 11. Loca monialium destituta fratribus applicentur. — 12. Mortui cum habitu Tertiariorum cum licentia fratrum sepeliantur. — 13. Exemptio parochialium Ecel. Ordinis a iurisdictione ordinariorum. — 14. Praelatorum Ordinis facultas dispensandi ab irregularitate, etc. — 15. Ampliatio damnationis hactenus factae de opi-

(1) Hanc bullam sub num. VII in Rom. Edit. perleges (R. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

28

nione, quod confessi fratribus, iterum parochis confiteri debeant. — 16. Communicatio privilegiorum inter Ordinem S. Dominici et Ordinem S. Francisci. — 17. Inhibitio contra quoscumque Ordinis perturbatores. — 18. Deputatio executorum huius bullae. — 19. Obstantium derogatio. — 20. Transumptorum fides. — 21. Sanctio poenalis.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Regimini universalis Ecclesiae, meritis licet insufficientibus, disponente Domino, praesidentes, curis perurgemur assiduis ut, iuxta creditae nobis desuper dispensationis officium, quieti subditorum quorumlibet, praesertim sub Religionis habitu studio vacantium piae vitae, in quorum utique prosperitate rescimur, iugi, quantum nobis ex alto conceditur, sollicitudinis studio intendamus, et ut ea, quae pro divini cultus, dictae Religionis incremento animarumque salute a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus provide facta sunt, sublatis ambiguitatibus quae exinde emersisse noscuntur, in sua integritate persistent, nostri ministerii partes interponimus efficaces. Dudum siquidem a fe. re. Eugenio Papa quarto, praedecessore nostro, literae emanaverunt tenoris sequentis, videlicet.

§ 1. Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Licet debitum pastoralis officii, etc. (1).

§ 2. Clemens episcopus, etc. Virtute conspicuos, etc. (2).

§ 3. Nos igitur, qui dicti Ordinis fratrum Minorum, in quo generalis ministri fungebamur officio dum ad cardinalatus honorem assumpti fuimus, et personarum eius statum prosperum et tranquillum, propter uberes fructus quos Ordo ipse, multa refulgens gloria meritorum et gratia redolens sanctitatis, in agro militantis Ecclesiae, in propagatione religionis et

(1) Omittitur haec bulla, quia est simplex confirmatoria bullae Clem. IV. (2) Vide tom. III, pag. 735.

Prooemium.

Eug. IV edidit const. confirmantem bullam Clem. IV.

Hic Pont. eas confirmat.

fidei orthodoxae haecenus produxit utiliter et producit, ac in futurum producturum fore spe firma tenemus, palmites suos a mare usque ad mare et etiam ad barbaras extendendo nationes, intensis desideramus affectibus, Clementis et Eugenii praedictorum ac aliorum praedecessorum nostrorum, qui Ordinem praedictum fratrum Minorum aliis variis privilegiis non immerito decorarunt, vestigiis inhaerentes, motu proprio, non ad eorum dicti Ordinis fratrum Minorum professorum vel alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate et deliberatione, ac ex certa scientia nostra, Clementis et quascumque alias quorumcumque Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum literas, dicto Ordini fratrum Minorum et illius domibus et professoribus in genere, sub quacumque verborum forma concessas, quas, ac si de verbo ad verbum, una cum praedictis literis Eugenii praedecessoris praefati, praesentibus insertae forent, haberi volumus pro expressis, ac omnia et singula in illis contenta, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, et robur perpetuae firmitatis obtinere debere decernimus; et pro potiori cautela, omnia et singula, per Clementis et Eugenii aliosque praedecessores nostros praedictos, in eisdem literis, pro et in favorem dicti Ordinis fratrum Minorum quomodolibet ordinata, statuta, decreta, concessa et indulta fieri et servari debere, auctoritate, motu et scientia praedictis de novo ordinamus, statuimus atque decernimus, ac eidem Ordini Minorum illiusque domibus et professoribus concedimus et indulgemus.

Ampliatio privilegii celebrandi tempore interdicti, et cum altari portatili (1)

§ 4. Et quia, sicut accepimus nosque ipsi experientia didicimus, in minoribus constituti praefati Ordinis curam gerentes, circa literas et privilegia huiusmodi nonnulla dubia postmodum sunt exorta, habita super illis consideratione decenti, motu,

(1) Vide Concil. Trident., sess. xxv, cap. 12.

auctoritate et scientia similibus, literas eiusdem Clementis praedecessoris, in ea parte in qua concedit dicti Ordinis professoribus ut liceat eis in locis, in quibus degunt, habere oratoria, et in eis cum altari portatili, etiam tempore interdicti, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, missarum solemnias et alia divina officia celebrare; et quod eorum insistentes obsequiis, censuris generaliter promulgatis non ligentur; quum contingat eos persaepe requiri, ut etiam extra oratoria, super huiusmodi altari portatili celebrent divina officia, et ad illa, interdicti tempore, tertii Ordinis Sancti Francisci de Poenitentia nuncupati fratres et sorores ac suos et illorum procuratores admittant, extendentes. Concedimus eisdem fratribus ut non solum in oratoriis et locis, in quibus degunt, sed etiam in quovis alio loco congruente et honesto, possint, super altari portatili eiu-modi, missas et alia divina officia libere et licite celebrare, exceptis Ecclesiis ab ordinarii iurisdictione non exemptis, quoties id eisdem fratribus per ordinarios ex causa contigerit inhiberi. Et ut liceat eis, tempore interdicti, fratres et sorores dicti tertii Ordinis Beati Francisci de Poenitentia nuncupati, nec non ipsorum fratrum Minorum ac fratrum et sororum dicti tertii Ordinis et monialium Sanctae Clarae procuratores et negotia gerentes utriusque sexus admittere ad divina.

§ 5. Praeterea, quia idem Clemens praedecessor, in dictis suis literis, generalibus et provincialibus ministris et eorum vicariis ac custodibus absolvendi fratres eiusdem Ordinis; nec non fratribus dicti Ordinis, quos ipsi ministri, vicarii et custodes habuerint pro tempore in confessores, absolvendi ipsos ministros, vicarios et custodes ab excessibus et censuris, nisi talia perpetrassent, propter quae essent merito ad Sedem Apostolicam destinandi, ac cum eis desuper dispensandi facultatem concedit; et propterea, qui sint

Ampliatio facultatis praetorum absolvendi fratres.

destinandi, persaepe revocetur in dubium, ut absolventium et absolvendorum, dispensantium et dispensatorum pro tempore puritati conscientiae consulamus, declaramus haereticos, relapsos, schismaticos et qui literas apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, dumtaxat esse ad Sedem Apostolicam merito destinandos. Reliquis vero omnibus, etiam simoniae pravitae qualitercumque irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur, absolutionis beneficium et dispensationis gratiam, iuxta casuum exigentiam, impertiri.

Qui sint casus
Apostolicae Se-
di reservati.

Ampliatio iuris
sepeliendi 1.

§ 6. Eam vero partem literarum eiusdem Clementis praedecessoris, in qua sepulturam in Ecclesiis fratrum dicti Ordinis liberam esse voluit, salva iustitia Ecclesiarum, a quibus corpora mortuorum assumuntur, declarantes libertatem huiusmodi intelligi debere, etiam quoad hoc, ut fratres ipsi, nullius super hoc petita licentia, parochias, in quibus corpora praedicta forent, cum cruce processionaliter ingredi, ac corpora ipsa levare et ad eorum ecclesias sepelienda deferre possint, ubi hoc consuetum foret, vel presbyteri de levatione requisiti id facere recusarent; nec cogantur inviti, etiam praetextu cuiusvis consuetudinis, ipsi vel defunctorum consanguinei, illa ad parochiales ecclesias aut loca deferre et, cum illis vel sine, inibi celebrare vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua divina officia, ante vel post sepulturam eorundem. Iustitiam autem Ecclesiarum a quibus corpora ipsa sumuntur, iuxta eiusdem Clementis praedecessoris voluntatem, salvam esse debere decernimus eo casu quo dumtaxat apud loca ipsorum fratrum corpora ipsa sepeliuntur; si vero non apud eos seu alios etiam Mendicantium Ordinum professores corpora ipsa contingeret sepeliri, ex his quae ad fratres praedictos, apud quos tunc corpora ipsa non sepelirentur, de

(1) Tu, quoad solutionem quartae, scias aliter statuisset Concil. Trident., sess. xxv, *De Reform.* cap. 15.

bonis defunctorum quomodolibet obveniret, quovis particulari vel universali titulo, directe vel per obliquum, nullam canonicam aut parochialem portionem dare teneantur; nec similiter aliqua portio debeat de his, quae ad certos determinatos usus, eisdem fratribus vel eorum domibus, in genere aut in specie, etiam de bonis eorum, quorum cadavera apud eos contigerit sepeliri; nec etiam in casibus, in quibus, per eiusdem Clementis et aliorum praedecessorum nostrorum specialia privilegia, fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartae sunt exempti; nec aliquo casu de candelis, quae ad manus fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero casibus, quam in praemissis, in quibus quarta ipsa solvenda veniret, conventiones, si quae sunt inter fratres praedictos et locorum ordinarios ac Ecclesiarum rectores inita, laudabiles et honestae, in posterum observentur.

§ 7. Et si forte, per nos vel Sedem Apostolicam, de pie legatis, dispositis et relictis in genere vel specie, decima vel alia portio seu quota alteri pie vel non pie causae, ex quavis causa haecenus concessa foret, aut in posterum concedi et solvi aut dari, mandari contingeret, fratres praedictos et illorum domos ac eis legata et relicta, aut alias in eorum favorem disposita, in concessione et mandatis huiusmodi decernimus et volumus non includi, nisi de ipsis fratribus et praesenti decreto ac voluntate nostra, non per generales clausulas, quae etiam specialem mentionem importare viderentur, sed vera et specifica mentio fiat in eisdem.

Exemptio ali-
quid solvendi de
legatis prius.

§ 8. Indultum vero eiusdem Clementis praedecessoris de decimis non solvendis, ad quaecumque bona dictorum fratrum et quaecumque decimas, etiam quas vulgus papales appellant, et Apostolica Sedes, pro christianae fidei defensione aut aliis imminentibus persaepe necessitatibus, indicit, et quaecumque alia onera, motu et scientia praedictis, extendimus, decernen-

Ampliatio et-
emptionis a de-
cimis.

tes ipsos fratres Minores, etiam si per quoscumque exemptos et Mendicantes solvi mandarentur, cum quibusvis derogatoriis et fortioribus clausulis, ad illarum solutionem non teneri, et in illorum solutione cessando, censuras et poenas aliquas non incurrere, nisi praesentibus, non per generales aut alias clausulas specialem mentionem importantes, sed alias sit derogatum specificè, earum de verbo ad verbum inserto tenore.

Ampliatio exemptionis a iurisdictione ordinariarum.

§ 9. Et ne, praetextu constitutionis Innocentii Papae quarti, praedecessoris nostri, quae incipit *Volentes*, locorum dioecesanum et alii ordinarii, aut alii quicumque in personas et loca fratrum praedictorum, contra eiusdem Clementis praedecessoris in fine litterarum praedictarum ordinationem, sibi quicumque iurisdictionem et superioritatem vendicare praesumant, districtius inhibemus ne quispiam, absque dictae Sedis speciali commissione et auctoritate, in personas, domos et loca dicti Ordinis fratrum Minorum, utpote prorsus exempta, aliquam excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, specialiter vel generaliter, quomodolibet promulgare; aut in personas, domos et loca huiusmodi aliquam praesentiam, superioritatem et iurisdictionem quomodolibet exercere praesumat, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei de qua contra ipsos ageretur, ubicumque incatur contractus, committatur delictum et res ipsa consistat. Decernimus quoque ex nunc quaslibet excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias et quoscumque processus quasvis poenas et sententias generales vel speciales continentes, quos et quas promulgari vel haberi, et omnia quae contra fratres, domos et loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, utpote notoria, non aliter allegata, nullius roboris vel momenti esse et pro infectis prorsus haberi debere.

(1) Tu adverte quod Concil. Trident. sess. xxv, in *Decr. de Reform.* aliud statuit.

§ 10. Praeterea, quia parochialium Ecclesiarum rectores praefati, erga illos, qui dietis fratribus Ordinis Minorum eorum peccata confitentur, persaepe se reddunt in exhibitione Eucharistiae et Extremae Unctionis difficiles, concedimus ipsis fratribus Ordinis Minorum, ut eisdem personis eis confessis, quibus rectores praefati, sine rationabili causa, denegaverint seu malitiose distulerint Eucharistiae seu Extremae Unctionis sacramenta ministrare, super quo eorumdem confessorum assertioni stari debeat, illa petentibus possint impune exhibere.

Facult. audiendi confessiones.

§ 11. Et quum aliquando contingat monasteria monialium Sanctae Clarae et Minorissarum seu Sancti Damiani nuncupatarum monialibus destitui, adeo ut de eorum reformatione spes nulla supersit, convenientiusque sit quod illorum sic destitutorum bona ad ipsos fratres deveniant, quorum erant curae commissa, quam ad alios; illa, quae sic destituta existunt et destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus, perpetuis usibus fratrum domui dieti Ordinis Minorum eiusdem destitutis monasteriis propinquiori applicamus, ita ut fratres ipsi possint de illis et eorumdem monasteriorum structuris et aedificiis pro eorum voluntate disponere. Proviso quod illorum ecclesiae et oratoria, ad prophanos usus non redigantur, sed in illis quandoque divina celebrentur officia.

Loca monialium destit. fratribus applicentur.

§ 12. Insuper, quum nonnulli, ad Ordinem praedictum fratrum Minorum specialem gerentes devotionis affectum, ordinem eorum cadavera cum habitu fratrum Minorum aut sororum dicti Ordinis de Poenitentia sepeliri, ne, ex illorum corporum delatione ad alia loca, Ordini et fratribus praedictis iniuria irrogetur, decernimus tales apud fratres ipsos esse sepeliendos, etiam si alibi suam elegerint sepulturam, nec posse, etiam in loco per eos electo, cum habitu quomodolibet sepeliri, aut ad sepeliendum portari, abs-

Mortui cum habitu Tertiariorum cum licentia fratrum sepeliantur.

que fratrum domus loci, in quo tales decesserunt, expressa licentia et assensu.

§ 13. Ceterum ne, si ratione parochialium Ecclesiarum, apud quas domus eorumdem fratrum constructae fuere aut construentur in posterum, locorum ordinarii in eosdem fratres aliquam superioritatem vendicare tentarent, fratrum eorumdem quies in aliquo perturbaretur, concedimus eisdem fratribus ut, in sic concessis et quas eis concedi contigerit curatis Ecclesiis, possint per cappellanum, per eos pro eorum nutu ponendum et amovendum, curam huiusmodi exercere, qui quamdiu cappellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti Ordinis Minorum professor existat, dictorum fratrum Minorum libertate et exemptione fruatur. Ecclesiae vero praedictae et illarum bona, illa, qua domus fratrum dicti Ordinis, praerogativa laetentur.

§ 14. Et ut dicti Ordinis professoribus omnino vagandi tollatur occasio, et ad Apostolicam Sedem recurrenti subtrahatur pro posse necessitas, generali et provincialibus ministris dicti Ordinis pro tempore existentibus et illorum vicariis, dispensandi cum dicti Ordinis Minorum professoribus defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu et quovis alio nefario et illicito coitu proveniente patientibus; necnon cum his qui ex quavis causa (praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae et mutilationis membrorum) irregulares forent, postquam Ordinem ipsum professi fuerint, ut defectu et irregularitate huiusmodi non obstante, irregulares ipsi ad quoscumque, etiam sacros, ordines promoveri, et in illis etiam altaris ministerio ministrare, et tam ipsi regulares, quam defectum natalium patientes praedicti ad quascumque administrationes et officia dicti Ordinis eligi, recipi et assumi, illaque gerere et exercere libere et licite valeant, motu, scientia et auctoritate praedictis concedimus per praesentes.

(1) Vide Concil. Trident., sess. xxv, cap. 11.

§ 15. Rursus intelleximus quod, etsi bonae memoriae Ioannes Papa vigesimus secundus, praedecessor noster, illorum opinionem, qui asserebant quod confessi fratribus praedicti Ordinis et aliorum Ordinum Mendicantium, ad audiendas confessiones, iuxta iuris dispositionem, deputatorum pro tempore, tenebantur eadem peccata rectori eorum parochialis Ecclesiae iterum confiteri, reprobaverit, et deinde praefatus Eugenius, praedecessor, reprobationem huiusmodi approbaverit, et contra talia asserentes, tamquam de haeresi suspectos, per locorum ordinarios inquiri et procedi mandaverit; ac successive pie memoriae Nicolaus Papa V, similiter praedecessor noster, gesta in praemissis ab eisdem Ioanne et Eugenio, praedecessoribus, robur perpetuae firmitatis obtinere debere decreverit; nihilominus adhuc nonnulli eorum inhaerentes proterviae opinionem praedictam et desuper factos, damnatos et male sonantes ac reprobos articulos veros esse affirmare non verentur, ut talium praesumptuosa temeritas tanto minus invalescat, quanto plurium erit superiorum correctioni subiecta, concessam contra tales, per eiusdem Eugenii praedecessoris literas, locorum ordinariis facultatem, ad inquisitores haereticae pravitatis extendimus, ac volumus quod inquisitores ipsi, quicumque fuerint, eadem, qua ordinarii, contra tales auctoritate fungantur.

§ 16. Postremo, quum Praedicatorum sicut et praedicti Minorum Ordinum professores, pro fidei catholicae dilatatione continue, indefesse laborent, fructusque afferant in Dei Ecclesia salutares, et propterea fuerint variis, per Sedem praedictam, privilegiis decorati, ut, quos par labor pariaque merita coniungunt, paria coniungant privilegia et favores, eisdem Ordinis Minorum fratribus, ut professoribus ac confessis fratribus Praedicatoribus, et eisdem Praedicatorum Ordinis fratribus, ut praemissis et aliis concessis praedictis

Ampliatio damnationis hactenus factae de opinionibus, quod confessi fratribus, iterum parochiis confiteri debeant

Exemptio parochialium Ecclesiarum Ordinis a iurisdictione ordinariarum (1).

Praelator. Ordinis facult. dispensandi ab irregularit. etc.

Communicatio privilegior. inter Ordinem S. Dominici et Ordinem S. Francisci.

fratribus Minoribus, privilegiis, indulgentiis et gratiis, favoribus et indultis, tam spiritualibus quam temporalibus, a praedictis et aliis Romanis Pontificibus, praedecessoribus nostris, aut aliis auctoritatem habentibus, quae omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi hic volumus pro expressis, et nostrae approbationis munimine solidamus, ac decernimus robur perpetuae firmitatis obtinere, potiri et gaudere possint et debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus et per omnia prorsus et sine ulla differentia, proinde ac si, quae uni ex Ordinibus praedictis sunt concessa, utrique simul nominatim concessa fuissent aut concederentur in posterum. Et quae de magistro generali et provincialibus prioribus dicti Ordinis Praedicatorum ac monasteriis monialium sub eorundem fratrum Praedicatorum cura, et secundum ipsius Ordinis Praedicatorum instituta viventium sunt statuta, in generali et provincialibus ministris et vicariis dicti Ordinis fratrum Minorum et monasteriis monialium dicti Ordinis Sanctae Clarae et Minorissarum et Sancti Damiani nuncupatarum, ete contra, censeantur esse statuta.

Inhibitio contra quoscumque Ordinis perturbatores.

§ 17. Districtius inhihentes eisdem locorum ordinariis, sub interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a regimine et administratione suarum Ecclesiarum ac parochialium Ecclesiarum; ac rectoribus et aliis quibuscumque, sub excommunicationis latae sententiae et privationis eorundem parochialium Ecclesiarum ac omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quae obtinent, necnon inhabilitationis ad illa et alia in posterum obtinenda, penis, eo ipso per eos, qui contrafecerint, incurrendis, ne Ordines praedictos fratrum Praedicatorum et Minorum et illorum domos et professores, praeter aut contra praedictarum Clementis et Eugenii praedictorum, et aliorum quorumcumque praedecessorum nostrorum, et praesentium nostrarum literarum tenorem, in-

quietare seu molestare, et eos aut testamentorum ultimorumque voluntatum executores et haeredes praedictos, seu quoscumque alios, directe vel indirecte, ad solutionem alicuius quartae parochialis seu canonicae vel alterius portionis seu oneris, et ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum ecclesiis vel alibi, dum apud ipsos fratres decedentium cadavera tumulantur, ante vel post eorum sepulturam cogere; nec confessis dictis fratribus Praedicatoribus et Minoribus pro tempore, Eucharistiae seu Extremae Unctionis sacramenta, sine rationabili causa, denegare, vel illorum exhibitionem malitiose differre, aut eorum parochianis, ne dictis fratribus confiteantur, prohibere vel persuadere, nec etiam ad praemissa seu aliquod praemissorum auxilium, consilium vel favorem dare, directe vel indirecte, quoquo modo praesumant.

§ 18. Et nihilominus cuilibet in dignitate ecclesiastica constituto et metropolitana vel alterius cathedralis Ecclesiae canonicis per universum orbem, qui desuper, per dictorum Ordinum priores aut guardianos et fratres, ac illorum seu ad commodum eorum Romanae Ecclesiae syndicus desuper requisitus fuerit, per apostolica scripta in solidum mandamus quatenus, per se vel alium seu alios, praemissa, ubi et quando opus fuerit, solemniter publicantes, et eisdem fratrum Praedicatorum et Minorum Ordinibus et illorum domibus ac professoribus, in praemissis, efficaciae defensionis praesidio assistentes, faciant eos pacifica possessione vel quasi privilegiorum et concessionum huiusmodi gaudere, non permittentes eos seu testamentorum executores et haeredes praedictos, contra illorum tenorem, per ordinarios et rectores praedictos aut quoscumque alios, indebite molestari, aut eis gravamina, iniurias atque damna inferri seu quomodolibet irrogari. Ac etiam summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, contra

Deputatio executorum huius bullae.

quoscumque, cuiuscumque qualitatis vel conditionis existant, aut quaecumque ecclesiastica, etiam patriarchali, archiepiscopali vel mundana forent dignitate et exemptione muniti; in quibuscumque causis per eos movendis, quaecumque ratione vel causa quae excoGITARI possit, eis ministrent iustitiae complementum, exequendo quod per eos fuerit ordinatum; et illos, quos censuras et poenas praedictas incurrisse constiterit, illos irretitos esse declarent, ac faciant et mandent interdictos, suspensos et excommunicatos publice nunciari et ab omnibus arctius evitari, ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurent, contradictores, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Obstantium derogatio.

§ 19. Non obstantibus recolendae s. memoriae Bonifacii Papae octavi, quibus cavetur ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diœtam a fine suae dioecesis, ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede Apostolica deputati, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vices suas committere praesumant; et de duabus diœtibus in concilio generali, nec non quae incipiunt *Super cathedram Bonifacii et Dudum Viennensis concilii* ac recolendae memoriae Callisti Papae tertii, etiam praedecessoris nostri, literis, aliisque apostolicis ac provincialibus et synodalibus conciliis editis, specialibus vel generalibus; necnon Ostonis et Octoboni, olim in regno Angliae Apostolicae Sedis legatorum, constitutionibus; Ecclesiarum quoque ac locorum quorumlibet statutis et consuetudinibus, et inter quoscumque dictorum Ordinum fratrum Praedicatorum et Minorum professores ac locorum ordinarios seu rectores praedictos initis et conclusis, hactenus observatis pactis et conventionibus, etiam iuramento, confirmatione aposto-

stolica vel quavis alia firmitate roboratis; necnon omnibus illis, quae Clemens et Eugenius praefati, in praedictis eorum literis, voluerunt non obstare, contrariis quibuscumque. Quibus omnibus illa, ac si de verbo ad verbum insererentur, et derogatoriis derogatorias clausulas in se continerent, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, quoad praemissa, specialiter et expresse derogamus. Aut si patriarchis, archiepisc., episc. et rectoribus praefatis seu quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede praefata indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia, generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam, praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum et concessa in eis iurisdictionis executio impediri posset quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nos enim ex nunc illa et quaecumque alia, quae in futurum per nos vel Sedem Apostolicam quomodolibet concedi et statui, decerni vel ordinari contigerit, contra Clementis, Eugenii aliorumque praedecessorum praedictorum et praesentium literarum huiusmodi tenorem, necnon si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti esse decernimus.

§ 20. Et quia difficile foret *etc.*

§ 21. Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, pridie kalendas septembris, pontificatus nostri anno IV.

Dat. die 31 augusti 1474, pontif. anno IV.

Transumpt. fides.
Sanctio poenalis.

IX (4).

Amplissimae gratiae et privilegia fratrum Praedicatorum Ordinis S. Dominici, quae propterea Mare magnum nuncupantur.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Eug. IV confirmavit bullas Greg. XI et Martini V. — 2 ad 5. Confirmatio et amplificatio privilegiorum. — 6. Ampliatio facultatis dandi liberam sepulturam in eorum Ecclesiis. — 7 ad 10. Exemptiones et ampliaciones. — 11 ad 13. Aliae concessiones. — 14. ad 21. Reliqua ut in bulla praecedenti.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Regimini (*caetera prout in praecedenti, usque*) efficaces. Dudum siquidem a fel. rec. Eugenio Papa quarto, praedecessore nostro, emanaverunt literae tenoris subsequentis.

Proemium.

Eug. IV confirmavit bullas Greg. XI et Martini V.

§ 1. Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam, etc. (2).

Confirmatio et amplificatio privilegiorum.

§ 2. Nos igitur, qui dicti Ordinis fratrum Praedicatorum et personarum eius statum prosperum et tranquillum, etc. affectibus, Gregorii, Martini et Eugenii ac aliorum praedecessorum nostrorum, qui Ordinem praedictum fratrum Praedicatorum, etc. (*mutandis mutatis usque ad impertiri, § 5*).

Et, ut dicti Ordinis professoribus omnibus vagandi tollatur occasio et ad Apostolicam Sedem recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, magistro et prioribus provincialibus et conventualibus ac eorum vicariis defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu et quovis alio nefario et illicito coitu proveniente patientibus; nec non cum his qui ex quavis causa, praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae et mutilationis membrorum, irregu-

lares forent dispensandi cum dicti ordinis Praedicatorum professoribus, postquam ipsum Ordinem professi fuerint, ut, defectu et irregularitate huiusmodi non obstantibus, irregulares ipsi ad quoscumque, etiam sacros, ordines promoveri, et in illis etiam in altaris mysterio ministrare, et tam ipsi irregulares quam defectum natalium patientes praedicti ad quaecumque administrationes et officia eligi, recipi et assumi, illaque gerere et exercere libere et licite valeant, motu et scientia ac auctoritate praedictis, concedimus per praesentes.

§ 6. Eam vero partem literarum eiusdem Gregorii praedicti, qua sepulturam in ecclesiis fratrum dicti Ordinis liberam esse voluit (salva iustitia Ecclesiarum a quibus corpora assumuntur), declarantes huiusmodi intelligi debere, etiam quoad hoc, ut fratres ipsi, nullius super hoc petita licentia, parochias, in quibus corpora praedicta forent, cum cruce processionaliter ingredi, et corpora ipsa levare et ad eorum ecclesias sepelienda deferre possint, ubi hoc consuetum foret, vel presbyteri de levatione requisiti hoc facere recusarent. Nec cogantur inviti, etiam praetextu cuiuscumque consuetudinis, ipsi vel defunctorum consanguinei, illa ad parochiales ecclesias aut alia loca deferre, et, cum illis vel sine, inibi celebrare vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua divina officia, ante vel post sepulturam eorundem. Iustitiam vero Ecclesiarum, a quibus corpora ipsa assumuntur, iuxta Martini praedicti, praedecessoris, voluntatem, salvam esse debere decernimus in omnibus aliis casibus, praeter eos in quibus per eorundem Gregorii, Martini et Eugenii, praedecessorum nostrorum, specialia privilegia, fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartae sunt exempti. Nec, aliquo casu, de candelis, quae ad manus fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero casibus quam in praemissis, in quibus quarta ipsa solvenda veniret, coueniret, conventiones

Ampliatio facultatis dandi liberam sepulturam in eorum ecclesiis.

(1) Haec bulla est sub num. viii in Rom. Edit. (n. r.). (2) Omittuntur bullae Eug. IV, Martini V et Greg. XI hic nominatae, quoniam bulla Greg. XI est sup. tom. iv, pag. 367; aliae autem sunt simpliciter eius confirmatoriae.

(si quae sunt inter fratres praedictos et locorum ordinarios ac Ecclesiarum rectores inita) laudabiles et honestae, in posterum observentur.

Exemptiones et ampliationes. § 7. Et si forte (*etc.*, *parimodo usque* exhibere, § 10).

Aliae concessionnes. § 11. Et cum aliquando contingat monasterium monialium S. Augustini, sub cura, habitu et constitutionibus fratrum Praedicatorum degentium, monialibus destitui (*etc.*, *usque* laentur, § 15).

Reliqua ut in bulla praecedenti. § 14. Rursus intelleximus quod, etsi bon. mem. Ioannes XXII (*etc.*, *usque ad finem*).

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MCCCCLXXIV, pontificatus nostri anno iv.

Dat. 1474, pontif. anno iv.

X.

Quod brunus color vestimentorum praefinitus a Benedicto XII pro monachis et monialibus S. Benedicti, Ordinis Cisterciensis, intelligatur de colore nigro, et non griseo. Et quod totus Ordo albi tantum et nigri coloris vestibus utatur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Bened. XII iussit quod Ordo habitu bruno vel albo uteretur. — 2. Aliqui monachi pro colore bruno, utebantur colore griseo et alii nigro. — 3. Appellatione bruni coloris nigrum colorem Pontifex venire declarat. — 4. Nigri igitur aut albi coloris habitum gestari praecipit. — 5. Alterius habitus usum prohibet. — 6. Contraria tollit. — 7. Transumptis credi iubet.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Etsi cunctis ecclesiastici status personis et assuetae pietatis officio assistere teneamur, illis tamen sub regulari observantia Altissimo famulantibus, praecipue Cisterciens., eo magis adesse nos convenit,

Bull. Rom. Vol. V. 29

quo, sublatis quibusvis dubietatibus, maiori quietudine reddere valeant vota sua.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Benedictus Papa XII, praedecessor noster, ad statum Cisterciensis Ordinis attendens prosperum, per quasdam suas literas, inter alia, statuit et ordinavit quod omnes abbates et monachi eiusdem Ordinis, pannis bruni vel albi coloris dumtaxat uterentur, prout in eisdem literis plenius continetur.

§ 2. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Hymberti, abbatis monasterii Cisterciens., Cabilonen. diocesis, petitio continebat, a nonnullis etiam ipsius Ordinis abbatibus et monachis revocetur in dubium, an appellatione *bruni coloris* niger color veniat vel griseus: et, sicut eadem petitio subiungebat, aliqui abbates et monachi ac moniales ipsius Ordinis panno nigro, aliqui vero griseo utantur, et diversitas habitus inter eiusdem Ordinis professores esse videtur, pro parte eiusdem Hymberti abbatis nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi ac Ordini, monachis ac monialibus praefatis, earumque statui super praemissis opportune providere benignitate apostolica dignareremur.

§ 3. Nos igitur, ad quos spectat super his adhibere vigilantiae nostrae curam, ut omnis dubietatis scrupulus de medio tollatur, et habitus ipsorum se invicem conforment, quacumque disparitate sublata, literarum ac concessionis et statuti huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, verba praedicta *bruni coloris* interpretantes, quod, appellatione illorum, niger tantum color veniat et intelligatur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, ex certa scientia declaramus.

§ 4. Et insuper, pro potioris cautelae suffragio, volumus, ac eadem auctoritate et tenore etiam statuimus et ordinamus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, omnes abbates, monachi et moniales

Bened. XII iussit quod Ordo habitu bruno vel albo uteretur

Aliqui monachi pro colore bruno, utebantur colore griseo et alii nigro.

Appellatione bruni coloris nigrum colorem Pontifex venire declarat.

Nigri igitur aut albi coloris habitum gestari praecipit.

eiusdem Ordinis, praesentes et futuri, ad usum personarum suarum, pannis nigri vel albi coloris solum et dumtaxat utantur.

Alterius habitus usum prohibet.

§ 5. Mandantes per apostolica scripta, et eadem auctoritate committentes dilectis filiis universis patribus abbatibus eiusdem Ordinis, praesentibus et futuris, quatenus ipsi et quilibet ipsorum, postquam praesentes nostrae litterae ad eorum notitiam pervenerint, declarationem, statutum et concessionem nostram huiusmodi observent. Et per se vel alios, etiam a quolibet ipsorum, nec non aliis abbatibus et monachis ac monialibus eiusdem Ordinis perpetuo faciant inviolabiliter observari. Non permittentes eosdem abbates, monachos et moniales panuos, ad usum personarum suarum, alterius quam nigri vel albi coloris deferre vel illis quomodolibet uti. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Contraria tollit.

§ 6. Non obstantibus etc.

Transumptis credi iubet.

§ 7. Ceterum, quia difficile foret etc., usque adhibeatur, et illis stetur, ipsique patres abbates ad illarum executionem procedere possint et debeant in omnibus et per omnia sicuti originalibus literis huiusmodi adhiberetur et eis staretur, ac ipsi patres abbates procedere possent et deberent, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, idibus decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 13 decembris 1475, pont. anno v.

XI (1)

Quod omnes magistri vel praeceptores quoruncumque locorum sub vocabulo S. Spiritus sint totaliter subiecti magno magistro seu generali praeceptori archihospitalis S. Spiritus in Saxia de

(1) Haec bulla, turbato temporum ordine, sub num. xiv in Rom. Editione legitur (R. T.).

Urbe, et absque eius licentia eleemosynas quaerere non possint, et ad ipsum solum spectet collatio locorum Ordinis Sancti Spiritus (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Quidam fratres faciebant se praeceptores generales in locis ab isto hospitali dependentibus. — 2. Alii autem ipsa loca et eleemosynas, sibimet appropriabant. — 3. Illic ideo Pontifex omnia dicta loca intitulata sub vocabulo S. Spiritus, ab isto hospitali dependere declarat; — 4. Eaque solummodo fratribus Ordinis S. Spiritus et per magistrum generalem huius hosp. conferri posse decernit. — 5. Nemo alius se mag. generalem appellet, et solo huius hosp. magistro generali obediant. — 6. Contravenientes excommunicantur, — 7. Et etiam quaestuantibus absque licentia magist. generalis, — 8. Qui etiam eorum beneficia, uti vacantia, aliis conferre possit. — 9. Forma eleemosynas de cetero colligendi. — 10. Obstantia tollit.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Etsi universis xenodochiis, hospitalibus et piis aliis locis ubilibet constitutis, in quibus misericordiae opera et alia charitatis officia exercentur, paterna nos deceat pietate prospicere, et pro ipsorum statu prospero, atque in huiusmodi meritoriis actibus continuo exercendis persistere, proque pauperum et miserabilium personarum susceptione, subsidio et hospitalitate servanda, eorumque membra, bona et iura non modo a cunctis sinistris eventibus praeservare illaesa, verum potius adaugere debeamus: erga nostrum tamen in Saxia almae Urbis hospitale, quod nuper a fundamentis ereximus, instauravimus et sumptuoso opere ampliavimus, eo magis intendentes, eiusque indigentis providere, ut qui in eo infantes expositi,

Exordium.

(1) Institutionem autem huius hospitalis et alia ipsum concernentia, vide sup. in Constit. xl Innocentii III, tom. III, pag. 489.

languentes et infirmi, alii quoque pauperes et egeni benigne recipi, mittere (1) et charitative tractari valeant, profecto nos convenit, quo nostris hospitale praedictum pateat aspectibus, et universorum ad illud confluentium pauperum auxilium atque refugium est, et praeter Romanum Pontificem superiorem alium neminem recognoscere.

Quidam fratres facieb. se praeceptores generales in locis ab isto hospit. dependentibus.

§ 1. Cum itaque, sicut accepimus displicenter, nonnulli in ipsius hospitalis fratres, etiam praeceptorias, hospitalia, membra et loca pia ab ipso hospitali in Saxia dependentia obtinentes, ambitione et cupiditate caeca inducti, et suis terminis non contenti, temeritate propria se generales praeceptores dicti Ordinis, praecipue in partibus ultramontanis nominare, ac in nonnullis praeceptoriiis, hospitalibus, membris et locis ab ipso hospitali in Saxia dependentibus eorumque personis iurisdictionem ordinariam, sive per modum submissionis, foundationis, unionis, annexionis, incorporationis vel applicationis, commendae vel vicariatus perpetui, eis, ut dicitur, factarum, sive aliis exquisitis mediis potestatem et superioritatem habere, sibi que indebite vindicare videantur.

Alii autem ipsa loca et elemosynas sibi appetunt.

§ 2. Plerique vero alii, a quorum oculis Dei timor abscessit, non attendentes ut fructus, redditus et proventus dicti hospitalis in Saxia, necnon oblationes, elemosynas atque alia charitativa subsidia, quae, pia largitione fidelium Christi, ipsi hospitali in Saxia legantur seu largiuntur aut relinquuntur, in usus et sustentationem expositorum, infirmorum et pauperum praedictorum ex cunctis partibus mundi ad illud confluentium convertantur, prioratus, praeceptorias, membra, hospitalia et loca ab ipso hospitali in Saxia occupare, invadere, tenere et detinere; oblationes quoque, elemosynas et alia pauperum subsidia, etiam ipsius nostri hospitalis nomine quaestuando et mendicando usurpare, et in

(1) Forsan *enutriri* (n. t.).

suos usus convertere, cum suarum periculo animarum, et pauperum eorundem detrimento maximo, non formidant.

§ 3. Nos, quorum interest hospitalis expositorum infantium, languentium et pauperum praedictorum indemnitatibus providere, adversus ambitiosos praesumptores, occupatores, invasores, detentores et usurpatores praedictos, illo volentes uti opportuno remedio, per quod eorum compescatur temeritas, et alias de caetero perpetrandi similia aditus praecludatur: motu proprio, non ad alicuius super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra deliberatione et voluntate, omnia et singula alia hospitalia, praeceptorias, membra et pia loca dicti Ordinis, et sub vocabulo S. Spiritus intitulata, ab ipso nostro hospitali in Saxia dependere, nulloque alii monasterio, praeceptoriae, hospitali sive alii pio loco, praeterquam dicto hospitali in Saxia, etiam si longaeva consuetudo aut submitio aliqua repugnent, pleno iure subesse, auctoritate apostolica, tenore praesentium et certa nostra scientia decernimus pariter et declaramus.

Hic ille Pontifex omnia dicta loca intitulata sub vocabulo S. Spiritus ab isto hospitali dependere declarat;

§ 4. Statuentes ac etiam decernentes quod ipsius Ordinis hospitalia, praeceptoriae, membra et loca nulli, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerit, praeterquam ipsius nostri hospitalis fratribus et Ordinem ipsum expresse professis, eis tamen pro solo nutu dicti praeceptoris existentis, et pro tempore ad claustrum quotiens expedierit revocandis, in titulum vel commendam conferri valeant sive possint.

Eaque solammodo fratribus Ordinis S. Spiritus et per magistrum generalem huius hosp. conferri posse decernit.

§ 5. Nullusque ipsius nostri hospitalis frater, etiam administrationem vel officium seu beneficium obtinens, se generalem praeceptorem, citra vel ultra montes, nominare, neque aliquam iurisdictionem aut superioritatem in praeceptores, hospitalarios, priores seu administratores alios dicti Ordinis, seu ipsorum loca et bona vindicare quoquomodo praesumat,

Nemo alius se magistrum generalem appellat, et solo huius hosp. magistro generali obediunt.

Quinimmo, omnes et singuli dicti Ordinis praeceptores, hospitalarii et religiosi, quos eidem praeceptori nostri hospitalis in Saxia pleno iure subesse volumus, et tanquam suo superiori obedientiam et reverentiam congruam exhibere, ac, salva huius Sedis auctoritate, in omnibus sicuti unico eorum praeceptori obtemperare teneantur et debeant.

Contravenientes excommunicantur.

§ 6. Alioquin, si in praemissis vel eorum aliquo reddiderint se rebelles, aut aliquid in contrarium temere attentare praesumpserint, et moniti non respicerint, ut tenentur, sententiam excommunicationis incurrant, atque suis praeceptoris et beneficiis, quae obtinuerint, privati existant.

Et etiam quaestuantibus absque licentia magistri generalis.

§ 7. Quas quidem censuras et poenas, omnes et singuli qui oblationes et alia pia subsidia ipsi hospitali nostro in Saxia, sive expositis, languentibus et egenis in eo pro tempore degentibus, quaestnando, sive alias quovis modo, absque ipsius generalis praeceptoris expressa licentia, petere, exigere, usurpare, aut in eis committere fraudem praesumpserint, incurere volumus ipso facto.

Cui etiam eorum benefic. uti vacant, aliis conferre pot. sit.

§ 8. Possitque praeceptor, constito sibi de praemissis per eos taliter perpetratis, absque monitione alia, ipsos et eorum singulos delinquentes censuras et poenas praedictas incurrisse declarare, et ipsorum beneficia, tanquam vacantia, personis idoneis praesentium auctoritate conferre.

Forma elemosynas de cetero colligendi.

§ 9. Ut autem oblationes, elemosynae et subventiones praedictae, ac omnia et singula ipsi nostro hospitali per fideles ipsos legata, aut donationes causa mortis, vel inter vivos donata, vel quovis modo relicta, et quae pro tempore donabuntur et relinquuntur, ad commodum et profectum hospitalis et pauperum fideliter et absque diminutione perveniant, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et aliis locorum ordinariis, eorum vicariis et officialibus, in virtute sanctae

obedientiae, harum serie committimus et mandamus quatenus, pro conservatione oblationum, elemosynarum, subsidiorum, legatorum, relictorum et donatorum bonorum ad ipsum hospitale nostrum spectantium, tam in suis civitatibus quam suarum dioecesium, locis insignibus, duos idoneos viros, vitae laudabilis et conversationis honestae, fide et facultatibus praeditos, ad colligendum et conservandum singulis annis, nomine hospitalis nostri eiusdem, oblationes et praedicta, ordinare et deputare procurent, qui ea neque quaestoribus vel aliis quibuslibet personis, nisi specialibus nunciis generalis praeceptoris eiusdem patentibus literis ipsius munitis sigillo tradere et assignare teneantur; qui quidem collectores, etiam singulis annis de receptis et administratis per eos, coram ordinariis, vicariis vel officialibus atque nunciis supradictis teneantur reddere rationem, quam sub sigillo ordinariorum seu officialium praedictorum signatam, iidem nuncii praeceptori generali praedicto quantocius destinare teneantur.

§ 10. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indultis et literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quibusvis personis, cuiuscumque dignitatis, etiam pontificalis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, per nos vel Sedem Apostolicam, sub quacumque forma vel expressione verborum, et cum quibusvis efficacissimis, urgentissimis et derogatoriis clausulis, irritantibusque decretis, etiam motu, scientia et auctoritate similibus hactenus forsitan concessis; constitutionibus quoque, ordinationibus apostolicis, necnon statutis et consuetudinibus Ecclesiarum et monasteriorum vel aliorum locorum quibus concessae sunt, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, quibus, eorum tenores pro expressis habentes, quoad praemissa, derogari volumus et derogamus expresse, ipsis alias in suo

Obstantia tollit.

robore duraturis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, decimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 23 ianuarii 1476, pont. anno v.

XII (4).

De celebratione capituli generalis et capitulorum provincialium congregationis Eremitarum Beati Petri de Pisis, ac electione eius praelatorum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Hic Pont. facultatem eligendi confessorem et alia eorum privilegia approbavit; — 2. Qui confessor vota commutare possit; — 3. Priorque generalis cum eorum fratribus possit dispensare *etc.*; — 4. Et ipsi fratres, etiam extra tempora, sacr. ordines suscipere valeant. — 5. Petitio pro parte societatis. — 6. Eug. IV capitul. generale quotannis fieri iussit. — 7. Nicolaus vero V quolibet triennio cogi decrevit. — 8. Constitutiones societatis quaedam alia statuebant. — 9. Societas ergo in praedictis Papae provisionem exposulat, — Qui praedicta omnia approbat, — 10. Suaque bulla validat; — 11. Facultatem eligendi confessorem iterato concedit; — 12. Capitulaque provincialia annuatim, et generalia triennio cogi iubet; — 13. Quae in generali capitulo agenda sunt, praescribit; — 14. Contraria tollit.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Sedes Apostolica, aequa semper in omnibus distributrix, ea quae pro divini cultus augmento, ac devotarum personarum, maxime quae, mundanis abiectis

(1) Hanc in Editione Rom. xv loco leges bullam (n. r.). (2) Alia de his Eremitis dicta sunt supra in Constit. xv Eug. IV, pag. 29, *Provenit.*

illecebris, in contemplationis suavitate sub humilitatis spiritu devotum ac sedulum exhibentes Altissimo famulatum, commo et utilitate processerunt, ut, semotis ambiguitatibus ac conscientiae scrupulis, firma persistent, libenter, cum ab ea petitur, provisionis suae adminiculo roborat, extendit et declarat, prout ipsarum personarum statui ac quieti conspicit salubriter expedire.

§ 1. Dudum siquidem, pro parte dilectorum filiorum universorum eremitarum societatis quondam fratris Petri de Pisis, nobis exposito quod olim ipsius societatis eremitis, tam in communi quam in particulari pro tempore existentibus, apostolica extiterat auctoritate successive concessum ut confessor idoneus saecularis, aut eiusdem societatis vel cuiusvis Ordinis regularis, quem quilibet ipsorum pro se duceret eligendum, eorum confessionibus diligenter auditis, eos ab omnibus et singulis excessibus, criminibus, reatibus et delictis, ac excommunicationis et suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, quavis occasione vel causa, in genere vel in specie latis, etiam si talia forent, per quae Sedes praefata esset merito consulenda, semel in vita et mortis articulo; in aliis vero casibus, toties quotiens opus foret, absolvere, et poenitentiam salutarem iniungere, ac alia facere posset: nos tunc ipsorum eremitarum, in ea parte, supplicationibus inclinati, circa dictam electionem confessoris huiusmodi, ac quaecumque, quotcumque et qualiacumque alia concessionem, gratias, indulgentias, facultates, privilegia et indulta dictae societatis illiusque eremitis, in genere vel in particulari, quomodolibet et qualitercumque per praedecessores nostros Romanos Pontifices, seu eorum aut alterius ipsorum auctoritate (quorum omnium et singulorum tenores haberi volumus pro expressis), vel pro Romanis Pontificibus se gerentes et habitos, ac alios auctoritatem habentes,

Hic Pont. facultatem eligendi confessorem et alia eorum privilegia approbavit;

concessa, auctoritate apostolica approbavimus, ac scripti nostri patrocinio communitivimus, suppletes omnes et singulos defectus, si qui forsitan ex defectu potestatis, seu alias quovis modo intervenissent in eisdem.

Qui confessor
vota commuta-
re possit.

§ 2. Et nihilominus tunc et pro tempore existentibus dictae societatis eremitis, ut confessor per eos et quemlibet eorum, ut praefertur, eligendus, vota quaecumque, etiam peregrinationis ultramarinae et visitationis liminum beatorum Petri et Pauli ac sancti Iacobi in Compostella, apostolorum, et alia si quae emiserunt, auctoritate apostolica, prout animarum suarum saluti videret expedire, in alia pietatis opera commutare valerent.

Priorque ge-
neralis cum eo-
rum frat. pos-
sit dispens. ut
hic (1) :

§ 3. Et quod generalis prior dictae societatis pro tempore existens, cum eisdem eremitis, per saltum, aut ante aetatem legitimam, seu extra tempora a iure permessa, ad quoscumque, etiam sacros et presbyteratus, ordines promotus, ac ex quavis alia causa (praeterquam super bigamia et homicidii voluntarii aut mutilationis membri) irregularitatis, et praemissis non obstantibus, ad omnes, etiam sacros et presbyteratus, ordines promoveri, et in illis, ac per eos etiam, ut praefertur, male susceptis, aut omissis ordinibus, ut illos a quocumque mallet catholico antistite, gratiam et communionem praedictae Sedis habente, suscipere, et in altaris ministerio ministrare libere et licite possent, licentiam dare, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, quomodocumque et qualitercumque per eos et quemlibet eorum contractam abolere.

Ex ipsi frat., e-
tiam extra tem-
pora, sacr. or-
dines suscipere
valeant (1).

§ 4. Ipsique eremitae, de eiusdem prioris licentia, a quo mallet catholico antistite, gratiam et communionem eiusdem Sedis habente, se etiam ad omnes sacros ordines facere, et extra tempora a iure statuta, promoveri; ipseque antistes illos eisdem eremitis impendere libere et licite

(1) Quoad haec videsis Conc. Trident, sess. XXIII. *Decr. de Reform.* (n. T.).

valeret, praedicta auctoritate indulsumus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

§ 5. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictae societatis petitio continebat, a nonnullis asseratur literas nostras praedictas, ac in eis contenta, iuribus non subsistere, vel de subreptione notari, eo quod in prioribus concessionibus, quoad confessionum auditionem et impendendam absolutionem casus generaliter solum, et nulli specialiter, ut in ipsis nostris literis habetur, expressi fuerunt.

Petitio pro parte
societatis.

§ 6. Et sicut eadem petitio subiungebat, licet quod per felicis recordationis Eugenium Papam quartum, praedecessorem nostrum, societati praedictae concessum extitisset quod capitulum generale eorum annuatim celebrare possent.

Eug. IV capi-
tul. gen. quot-
annis fieri ius-
sit.

§ 7. Tamen pie memoriae Nicolaus Papa quintus, etiam praedecessor noster, ad ipsius societatis supplicationem et instantiam, inter alia, statuit et ordinavit quod ipsi, non obstante concessione praefati Eugenii praedecessoris, capitulum generale de triennio in triennium celebrarent, et eligerent generalem rectorem, in cuius manibus prior generalis, rector et alii patres renunciarent, et de corpore societatis quatuor socii eligerentur, qui, durante capitulo, in discussione et examinatione causarum dicti capituli adhaerent ipsi generali.

Nicol. vero V
quolibet trien-
nio cugi decre-
vit.

§ 8. Sed quia ex constitutionibus dictae societatis eligitur primitus in capitulo generali ex ipsa societate unus et generalis vicarius capituli, in cuius manibus generalis rector et omnes patres renunciant, ac fratres capitulariter congregati eligunt quatuor socios, qui in discussione et examinatione causarum dicti capituli adhaerent ipsi vicario generali, et postquam occurrentia et facta capituli diligenter examinata et discussa sunt per ipsos vicarium et socios electos, eliguntur per eos dictae societatis priores, et exinde per totum capitulum rector generalis et vicarii eius.

Constitutiones
societatis quae-
dam alia sta-
tuebant.

Societas ergo in praedict. Papae provisionem expostulat,

Qui praedicta omnia approbat,

Suaque bulla validat;

Facultatem eligendi confessorum iterato concedit (1);

§ 9. Pro parte dictae societatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut in praemissis omnibus et singulis sibi ac statui suo opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsorum in hac parte supplicationibus inclinati, Eugenii et Nicolai praedictorum ac aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum ipsi congregationi et societati sub quibusvis verborum formis concessas literas, ac omnia et singula in eis contenta, quas et earum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate apostolica, tenore praesentium, ex nostra certa scientia confirmamus et approbamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus.

§ 10. Nostras vero literas praedictas ac omnia et singula in eis contenta valere, et plenam roboris firmitatem obtinere decernimus, perinde ac si casus praedicti in dictorum praedecessorum ut in nostris literis specificati extitissent, suppletes huiusmodi ac omnes et singulos alios defectus, si qui intervenerint in eisdem.

§ 11. Et nihilominus, pro maiori conscientiae cuiuslibet eremitarum praefatae societatis, ipsis omnibus et singulis praesentibus et futuris, ut idoneus presbyter saecularis, vel eiusdem societatis seu cuiusvis Ordinis regularis, quem ipsi aut quilibet eorum duxerint eligendum, eos et quemlibet eorum ab omnibus et singulis excessibus, delictis, criminibus et peccatis, ac excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quavis occasione vel causa, generaliter vel specialiter latis, etiam ab omni labe simoniae ac singulis praefatae Sedi reservatis, semel in vita et etiam in mortis articulo plenarie; in aliis vero non reservatis, toties quoties opportunum fuerit,

(1) Vide Conc. Trid., sess. xxiii, *De Reform.*, cap. 15 (R. T.).

absolvere, et poenitentiam salutarem eis iniungere possit et valeat.

§ 12. Et insuper, ut ipsa congregatio ac societas sanctius ac quietius regatur et gubernetur, quod provincialia annuatim, generalia vero capitula de triennio in triennium celebrare;

§ 13. Necnon, ut generalis capituli causae, illisque et congregationi suae pro tempore occurrentes cautius et diligentius examinentur et discutiantur, ipsi in generali capitulo congregati primitus et ante omnia eligere valeant unum ex dicta congregatione in generalem vicarium ipsius generalis capituli, in cuius manibus dictae congregationis generalis rector, et omnes locorum aliorum praesentium et futurorum rectores, priores et vicarii, eorum superioritatem et officia, specialiter et expresse, singulariter renunciare teneantur et debeant; et deinde sex alios ex ipsa congregatione et corpore capituli, qui sex, vel sanior pars illorum, cum generali vicario capituli, omnia sibi et praefatae congregationi occurrentia ac capituli facta diligenter examinare, discutere, ordinare et determinare, ac rectores et priores eligere et creare. Ipsique sic electi et creati, cum toto capitulo vel maiori parte ipsius, generalem totius congregationis et triennem rectorem, ac ipsius generalis rectoris duos aut plures, prout videbitur expedire, vicarios eligere et deputare, ac alias in praemissis et circa ea, prout per eos haecenus observatum extitit, ac in dictae societatis constitutionibus desuper factis plenius continetur, absolvere, ordinare et facere libere ac licite possint et valeant, auctoritate praedicta, de specialis dono gratiae concedimus et indulgemus per praesentes.

§ 14. Non obstantibus Eugenii, Nicolai ac aliorum Romanorum Pontificum praedictorum literis, etc.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum,

Capitulaq provincialia annuatim, et generalia triennio coguntur;

Quae in generali capitulo agenda sunt, praescribit;

Contraria tollit.

anno Incarnationis dominicae millesimo quadingentesimo septuagesimo sexto, kalendis februarii, pontificatus nostri an. v.

Dat. die 1 februarii 1476, pont. anno v.

XIII (1).

Comprobatio concessionis Callisti III de canonizatione sancti Alberti de Drepano, insulae Siciliae, olim professoris Ordinis fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Ad preces gen. Ordinis Callistus III beatorum honoribus coli permittit B. Albertum de Drepano. — 2. Cardinalis Rothomagensis hac de re testimonium. — 3. Haec confirmari a Sixto petit generalis. — 4. Quod praestat Pontifex. — 5. Transumptorum fides.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium. Caelestis aulae militum numerum adaugeri sancta laetatur Ecclesia, et propterea eos, qui ex hoc saeculo transeuntes communi opinione fidelium superna patria digni reputantur, praesertim miraculorum celebritate fulgentes, aeternitatis memoria decorare convenit, ut eorum laudes frequentioribus valeant resonare praeconiis, et Dominus in sanctis eius iugiter collaudari. Ideo nos ea, quae pro honorificentia beatorum, de praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum beneplacito, pie observari comperimus, libenter, cum a nobis petitur, apostolico praesidio confovemus.

Ad preces gen. Ordinis Callistus III beatorum honoribus coli permittit B. Albert. de Drepano.

§ 1. Sane pro parte dilecti filii Christophori Martinoni, magistri generalis Ordinis fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, nobis nuper exhibita petitio continebat quod dudum fel. rec. Calixto Papae tertio, praedecessori nostro, pro

(1) Haec bulla num. XI obtinet in Rom. Edit. (R. T.). (2) Ex Montignano Bull. Ord. Carmelit.

parte quondam Ioannis Sorethi, tunc magistri generalis dicti Ordinis, exposito quod B. Albertus, qui, dum vitam caelitem ageret in humanis, frater dicti Ordinis fuit, et cuius corpus in ecclesia Sanctae Mariae Messanensis, insulae Siciliae, fratrum dicti Ordinis, requiescit, clarescentibus miraculis, a christifidelibus illarum et diversarum mundi partium in veneratione habetur, et propterea in diversis ecclesiis per diversas mundi partes altaria et ecclesiae, ad honorem Dei et eiusdem sancti abbatibus commemorationem, erecta fuerant; unde desiderabat quod christifideles ipsi in eorum huiusmodi laudabili proposito, per tolerantiam Sedis Apostolicae, continuare libere et licite possent et valerent; ad quam quidem humilem petitionem cum praefatus Calixtus praedecessor amuisset, venerabilis frater noster Guillelmus, episcopus Ostiensis, tunc tituli Sancti Martini in Montibus, presbyter cardinalis, qui etiam tunc praesens aderat, de licentia et consensu dicti praedecessoris, et mandato expresso vivae vocis oraculo ab eodem facto, ad tollendos scrupulos de mentibus huiusmodi, et ad honorem dicti beati Alberti, meritorum exaltationem, de praemissis omnibus et singulis per suas patentes literas suo sigillo munitas, attestationem fecit, prout in illis, quas inspicere et examinare diligenter, ac praesentibus inseri fecimus, plenius continetur, quarum tenor hic subsequitur.

§ 2. *Guillelmus, miseratione divina, tituli Sancti Martini in Montibus sacrosanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Rothomagensis, universis et singulis christifidelibus praesentes literas inspecturis salutem in Eo, qui est vera omnium salus.*

Cardinalis Rothomagen. hac de re testimonium.

Dignum et conveniens iudicamus de his testimonium reddere, quae pacem conscientiae multorum, et devotionis augmentum concernere videntur. Notum igitur omnibus facimus et testamur per praesentes, quod sanctissimus in Christo Pater

dominus noster dominus Calixtus, divina providentia Papa tertius, vivae vocis oraculo, nobis praesentibus et adstantibus coram Sua Sanctitate, concessit et indulsit reverendo patri magistro Ioanni Soreth, priori generali fratrum Ordinis beatae Mariae de Monte Carmelo, praesenti et supplicanti, quod de beato Alberto de Drepano, insulae Siciliae, dicti Ordinis, dum in humanis ageret, professori, in cuius honorem et reverentiam plura altaria et ecclesiae, ut idem prior asseruit, aedificatae fuerunt, ac eius crebrescentibus miraculis publice longo tempore per christifideles, tam in eorundem fratrum, quam etiam in aliis ecclesiis, nulla tamen secundum ritum Romanae Ecclesiae praecedente canonizatione, preces et suffragia publice persolvuntur, eadem devotio et reverentia, ut praemittitur, sine alicuius peccati laebe et transgressionis nota ac conscientiae scrupulo, per vos atque alios christifideles fieri possit et continuari, quousque per Ecclesiam aliud solemnius decernatur, quae omnia cum, ut praemittitur, vere et recte sint acta, ad cuiuslibet notitiam reducimus et reducenda fore censemus. In quorum testimonio praesentes literas per secretarium nostrum infrascriptum fieri iussimus et nostri sigilli fecimus appensione muniti. Datum Romae in domibus nostrae residentiae apud Sanctum Apollinarem, die decimaquinta mensis octobris, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, pontificatus eiusdem domini nostri anno III.

§ 5. Quare pro parte dicti Christophori generalis moderni, asserentis quod in praefata ecclesia et in diversis mundi partibus, per merita ipsius beati Alberti, alia miracula coruscant in dies, nobis fuit humiliter supplicatum ut attestationi dicti Guillelmi episcopi et cardinalis, ac omnibus et singulis in eius literis contentis huiusmodi, pro illorum subsistentia firmiter, robur apostolicae confirmationis adii-

cere, et alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignamur.

§ 4. Nos igitur, attendentes quod ^{Quod praestat Pontifex.} digne in memoria vertitur hominum, qui ad gaudia transivit angelorum; et ad ordinem praefatum, qui continua gloriosissimae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae protectione fovetur, et sub honore eius speciali titulo fundatus, ac tam per diversos Romanos Pontifices, praedecessores nostros, quam etiam per nos apostolica fuit auctoritate comprobatus, multiplicibusque virorum excellentium omni tempore, quasi syderibus, decoratur ornamentis, dirigentes paternae considerationis intuitum, huiusmodi quoque supplicationibus inclinati, attestationem dicti Guillelmi episcopi et cardinalis, qui dicti Ordinis protector existit, ac literas praefatas ratas habentes et gratas, illas, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis, auctoritate apostolica, ex certa nostra scientia approbamus et confirmamus, suppletentes omnes et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 5. Et quia difficile foret praesentes ^{Transumptorum fides.} literas ad singulas provincias originaliter destinare, volumus et dicta auctoritate decernimus quod transumptis dictarum literarum manu notarii publici et Curiae causarum Camerae Apostolicae vel protectoris dicti Ordinis, qui nunc est et pro tempore fuerit, aut alicuius episcopalis vel archiepiscopalis, seu cuiuscumque in dignitate ecclesiastica constituti vel dicti Ordinis magistri generalis pro tempore existentis sigillo munitis, ea prorsus, in iudicio et extra, fides adhibeatur indubia, ac si ipsae originales literae forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo

sexto, pridie kalendas iunii, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 31 maii 1476, pont. anno v.

XIV (1).

Constitutiones pro bono regimine congregationis canonicorum regularium Lateranen., cum immunitatum et gratiarum concessione.

SUMMARIUM

Ordinis antiquitas et merita enunciantur. — 1. Mart. V univit canonicos regulares ubique professos in unam congregationem. — 2. Eug. IV basilicam Lateranen. S. Salvatoris in Urbe d. congregationi, — 3. Nomenque congregationis Lateranensis concessit. — 4. Nicolaus V idem approbavit et declaravit. — 5. Callist. III regimen dictae basilicae canonicis saecularibus dedit. — 6. Paulus II basilicam congregationi restituit. — 7. Hic autem Pontifex saecularibus canonicis iterum dedit. — 8. Nomen autem et titulum congregationis Lateranensis confirmavit in alia bulla. — 9. Privilegia omnia approbat. — 10. Exemptionem a quorumcumque iurisdictione et subsidii ac exactioinum praestatione concedit. — Et etiam a synodalibus et processioem evocationibus. — 11. Sub protectione Sedis Apostolicae recipit. — 12. Exemptionem a superioritate aliorum concedit. — 13. Canonici ordinentur per episcopos absque alia examinatione. — 14. Altari portatili canonici uti possint. — 15. Temporeque interdicti celebrare valeant. — 16. Cum excommunicatis a iure conversari. — 17. Sacramenta ministrare et mortuos sepelire. — 18. Exempti sint a solutione omnium praestationum et decimarum. — 19. Causas cognoscere et similia facere non teneantur. — 20. Sepulturam in coemet. liberam habeant. — 21. Canonicam portionem de terris, ornamentis, domibus, hortis, etc. tradere non teneantur. — 22. Praescriptio 60 annorum et non alia contra congregationem detur.

(1) Haec bulla sub numero XII in Rom. Edit. legitur (n. r.).

— 23. Praelatorum congregationis facultas dispensandi super irregularitate etc. — 24. Canonici ad audiendas confessiones per cong. superiores deputentur. — 25. Facultas conversandi cum piratis, etc. — 26. Alienatio bonorum stabilium quando sit permessa. — 27. Facultas eligendi confessorum. — 28. Indulgentiarum concessio. — 29. Facultas recipiendi ad Ordinem etiam simpliciter voventes religionem arctiorem. — 30. Et commutandi restitutiones debitas personis incertis. — 31. Prohibitio transeundi ad alios Ordines. — 32. Communicatio gratiarum concessarum cong. S. Iustinae. — 33. Licentia praedicandi verbum Dei. — 34. Dubia in praedictis oriunda in favorem huius Ordinis interpretanda sunt. — 35. Actus contrarii nil derogent. — 36. Clausulae huius bullae praeservativae. — 37. Prohibitio contra impedientes. — 38. Nemo apud canonicos invitos celebret. — 39. Confessiones apud canonicos non impediuntur. — 40. Facultas conservatorum eligendorum. — 41. Clausulae contrariorum derogatoriae. — 42. Fides habeatur harum transumptis.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Dum ad universos regulares Ordines et loca iugo sanctimoniae dedita, personaeque voto Religionis adstrictas, pro innecto nobis apostolicae servitutis officio, crebris vigiliis et indefessis studiis attendimus, ad illum praecipue canonicorum regularium congregationis Lateranen., Ordinis S. Augustini eo libentius nostrae mentis oculos convertimus, quo Ordo ipse in nascentis Ecclesiae sancta institutione, ac primorum christianae religionis clericorum norma traditionibusque fundatus, et sacris institutis ac divinis regulis eloquissque praemunitus extitit, ab eiusque primaeva fundatione, variis virtutum meritis semper splenduit. Quamobrem nonnulli Romani Pontifices praedecessores nostri innumeris Religionem ipsam privilegiis dignisque honorum titulis non immerito decorarunt; unde nos, eorum ductos exemplo, decet ut congregationem

Ordinis antiquitas et merita enunciantur.

ipsam Lateranen. in agro dominico multiplices et uberes sanctae conversationis fructus in dies afferentem, nostris etiam specialibus gratiarum muneribus muniamus; et iis, quae pro ipsius Ordinis et congregationis laude ac personarum vota sua sub suavi iugo inibi exolventium pace et quiete processerunt, ne in conventionis scrupulum labantur, sed firma pariter et illibata persistent. nostri adiciamus inanimis firmitatem.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Martinus Papa quintus, praedecessor noster, etc. (1).

§ 2. Et deinde pie memoriae Eugenius Papa quartus, etiam praedecessor noster, sacrosanctam et venerandam basilicam Lateranensem ad primam institutionem primaeumque eius statutum, videlicet canonicorum regularium, ex certis tunc expressis causis, post deliberationem providam, quam cum fratribus S. R. E. cardinalibus habuit diligentem, pro Ecclesia Dei, et catholicae fidei christianaeque religionis honore, ac Salvatoris nostri gloria, publicaue utilitate et ipsius basilicae Lateranen. statu, veneratione, comodo et honore. reducens ac reponens, ut Ordo canonicus, qui secundum Deum et B. Augustini Regulam ibi noscebatur institutus, perpetuis futuris temporibus, in dicta Ecclesia vigeret et inviolabiliter observaretur, Ordinem et congregationem huiusmodi in praefata Ecclesia instituit et erexit ac deputavit: dictamque Lateranensem basilicam, cum omnibus suis spiritualibus et temporalibus bonis, membris, iuribus, iurisdictionibus, privilegiis et exemptionibus in perpetuum eidem congregationi concessit et commisit, eorumque curae et administrationi tribuit et donavit.

§ 3. Atque decrevit et statuit ut omnes deinceps dictae congregationis conventus et loca ab huiusmodi sanctae basilicae Lateranen. titulo et totius con-

gregationis capite nomen acciperent, et S. Salvatoris congregatio appellaretur; ac singulos dictae congregationis canonicos, ubique Domino servientes, huius basilicae clericos et ministros et religiosos ac de ipsius capituli gremio in omnibus iuribus et privilegiis censi decrevit.

§ 4. Et successive sa. me. Nicolaus Papa V, similiter praedecessor noster, tam Martini, quam Eugenii literas praedictas, nec non omnia et singula in eis contenta, ac quaecumque secuta inde approbans et confirmans, eaque pleno firmitatis robore subsistere, nec non perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere decernens, per quasdam etiam suas concessit et indulgit omnibus et singulis Ecclesiis, monasteriis, prioratibus, locis et personis ubicumque consistentibus et constituendis, praesentibus et futuris, congregationis canonicorum huiusmodi, ut illis omnibus in eorundem Martini et Eugenii praedecessorum literis contentis, ac aliis exemptionibus, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratiis et indultis bonisque, iuribus spiritualibus et temporalibus, concessis et concedendis, quibus praefata Ecclesia nostra Lateranen. et ab ea dependentia utuntur et gaudent, seu uti et gaudere consueverunt aut quomodolibet in futurum Ecclesiae, monasteria, prioratus, loca et personae huiusmodi, in omnibus et per omnia pariformiter et absque ulla differentia, perpetuo uti et gaudere libere et licite possint.

§ 5. Postea vero, eodem Nicolao praedecessore rebus humanis exempto, cum canonici dictae congregationis a praefata Ecclesia per nonnullos cives Romanos fuissent electi (2), pie me. Callistus Papa III, similiter praedecessor noster, etiam per alias suas literas statuit et ordinavit quod canonici congregationis huiusmodi a cura et gubernatione Ecclesiae eiusdem desisterent, et illa in posterum per canonicos saeculares regi et gubernari deberet.

(1) Eius bullam non posui, uti haec relatam.

(2) Leg. *caeli* (n. r.).

Martin. V univ. canonice regularis etc.

Eug. IV basilicam Lateran. S. Salvatoris in Urbe d. congregationi.

Nomenq. congregationis Lateranensis concessit.

Nicol. V idem approb. et declaravit.

Callist. III regimen dictae basilicae canonicis saecularibus dedit.

(1) Omittitur residuum, quia ipsam bullam habes superius, tom. iv, pag. 697.

Paulus II basilicam congr. restituit

§ 6. Et licet postmodum rec. memor. Paulus Papa II, etiam praedecessor noster, canonicos regulares ac congregationem huiusmodi, ad regimen et gubernationem praedictae Ecclesiae restituisset, nihilominus, eo quoque de medio sublato, canonici eiusdem congregationis denuo ab eadem Ecclesia fuerunt amoti.

Hic autem Pontifex saecularibus canon. iterum dedit.

§ 7. Atque ex ordinatione et mandato nostris, decretum et statutum fuit quod eadem Ecclesia per dictos canonicos saeculares de cetero regeretur et gubernaretur.

Nomen autem et titulum congregationis Lateranensis conservavit in a. b. lla.

§ 8. Et demum, ne in dubium revocari possit an, ex Callisti et nostris litteris huiusmodi, nomen et titulus seu intitulatio congregationis Lateranen. suppressa et sublata essent; ac immunitates, gratiae, privilegia et indulta eidem congregationi Lateranen., tam per ipsum Eugenium, quam per alios Romanos Pontifices praedictos concessa, censerentur revocata, per nonnullas etiam alias literas nostras, et omnes et singulas tam Eugenii, quoad nomen et intitulationem congregationis, quam omnium et singulorum privilegiorum et immunitatum, aliorum praedecessorum literas approbantes et confirmantes, decrevimus et declaravimus, tam per praedictas eiusdem praedecessoris Callisti, quam nostras priores literas et inde secuta quaecumque praefatae congregationi Lateranensi, quoad nomen et intitulationem praedictam, nec non immunitates, privilegia, gratias et indulta huiusmodi, tam per Eugenium, quam per alios praedecessores praedictos, eidem congregationi eiusque canonicis et personis concessa, in nullo praedicatum aut derogatum fuisse aut esse quoquomodo, et pro potioris cautela suffragio, literas Eugenii praedicti praedecessoris in pristinum et eum statum, videlicet quoad nomen et intitulationem congregationis, nec non immunitates, privilegia, gratias et indulta illi concessa, in quo erant antequam a Callisto praedecessore praefato et etiam a nobis literae hu-

iusmodi emanassent, et quomodolibet existebant, reposuimus, restituimus et plenarie reintegravimus, prout in singulis praedecessorum et nostris literis praedictis respective, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, prout inferius continetur.

Privilegia omnia approbat P.

§ 9. Nos, qui congregationi huiusmodi illiusq. monasteriis, Ecclesiis, locis et personis, propter eorum laudabilem et religiosam vitam ac multiplices et uberes fructus, quos in vinea Domini (Altissimo ministrante) dicti afferunt, singulari devotione afficimur, ipsos et eorum monasteria, Ecclesias atque loca, etiam maioribus gratiis prosequi volentes, motu proprio, et non ad eorumdem canonicorum vel alicuius pro eis nobis super haec oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera plenitudine potestatis, quaecumque privilegia, gratias, immunitates, libertates et exemptiones, tam per praedictos, quam per alios Summos Pontifices praedecessores nostros, Romanosq. imperatores, reges, principes et alios christifideles, eidem congregationi eiusq. membris, locis, Ecclesiis, monasteriis et personis quomodolibet concessa, ac omnia et singula in eis contenta et quaecumq. inde secuta, tenore praesentium confirmamus et approbamus, ac plenum robur et omnimodam firmitatem perpetuis futuris temporibus obtinere et inviolabiliter observari debere volumus atque decernimus.

§ 10. Attendentes autem, quantae venerationis et sanctimoniae semper fuerit congregatio huiusmodi in Ecclesia Dei, et quantum plantatio sacra, norma religionis christianae floruerit, ac propterea decens, quinimmo debitum reputantes ut spiritualibus praerogativis gaudere, ac sub nostra et eiusdem Sedis protectione militare, praecipuisq. honoribus et gratiis extolli et decorari debeat; congregationem

Exemptionem a quocumque iurisdictione et subsidii ac exactionum praestatione concedit.

(1) De his vide quae post Concil. Trid. statuit Pius V in Const. *Etsi mendicantium*.

ipsam illiusque monasteria, Ecclesias et loca quaelibet ac illorum canonicos seu personas, praesentes et futuras (vagabundis et fugitivis exceptis aut aliter extra Ordinem seu congregationem ipsam, absq. superiorum licentia, commorantibus, quibus nolumus haec aliquo modo suffragari), a quorumcumque praedictae Sedis legatorum ac eius nuntiorum, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum quorumcumq. iudicum ordinariorum aut extraordinariorum iurisdictione, auctoritate, potestate ac dominio, visitatione, cura ac caritativi subsidii subventionem, et exactio-
Et etiam a synodalibus, et processionum evocationibus (1).

§ 11. Ita quod de cetero, cum monasteriis, membris, Ecclesiis, locis, personis et iuribus suis quibuscumque, eidem Sedi immediate subiecta existat, et omnino esse censeatur; quodque legati aut nuntii praefati seu locorum dioecesani aut alii ordinarii quicumque vel aliae quaevis personae, quantumq. ampla praefulgeant dignitate seu praeminentia, in congregationem, canonicos, personas, monasteria, Ecclesias, membra et loca praedicta, utpote prorsus exempta, excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, seu alias censuras sive poenas, specialiter vel generaliter, eorum auctoritate ordinaria promulgare; nec ullam in monasteria, Ecclesias, personas et loca huiusmodi praeminentiam, superioritatem et iurisdictionem quomodolibet exercere possint, etiam ratione contractus vel delicti, seu rei de qua ageretur, ubicumque in eatur contractus, committatur delictum et res ipsa consistat.

(1) Contrarium statuit Concil. Trid., sess. xxiv, cap. 2; et sess. xxv, cap. 15.

Decernentes ex nunc omnes et singulos processus ac excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, censuras et poenas, quas et quicquid, contra congregationem seu illius canonicos, monasteria, personas, Ecclesias et loca haberi et fieri contigerit seu etiam promulgari, irritos et inanes nulliusque roboris et momenti esse, ac pro nullis et infectis haberi debere, etiam exemptione congregationis, quam tanquam notoriam et manifestam haberi volumus, non aliter allegata seu aliter de ea mentione facta.

§ 12. Praeterea, ne congregationem ipsam et illius canonicos per locorum ordinariorum, quavis occasione vel causa, et praesertim ratione parochialium Ecclesiarum seu aliorum locorum dictae congregationis pro tempore, quibus cura animarum imminet, molestari contingat, et huiusmodi praetextu in congregationem et canonicos praedictos aliquam superioritatem seu dominium habere praetendant, ipsis quoque concedimus et indulgemus ut in parochialibus Ecclesiis huiusmodi, possit congregatio ipsa seu illius canonici praedicti, per se aut per presbyteros saeculares vel regulares, sui aut cuiuslibet alterius Ordinis, alias tamen habiles et idoneos, ad ipsorum nutum deputandos et amovibiles, animarum curam praedictorum parochianorum, et Ecclesiarum parochialium huiusmodi libere et licite exercere; quodque ipsi cappellani, dum curam huiusmodi gereant, ea libertate et exemptione fungantur et ubique fruantur, ac si ex canonicis congregationis et Ordinis extiterint.

§ 13. Et quia eiusdem congregationis canonici de locis ad loca illius saepius transferuntur, propter quod perpetuam incertis et determinatis dictae congregationis monasteriis seu Ecclesiis aut locis non habent mansionem, volumus atque con-

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxiv, cap. 11; sess. xxv, cap. 11 et seq.; et bullam Clem. VIII, n. 59, *Suscepti*. (2) Hoc revocatum est per Concil. Trid., sess. xxiii, cap. 11.

Exemptionem a superioritate aliorum concedit 1.

Canonici ordinantur per episcopos absque alia examinatione 2).

Sub protectione Sedis Apostolicae recipit.

cedimus ut liceat eidem congregationi suos canonicos ad omnes, etiam sacros, ordines promovendos, idoneos tamen et iuxta conscientiam praelatorum illius approbatos, quibuscumque maluerint catholicis antistitibus, gratiam et communionem Apostolicæ Sedis habentibus, præsentare: ipsique antistites præsentatos a suis praelatis canonicos, sine ulla examinatione per eosdem antistites faciendâ vel absq. alia promissione aut obligatione promovendorum canonicorum, ad ordines quoscumque, etiam sacros, promovere possint ac debeant.

Altari portatili canonici possunt 1.

§ 14. Porro, ut congregatio ipsa circa celebrationem missarum etiam specialibus privilegiis gaudeat, eidem pariter et illius canonicis pro tempore concedimus ut in ipsorum itineratione altare portatile cum debita reverentia et honore habere, super quo, tamen in locis congruis et honestis, missas et alia divina officia, etiam per unam horam ante diem et usque ad horam novam in ipsa itineratione, aut alias ad hoc causa subsistente, celebrare, et sacramenta ecclesiastica ibidem recipere possint.

Tempore quod interdicitur celebrare valeat 2.

§ 15. Et ubi generale seu in aliquo speciali loco interdictum fuerit, in ecclesiis suis ac in altari portatili prædictis et aliis quibuscumque locis honestis, huiusmodi missas et alia divina officia celebrare. Ita tamen quod, in locis ecclesiastico interdicto suppositis, debeant, ianuis clausis et excommunicatis expulsis atque exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce, eadem divina celebrare, dum tamen ipsi canonici causam non dederint interdicto, nec contingat id eisdem specialiter interdicti, neque Ecclesiæ et loca ipsa fuerint interdicta.

Cum excommunicatis a iure conversari:

§ 16. Et cum excommunicatis dumtaxat a iure, non tamen pro talibus publicatis, conversari, dummodo in contemptum clavium non fiat.

(1) Vide Decr. de observ. et evitandis in celebratione Missæ, Conc. Trid., sess. XXII (n. 7.).
(2) Aliter statutum mihi videtur a Conc. Trid., sess. XXV, cap. 12.

§ 17. Nec non omnibus et singulis, qui in eorum et diætæ congregationis existunt obsequiis, ac in ipsorum morantur locis, cuncta ministrare ecclesiastica sacramenta; et eos, cum decedere contigerit, in ecclesiis suis prædictis, libere et licite sepelire possint ac valeant, plenam licentiam concedimus et facultatem.

Sacramenta ministrare et mortuos sepelire.

§ 18. Ceterum, ut congregatio ipsa et illius canonici, maioris immunitatis gratia fruatur, motu, scientia et tenore similibus, volumus atque decernimus ut ad præstationem procuratorum legatorum diætæ Sedis et nuntiorum ipsius seu diocesanorum locorum; aut exactioinum vel collectionum vel subsidiorum vel provisionum aut onerum quorumcumque; nec etiam ad solutionem decimarum, quas papales appellant, et quas Sedes Apostolica, pro christianæ fidei defensione aut aliis imminentibus persæpe necessitatibus, imponit, minime teneantur, neque obligati sint, etiam si per quoscumque exemptos persolvi mandarentur, cum quibusvis derogatoriis et fortioribus clausulis. Nec eos, ab eadem solutione cessando, censuras et poenas incurrere, nisi præsentibus de verbo ad verbum et eorum toto tenore inserto, et non per generales clausulas, specialiter et expresse derogetur, et de ipsis omnimoda et individua mentio fiat.

Exempti sint a solutione omnium præstationum et decimarum 1.

§ 19. Præterea, ut iidem canonici cum maiori animi sui quiete Altissimo exolvant vota sua, providere volentes, statuimus et ordinamus ut ipsi, per literas eiusdem Sedis aut legatorum seu delegatorum ipsius iam forsitan concessas aut de cetero sub quacumque verborum forma concedendas a quoquam, ad pecuniam colligendam, seu correctionis aut visitationis officium, monasteriis vel ecclesiis, sive quibuscumque personis impendendum; vel ad cognitiones causarum, citationes partium et denuntiationem sententiarum interdicti et excommunicationis procedendum; aut etiam monialium seu religiosarum qua-

Causas cognoscere et similia facere non teneantur

(1) Ad hoc vide etiam Const. Pii V, *Et si mendicantium*.

rumlibet personarum recipiendum minime cogi possunt, nisi in huiusmodi literis de hoc indulto ac congregatione et Ordine praedictis expressa, ut praefertur, fiat mentio.

§ 20. Sepulturam quoque in locis, coemeteriis et in ecclesiis dictae congregationis concedimus, et eam liberam esse decernimus, ita quod devotioni et extremae voluntati eorum, qui in locis huiusmodi sepeliri voluerint, nullus obsistat, salva tamen instantia (1) illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

§ 21. Statuentes nihilominus ut pro rebus, quae in ornamentis, libris, fabrica, luminaribus, anniversario septimo, vigesimo, trigesimo sive aliis ad perpetuum cultum divinum, aut pro victu et sustentatione dietorum canonicorum, vel indumentis, nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquae Ecclesiae seu monasteria dictae congregationis obligata noscuntur; vel de domibus, praediis, hortis et bonis aliisque locis dictae congregationis opportunis, quae canonicis et congregationi huiusmodi relinquuntur, nulli teneantur canonicam portionem tradere. Ita tamen quod in reliquis casibus, quam in praedictis, in quibus quarta ipsa solvenda foret, solvere: vel conventiones, si quae essent inter canonicos praefatos et locorum ordinarios, ac Ecclesiarum rectores, laudabiles et honestae, in posterum observari debeant. Prolibentes insuper omnibus et singulis, cuiusvis status, gradus, ordinis vel conditionis seu nobilitatis et praeminentiae fuerint, et quaecumque ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate, ne, in praemissis, a congregatione et canonicis huiusmodi vel ultimarum voluntatum executoribus seu decedentium haeredibus, occasione praemissa, aliquid exigere vel extorquere praesumant. Et si forte per eos vel Sedem praedictam de legatis, pie dispositis et relictis in genere vel in specie, decima vel alia portio seu quota alteri,

(1) Leg. *Salva tamen iustitia* (R. T.).

plac vel non plac rei, ex quavis causa hactenus, et praesertim Ecclesiae S. Petri civitatis Bononiensis concessa fuissent, aut in futurum concedi seu solvi aut dari, mandari contigerit, congregationem et canonicos huiusmodi et illorum Ecclesias, monasteria et loca, et eis legata atque relictia, aut alias in eorum favorem exposita, ipsa in concessionibus et mandatis huiusmodi includi seu comprehendi non debere decernimus, nisi de congregatione, canonicis et Ordine praedictis ac praesenti decreto specifica mentio fiat in eisdem.

§ 22. Porro volumus et decernimus quod contra congregationem, Ecclesias, monasteria, loca, res, bona et iura sua praedicta, tam praesentia quam futura, praescribi non possit, nisi spatio 60 annorum continuorum; quodque nulla alia quam sexagenaria, contra congregationem, canonicos ac bona et iura sua praedicta, currat praescriptio. Cassantes, annullantes, abrogantes et penitus irritantes omnem aliam praescriptionem, quam congregatio ipsa, tam ratione Ecclesiarum, monasteriorum, locorum, rerum, bonorum et iurium suorum huiusmodi, quam alias forsitan incurrere coepisset.

§ 23. Ut autem rector et visitatores ac singuli priores dictae congregationis et qui loco eorum, in ipsorum absentia, constituuntur, praesentes et futuri, qui nunc sunt et qui pro tempore erunt, amplioribus praerogativis et indulgentiis gaudeant, eis concedimus ut cum canonicis, novitiis, conversis et commissis eiusdem congregationis, dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint congregationem et Ordinem huiusmodi, sive post, in casibus quibus excesserint, et pro quibus excommunicationis vel interdicti aut suspensionis sententias, a iure vel ab homine generaliter promulgatas, incurrerint; et huiusmodi sententiis innolati, aut in locis generali aut speciali ecclesiastico suppo-

Sepultur. in coemeter. liberam habeant.

Canonicam portionem de terris, ornamentis, domibus, hortis, etc. tradere non teneantur.

Prescriptio 60 annorum et non alia contra congregationem. decretum.

Praelat. congregationis facultas dispensandi super irregularitatibus, etc.

sitis interdicto, divina officia celebrantes vel suscipientes ordinem sic ligati, notam irregularitatis similiter incurrissent: et in omnibus aliis casibus etiam et causa cuiuscumque simoniae, qualitercumque generaliter vel specialiter Sedi Apostolicae reservatis (exceptis dumtaxat haereticorum, relapsorum, schismaticorum, defensorum prohibita ad infideles et literas apostolicas falsificantium, quos omnino ad eandem Sedem remitti volumus), absolutionis et dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiam valeant impartiri. Canonici vero et alii, quos pro tempore rector generalis, visitatores et priores praedicti, in proprios habuerint confessores, eisdem rectori, visitoribus et prioribus absolutionis et dispensationis huiusmodi beneficium etiam concedere possint. Et ut canonicis dietae congregationis omnis vagandi adimatur occasio, et ne ipsi ad Sedem praedictam veniendi seu recurrendi sumere valeant occasionem, definitivis capituli generalis dumtaxat eiusdem Ordinis, cum quibusvis personis defectum natalium ex adulterio incestuoso et quovis alio nefario et illicito coitu provenientes patientibus; necnon rectori et visitoribus, cum iis qui ex quavis causa (praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae, mutilationis membrorum irregulares forent), postquam congregationem ipsam ingressi et illam expresse professi fuerint, perpetuo dispensandi ut, defectu et irregularitatibus huiusmodi non obstantibus, ad quoscumque, etiam sacros et presbyteratus, ordines promoveri, et in illis etiam in altaris ministerio ministrare et ad quaecumque officia, administrationes seu dignitates praedictae congregationis aut illius Ecclesiarum, monasteriorum et locorum recipi et assumi, illaque gerere et exercere libere et licite et absque dispensatione dietae Sedis, quoties opus fuerit, valeant, licentiam et facultatem similiter concedimus et indulgemus.

§ 24. Necnon ut ipsi canonici, alias tamen idonei, per superiores congregationis praedictae, ac locorum suorum pro tempore deputandi ad confessiones omnium et singulorum utriusque sexus, libere et licite, tam in locis ipsorum canonicorum quam extra, audire, ac confitentibus huiusmodi pro commissis poenitentiam possint iniungere salutarem, et eisdem confitentibus Eucharistiae sacramentum, in ecclesiis praefatae congregationis, libere et licite similiter ministrare possint, praeterquam in festo Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi.

§ 25. Et cum, sicut accepimus, congregatio ipsa in insula Tremitana, in mari Adriatico, in partibus Italiae, prope provinciam Apuliae consistente et longe a terra distante, insigne habeat monasterium, ad quod saepius maritimi et navigantes, ut inibi portum recipiant, declinant, et nulla in dicta insula existat ecclesia, praeter ipsius monasterii ecclesiam. Ne declinantes huiusmodi ecclesiasticis careant sacramentis, congregationi et canonicis praedictis pariter concedimus ipsis declinantibus ac servitoribus, quos ad servitium monasterii retinent, possint, etiam in festo Resurrectionis, Eucharistiae et omnia alia ecclesiastica sacramenta ministrare. Necnon cum pyratibus et ceteris excommunicatis humaniter conversari, ac eisdem in dicto loco vitae necessaria exhibere, cum difficile admodum foret canonicis et personis eiusdem loci, pyratibus huiusmodi evitare, propter eorum saepius et dictorum canonicorum per illas partes transitum, cum facile admodum invicem saepe casualiter conveniant, et nisi ipsi canonici cum dictis pyratibus humaniter agerent, ab eis multipliciter offendi possent. dummodo dicti canonici non participent cum dictis pyratibus aut aliis excommunicatis in crimine, propter quod excommunicationis sententiam incurrerent.

(1) Intellige praevia ordinariorum approbatione, ut infra in Pii V Constit., *Romani*.

Canonici ad audiendas confessiones per superiores deputandi.

Facultas conversandi cum piratis, etc.

Alienatio honorabilium quando sit permissa.

§ 26. Ceterum, ut congregatio et canonici praedicti uberiori facultate, circa utilitatem et commodum monasteriorum, Ecclesiarum et locorum suorum huiusmodi, ac illorum iurium gaudeant, capitulo generali congregationis praedictae ac illius pro tempore rectori maiori, per praesentes impartimur auctoritatem concedendi praepositis, abbatibus, prioribus et capitulis Ecclesiarum et monasteriorum et locorum suorum huiusmodi licentiam permutandi seu alienandi, quoties opus fuerit, quaecumque bona immobilia congregationis praedictae, ac illius monasteriorum, Ecclesiarum et locorum, pro ipsorum tamen evidenti utilitate.

Facultas eligendi confessorem (1).

§ 27. Demum saluti animarum canonicorum praedictorum salubriter consulere volentes, eis pariter concedimus ut liceat ipsis et cuilibet ipsorum, necnon conversis, commissis et novitiis suis praesentibus et futuris, in articulo mortis quemcumque presbyterum ex canonicis praefatae congregationis; in casu vero necessitatis, alium presbyterum idoneum, vel saecularem vel cuiusvis alterius Ordinis regularem, in suum eligere confessorem, qui, confessionibus huiusmodi diligenter auditis, pro commissis per eos criminibus, delictis et peccatis, in omnibus et singulis, etiam Sedi Apostolicae reservatis casibus, debitam absolutionem et plenariam omnium peccatorum suorum remissionem possit auctoritate nostra impendere, et poenitentiam iniungere salutarem: ita tamen quod quilibet ex confitentibus huiusmodi, postquam congregationem huiusmodi fuerit ingressus, et antequam ad articulum mortis deveniat, teneatur, si clericus vel presbyter fuerit, septem psalmos poenitentiales; si vero conversus vel commissus, quinquages Orationem Dominicam, et totidem Salutationem B. Mariae Virginis, singulis septimanis per unum

(1) Intellige de approbatis, ut in dicta Constit. Pii V cxxxiii, et Clem. VIII Constit. cxv. Et, quoad indulgentias, attende bullam Pauli V, num. xviii, *Romanus*.

Bull. Rom. Vol. V.

31

annum dumtaxat, pro conservatione status Romanae Ecclesiae, legitimo tamen impedimento cessante, dicere; et omittentes, alia vice supplere teneantur; et si interim aliquem, post inceptam et non perfectam poenitentiam huiusmodi, ab hac luce migrare contigerit, ipsam nihilominus plenariam remissionem consequatur, dummodo intentionis fuerit illam, si supervixisset, perficiendi.

Indulgentiarum concessio (1).

§ 28. Dexteramque nostrae liberalitatis erga dictam congregationem liberius extendere volentes, et in eo praesertim, ut canonici praedicti suarum animarum saluti magis consulere valeant, canonice, conversis, commissis et novitiis praedictis, praesentibus et futuris, qui in diebus, quibus stationes in nonnullis, tam intra, quam extra aliam Urbem ecclesiis consistentibus existunt, quinque altaria Ecclesiarum, monasteriorum seu locorum suorum, in quibus tunc eos moram trahere contigerit, devote visitaverint, et psalmum David, *Miserere*, videlicet illum scientes; alii vero quinquages Orationem Dominicam et totidem Salutationem Angelicam, coram quinque altaribus huiusmodi, pro felici statu sanctae matris Ecclesiae dixerint, easdem concedimus indulgentias, perinde ac si dicti canonici, conversi, commissi et novitii personaliter ecclesias urbis praefatae visitassent. Ita quod, in defectu altarium, alia pia et devota loca ad visitationem huiusmodi et alia praemissa faciendum eligere possint: etiam si eos extra monasteria et loca esse contigerit.

§ 29. Repetentes autem animo quot et quanta sint merita Religionis et congregationis huiusmodi in Ecclesia Dei, et quantum inter alias polleat Religiones, dignum propterea, quin etiam debitum iudicamus, ut etiam excellentioribus praerogativis et honoribus gaudere debeat, de illis potissimum, quae ad illius ampliatio-

Facultas recipiendi ad Ordinem, etiam simpliciter votentes Religionem auctiorem (2).

(1) Vide revocationem in dicta Pauli V Const. xviii. *Romanus*. (2) Vide bullam Pii V, n. cxxiv. *Quaecumque*.

nem atque augmentum tendunt. Statuimus ergo ac similiter ordinamus ut omnes, qui votum simpliciter ingrediendi aliquam aliam Religionem, etiam aetioerem, emiserint, ad congregationem et Ordinem praefatum, illorumque professionem libere et licite ingredi, inibi recipi et admitti valeant.

Et commutandi
restitutione de-
bitas personis
incertis.

§ 50. Et quia forsitan nonnulli congregationis et Ordinis huiusmodi habitum assumere (1), diversis personis, quae ignorari et non reperiri possent, in aliquibus rebus seu bonis obnoxii essent, eisdem rectori, prioribus ac eorum vices gerentibus concedimus ut ipsorum singuli, in locis sibi commissis, bona ipsa in piis usus libere ac licite convertere possint, prout, secundum Deum, melius viderint expedire.

Prohibito trans-
eundi ad alios
Ordines (2).

§ 51. Cupientes vero congregationem eandem in suo salubri statu multiplicari et conservari, statuimus pariter ac decernimus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, nullus ex dictis canonicis, praesentibus et futuris, transeat de aliquo congregationis et Ordinis huiusmodi monasterio sive loco ad aliquod aliud Sancti Benedicti, in quo regularis non vigeat observantia, seu Sancti Augustini praedicti vel alterius cuiuscumque Ordinis monasterium sive monasticum locum, vigore cuiuscumque concessionis, licentiae seu facultatis, etiam per apostolicas literas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de voluntate ac statuto huiusmodi mentionem, quibusvis personis, cuiuscumque gradus, status et conditionis existant; nec, praetextu alicuius officii, etiam cappellanatus cuiuscumque praelati, cuiuscumque status et conditionis fuerint, etiamsi patriarchali vel cardinalatus praefulgeant dignitate et honore, sub quacumque expressione in genere vel in specie concessas aut forsitan in posterum concedendas; quodque nullus alterius monasterii sive loci praelatus, aut alius quicumque in eo aliquem canonicorum praesentium et fu-

turorum eorumdem in monasteria recipiat vel admittat, sub excommunicationis poena, quam tam recepti quam recipientes huiusmodi pro tempore eo ipso incurrant, si admoniti non destiterint; et quam ex nunc contra quemlibet transgressorem proferimus, et a qua a nullo alio, praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possint, absque rectoris maioris et alterius ex duobus Ordinis et congregationis huiusmodi visitatoribus pro tempore existentibus licentia speciali. Decernentes irritum et inane quicquid contra praemissa per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 52. Cumque acceperimus et re ipsa didicerimus, congregationem S. Iustinae de Padua, Ordinis S. Benedicti, a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, quam pluribus dignissimis privilegiis, indultis et gratiis decoratam fuisse, et censeamus congregationem Lateranensem meritis et virtutibus suis non minora promereri, maxime ubi quos par labor coniungit, paria quoque privilegia coniungere debent, eidem congregationi Lateranensem, etiam concedimus ut omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, indultis, tam spiritualibus quam temporalibus, a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, seu alias eidem congregationi S. Iustinae concessis, ipsa quoque congregatio Lateranensem pariformiter potiri et gaudere possit et valeat, absque ulla prorsus differentia, perinde ac si ea dictae congregationi Lateranensem specialiter et nominatim concessa fuissent, quorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, et non secus ac si praesentibus de verbo ad verbum inserta forent, quae ad ipsam congregationem Lateranensem extendi, ac illam pari modo comprehendere volumus ac decernimus.

Communicatio
gratiarum con-
cessarum cong.
S. Iustinae.

§ 55. Quodque ipsi canonici officio praedicandi verbum Dei uti possint, quemadmodum fratribus Praedicatorum et Mi-

Licentia praed-
dicandi verbum
Dei (1).

(1) Addendum forsitan *volentes* vel *cupientes* (n. t.).

(2) Vide eandem Constit. Pii V, num. xxxix.

(1) Intelligo iuxta Const. xxii Leonis X.

norum Ordinum per nos et dictos Romanos Pontifices concessum fuit.

Dubia in praedictis oranda in favorem huius Ordinis interpretantur.

§ 54. Ut autem mentes dictorum canonicorum a dubiis, quae super praesentibus aut aliis gratiis huiusmodi, per nos et praedecessores nostros, imperatores, reges, principes et alios praedictos, concessis et in posterum concedendis, apud praefatos canonicos quomodolibet oriri possent, releventur, volumus ut, ubi in aliquo redderentur ancipites seu dubii, secundum bonam aequitatem, in favorem salutis animarum suarum largissime intelligantur et interpretentur, non autem secundum iuris rigorem vel doctorum opinioniones et subtilitates.

Actus contrarii nil derogent.

§ 55. Adiicientes ut, si quando contigerit per aliquem seu plures actus contra huiusmodi vel quaecumque alia decreta, privilegia, indulta, gratias et immunitates praefatae congregationi concessa, aut ipsorum aliquid, a quocumque, cuiuscumque conditionis, dignitatis, gradus et status existat, ex negligentia seu ignorantia praesentium et futurorum, quibus ea conceduntur, aut alia quavis causa aliter attentari vel observari, scienter vel ignoranter, nullum tamen per hoc praedictum decretis, indultis, gratiis et immunitatibus praefatis generetur, sed illa suo vigore et pleno robore firmata perpetuo permanent.

Clausulae huius bullae praeservativae.

§ 56. Postremo, cum contingat plerumque, ex importunitate petentium et negotiorum multitudine ac suppressione veritatis, Summos Pontifices fatigatos et circumventos ea concedere, quibus alias nullatenus annuerent, auctoritate praesentium statuimus et ordinamus quod quaecumque litterae apostolicae, etiam proprio motu confectae, aut in futurum conficiendae, etiamsi in eis clausulae, *privilegiis et indultis dictae congregationi concessis non obstantibus, et de quibus expressa mentio fieri debeat*, expresse contineantur, quae obviant et contrafaciant huic privilegio praesenti, aut quibuslibet eius

particulis, nisi appareat evidentissime et apertissime quod Summus Pontifex, qui pro tempore fuerit, huic indulto vel alicui eius parti vellet per apostolicas litteras derogare, faciendo specialem mentionem de verbo ad verbum, ex certa scientia de huiusmodi privilegio et ipsa congregatione, diversis nominibus eam nominando, per haec praecise vocabula: *Congregationem, Unitatem de Observantia, alias de Frixonaria, nunc Lateranensem appellatam*, causasque legitimas allegaverit, cur his obviare intendat decretis, nullius sit roboris vel momenti.

Prohibitio contra impedientes.

§ 57. Districtius inlibentes eisdem ordinariis locorum, sub interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a divinis, ac regiminis et administrationis Ecclesiarum suarum; rectoribus vero parochialium Ecclesiarum et quibusvis aliis personis, sub excommunicationis latae sententiae et privationis earundem parochialium Ecclesiarum ac omnium aliorum honorum ecclesiasticorum quae obtinent; necnon inhabilitationis ad illa et alia obtinenda in posterum, poenis, quas scientes contrafacientes eo ipso incurrere volumus, ne Ordinem et congregationem canonicorum regularium huiusmodi, ac illius canonicos, Ecclesias, monasteria et loca praedicta, praeter ac contra tenorem ac formam huius praesentis nostri indulti et aliarum concessionum, ut praemittitur, congregationi praedictorum canonicorum regularium, seu Ecclesiis, monasteriis, membris et locis suis praedictis factarum quoquomodo inquietare, nec eos aut testamentorum et ultimarum voluntatum executores, ac testantium haeredes, seu quoscumque alios, directe vel indirecte, ad solutionem alicuius quartae parochialis, seu canonicae vel alterius portionis sive oneris compellere quoquo pacto, ut praefertur, praesumant.

§ 58. Statuentes quoque ut nullus, in vitiis canonicis huiusmodi, prorsus audeat in eorum Ecclesiis seu monasteriis ali-

Nemo apud canonicos laicos celebret.

quod officium mortuorum vel alia celebrari facere, etiam si apud eos corpora defunctorum sepeliri contingat.

Confessiones a
pud canonicos
non impedian-
tur.

§ 59. Mandantes insuper expresse ipsis locorum ordinariis ac rectoribus parochialium Ecclesiarum, ne eorum parochianis, quod canonicis dictae congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere seu persuadere praesumant, et nullatenus denegent ministrare huiusmodi confitentibus eisdem canonicis quaecumque ecclesiastica sacramenta, dummodo aliqua canonica et rationalis causa non subsistat.

Facultas con-
servatorum eli-
gendorum.

§ 40. Et nihilominus universis et singulis personis in dignitate ecclesiastica ubilibet constitutis, et aliis de iure communi habilibus et idoneis ad causas audiendas, per haec apostolica scripta mandamus, cum aliqui ex eisdem personis pro parte eiusdem congregationis Lateranen. seu rectoris generalis aut aliorum, per se vel alium seu alios, praemissa ubi et quando opus fuerit, publicantes, ac eisdem congregationi et canonicis, illorumque Ecclesiis, monasteriis, membris et locis praedictis, in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant congregationem ipsam illiusque canonicos pacifica possessione privilegiorum et concessionum huiusmodi libere gaudere: non permittentes eos seu testamentorum executores et haeredes praedictos, contra illorum tenores per ordinarios et rectores parochialium Ecclesiarum praedictos, seu alios quoscumque indebite molestari, aut eis gravamen, iniurias atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari; quinimo dictae congregationi ac illius canonicis praedictis, in quibuscumque casibus seu causis, tam ecclesiasticis quam profanis, per eos coram dictis personis, cuiusvis qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, praeseminentiae et status fuerint, etiam quaecumque mundana vel ecclesiastica aut patriarchali praefulgeant dignitate, sine expensis, summarie et de

plano, ac sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate apostolica ministrent iustitiam, denuntientque palam et publice omnes et singulos excommunicatos, quos eis constiterit censuras et alias poenas incurrisse; ac faciant eos ab omnibus arctius evitari, et ubique pro excommunicatis, suspensis et interdictis nuntiari, et legitimis desuper factis processibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravent, seu aggravari procurent, contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad praemissa seu aliquid eorum, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 41. Non obstantibus constitutionibus tel. recor. Bonifacii Papae VIII, etc., (*prout in superioribus*).

Clausulae con-
trariorum dero-
gatoriae.

§ 42. Et quia difficile foret etc., (*prout ibi*).

Fide habeatur
transumptis.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 23 augusti 1476, pont. anno vi.

XV (1).

Declaratio et mitigatio const. Honor. III, editae super Regula fratrum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo circa esum carniū et ieiunium (2).

SUMMARIUM

Hon. III hanc Regulam approbavit. — 1. Eugenius IV eam mitigavit in bulla (*cit. in nota*). — 2. Dubium postea ortum est circa d. mitigationem Eug. IV super ieiun-

(1) Haec bulla sub num. XIII in Rom. Edit. est (n. T.). (2) Honorius III primo huius Ordinis Regulam approbavit, ut sup. in eius Const. LXXVIII, *Ut revisendi*, tom. III, pag. 415. Et circa praedicta mitigavit etiam Eugenius IV sup. in sua Const. III, *Romani*, pag. 4 huius tomi.

nio. — 3. Pius II illud declaravit. — 4. Hic modo Pont. dat facultatem generali dispensandi sup. ieiunio et esu carniū, — 5. Datque licentiam fratribus eligendi confessorem qui absolvat, etc.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Dum attenta meditatione, etc. (1)

§ 1. Et ab Eugenio Papa IV, praedecessore praefato, quadam temperie huiusmodi rigorem mitigante, conceditur, statuitur et ordinatur, etc. (2)

§ 2. Cum, ut etiam accepimus, ab aliquibus revocetur in dubium an illis diebus, quibus eis usus carniū conceditur, ieiunare teneantur: pro eo quod in concessione praedicta Eugenii, non solum mitigationem abstinentiae, sed relaxationem ieiunii ab eodem Eugenio praedecessore petitum fuisse conspicitur.

§ 5. Et propterea piaem mem. Pius Papa II, praedecessor noster praefatus, concessit ut prior generalis dicti Ordinis, qui pro tempore foret, super huiusmodi posset ieiunio dispensare.

§ 4. Nos etiam, motu et scientia similibus, literas praedictas Alberti patriarchae Hierosolymitani et Innoc. IV, Alexandri IV, Nicolai IV, Eugenii et Pii innovamus et confirmamus et approbamus, et perpetuae firmitatis esse volumus et mandamus, concedentes quod tu, dilecte fili generalis, et qui pro tempore erunt tui in dicto officio successores, personarum, locorum et temporum qualitate pensata, cum utriusque sexus dicti Ordinis professoribus, iuxta tuae conscientiae arbitrium, super premissis, tam ieiunio, quam carniū usu dispensare valeas, atque tres dies, plures vel pauciores, ad ieiunium faciendum nominare et remittere, ut possis, libere indulgemus.

§ 5. Ac illis ex eis, qui, iuxta huiusmodi regularia instituta dieti Ordinis

(1) Omittitur narrativa bullae Honorii III, quia ipsa est superius, tom. III, pag. 415. (2) Omittitur, quia bulla ipsa est superius, tom. huius.

gloriosissimae Dei Genetricis Mariae de Monte Carmelo et eiusdem Eugenii mitigationem antedictam nostramque declarationem huiusmodi, ut confessor idoneus, quem quilibet eorum utriusque sexus, de suorum superiorum consensu, duxerit eligendum, eorum confessione diligenter audita, semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium suorum peccatorum remissionem et indulgentiam impendere valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium gratiose concedimus, etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, 4 kalendas decembris, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 28 novemb. 1476, pont. anno vi.

XVI.

Renovatio confraternitatis piorum virorum in archihospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe, cum indulgentiarum aliarumque gratiarum largitione.

SUMMARIUM

Procedimus. — 1. Innoc. III fundavit in Urbe hospitale S. Spiritus in Saxia, et ipse ac alii Pont. multas ei gratias concesserunt. — 2. Hic autem Pont. a fundamentis reaedificavit. — 3. Eugenius IV ibidem innovavit quondam confraternitatem piorum virorum. — 4. Pontifex iste omnia indulta hospitalis confirmat. — 5. Confraternitatemque de novo erigit. — 6. Et ipse una cum cardinalibus ingreditur. — 7. Aliique honesti viri eam ingredi possunt, etiam per procuratorem, si sint absentes; — 8. Confessoresque eligere valent. — 9. Qui confessores absolvant etc. — 10. Confratrum sepultura etiam tempore interdicti permittitur. — 11. Decedentes in hospitali ibique servientes gaudent gratiis confratrum. — 12. Indulgentia pro subvenientibus hospit. — 13. Notarii notificent dispositiones factas ad favorem hospitalis, etc. — 14. Ipsi et confessores suadeant infirmis subventionem hospitalis. — 15. Im-

Datque licentiam fratribus eligendi confessorem qui absolvat, etc.

Hic modo Pont. dat facultatem gener. dispensandi sup. ieiunio et esu carniū.

Eugen. IV eam mitigavit in bulla (cit. in nota).

Dubium postea ortum est circa d. mitigationem Eugenii IV super ieiunio.

Pius II illud declaravit.

Hic modo Pontif. dat facultatem gener. dispensandi sup. ieiunio et esu carniū.

pediti visitare ecclesias stationum Urbis indulgentias consequantur subveniendohospitali. — 16. Confratres faciant processionem annis singulis in festo Pentecostes, et indulgentias consequantur. — 17. Facultas confratrum eligendi confessorum, eiusque potestas. — 18. Funera confratrum quomodo fienda. — 19. Quae missae celebrandae sint pro confratribus vivis et defunctis. — 20. Regimen hospitalis sit praeceptoris, qui semper resideat et hospitale nulli commendetur. — 21. Clausulae praeservativae. — 22. Derogatio contrariorum.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.**

Proemium. Illius, qui pro dominici salvatione gregis in ara Crucis in pretium immolari non erubuit, quique post eius mortem et a mortuis resurrectionem, praedeterminatis testibus saepe apparens, tandem ascensus ad Patrem, suos nolens discipulos relinquere orphanos, Spiritus Santi Paracliti consolatione visitavit, et eos hospitales adinvicem fore debere, charitatisque dona, quae omnes alias virtutes superat, exercere praecepit, vices, quamquam immeriti, in terris gerentes, quamvis ex debito pastoralis officii mens nostra, rerum pro tempore ingruentium occasione, ad multiplices cogitatus se divertat, tamen incessanter curis flectimur assiduis circa quaecumque pia loca, maxime in honorem eiusdem Sancti Spiritus constructa, nobis praesertim ac Romanae Ecclesiae peculiariter, utpote ex eiusdem Ecclesiae aere olim constructa, proventibusque dotata, et in quibus continuo hospitalitatis cura et misericordiarum opera exercentur, ut illa ad salubriorem statum et maiorem hospitalitatis huiusmodi observantiam, eiusdemque charitatis et aliarum universarum virtutum, ac misericordiae donorum mihi perfectius exercitium inducamus; utque ad praemissa cunctorum christifidelium vota concurrant ad pia implenda opera, fideles ipsos, per confraternitatis spiritualis tamquam membra suo capiti adhaerentia nexum, quibus-

dam spiritualibus et allectivis muneribus prosequimur, ut exinde gratiae divinae reddantur aptiores. Et ut charitatis et hospitalitatis devotio eiusdem Paracliti inspiratione cordibus ipsorum fidelium imprimenda per amplius in dies in eis augeatur, et his quae haecenus per praedecessores nostros Rom. Pont. eisdem piis locis, praemissorum respectu, apostolica munificentia concessa fore noseuntur, ut exinde maioris firmitatis robur suscipiant, ex nostri apostolatus officio, quotiens opportunitas se offert, favorabiliter adiciamus nostri ministerii partes.

§ 1. Attente igitur considerantes, hospitale nostrum Sancti Spiritus in Saxia almae Urbis, quod fel. rec. Innocentius Papa III, praedecessor noster, divinitus, ut pie creditur, inspiratus, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, pro animarum et corporum evitandis periculis, et expositorum infantium ac pauperum miserabiliumque et infirmorum subsidio et subventionem fundavit, cuique et illius membris, locis et ecclesiis, tam ipse Innocentius, quam Honorius etiam III, Alex. IV, Coelestinus V, Bonifacius VIII, Clem. V, Ioannes XXII, Bened. XII, Urbanus V, Gregorius XI, Alexander V, Eugenius IV, Nicolaus V, Callistus III, Pius II et Paulus etiam II, Romani Pontifices praedecessores nostri, diversa privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, aliasque spirituales et temporales gratias successive concesserunt, illis dictum hospitale multipliciter decorantes, dudum eorundem Pontificum et aliorum christifidelium largitione adeo abundasse, quod hospitalitatis onera et alia charitatis et pietatis opera, in eo poterant continuo exerceri:

§ 2. Et postmodum (prout notorietas facti et rerum experientia indicabat omnintuenti), causantibus guerrarum turbibus et aliis sinistris eventibus, ad magnam diminutionem tam in spiritualibus quam illius proventibus temporalibus devenisse;

Innoc. III fundavit in Urbe hospit. S. Spiritus in Saxia, et ipse ac alii Pont. multas ei gratias concesserunt.

Hic autem Pontif. a fundamentis reaedificavit.

et oculo perspicaci intuentes illius structuras et aedificia modernis temporibus ad pauperum infirmorum, expositorum et aliarum miserabilium personarum ad illud confluentium receptionem, angusta, depressa et minus accommodata fore, ita ut eis exitii potius quam recuperandae sanitatis et salutis causa existerent; et propter eorum vetustatem ad casum tenderent miserabilemque ruinam; ac pia eiusdem Redemptoris verba, in quibus se in pauperes recipi nos instruit, intra pectoris nostri arcana revolventes, eiusdem hospitalis structurarum vetestate sublata, illud a fundamentis de novo, opere condecenti construi et aedificari fecimus, ut tam pro infirmorum et aliarum miserabilium indigentium, quam eis obsequentium personarum et servitorum commodo, longe lateque ampliavimus, claustraque et habitationes ac alia cum suis officinis aedificia eminentiora ac utiliora, etiam pro mulieribus et infantibus expositis huiusmodi sub clausura collocandis et pro nobilibus ac honestis personis infirmis protendere, et, annuente Domino, continuo ampliare et conservare non cessamus, ac pro ipsius hospitalis supportandis oneribus, eiusdem hospitalis proventus auximus et in dies augere curabimus.

§ 5. Et quoniam, inter eosdem praedecessores nostros, Eugenius praefatus, inter cetera, quamdam confraternitatem proborum virorum a praedecessoribus suis haecenus institutam, tunc tamen intermissam, sperans eam multis modis eidem hospitali fructum afferre, cum omnibus ei concessis privilegiis, favoribus et indulgentiis, per suas certi tenoris literas, innovavit:

§ 4. Nos, praedictorum et aliorum Romanorum Pontificum singularum literarum ipsi hospitali sub quibusvis verborum formis concessarum tenores, series et effectus, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, pro sufficienter expressis haberi volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis

instantiam, sed ex nostra certa scientia et spontanea voluntate, illas ac omnia et singula in eis contenta privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, remissiones, facultates, concessionem et indulta ab eisdem praedecessoribus hospitali huiusmodi illiusque Ecclesiis et membris, per eosdem praedecessores concessa, praesentibus tamen non contraria, auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus et approbamus, praesentisque scripti patrocinio communitur, illasque et illa perpetuo viribus subsistere decernimus.

§ 5. Necnon, ad honorem et decus totius Curiae coelestis, unam novam sanctamque confraternitatem in dicto hospitali, pro illius ac honorum et iurium eiusdem conservatione, defensione et protectione perpetua, ac sub modis et formis ac conclusionibus infrascriptis, motu, scientia et auctoritate similibus, etiam de fratrum nostrorum consensu unanimi, erigimus, facimus, creamus et perpetuo ordinamus.

§ 6. Et ut dicta sancta confraternitas, per nos in praesentiarum sic instituta, plenum et optatum sortiatur effectum, nos illam et singuli ex praedictis fratribus nostris S. R. E. cardinalibus ex nunc ingredimur, atque manu propria nos et ipsorum singuli in quodam libro eiusdem sanctae confraternitatis, huiusmodi ad effectum, singula nomina iam descripsimus.

§ 7. Ac motu, auctoritate et scientia praedictis, ac irrefragabili constitutione perpetuo valitura statuimus et ordinamus quod singulorum utriusque sexus fidelium, honestae tamen conversationis et famae, hanc confraternitatem nunc et pro tempore intrare volentium, in Urbe praesentium pro tempore dumtaxat, nomina et cognomina ac qualitates in dicto libro et praefato hospitali dumtaxat et non alibi describantur; et pro illorum ingressu ac descriptione, ad solutionem alicuius quantitatis pecuniae aut rerum aliarum, nisi

Confraternitatemque de novo erigit.

Et ipse una cum cardinalibus ingreditur.

Aliique honesti viri eam ingredi possunt, etiam per procuratorem, si sint absentes.

Eugen. IV ibidem innovavit quondam confraternitatem proborum virorum.

Pontif. iste omnia indulta hospitali confirmat.

quantum sua sponte elargiri voluerint, aut cuiusque devotio dictaverit, minime teneantur. Carissimus autem in Christo filius noster Fridericus, moderatus et pro tempore existens Rom. Imperator semper augustus; reges, principes, duces, marchiones, comites et barones, dominique terrarum ac illorum viventium et defunctorum uxores; necnon patriarchae, archiepiscopi, episcopi, monasteriorum abbates, militiarum ecclesiasticarum magistri et maiores post pontificales in metropolitanis vel in aliis cathedralibus, ac principales in collegiatis Ecclesiis dignitates; necnon conventuales prioratus, praeposituras, praepositatus et generales praepositorias obtinentes, etiam ab eadem urbe absentes, si id per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum (quod in publicam formam exhibere, et praepositori dicti hospitalis dimittere teneantur) id petierint, in confratres dictae confratriae recipi et illorum ac illarum nomina et cognomina ac qualitates, ac si praesentes forent, in dicto libro perscribi et annotari possint in urbe praefata dumtaxat, ac si praesentes forent in illa.

Confessores-que
eligere valeant.

§ 8. Item, quod singuli ex confratribus sic in eodem sanctae confraternitatis libro pro tempore descripti saecularem vel regularem presbyterum in suum possint eligere confessorem, qui eligentium confessione diligenter audita, eis semel, vita comite, ab omnibus et singulis criminibus et peccatis, necnon excommunicationis et quibusvis aliis sententiis et censuris ecclesiasticis, etiam occasione simoniae super ordinibus vel beneficiis assequendis, ubicumque contractae, et aliis casibus specialiter vel generaliter Romano Pontifici et Sedi Apostolicae quovis modo reservatis, et propter quae ipsa Sedes merito esse consulenda (praeterquam haeresis, rebellionis aut conspirationis in personam vel Statum Romani Pontificis seu Sedis Apostolicae et offensae personalis in S. R. E. cardinalem, patriarcham, archiepiscopum

et episcopum, ac presbytericidii), et etiam in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum, etiam exceptorum huiusmodi remissionem impendere possit. Ita quod, si tunc non obierint, quotiens in tali articulo constituti fuerint, illam reiterare possit idem vel alius confessor sic electus. In aliis vero casibus, quotiens quotiens opportunum fuerit, confessione audita, eos absolvere valeat et poenitentiam eis iniungere salutarem.

§ 9. Quodque idem confessor sic electus, in Urbe dumtaxat, cum eisdem confratribus eum in confessorem eligentibus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis et praeminentiae fuerint, clericali militiae adscriptis, etiam religiosis, quaecumque beneficia ecclesiastica etiam obtinentibus, qui praemissis sententiis ligati missas et alia divina officia celebrando, aut alias illis se immiscendo, seu alias in casibus in iure expressis vel non expressis irregularitatem contraxerint (bigamia et homicidio voluntario dumtaxat exceptis), ut ad omnes superiores, etiam sacros, ordines promoveri, et in aliis ac per eos susceptis ordinibus huiusmodi, etiam in altaris ministerio ministrare, ac dignitates et beneficia ecclesiastica quaecumque recipere et retinere: necnon monasteriis et ecclesiis cathedralibus, etiam metropolitanis et patriarchalibus praefici et praesse libere et licite possit dispensare; ac eis de his, quae tunc detinerent, dignitatibus et beneficiis huiusmodi providere, et quibus minus canonice praesent, Ecclesiis et monasteriis huiusmodi eos praeficere in foro conscientiae dumtaxat, apostolica valeat auctoritate praedicta.

§ 10. Adicientes insuper statuto et ordinationi praedictis, quod corpora singulorum confratrum praedictorum, tam ecclesiasticorum quam laicorum utriusque sexus in dicto libro descriptorum, quos tempore ecclesiastici interdicti quovis modo etiam a Sede Apostolica impositi decidere contigerit, dummodo causam non dede-

Qui confesso-
res absol. etc.

Confratrum se-
pultura etiam
tempore inter-
dicti permissi-
tur.

rint interdicto, ecclesiasticae sepulturae tradi debeant, absque tamen funeris pompa, sicut solitum est fieri de corporibus clericorum, interdictum servando.

§ 11. Decedentes autem pro tempore in hospitali praedicto et eiusdem hospitalis ac pauperum expositionum eorundem obsequiis pro tempore insistentes utriusque sexus, quamdiu perseveraverint in obsequiis huiusmodi dumtaxat, eisdem quibus confratres in dicto libro descripti, quoad omnia in praesentibus contenta, privilegiis, facultatibus et gratiis potiantur et gaudeant.

§ 12. Porro, ad communicandam latius operis tam pii salutem omnibus et singulis utriusque sexus aliis christifidelibus, qui ad dictum hospitale, pro illius praedictis oneribus supportandis, de eorum bonis, prout eorum dictaverit devotio, fideliter transmiserint, vel in suis testamentis et ultimis voluntatibus ad hoc legaverint: motu, scientia et auctoritate praedictis concedimus ut, in mortis articulo constituti, confessorem idoneum eligere possint, qui, eorum confessionibus diligenter auditis, omnium peccatorum suorum plenariam eis remissionem largiri possit. Provideat autem praeceptor dicti hospitalis, nunc et pro tempore existens, quod elemosynae et mittentium nomina et legata in libro ad hoc deputato describantur, sub excommunicationis poena, eo ipso, si id malitiose facere neglexerit, incurrenda.

§ 13. Districte praecipientes notariis, qui rogati fuerint de testamentis vel aliis ultimis voluntatibus, in quibus aliquid disponi contigerit in posterum in favorem et commodum dicti hospitalis, ut, sub excommunicationis poena, huiusmodi dispositionem, quantocius commode poterunt, praeceptor dicti hospitalis seu alteri, per quem id possit ad dicti praeceptoris notitiam pervenire, intimare procurent.

§ 14. Ipsi quoque notarii et confessores eorundem decedentium, in suorum remissionem peccatorum, eisdem testamentis et contentibus commemorare non

omittant, ut ad tam pia opera, quae in dicto hospitali exercentur, manus porrigant adiutrices, quemadmodum nos, quoscumque christifideles et praesertim confratres eiusdem confratriae, qui pro tempore fuerint, per viscera Domini nostri Iesu Christi adhortamur.

§ 15. Et ut fideles ipsi uberioris gratiae dono sentiant se relectos, harum serie decernimus ut omnes utriusque sexus in Urbe commorantes, qui legitima causa aetatis, valetudinis vel similibus impediti, ipsius urbis stationes vel quascumque indulgentias commode visitare, vel pontificalibus benedictionibus interesse pro tempore non poterunt, illam elemosynam hospitali praefato conferendo, quam in praefatis stationibus ex propria pietate, si eas visitassent, personaliter contulissent, omnes indulgentias praefatas stationum Urbis et pontificalium benedictionum, tam plenarias, quam ad certum annorum numerum constitutas, de omnipotentis Dei gratia et dono consequantur in forma Ecclesiae consueta.

§ 16. Rursus, ut in principio huiusmodi confraternitatis et successive etiam futuris temporibus ad illam maior devotio accrescat fidelium, et in ea memoriale sit in aevum, omnibus dictae confratriae confratribus praesentibus in Romana Curia iniungimus ut in crastinum solemnitatis Pentecostes proxime futurae et successive anno quolibet, eadem die, impedimento cessante legitimo, in basilica Principis apostolorum de Urbe conveniant, in qua huiusmodi rei memoria, ostendatur Sudarium Salvatoris Domini nostri Iesu Christi; eoque ostenso, inde portando brachium S. Andreae apostoli (quod novissime, in honorem dicti apostoli et laudem confraternitatis praedictae, techa argentea et aurea, lampadibus (1) pretiosis ornata et per nos eisdem oblata recludi fecimus), et unum de articulis sancti Pauli apostoli, et unum de digitis sanctae Catharinae virginis et martyris, per nos noviter apud hospitale

(1) Leg. lapidibus pretiosis (R. T.).

Decedentes in hospitali ibique servientes gaudent gratiis confratrum.

Indulgentia pro sub-veniendo hospitali.

Notarii notificent dispositiones factas ad favorem hospitalis, etc.

Ipsi et confessores suadeant infirmis subventionem hospitalis.

Impediti visitare ecclesiam stationum Urbis si indulgentias consequantur sub-veniendo hospitali.

Confrat. faciant procession. ante singulis in festo Pentecostes, et indulg. consequantur.

ipsum honorifice collocatus, processionaliter se transferant ad ecclesiam dicti hospitalis, in qua in proxime futurae Pentecostes die praedicta, per nos, dante Domino, aut unum ex dictis fratribus nostris, missa solemniter celebrabitur; ipsaque die et deinceps singulis annis, eadem die, in perpetuum, universis christifidelibus vere poenitentibus et confessis, ecclesiam ipsius hospitalis visitantibus, suffragabitur plenaria remissio omnium peccatorum, quam harum serie illis elargimur.

Facultas confratrum eligendi confessorem, cuiusque potestas.

§ 17. Confratresque ipsi et eorum singuli in Urbe existentes, etiam eadem die singulis annis confessorem poterunt eligere, qui, eorum confessionibus diligenter auditis, eos et eorum quemlibet, etiam in casibus Sedi praedictae reservatis, praeterquam superius exceptis, apostolica auctoritate absolvat, et eis poenitentiam iniungat salutarem.

Funera confratrum quomodo fenda.

§ 18. Et insuper ordinamus quod duo funebria pallia, alterum nigri coloris et auro contextum, pro praelatis et nobilibus; et alterum ex veluto etiam nigro pro clericis et laicis, quae eidem hospitali obtulimus, supra capsam in qua decedentium confratrum corpora ad sepulturam deferentur, ponantur, et in eodem hospitali conserventur. Item, in (1) uniuscuiusque cadaveris alicuius confratris defuncti, expensis quidem dicti hospitalis, aderunt faces XII et quatuor candelabra argentea condementia, quae etiam dicto hospitali obtulimus; et in cuiuslibet dictorum confratrum obitu seu sepultura, XVI erunt induti camisiis nigris, et fratres dicti, cum pallio, facibus et candelabris praedictis, dictum cadaver usque ad sepulturam associabunt.

Quae missae celebrandae sint pro confratribus vivis et defunctis.

§ 19. Item, statuimus quod perpetuo qualibet quinta feria per circulum anni, nisi solemne festum sit impedimento, quo adveniente, die praecedenti una missa *de Sancto Spiritu* cum collecta *pro peccatis* et pro omnibus confratribus tunc viventibus, ut omnipotens Deus illuminet

(1) Deest aliquid, forsitan sepultura (R. T.).

eorum mentes atque sua misericordia eis cuncta peccata indulgendo aboleat: et similiter secunda feria, et si festum impediatur, tertia vel alia feria, pro animabus omnium confratrum defunctorum celebretur alia missa solennis, cum pallio nigro supra arcam in medio ecclesiae locandam et quatuor luminaribus in eisdem quatuor candelabris argenteis. Volentes quod, quando aliquem confratrum eorumdem ab humanis decedere contigerit, quamprimum opportunitas se offeret, pro remedio eius animae specialiter celebretur una missa, adhibita solemnitate praedicta.

§ 20. Et quoniam ad manutentionem charitativae hospitalitatis pauperum et infirmorum aliarumque miserabilium personarum pro tempore confluentium ad hospitale praedictum, et, qui ad illud exponuntur, infantium utriusque sexus in numero copioso; conservationem quoque honorum et iurium eiusdem hospitalis, praesentia providi et timoratae conscientiae praeceptoris noscitur esse plurimum opportuna, motu, scientia et auctoritate praedictis, statuimus et ordinamus quod de caetero perpetuis futuris temporibus hospitale ipsum semper per proprium regatur praeceptorem, qui in illo resideat et, illius curae ac regimini pro posse diligenter intendens, per ipsum solita inibi exerceri faciat cum integritate opera charitatis; et nemini possit aut valeat hospitale ipsum commendari seu in administrationem concedi. Hortantes successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore erunt, ut, occurrente vacatione hospitalis eiusdem, de praeceptore idoneo studeant providere, per quem hospitalitas huiusmodi inibi decenter observetur, et iura ac bona eiusdem conserventur et angeantur in dies, et a concessione illius in commendam aut administrationem alicui, etiam S. R. E. cardinali, prorsus abstineant. Non ignari quod, si secus egerint, cum hospitale ipsum eorum curae specialiter sit commissum, et illius bona

Regimen hospitalis sit praecepti, qui semper resideat, et hospitale nulli commendetur.

sint pauperum, languentium et expositorum infantium, propter hoc, adhuc viventes, tam ipsi successores nostri, quam qui illud in commendam vel administrationem huiusmodi recipient et consentient eidem, omnipotentis Dei indignationem incurrunt; et praeter illa, quae permissione divina in hoc saeculo incommoda propterea indubitanter perferent, de huius nostri statuti transgressione, in extremo tremendo iudicio et districto examine animae, rationem reddere tenebuntur coram Deo. Quod enim nobis licere non patimur, eisdem nostris successoribus indicamus. Haec enim omnia infrascripta, per viscera misericordiae eiusdem Redemptoris, observari iniungimus; et observantibus sit pax et dilectio in Deum; infringentibus vero ex malitia, adsit eis indignatio usque ad condignam poenitentiam.

Clausulae praeservativae.

§ 21. Decernentes et declarantes nostrae intentionis esse, per quascumque similium gratiarum et indulgentiarum Ecclesiis et quibusvis collegiis seu confraternitatibus concessorum generales vel speciales suspensiones, per nos vel Sedem eandem hactenus factas, sub quibus forsitan praesentes literae et in illis contenta includi viderentur, et de caetero faciendas, praesentes literas et illarum effectum non suspendi, et in illis comprehendi non posse aut debere; sed omnia in eisdem literis contenta semper et inconcusse in suo robore permanere, ac irritum et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§ 22. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac literis apostolicis, necnon privilegiis et indultis quibusvis hospitalibus ac aliis Ecclesiis et locis sive collegiis et confraternitatibus per nos et Sedem eandem concessis hactenus et in posterum concedendis, quae (illis alias in suo robore permansuris), quatenus alicui praemissorum contrariarent, quoad hoc, viribus vacuumus, etiamsi de illis ac eo-

rum totis tenoribus specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio foret habenda, caeterisque contrariis quibuscumque. Et ut praesentium literarum et gratiarum tenor plenius omnibus innotescat, volumus quod dictus praeceptor praesentes literas et illarum transumptum authenticum in valvis dicti hospitalis singulis annis dicta secunda die solemnitatis Pentecostes affigi facere et affixas tenere debeat tota die.

Nulli ergo omnino hominum liceat etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, xii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 21 martii 1477, pontif. anno vi.

XVII (1).

Innovatio collegii abbreviatorum literarum apostolicarum, cum assignatione indulgentiarum et emolumentorum.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Pauli II de abbreviatoribus dispositiones. — 2. Ille autem Pontifex, post eius ad pontificatum electionem, eadem emolumenta alio modo distribuit. — 3. Sed, ob pestilentiam et bella, diminuta fuerunt emolumenta abbreviatorum, et solutio iuxta dictam distributionem minime executioni demandata fuit. — 4. Ille ideo Pont. statum collegii abbreviatorum innovat, cum ordinationibus infrascriptis. — 5. Abbreviatores sint numero 72. — 6. Officia ipsorum compatibilia sint cum aliis Curiae officiis. — 7. Probi viri eligantur in abbreviatores. — 8. Habitum, prout scriptores apostolici, deferant. Admittantur abbreviatores, primo ad minorem, postea ad maiorem parvam, extraneis exclusis. — 9. Emolumenta eis assignantur. — 10. Exigendique modum praefinit Pont. — 11. Distributionem quoque eorundem emolumentorum decernit.

(1) Haec bulla sub num. XIX in Rom. Edit. habetur (R. T.).

— 12. Eximit a solutione eorum familiares ipsius Papae et vicecancellarii et etiam specialiter privilegiatos. — 13. Supplicationes Papae, deferantur omnes per magistros registri ad vicecancellarium, qui eas distribuat abbreviatoribus. — 14. Quibus, pro examine dictarum literarum, praemium detur. — 15. Et etiam pro correctione minutae, etc. — 16. Cappellam habeant abbreviatores, ubi, singulis diebus cancellariae, missam audiant. — 17. In admissione ad officium, solvant iocalia. — 18. Officia eorum resignabilia sint. — 19. Abbreviatores indultis omnibus scriptorum apost. perfruuntur. — 20. Collegium statuta propria condere possit. — 21. Transumptis huius bullae et privilegiorum apostolicorum credatur. — 22. Abbreviatores laici matrimonium contrahere possunt. — 23. Literae apostolicae per Cameram expediendae, ab ipsis abbreviatoribus non signatae nullae sint. — 24. Vicesgerens Cancellariae vicecancellario deputatur, eique emolumenta hic assignantur. — 25. Officia 21 abbreviatorum spectant ad collationem vicecancellarii. — 26. Clausulae praeservativae. — 27. Reliqua praedicta officia collationi Pontificis reservantur. — 28. Praeceptum praefati omnia observandi. — 29. Vicecancellarius met executor deputatur. — 30. Clausulae praeservativae. — 31. Clausulae derogativae.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Prooemium.

Divina aeterna Dei sapientia, quae in sui dispositione non fallitur, non solum superiora, sed etiam inferiora et humana ea ordinatione et ratione perfecta et varietate decora disponit et ordinat, ut singula quaeque, operatione diversa, mutua tamen caritate et aequitate inter se coniuncta esse videantur, et nulli ex rebus in supernis terrenisque ministeriis ordinatis suos terminos egredi liceret: qua consideratione praedecessores nostri Romani Pontifices (ut verisimiliter credi potest) inducti, ad quaeque, certa ratione iubente, in primis Ecclesiam Dei universam, cuius caput Romana Ecclesia esse dignoscitur, legibus, constitutionibus, moribus et decretis sum-

ma diligentia, vigilantia indefessa et ordinatione irreprehensibili, dirigere, instituere et stabilire conati sunt. Quorum vestigia, quantum a nobis fieri potest, una cum fratribus nostris imitari satagentes, prolapsa reducere, excessiva corrigere, defectus supplere, errata emendare et omnia ad probatissimum ordinem et semitam rectam perducere omni studio provigilamus, sperantes in Eo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum affluenter procedit, quod conatus nostros adiuvare conabitur (1).

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Paulus Papa secundus, praedecessor noster, tempore suae assumptionis ad apostolatus apicem, quamdam ordinationem per recolendae memoriae Pium Papam II, etiam praedecessorem nostrum, de septuaginta abbreviatoribus literarum apostolicarum, certis de causis factam et ordinatam, ex aliis causis iustis et honestis tunc animum praedicti Pauli praedecessoris moventibus, eisdem abbreviatoribus de certis pecuniis, pro necessitate dicti Pii praedecessoris ac eiusdem Romanae Ecclesiae, et provisione contra turcas tunc imminente, persolutis, integra prius restitutione facta, revocavit et annullavit; et assignata certa portione emolumentorum officii Abbreviatoriae, scilicet venerabili fratri nostro Roderico episcopo Portuen., tunc Sancti Nicolai in Carcere diacono cardinali, Sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, pro quibusdam familiaribus suis, iuxta arbitrium dicti vicecancellarii; necnon viginti ducatos auri de Camera cuilibet ex dilectis filiis duodecim abbreviatoribus de parco maiori, residuum vero, quod inde supereresebat, in alios usus convertit.

§ 2. Nos vero, qui, dicto Paulo praedecessore, sicut Domino placuit, de medio sublato, fuimus, divina favente clementia,

(1) Legendum forsitan *dignabitur* (n. r.).

(2) Paulus II institutionem a Pio II de septuaginta abbreviatoribus factam restituta eis pecunia, revocavit, et eorum emolumenta in certos eius usus convertit. Sed eorum bullas, uti minus necessarias, praetern.

Pauli II de abbreviatoribus dispositiones (2).

Hic autem Pontifex, post eius ad pontificatum electionem, ea-

dem emolumentum
 talis modo dis-
 tribuit;

in Sede Petri collocati, existimantes decere Romanum Pontificem omni tempore, et praecipue in assumptione sui apostolatus, magna liberalitate uti, dictam partem quam praedictus Paulus praedecessor in alios usus convertibat, dicto vicecancellario et locumtenenti suo, ac referendario commissionem, ne non eisdem de parco maiori, ac diversis, tam abbreviatoribus quam aliis curialibus, nostris quoque et venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium familiaribus, ad arbitrium et discretionem dicti Roderici vicecancellarii distribuendam libenter remisimus et condonavimus. Quae quidem donatio, additis quinque florenis similibus pro quolibet ex dictis abbreviatoribus de maiori praesidentia, per septem annos continuos integraliter et sine diminutione effectum sortita extitit. Quae quidem omnia sic per vicecancellarium distributa et compensata, rata et grata habuimus, quemadmodum etiam tenore praesentium approbamus et approbata esse volumus.

§ 3. Nuper vero, propter pestilentiam, quae urbem Romanam et loca circumvicina aestate proxima vexavit, et propter arma bellica, quae necessario, licet inviti, contra hostes Ecclesiae suscipere coacti fuimus, et ob varias temporum difficultates, cessantibus et diminutis magna ex parte emolumentis et proventibus officii Abbreviatoriae huiusmodi, cum aliis abbreviatoribus huiusmodi emolumenta in Cancellaria percipere consuetis non fuerint a quibusdam mensibus citra stabilita salaria persoluta universa, clamores, iurgia ac quamplurimae querelae ad nos prolatae fuerint.

§ 4. Nos igitur, considerantes quod si aliquis certus abbreviatorum numerus, sub iustis et honestis conditionibus, habita etiam personarum consideratione, institueretur, per quos negotia Cancellariae Apostolicae expedirentur, et ordo debitus in expeditione literarum apostolicarum rectius observaretur; ipsique abbreviatores, hono-

re praemioque allecti, adhibita exercitatione, peritiores in futurum efficerentur, ex quo Apostolicae Sedis et Cancellariae praedictae honori atque auctoritati et partium commoditati magis consulere; super iis cum Roderico vicecancellario et aliis fratribus nostris praedictis communicato consilio, de praefati Roderici et fratrum nostrorum eorundem consensu, omnes et singulas portiones et assignationes dictorum emolumentorum, ac aliorum quorumcumque dispositionem, quas, tam dictus Rodericus vicecancellarius quam eius locumtenens et referendarius commissionum, et alii omnes, tam de prima praesidentia quam de minori parco, et alii in certis rotulis descripti et describi soliti, haecenus perceperunt; ac omnia et singula constitutiones, ordinationes, dispositiones, concessionem, statuta, privilegia et indulta apostolica quaecumque a nobis seu praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sub quibuscumque verborum formis et expressionibus, cum quibuscumque, etiam fortioribus et insolitis, ac derogatoriis clausulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, super praemissis portionibus et earum assignationibus haecenus emanata, et praesentibus literis nostris et eorum effectui quomodolibet contraria, quae praesentibus haberi volumus pro expressis, cassantes, irritantes, suppressantes et penitus extinguentes, ac pro nullis et infectis haberi volentes, de dictis officiis et emolumentis Abbreviatoriae, ordinationem facimus infrascriptam; quam perpetuo futuris temporibus stabilem esse, et ab omnibus inviolabiliter observari volumus et mandamus.

§ 5. In primis, suffragante Divino Spiritu et conscientiae puritate, praevia auctoritate apostolica, tenore praesentium,

(1) Videlicet duodecim praesidentes de parco maiori, vigintiduo de parco minori, et reliqui examinatores sint literarum apost. Quoad primos abbreviatores, aliqua privilegia sunt concessa a Paulo II.

Sed, ob pestilentiam et bella, diminuta fuerunt emolumenta abbreviatorum, et solutio iuxta dictam distributionem minime executioni demandata fuit.

Hic ideo Pontifex statum collegii abbreviatorum innovat, cum ordinationibus infrascriptis.

Abbreviatores
 sint num. 72 (1).

de expresso dictorum fratrum consilio et assensu ac plenitudine potestatis, hac irrefragabili constitutione statuimus, decernimus et ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus, in Cancellaria Apostolica praeter alios eiusdem officiales, sint et esse debeant septuaginta duo abbreviatores dumtaxat, inter quos duodecim praesidentes de parco maiori; viginti duo de parco minori; reliqui vero examinantes literas in prima visione abbreviatores nuncupentur et existant, et unum collegium invicem constituent. Praeter quos nulli liceat, in huiusmodi Abbreviatoriae officio, literas apostolicas signare; qui Romano Pontifici et ipsi Roderico ac vicecancellario pro tempore existenti dumtaxat, et nemini alteri subsint.

Officia ipsorum computab. sint cum aliis Curiae aliter.

§ 6. Et eorundem septuaginta duorum abbreviatorum officia, cum quibusvis aliis officiis Romanae Curiae et Cancellariae Apostolicae praedictarum incompatibilia nullatenus censeantur, sed possint per unum et eundem cum quibusvis etiam pluribus aliis officiis dictae Curiae, absque indulto et dispensatione qualibet, libere retineri.

Probi viri eligantur in abbreviatores.

§ 7. Nec admittantur ad illa nisi probi viri et in aetate decenti constituti, ac in officio Abbreviatoriae instructi, vel, si qui sint idonei et apti, ad hoc instruantur.

Habitu, prout scriptores apostol., deferant.

§ 8. Habitu honestum ad instar scriptorum deferentes et secundum eorum et cuiuslibet ipsorum sufficientiam, occurrente vacatione, ad primum examen, et de primo examine, sive de prima visione, ad minorem parcum, et de illo ad praesidentiam de parco maiori, alias iuxta ordinationem piae mem. Benedicti Papae XII et Callisti III, Romanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum, assumantur; et in assumptione locorum pro tempore vacantium quibusvis aliis, qui de illo collegio non forent, ceteris paribus, praeferantur.

Admittantur abbreviatores primo ad annum, postea ad maiorem parcum, extraneis exclusis.

Emolumenta eis assignantur.

§ 9. Et quod emolumenta dictorum abbreviatorum sint una taxa aequalis taxae, quae datur pro grossa dictarum literarum

apostolicarum scriptoribus pro quibusvis literis, quas per Cancellariam eandem aut Cameram, sen alias quomodolibet pro tempore expediri contingit, cum supplicatione et sine, etiam pro consistorialibus Ecclesiarum et monasteriorum, aut aliorum quorumcumque beneficiorum, absque tamen nostrorum et dictae Sedis notariorum de numero participantium existentium, ac eiusdem Cancellariae senescallii pro tempore existentis, ac ipsius senescalliae provisionibus, praedictis et illas concernentibus literis, sive supplicatione de iustitia communiter appellatis, ac per dilectos filios secretarios nostros de emolumentis Cancellariae praedictae participantibus expedire, debitis et consuetis dumtaxat exceptis.

§ 10. Et exigantur in communi per tres ex dictis abbreviatoribus, quorum unus per abbreviatores maioris praesidentiae secundum ordinem eorum; alii vero duo per reliquos abbreviatores cum onere tenendi tres libros computorum, singulis mensibus, cum salariis de parco maiori, quinque; pro aliis vero duobus deputandis, trium florenorum similium pro quolibet ipsorum duorum deputentur et colligantur, et in ipsis libris more solito fideliter annotentur, iuramento per ipsos praestito in manibus vicecancellarii vel eius locumtenentis de fideliter exercendo officium suum et de collecta pecunia integre persolvenda et reddenda, dimissis pro labore abbreviatorum grossis quinque, prout haecenus consuetum fuit: qua summa quinque grossorum contenti esse debeant, et nihil ultra percipere, declarantes et volentes quod pecuniae ipsae sic collectae, in primo mense, apud illum de maiori parco; in aliis vero duobus mensibus, apud ipsos duos alios, ut supra deputatos a collegio, successive remaneant et fideliter conserventur.

Exigendi modum praefinit.

§ 11. Et in fine cuiuslibet mensis distributiones et emolumenta praedicta per ipsos receptores diligenter et fideliter,

Distributionem quoque eorumdem emolumentorum decernit.

deductis salariis et aliis oneribus pro tempore, taliter dividantur et assignentur. Videlicet ex omnibus pecuniis, ut supra collectis, quilibet de parco maiori, unam et dimidiam; et singuli ex aliis, unam tantum partem habeant: ut puta si quilibet ex aliis, praeterquam de parco maiori, sex singuli; de maiori praesidentia abbreviatores praefati, novem florenos percipiant. Mandantes de mense in mensem praedictum ordinem et modum, in colligendis, servandis et distribuendis pecuniis ipsis, fideliter et inviolabiliter continuari et observari debere.

§ 12. Nec, praetextu cuiusvis mandati de expediendo huiusmodi literas gratis et in officio eorundem abbreviatorum, quavis consideratione per nos et Sedem Apostolicam, etiam motu proprio et ex certa scientia et sub quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis seu pecuniariis pro tempore concessi, ab huiusmodi taxae exactione abstinere, et mandatis huiusmodi parere teneantur quoquo modo; nec sub censuris praedictis vigore dictorum mandatorum comprehendantur, praeterquam nostrorum et dicti Roderici et pro tempore existentis vicecancellarii familiarium, continuorum commensalium ac illorum qui, ex privilegiis hactenus observatis vel consuetudine, gratis expedire consueverunt.

§ 13. Supplicationes quoque per nos et successores nostros Romanos Pontifices, in nostra vel eorum praesentia, seu alias quomodolibet signatae, per magistros et clericos registri earundem, sub excommunicationis latae sententiae et officiorum, quae in eodem registro obtinent privationis poena eo ipso incurrenda, ad praedictum Rodericum episcopum et pro tempore existentem vicecancellarium vel, eius in absentia, dicti vicecancellarii locumtenentem deferantur; et per eum, si hoc facere voluerit, vel per distributorem per dictum vicecancellarium pro tempore ex numero dictorum septuaginta duorum deputatum, cum salario sex ducatorum similium, iuxta

rerum difficultates et materiarum exigentiam, sub excommunicationis poena et dicti salarii sui privatione, dictis septuaginta duobus abbreviatoribus et non alii, servata iustitia et aequalitate, iuxta formam perceptionis emolumentorum, videlicet quando uni ex aliis duae; abbreviatori de prima praesidentia, tres tantum supplicationes distribuuntur; et abbreviatoribus, quibus distributae fuerint, omni fraude et dolo cessantibus, consignentur, descriptis prius et annotatis dictis distributionibus in duobus libellis per ipsum distributorem deputatum, quorum unum in domo dicti vicecancellarii, ubi Cancellaria pro tempore tenetur, ut omnibus patere possit, alterum apud se tenere et conservare debeat; declarato tamen quod ipse distributor pro tempore sibi ipsi minime distribuere possit.

§ 14. Et ut abbreviatores ipsi, tam de parco minori, quam de prima visione, ad huiusmodi exercitium, examinandi literas in prima visione, digne et laudabiliter exequendum, facilius alliciantur, quod de qualibet litera, quam in prima visione examinaverint, unum turonem accipere possint et habere debeant pro labore, ita tamen quod gratiosae et executoriae desuper literae, quoad hoc, pro una bulla reputentur, et unus dumtaxat grossus duobus ex eis illas signantibus exolvatur.

§ 15. Item statuimus et ordinamus quod nullus dictorum abbreviatorum, tam maioris quam minoris praesidentiae, ab aliquo abbreviatore minutas suas per se conficiente, nisi minuta ipsa sit omnino male composita vel difficilis admodum correctionis, pro correctione cuiuslibet minutae et illius iudicatura ac expeditione, ultra tres grossos recipere non debeat. Ita tamen quod expeditio eius non audeatur quovis modo sine rationabili causa recusare; et tam literae gratiosae, quam executoriae, ut sunt, pro unica minuta et expeditione computentur. De provisionibus vero consistorialibus, consuetum duorum similium florenorum, de taxa ipsius Ab-

Eximit a solutione eorum familiares ipsius Papae et vicecancellarii et etiam specialiter privilegiatos.

Supplicationes Papae, deferantur omnes per magistros registri ad vicecancellarium, qui eas distribuat abbreviatoribus,

Quibus pro examine dictarum literarum praemium datur.

Et etiam pro correctione minutae etc.

breviatoriae, ut supra solvenda, excompun-
tandorum, abbreviatores de prima praesi-
dencia praefati, pro ipsorum minutis et
expeditione, percipient salarium.

Cappellam ha-
beant abbrevia-
tores, ubi sin-
gulis dieb. can-
cellariae nisi-
sam audiant.

§ 16. Et quia sine divina gratia nihil
feliciter procedere potest, ad illam impe-
trandam, quod omnes abbreviatores de
numero septuaginta duorum huiusmodi
habeant unam cappellam et altare portatile,
super quo in domo vicecancellarii, in loco
ad hoc congruo et honesto, missam om-
nibus diebus quibus ipsa cancellaria te-
nebitur, cum collecta semper pro Romano
Pontifice, quae incipit: *Deus, omnium fide-
lium pastor et rector, famulum tuum Six-
tum etc.*, celebrari faciant.

In admissione
ad officium, sel-
vant inedia ut
hic.

§ 17. Quodque abbreviatoribus, qui, ce-
dentibus vel decedentibus aliquibus ex
infrascriptis, quos in abbreviatores litera-
rum praedictarum hac vice una cum Ro-
derico vicecancellario recipimus, et collegio
praedicto, iuxta ordinem descriptionis eor-
um, quae infra fiet, aggregamus, et aliis
eorum loca et officia alias quomodolibet
dimittentibus, illi qui ad collegium ipsum,
loco cedentium vel decedentium aut di-
mittentium admittentur, quatuor florenos
auri de Camera pro dicta cappella, seu
cappellano; et praeter illos, pro iocalibus et
eorum receptione ad officium ipsum, du-
catos sex, quorum duos vicecancellarius,
et reliquos quatuor ducatos distributor et
deputati praefati ad pecunias colligendas,
similiter quilibet unum recipiat. Et simi-
liter pro concessione eiusdem officii, quam
a nobis vel Sede Apostolica vel vicecan-
cellario, pro officiis quae ad eius dispo-
sitionem spectabant, obtinebunt, dum per
liberam resignationem illa obtinentium
vacabunt, medietatem eius, quod pro simili
concessione officii scriptoriae scriptores
persolvunt, Romano Pontifici aut vice-
cancellario, a quo concessionem ipsam habe-
bunt, idest florenos similes quinquaginta
dumtaxat solvere et non ultra teneantur.

§ 18. Et tam illi, quam primitus ad-
missi, etiam de eadem maiori praesidentia,

de eorum emolumentis et officiis, prout
scriptores huiusmodi de suis disponunt,
disponere, illaque resignare libere et licite
possint: nosque et successores nostri, ac
ipse Rodericus et vicecancellarius pro
tempore existentes, resignationes sive ces-
siones huiusmodi admittere, et illis, in quo-
rum favores resignationes sive cessiones
ipsae factae fuerint, de huiusmodi officiis
providere teneamur.

Officia eorum
resignabit. sint.

§ 19. Et insuper, quod omnes et singuli, tam praesidentiae quam de maiori
parco et ordinarii abbreviatores huiusmodi,
omnibus et singulis constitutionibus, statu-
tis, ordinationibus, privilegiis, gratiis,
immunitatibus, exemptionibus, libertati-
bus, declarationibus, praerogativis, ante-
lationibus, concessionibus, favoribus et
indultis quibuscumque gaudeant, potian-
tur et utantur pariformiter et absque ulla
differentia, sicuti dictarum literarum scri-
ptores praefati, etiam quoad hoc, ut fa-
miliares nostri et successorum nostrorum
Romanorum Pontificum perpetuo, et in
quibuscumque literis apostolicis tales etiam
magistri nominentur et pro talibus ubili-
bet habeantur: et literae apostolicae, gra-
tiam et iustitiam concernentes, pro duo-
decim praesidentibus de parco maiori,
iuxta eorum privilegia; pro dictis vero de
novo creatis sexaginta abbreviatoribus, gra-
tis etiam in omnibus officiis, pro personis
ipsorum dumtaxat, expediantur, sicut et
eo modo quo expediuntur literae eorum-
dem scriptorum; et extendentes ea omnia
ad praefatos septuaginta duos abbrevia-
tores, et mandantes, et sub poenis et cen-
suris in illis contentis, etiam quoad prae-
dictos septuaginta duos abbreviatores, fir-
miter observari in omnibus et per omnia,
ac si illa dictis septuaginta duobus abbrevi-
atoribus de verbo ad verbum concessa
forent.

Abbreviatores
indultis omni-
bus scriptorum
apost. perfru-
untur.

§ 20. Concedentes insuper plenam et
liberam facultatem, ac de uberioris dono
gratiae indulgemus, dictorum septuaginta
duorum abbreviatorum collegio, statuta et

Collegium
statuta propria
condere possit.

ordinationes ac quaecumque alia ipsius collegii et abbreviatorum eorundem commodum, decus, quietem et directionem pro tempore concernentia condendi et ordinandi. Decernentes harum serie huiusmodi ipsorum abbreviatorum ordinationes et statuta (licita tamen et honesta), pro tempore facta, plenam roboris firmitatem perpetuis futuris temporibus obtinere, et ab ipsis omnibus firmiter observari debere.

§ 21. Et quod transumpta sive tenor praesentium literarum et cuiuslibet partis earundem et privilegiorum scriptorum praedictorum, pari modo quo tenor literarum Cancellariae indigentibus detur, et illi stetur in iudicio et extra, prout tenori literarum earundem stari consuevit.

§ 22. Liceatque singulis abbreviatoribus praedictis in sacris ordinibus non constitutis, pro tempore existentibus, matrimonium, etiam cum viduis, absque ulla dispensatione seu licentia Sedis praedictae, libere contrahere.

§ 25. Porro, quia taxae literarum apostolicarum, quae expediuntur per Camerae, praefati septuaginta duo abbreviatores notitiam forsan habere non poterunt plenariam, volumus quod literae praedictae, de quibus taxa huiusmodi solvenda esset, in (1) subscriptione infra plicam bullae, circa medium, per duos correctores pro tempore deputatos expeditae, viribus careant. Districtius inhibentes tam referendariis, secretariis, plumbatoribus, registratoribus, magistris in registro, scribis et notariis etiam Camerae Apostolicae, quam aliis quibuscumque officialibus nostris et dictae Sedis pro tempore existentibus, sub excommunicationis latae sententiae, a qua absolvi non possint nisi per Romanum Pontificem et in mortis articulo constituti, satisfactione praevia, et emolumentorum suorum officiorum privationis, poenis, ut literas huiusmodi sic, ut praefertur, non signatas nullatenus ad-

mittant sive expediant, sed illas illico ad deputatos praedictos signandas remittant.

§ 24. Et cum praedictus Rodericus episcopus et vicecancellarius, qui eiusdem Ecclesiae vicecancellariatus officium multis annis eximia virtute, solertissima diligentia laudabiliter gubernavit, et Ecclesiam ipsam pluries, etiam propriis facultatibus non parcendo, adjuvit; ac cuius personam, ob eius praeclara merita in nos et dietam Sedem collata, etiam in hac temporum difficultate, aliis in rebus, prout nobis et eisdem venerabilibus fratribus nostris iustum visum est, per amplius recompensare intendamus, pro nunc, ne tamen ex ordinatione huiusmodi, in quam ipse, ut praefertur, consensit, nimium dispendium patiatur, eius indemnitati aliquantulum consulere volentes; et ne pro eo, quia ad eundem Rodericum episcopum et vicecancellarium, etiam ex concessione nostra, omnium dictae Cancellariae officiorum, Correctoriae et scriptorum ipsarum literarum necnon notariorum eiusdem Sedis officii dumtaxat exceptis, libera dispositio pertinere dignoscatur, contingat in dubium revocari an ipse de huiusmodi Abbreviatoriae officii, utpote noviter modo praedicto per nos ordinatis, post factam sibi per nos concessionem praedictam disponere debeat, providere volentes, de similibus consilio et assensu fratrum praedictorum, volumus, et auctoritate praedicta etiam statuimus et ordinamus quod ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii in Cancellaria praedicta locumtenens, qui expeditioni earundem literarum vacat, et ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii plerumque ad hoc vacare impediti, in qua expeditione vices gerit unus ex referendariis causarum commissionum, qui commissiones ipsas examinat diligenter, et illarum vim et effectum eidem Roderico episcopo et vicecancellario fideliter refert, et de eius nomine et vice nonnumquam signat, et signatarum per nos commissionum seu in praesentia nostra et pro tem-

Vicegerens
Cancellar. vice-
cancell. deputat.
eique emolumenta hic
adsignatur.

Transumpt. bullae et privilegior. apostolicor. creditur.

Abbreviatores laici matrimonium contrahere possunt.

Litterae apostolicae per Camerae expediendae, ab ipsis abbreviatoribus non signatae, nullae sunt (1).

(1) Hoc idem decrevit Leo X, et poenas earum sollicitatoribus, eisque utentibus imposuit.

(2) Leg. sine loco in (n. r.).

pore existentis Romani Pontificis signaturas extendit, nunc et pro tempore existens, alium ex dictis septuaginta duobus Abbreviatoriae officii pro quolibet eorum obtineant, et percipiant unam pro quolibet portionem emolumentorum eorumdem aequalem aliis portionibus aliorum, praeterquam de prima praesidentia abbreviatorum praedictorum; possintque ab officio et emolumentorum perceptione huiusmodi pro solo ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii aut alterius ad hoc ab eo specialiter deputati nutu amoveri, et alii eorum loco subrogari toties quoties sibi videbitur et placebit.

Officiis 99 abbreviatorum, spectant ad collationem vicecancellarii.

§ 25. Et quod dilectorum filiorum magistrorum Ioannis de Borgia, correctoris, Nicolai de Caste, Ferrarii de Galbis, Gregorii de Puteo, Nicolai Bregeo et Alberti Roe, modo sex de maiori praesidentia, ac de minori parvo septem, scilicet Lodovici Podocatel, Laurentii de Muchiis, Ioannis Andreae de Regio, Iacobi de Botafoco, Stephani de Caciis, Ioannis Victor et Francisci de Arianis de Parma; necnon octo examinantium in prima visione, scilicet Francisci de Maximis, Hieronymi Pauli, Iacobi Fiella, Ioannis de Rio, Petri Leopardi, Iacobi Casanova, Ioannis Copis et Francisci Gaseti, abbreviatorum eorumdem literarum, Abbreviatoriae officia et loca, dum per cessum vel decessum aut promotionem, privationem seu quamvis aliam dimissionem praedictorum et aliorum quorumcumque, qui officia et loca ipsa pro tempore obtinebunt, ad liberam ipsius Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem pertineant; possitque et debeat ipse Rodericus episcopus et pro tempore existens vicecancellarius, aut per eum ad hoc specialiter deputatus, illorum resignationem recipere et admittere, ac per suas literas suo sigillo pendente munitas, de illis, dum pro tempore qualitercumque vacaverint, per seipsum seu eius locumtenentem, seu ad hoc ab eo speciale mandatum habentem,

personas idoneas providere; et, exigentibus personarum meritis et sufficientia, super earundem personarum, quibus ipse providerit de huiusmodi officii et locis, requisitarum qualitatum defectibus, cum sibi placuerit aut deputandis huiusmodi, dispensare cum eisdem personis ad ipsa officia et loca obtinenda. Non obstantibus praedictorum Benedicti et Callisti literis praefatis super habilitate; et illi, quibus de eisdem officii et locis ipse Rodericus episcopus et pro tempore existens vicecancellarius seu deputati duxerint suis literis providendum, ad officia et loca ipsa, absque aliqua alia provisione, recipiantur et admittantur. Ita quod dictae literae praedicti Roderici episcopi seu ad hoc ab eis specialiter deputati vel pro tempore existentis vicecancellarii, quas, absque aliarum literarum apostolicarum desuper conficiendarum expeditione, perpetuae firmitatis robur obtinere decernimus, iis quibus officia ipsa et loca concesserit et assignaverit, plenissime et per omnia valeant et suffragentur, ac si super iis officii et locis literae apostolicae confectae et expeditae fuissent. Quodque recepti ad officia et loca, ad quae recepti fuerint, suo ordine collocentur. Sicque continuo per ipsum Rodericum episcopum et pro tempore existentem vicecancellarium, absque contradictione qualibet, observetur.

§ 26. Decernentes, de similibus consilio et assensu fratrum praedictorum, quidquid seorsus super iis ad praedicti Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem, ut praemittitur, spectantibus officii, et a nobis aut successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, absque expresso praedicti Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii consensu, contigerit attentari, irritum et inane, nulliusque roboris vel momenti existere.

§ 27. Reliquorum vero, quorum nomina et cognomina, etc., et eorum loco, per quaecumque vacationem seu aliam dimis-

Clausulae praeservativae.

Reliqua praedicta officia collationi Pontificis reservantur.

sionem, ad huiusmodi officia, substituentium officiorum et locorum Abbreviatoriae et literarum huiusmodi dispositio ad nos et pro tempore existentem Romanum Pontificem pertineat. Ita ut idem Rodericus episcopus et vicecancellarius, etiam praetextu per nos sibi dudum generaliter concessae facultatis praedictae disponendi de locis ac officiis Cancellariae praedictae, de ipsorum reliquorum Abbreviatoriae officiorum ad nos, ut praefertur, pertinentium, dum vacabunt, dispositione se nequeat impedire. Non intendentes tamen facultati praedictae propter hoc, ex eo quod ipse Rodericus episcopus et vicecancellarius ea forsitan haecenus usus non foret, in aliquo derogatum censeretur, imo licere sibi, cum voluerit, ea, quam praesentium tenore sibi, pro potiori cautelae suffragio, iuxta literarum nostrarum desuper continentiam atque formam, de eorundem fratrum consilio et assensu, etiam de novo ad veriore cautela concedimus, cum sibi placuerit, libere uti.

Praecepta praefata omnia observandi.

§ 28. Et ut praemissa omnia, saltem metu poenae, firmiter et validius observentur, omnibus et singulis, quos praesens tangit negotium, etiam sub poena excommunicationis, praecipimus et mandamus quatenus praemissa omnia et singula, prout superius continentur, sublata eis quacumque aliter interpretandi facultate et auctoritate, inviolabiliter observent.

Vicecancellarius et executor deputatur.

§ 29. Mandantes ipsi Roderico episcopo et pro tempore existenti vicecancellario, ut omnia praedicta, sub poenis arbitrio suo ferendis, faciat ab omnibus inviolabiliter observari.

Clausulae praeservativae.

§ 30. Decernentes praesentibus nostris literis et earum singulis clausulis per quascumque alias literas seu mandata apostolica nullatenus in aliquo derogatum esse censeretur, nisi literae et mandata derogatoria huiusmodi consistorialiter, de simili fratrum nostrorum consensu, fuerint expedita.

§ 31. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

Clausulae derogatoriae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, tertio idus ianuarii, pontificatus nostri anno viii (1).

Dat. die 11 ianuarii 1478, pont. anno vii.

XVIII (2).

De observantia Aegidianarum seu Provinciae Marchiae constitutionum in toto Statu ecclesiastico locisque ei immediate subiectis, et de reformatione rectorum civitatum provinciarumque dicti Status (3).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Ille Pont. commissarios destinavit ad inquirendum de vita et moribus officialium et gubernatorum extra Curiam. — 2. Et modo ipsis officialibus praecipit observantiam constitutionum Aegidianarum cum earum declarationibus. — 3. Pontificum nonnullorum bullae contra homicidas. — 4. Pro collatione officiorum percipiant quod constitutionibus est taxatum, et desuper non paciscantur. — 5. Circa notarii mercedem, servent taxam. — 6. Et gubernatores circa viagia iudicum nihil participant et servent constitutionem. — 7. Processus non circumducant. — 8. Non impediunt mulctas pervenire ad manus thesaurarii. — 9. Causas in prima instantia non avocent etc. — 10. In causis a Sede Apost. eis commissis nihil recipiant. — 11. Iussio quotannis publicandi hanc bullam. — 12. Extensio constit. Aegidianarum ad Urbem et totum

(1) Legendum anno vii (r. t.). (2) Haec sub num. xvii in Rom. Editione habetur (r. t.). (3) Has Aegidianas edidit Aegidius cardinalis, de quo supra in Constit. Innoc. VI, *Cum onus*, tom. iv, pag. 505. — De praedictorum auctoritate rectorum et officialium reformatione, inspice sup. Constit. in Pauli II, *Munera*, pag. 184 huius tomi.

Statum ecclesiasticum. — 13. Clausulae derogatoriae.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proamiam.

Etsi cunctorum christifidelium prosperis successibus assuetae pietatis officio cogitare teneamur, de incolarum tamen provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum et locorum temporali dominio Romanae Ecclesiae immediate subiectorum prospero et felici regimine tanto propensiorum curam gerere, et ad illorum regimen deputatorum pro tempore officialium vitam, ritus et mores solertiori cura ordinare debemus, quanto illorum cura specialius nobis immediate dignoscitur esse commissa, nosque eos, utpote peculiare dictae Ecclesiae filios, prae ceteris gerimus in visceribus charitatis.

Die Pontifex commissar. destinavit ad inquirend. de vita et moribus officialium et gubernatorum extra Curiam

§ 1. Dudum siquidem, cum ad aures nostras pervenisset quod nonnulli ex praesidentibus provinciis, civitatibus, terris, castris et locis praefatae Ecclesiae immediate subiectis, et in eis magistratus pro nobis et eadem Ecclesia gerentes, ac alii officiales, propriae salutis oblitum, variisque affectibus praepediti, nonnulla committere non expaverant, quae in opprobrium praefatae Ecclesiae, ac subditorum nostrorum damnum pariter et iacturam, redundare nosebantur: nos tunc nonnullos viros probos, ex multis electos, syndicos et commissarios ad inquirendum de vita, moribus et regimine gubernatorum et aliorum officialium quorumcumque in provinciis, civitatibus, terris, castris et locis praedictis, quaevis officia exercentium et quocumque nomine nuncupatorum, ac quavis dignitate et honore fungentium, et audiendum querelas omnium et singulorum de eis palam vel secreta conqueri volentium, et nobis quae invenirent fideliter referendum, ad universas provincias, civitates, terras, castra et loca praedicta duximus destinandos. Ex quorum postmo-

dum relatione fideli cognovimus legatos, etiam de latere, gubernatores, potestates, rectores et alios officiales, tunc et pro tempore deputatos in provinciis, civitatibus, terris, castris et locis praedictis, in multis, a iure communi et tradita eis norma, forma et ordine per provinciales confirmationes a Summis Pontificibus praedecessoribus nostris et legatis, qui in provinciis ipsis pro tempore fuerint, circa suorum officiorum executionem deviasse et deviare, prout nobis relatum fuerat ante missionem syndicorum eorundem.

§ 2. Cupientes igitur, emendatis praeteritis, ne talia perpetrentur in posterum, pro posse, opportunum adhibere remedium, haec salubri in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus quod qui nunc sunt et pro tempore erunt in provinciis, civitatibus, terris, castris et locis praedictis deputati legati, etiam de latere, gubernatores et eorum locumtenentes, teneantur et debeant firmiter et inviolabiliter observare, et (quantum in eis est) per alios, ad quos spectat, tenaciter observari facere omnes et singulas provinciales constitutiones praedictas a Summis Pontificibus praedecessoribus nostris ac legatis, ut praefertur, editas dudum per bonae memoriae Aegidium episcopum Sabinensem, in eisdem provinciis, civitatibus, terris, castris et locis Apostolicae Sedis legatum, in unum volumen in sex libros distinctum collectas et redactas, eum additionibus, modificationibus et correctionibus, quae desuper emanarunt a bonae memoriae Gabriele, tituli S. Clementis, presbytero cardinali et inelyto episcopo Albanensi, ac Philippo episcopo Portuensi, tunc tituli Sanctae Susannae, presbytero cardinali, et Ioanne, tituli Sancti Clementis, etiam presbytero cardinali, in provincia nostra Marchiae Anconitanae, dictae Sedis successive legatis, et a nobis nostrisque successoribus Romanis Pontificibus pro tempore emanabant, et praesertim sub quintadecima, de prohibitione

Et modo ipsa officialibus praecipit observantiam constitutionum Aegidianarum cum eorum declarationibus.

compositionis super homicidio; et sextadecima immediate sequenti, de prohibitione cassationis processuum sine thesaurario; ac decima octava, quod nullus gratis ad instantiam alicuius officialis debeat aliquid portare, in primo; necnon sub quarta, de vita ac honestate ac habitatione rectoris ac suorum officialium, maxime dum inhibet officialibus ne, ultra exigentiam victus, victualia emant a subditis et eum nostris modificationibus infrascriptis; sub undecima, de officio et mercede notariorum Camerae, rectoris, et sigilli; ac tridecima, de solutionibus notarii thesaurarii; necnon quintadecima, de sigillis pertinentibus ad hancum et eorum solutionibus, in secundo libro dicti voluminis; et sub undecima, de mercede notariorum per scriptores; et ultima, contra homicidas, rubricis, inter dicti Ioannis legati additiones collocatae fuisse noscuntur.

§ 5. Et quae contra eosdem homicidas a sanctae memoriae Pio secundo et Paulo etiam secundo, Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris; et ab eodem Paulo praedecessore, super prohibitione receptionis munerum et remissione poenarum; ac demum a nobis, super prohibitione reiterationis visitationis provinciarum et receptione procuratorum, ratione visitationis huiusmodi ac sportularum pro causarum decisione, emanarunt literae et constitutiones. Et de his omnibus, ut praefertur, observandis et observari faciendis firmiter legati de latere, in nostris: reliqui vero gubernatores et eorum locumtenentes praefati iam deputati et officia sua exercentes, infra mensem post publicationem praesentium: et in posterum deputandi, antequam officia eorum incipiant exercere, in Romana Curia praesentes, per se ipsos; absentes vero, per legitimum procuratorem, ad hoc speciale mandatum habentem, in Camera Apostolica, diebus quibus Ca-

mera tenetur, sedentibus ibidem camerario et praelatis praesidentibus ac clericis eiusdem Camerae (praeter solitum, quod propterea non omitteretur), specificet et nominatim in eiusdem camerarii seu vicecamerarii vel locumtenentis manibus, praestare teneantur et debeant iuramentum ac idoneos fideiussores. Et si illas transgredi comperti fuerint, praeter perjurii reatum, excommunicationis latae sententiae poenam eo ipso incurrant, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, ab alio quam a Romano Pontifice, proprio ore specialiter errorem suum detegendo, nequeant absolutionis beneficium obtinere.

§ 4. Et quia nonnulla saepe occurrunt, super quibus per easdem constitutiones non videtur esse sufficienter provisum, constitutioni collocatae in eodem primo libro sub rubrica de non exercendo officium in terris Ecclesiae, ubi requiritur confirmatio per rectorem, nisi fuerit confirmatus; et dictae constitutioni secundi libri, sub rubrica quarta, de vita et honestate ac habitatione rectoris et suorum officialium, dum prohibet familiares rectorum et gubernatorum, familiaritate durante et ea finita, infra annum, ad aliquod officium assumi; eadem auctoritate adiicimus quod legati, rectores et gubernatores praefati, ab iis qui pro tempore electi, assumpti vel deputati fuerint ad aliqua officia, aut aliis pro eis, etiam sponte solventibus et offerentibus, directe vel indirecte, electiones eorum fieri procurando, vel etiam confirmationes malitiose differendo, seu illas confirmando, nil ultra recipiant, aut recipi permittant, quam per constitutiones sit permissum, nullamque super participatione de ipsorum officiorum salario et emolumento pactionem ineant, aut iniri permittant per quoscumque, praesertim domesticos familiares suos, sub eadem excommunicationis sententia, ut praefertur, incurrenda.

§ 3. Constitutioni autem praedictae primi libri, sub rubrica de officio et mercede notariorum Camerae, rectoris et sigilli,

Pro collatione officiorum percip. quod constitutionibus est taxatum, et de super non perciscantur.

Pontif. nonnullorum bullae contra homicidas etc. (1)

(1) Bullae Pii II et Pauli II, contra homicidas, quas habes sup., pag. 156 et 186 huius tomi; Pauli, contra recipientes munera, pag. 184 eiusdem tomi; et huius Pontificis bulla quae est praetermissa, tamquam minus necessaria.

Circa notarii mercedem, servent hanc taxam.

eadem auctoritate adiicimus quod, pro literis supplicationum, sive rescriptis super salvo conductu, moratoria (1) aut securitate in quocumque civili vel criminali negotio, pro singula persona, quatuor baiochos; et si plures fuerint personae, ultra primam, pro qualibet persona, unum baiochum dumtaxat recipiant, dummodo in totum, quaecumque sint personae, ultra quam decem et octo baiochi non exigantur ab eisdem, nec fiant malitiosae pro singulis summae, ubi pro eodem negotio eis conceduntur induciae. Pro literis autem repraesentiarum (2) solvatur medietas eius quod continetur constitutione praedicta; et pro literis ac sigillis cuiuscumque praecepti, non quatuor anconitani (ut in constitutione continetur), sed sex baiochi exigantur: et tantum pro litera, rescripto, mandato, praecepto et sigillo quod supersedeatur in aliquo processu; et similiter pro litera et sigillo mandati quod tollatur processus contra singularem personam factus; et si contra plures essent, pro quolibet, ultra primum, unum baiochus exigatur: ita ut, quorumcumque sint, ultra quam decem et octo baiochi, pro omnibus non recipiantur, sive una, sive plures literae fierent pro eisdem. Et si contingat in eadem causa plura rescripta emanare, facta solutione pro primo, pro reliquis et eorum singulo, nil solvatur.

§ 6. Et quia, circa contenta in constitutione secundi libri praedicti, sub rubrica de viaggiis iudicum, officialium et maiorum commissionum, salaria (ut accepimus) frequenter exceduntur, inhibemus legatis, gubernatoribus, rectoribus et locumtenentibus praedictis, sub eadem excommunicationis latae sententiae poena, ut praefertur, incurrenda, ne pro causis et negotiis, pro quibus viagia concedi contigerit pro tempore, iuxta constitutiones, mittere praesumant alios quam indices generalis Curiae, ad quos, ratione suorum officiorum quae

(1) Literae quibus iuridice actio retardatur (ex Ducange R. T.). (2) Literae quibus ius vi repetendi quod cuiquam per vim ablatum fuit conceditur (R. T.).

obtinent, pertinet cognitio causarum et negotiorum eorundem; nec, de proventibus et viaggiis huiusmodi, quicquam sibi et suis appropriare, directe vel indirecte, quovis quaesito colore praesumant; faciantque constitutionem ipsam et desuper factam a dicto Ioanne cardinali declarationem, quoad salariorum exinde proventuum solutionem, firmiter observari.

§ 7. Et ut compositiones et mandata de supersedendo super processibus criminalibus, omni corruptelae suspitione cessante, procedant, dicta auctoritate statuimus et ordinamus illa nullius esse debere roboris vel momenti, nisi consentiente thesaurario provinciae pro tempore existente emanaverint, et forma constitutionis secundi libri praedicti sub 47 rubrica, de compositionibus super maleficiis seu processibus et condemnationibus, servata fuerit in eisdem.

§ 8. Nec liceat de cetero legatis, gubernatoribus et locumtenentibus praedictis provenientes ex criminibus et delictis quibuslibet poenas et multas ad alterius quam ad thesaurarii manus, etiam sub colore depositi ad finem illas convertendi in reparationem aedificiorum vel alium usum, facere quomodolibet pervenire; sed etiam si exponendi in alios usus huiusmodi licentiam et facultatem haberent, per manus thesaurarii recipi et exponi facere teneantur, sub poena dupli eius quod aliter deponi vel solvi contingeret, per thesaurarium de eiusdem contrafacientis salario retinenda.

§ 9. Abstineant praeterea legati, gubernatores et locumtenentes praefati penitus a commissione et delegatione quarumcumque causarum in prima illarum instantia, iuxta nostrarum praedictarum continentiam literarum; et etiam in secunda, quotiens audiendum in loco esse contigerit ordinarios iudices deputatos, nisi in prima instantia supplicantis personae miseria sive debilitas et adversarii potentia id exposcat, et in secunda instantia ad ipsos contingat appellari; quibus casibus causas

Processus non circumducant;

Non impediant multas pervenire ad manus thesaurarii;

Causas in prima instantia non avocent etc.;

Et gubernatores circa viagia iudic. nihil participant, et servant const. hic citatam

ipsas delegent illis dumtaxat iudicibus, qui essent ordinarii eisdem, nequeantque delegati ipsi tunc, delegationis huiusmodi praetextu, aliquid emolumentum a colligantibus exigere vel habere, etiam quantum licite eis alias per dictas literas nostras, seu alias diceretur concessum.

§ 10. Nec similiter ipsi legati, gubernatores et locumtenentes aliquid petant pro cognitione et decisione causarum, quae eis per Sedem praefatam in quavis instantia, cum earum avocatione a iudicibus coram quibus sunt introductae, vel sine illa, pro tempore delegantur, seu alias ex quavis causa remittuntur ad eos.

§ 11. Et, ut praedictae tam nostrae quam praedecessorum constitutiones ac omnia in praesentibus literis contenta eo firmiter observentur, quo saepius fuerint publicatae, eadem auctoritate statuimus quod legati, gubernatores et locumtenentes praedicti, nunc et pro tempore existentes, in supradicto volumine praedecessorum et nostras praedictas et praesentes literas inseri et describi; convocatisque officialibus et curialibus curiarum suarum ac populi multitudine, constitutiones ipsas necnon literas praedictas, annis singulis, kalendis mensis octobris cuiuslibet anni, publice et intelligibili voce, de verbo ad verbum legi faciant et publicari.

§ 12. Ne autem gubernatores, quos dicta Sedes nunquam non in provinciis, sed in Urbe, specialibus civitatibus, terris et locis deputare consuevit, quocumque nomine deputati seu nuncupati, et eorum locumtenentes et thesaurarii, ac officiales in illis pro tempore deputati, a constitutionum, additionum, modificationum, ac praedictarum et praesentium literarum observatione, eo praetextu se excusent quod, in ipsis, delegatis, gubernatoribus et rectoribus provinciarum, thesaurariis, iudicibus et officialibus in illis deputatis dumtaxat caveatur, illique tantum ligentur per easdem; dicta auctoritate, constitutiones, additiones, modificationes

et literas praedictas, ac omnia et singula in eis contenta, ad Urbem, civitates, terras et loca specialis commissionis, et in illis nunc et pro tempore deputatos, vicecamerarium, gubernatores, thesaurarios, potestates, iudices et officiales, quatenus ad eos adaptari possint (absque tamen praedicio statutorum et consuetudinum Urbis, civitatum, terrarum et locorum specialis commissionis huiusmodi et illorum communitatibus et universitatibus concessorum indulgentiarum quorumlibet, quibus alias non derogetur), extendimus, et volumus ac mandamus illas in eisdem Urbe, civitatibus, terris et locis specialis commissionis, sicut in provinciis, firmiter observari, sub censuris et poenis contentis in eisdem.

§ 13. Non obstantibus etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, 5 kalendas iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Dat. die 30 maii 1478, pontif. anno vii.

XIX (1).

Damnatio quarundam propositionum a Petro de Osma et aliis temere proditarum, praesertim circa peccatorum confessionem et alia sanctae Rom. Ecclesiae sacramenta.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Petrus de Osma et plerique alii multas scandalosas propositiones defendebant. — 2. Illic ideo Pontifex archiepiscopo Toletano commisit earum plenam examinationem, et praefatorum reductionem ac illarum confutationem, et quatenus pertinaces essent, eos haereticos declarari iussit. — 3. Qui archiepiscopus easdem propositiones, Petro eiusque sequacibus vocatis, examinavit, et falsas et haereticas esse declaravit. — 4. Pontifex, eisdem in

(1) Haec bulla legitur sub num. xx in Rom. Editione (R. T.).

In causis a Sede Apostol. eis commissis nihil recipiant.

Iussio quotannis publ. hanc bullam.

Extensio constit. Egidianarum ad Urbem et totum Statum ecclesiasticum.

Clausulae derog. Romae.

suo consistorio relatis, antedictarum propositionum examinationem duobus cardinalibus delegavit, qui eas erroneas esse itidem retulerunt. — 5. Ideo idem Pont. archiepiscopi declarationem approbat, — 6. Ipseque dictas propositiones erroneas esse decernit, — 7. Et contra impenitentes, sicut contra haereticos, ab archiepiscopo procedi mandat, — 8. Hasque literas et Petri de Osma abiurationem publicari praecipit. — 9. Clausulae derogatoriae et poenales.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Licet ea, quae de nostro mandato rite fiunt, plenam obtineant roboris firmitatem, tamen illis interdum nostri muniminis robor adiicimus, ut eo firmiter illibata persistant, quo magis nostro fuerint praesidio communita.

Petrus de Osma et plerique alii multas scandalosas propositiones defendebant.

§ 1. Dndum siquidem ad audientiam nostram deducto quod, a modico tunc decurso tempore citra, in Hispaniarum regnis et praesertim in universitate Studii Salamantini fuerant et adhuc erant nonnulli iniquitatis filii, qui quasdam falsas, sanctae catholicae fidei contrarias, erroneas, scandalosas et male sonantes propositiones, praesertim circa peccatorum confessionem et ecclesiastica sacramenta in Studio huiusmodi et in frequentissimo hominum coetu, veras esse publice affirmare et pertinacissime sustentare ac defendere; apertissimas sacrae Scripturae auctoritates eorum erroribus repugnantes, illarum rectum et apertum sensum falsis eorum interpretationibus impudenter violando, refellere; huiusmodi quoque eorum falsa dogmata, manifeste haereticae pravitatis labem continentia, in aliorum mentes inserere, et simplicium animas illaqueare; et ut illa in plurium notitiam pervenirent et in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere et in publicum, ut illos legendi omnibus esset facultas, tradere praesumpserant catenus et praesumebant.

§ 2. Nos tunc venerabili fratri nostro Alphonso, archiepiscopo Toletano, per alias nostras literas commisimus ut, assumptis secum aliquibus in theologia magistris et aliis viris literatis, vocatis iis qui propositiones ipsas veras esse affirmare nixi erant et nitentur in dies, et auditis quae ipsi pro illarum veritate et alii christifideles ad dilucidandum earum falsitatem deducere vellent, ac quae in propositionibus huiusmodi continebantur, falsa et fidei praefatae contraria, erronea et male sonantia existerent, auctoritate nostra decideret et declararet. Et declaratione huiusmodi facta, illos, quos in praemissis culpabiles esse reperiret, si, iuxta sanctorum Patrum instituta et canonicas sanctiones, se emendare; et, depositis de cordibus eorum totaliter erroribus praedictis, ad Ecclesiae unitatem, haeretica labe huiusmodi abiurata, redire; et, iuxta declarationem suam, tales propositiones esse scandalosas, falsas et haereticas ac male sonantes fateri; et desuper confectum librum huiusmodi retractare et cum effectu refutare recusarent; et in illis eorumque erroribus pertinaciter insistere vellent, haereticos, ac censuris et poenis in tales a iure promulgatis irretitos esse decerneret, plena sibi desuper auctoritate concessa, prout in nostris inde tunc confectis literis plenius continetur.

§ 3. Postmodum vero, sicut accepimus, praefatus archiepiscopus ad executionem dictarum literarum, earum forma servata, rite procedens, dilectos filios Petrum de Praexamo et Petrum de Oceanno ac Petrum de Caloca, necnon Didaemum de Betouno, Martinum quoque Alphonsi de la Torre, magistros; et Petrum Didaci de Costana, et Ioannem de Quintana Paglia, licentiatos in theologia; necnon Tellium de Buendia, Toletanum, et Vasconum de Pipeia de Talavera, in eadem Ecclesia archidiaconos, marchiones; et Thomam de Evenea et Ioannem de Medina, decretorum doctores; ac Garsiam Fernandi de Alcalá, in eisdem

hic ideo Pontifex archiepiscopo Toletano commisit earum plenam examinationem, et praefatorum reductionem ac illarum confutationem, et quatenus pertinaces essent, eos haereticos declarari iussit.

Qui archiepiscopus easdem propos., Petro eiusque sequacibus vocatis, examinavit, et falsas et haereticas esse declaravit.

decretis licentiatum, et alios quamplures magistros in theologia, ac doctores et licentiatos in eisdem decretis; alios quoque quamplurimos doctos et licentiatos literatos viros, ex diversis regnorum praedictorum locis; pariter et dilectum filium Petrum de Osma, propositionum praedictarum auctorem, eiusque sequaces coram se ad suum oppidum de Alcala Toletanae dioecesis evocari fecit; et, dicto Petro de Osma ac sequacibus minime comparentibus, debito tempore expectatis, matura super omnibus propositionibus praedictis deliberatione praehabita, de unanimi consilio et assensu magistrorum et doctorum praedictorum, declaravit illas propositiones, per quas Petrus de Osma et eius sequaces praedicti pertinaciter affirmare non verebantur confessionem peccatorum in specie, ex universalis Ecclesiae realiter statuto, non divino iure comperitam fore. Et peccata mortalia, quoad culpam et poenam alterius saeculi, absque confessione, sola cordis contritione; pravasa vero cogitationes, sola displicentia deleri; et quod confessio secreta sit necessario non exigi; et, non peracta poenitentia, confitentibus absolvi non debere. Et Romanum Pontificem purgatorii poenam remittere, et super his, quae universalis Ecclesia statuit, dispensare non posse. Sacramentum quoque poenitentiae, quantum ad collationem gratiae, naturae, non autem institutionis novi aut veteris Testamenti existere; et alias quas, propter earum enormitatem (ut illi, qui de eis notitiam habent, obliviscantur earum; et qui de eis notitiam non habent, ex praesentibus non instruantur in eis), silentio praetereundas ducimus; falsas, sanctae catholicae fidei contrarias, erroneas et scandalosas, ac a fidei veritate alienas, ac sanctorum Patrum decretis et apostolicis constitutionibus contrarias fore, manifestam haeresim continere, dictarum literarum et per illas sibi concessae facultatis vigore, declaravit, et pro talibus haberi et reputari debere de-

Bull. Rom. Vol. V.

34

crevit, prout in quibusdam authenticis scripturis desuper confectis plenius continetur.

§ 4. Et demum praemissis, sicut praefertur, gestis et propositis in consistorio coram nobis, nos dilectis filiis nostris Stephano tituli S. Mariae Transtiberim et Ioanni tit. S. Praxedis, presbyteris cardinalibus, commisimus ut de praemissis gestis per ipsum archiepiscopum diligenter se informarent, et quae invenirent, nobis et aliis fratribus nostris S. R. E. cardinalibus referrent. Qui, tam zelo fidei quam ut nostris parerent mandatis, onus huiusmodi prompta voluntate suscipientes, cuncta diligenter rimarunt, et quae invenerunt, nobis et aliis fratribus nostris memoratis fideliter retulerunt, propositiones praefatas erroneas fore pluribus auctoritatibus et rationibus, praeter illas quas in archiepiscopi processibus invenerunt, etiam demonstrantes zelo fidei memoratae.

§ 5. Nos igitur, ad quem spectat errores huiusmodi extirpare, habita eorundem S. Mariae in Transtiberim et S. Praxedis cardinalium relatione praedicta, ipsius archiepiscopi solertiam et diligentiam in praemissis plurimum in Domino commendantes, ex certa nostra scientia, archiepiscopi declarationem et decretum huiusmodi, et prout illa concernunt, omnia et singula in scripturis praedicti archiepiscopi super praemissis confectis contenta, auctoritate apostolica, tenore praesentium, de eorundem referentium et aliorum fratrum nostrorum unanimi consilio et assensu, laudamus, confirmamus et approbamus, ac praesentis scripti patrocinio communitus, suppletentes omnes et singulos defectus, si qui forsitan interverint in eisdem.

§ 6. Et nihilominus, pro potioris cautelae suffragio, omnes et singulas propositiones praedictas, falsas, sanctae catholicae fidei contrarias, erroneas et scandalosas, et ab evangelica veritate penitus alienas, sanctorum quoque Patrum decretis et aliis apostolicis constitutionibus

Ilic Pont., eisdem in suo consistorio relatis, antedictarum propositionum examinationem duobus cardinalibus delegavit, qui eas erroneas esse eidem retulerunt.

Ideo idem Pontifex archiepiscopi declarationem approbat.

Ipsae quoque dictas propositiones erroneas esse decernit.

contrarias fore ac manifestam haeresim continere, dicta auctoritate declaramus.

§ 7. Praefato quoque archiepiscopo, scientia et auctoritate praedictis, committimus et mandamus ut contra dicti Petri de Osmia sequaces praedictos, si huiusmodi haeresim, in quam prolapsi sunt, abinrare; et eundem Petrum, prout errantem secuti sunt, errores suos abiurantem et se emendantem sequi recusaverint aut malitiose distulerint, iuxta praedictarum aliarum nostrarum literarum continentiam, tamquam haereticos procedere non omittat.

§ 8. Et ut gesta per eum probe et laudabiliter, zelo fidei de mandato nostro et per nos merito approbata, ad omnium illarum incolarum partium notitiam facilius perveniant, qua habita, possint se ipsos ita, ne in praedictos prolabantur errores, liberius custodire, praesentes nostras literas, cum processu per eum habito ac dicti Petri abiuratione, singulis illarum partium episcopis significare non omittat; qui, post significationem eandem, clero et populo suarum civitatum et dioecesium ea publicari procurent, et generaliter omnia faciant, quae pro huiusmodi haeresis extirpatione necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna videbuntur.

§ 9. Non obstantibus etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, quinto idus augusti, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 9 augusti 1478, pont. anno viii.

XX (1).

Excommunicatio contra revocantes ab Urbe S. R. E. cardinales, patriarchas aliosque praelatos, seu ipsos, ut recedant, vel se absentent, mandantes etc. (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Quae sit constitutionis causa.

— 2. Constitutio (de qua in rubrica). — 3.

(1) Haec in Edit. Rom. sub num. xviii (n. r.).

(2) Ex Regest. in Archiv. Vate.

Prohibetur curialibus, ne a Curia se absentent sine licentia Pontificis. — 4. Mandata quaecumque contraria invalidantur. — Poenae contra inobedientes. — 5. Mandatum de huiusmodi lege publicanda et registranda. — 6. Obstantium derogatio.

Sixtus episcopus servus servorum Dei, •
ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex, qui super universos christifideles primatum obtinet, nonnumquam suorum subditorum incommoditatibus providens, prout tenetur, et suorum aemulorum fraudibus obviare cupiens, subditis ipsis viis et remediis condecensibus succurrere consuevit diligenter.

§ 1. Ad audientiam siquidem nostram, pluribus referentibus, pervenit quod nonnulli nostri et sanctae Romanae Ecclesiae , quae sua non sunt, quaerentes, ipsius Ecclesiae oves a sui veri pastoris grege semovere, et, quod deterius est, eosdem subditos et ecclesiasticas personas in nostra Romana Curia residentes et illam sequentes, quarum consilio, in nonnullis per nos pro eiusdem Ecclesiae et fidei catholicae pertractandis negotiis, uti intendimus, ad dominia sua evocare auctoritate propria satagunt, in nostrum et Sedis Apostolicae contemptum, libertatis ecclesiasticae enervationem, animarum suarum periculum, aliorum perniciosum exemplum, et scandalum plurimorum.

§ 2. Nos itaque, eorum temerariorum ausibus citato passu occurrere volentes, omnibus et singulis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existant, sub excommunicationis, anathematizationis et maledictionis sempiternae poenis, apostolica auctoritate mandamus ne ipsi vel eorum aliquis, publice vel occulte, tacite vel expresse, quemcumque ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis nostris et Sedis praedictae officialibus aut familiaribus, aliisque personis ecclesiasticis et saecularibus, etiam cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis

Et contra impenitentes, sicut contra haereticos, ab archiepiscopo procedi non debet.

Haecque literas et Petri de Osmia ab inquisitione publicae et perenni cepit.

Quasdam derogatorias poenales.

Exordium.

Quae sit constitutionis causa.

Constitutio (de qua in rubrica).

vel conditionis existant, ut intra certum terminum ab eadem nostra Curia recedant, et se absentare ac ad sua propria vel aliena domicilia se transferre habeant, monere, aut mandatum aliquod facere, cogere vel compellere: neque alieni ex supradictis seu quibusvis aliis forsitan per saeculares personas supradictas seu earum auctoritate iam monitis, coactis, compulsis vel quibus similia monitiones et mandata facta reperiuntur, iniuriam, damnum, iacturam aut praedictum aliquod comminari, inferre; aut ipsorum vel beneficiorum aut officiorum suorum bona, fructus, redditus, proventus et emolumenta sequestrare, subhastare aut in suas vel aliorum manus ponere, capere, exigere, levare, alienare, seu in suos aut alienos usus convertere; aut personas praedictas molestare, impedire seu in rebus et bonis inquietare; aut inferri seu sequestrari, subhastari, poni, capi, recipi, exigi, levari, alienari, converti et inquietari facere vel procurare praesumant.

Prohibetur curialibus, ne a Curia se absentent sine licentia Pontificis.

§ 5. Et nihilominus omnibus et singulis ecclesiasticis et saecularibus personis ac officialibus supradictis, aliisque curialibus praedictam Curiam sequentibus, quique in illa morari et eam sequi consueverunt, et qui recreationis causa ab ipsa Curia secesserunt; quibus usque ad kalendas octobris proxime futuri inclusive, ut ad eandem Curiam redire et se conferre habeant, terminum peremptorium assignamus, sub eisdem, necnon privationis omnium et singularum dignitatum etiam pontificalium, personatum, administrationum, officiorum et beneficiorum, quas ipso facto incurrant, poenis, ne a nostra et Romana Curia praedicta, quavis occasione vel causa, recedere, se absentare, aut ad supradicta dominia vel quaecumque alia loca se transferre, absque nostra speciali licentia, quovis modo praesumant, dicta auctoritate et ex certa scientia districtius inhibemus.

§ 4. Decernentes monitiones et man-

data huiusmodi ac quaecumque inde secuta et secutura, nulla et invalida, nulliusque firmitatis fore: necnon omnes et singulos supradictos huic nostrae inhibitioni contravenientes, seu contra praemissa aut eorum aliquod facientes seu procurantes; aut contrafacientibus, venientibus seu procurantibus auxilium, consilium vel favorem praestantes tacite vel expresse, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, excommunicationis, anathematis et maledictionis ac privationis poenas ipso facto incurrisse et illis ligatos existere; quos auctoritate et scientia praedictis, ex nunc prout ex tunc, et e contra, excommunicamus, anathematizamus, maledicimus et privamus, ac excommunicatos, anathematizatos, maledictos et privatos fore et esse; ac dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia huiusmodi vacare nuntiamus pariter et declaramus.

Mandata quaecumque contra Curiam invalidantur.

Poenae contra inobedientes.

§ 5. Volumus autem quod praesentes literae in audientia literarum apostolicarum contradictarum legantur, et in libro Cancellariae Apostolicae describantur, ac in valvis basilicae Principis apostolorum, necnon Ecclesiae beatae Mariae Rotundae de Urbe affigantur; quodque omnes et singulos supradictos perinde arcant et ligent, ac si eorum propriis personis intimatae vel ostensae fuissent.

Mandatum de huiusmodi lege publican, et registrantur.

§ 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac privilegiis, indultis et literis apostolicis personis supradictis eadem apostolica vel quavis alia auctoritate concessis, etiamsi illis derogari non possit; quibus specialiter et expresse pro hac vice dumtaxat derogamus, illaque nullius, quoad hoc, roboris vel momenti existere decernimus; contrariis quibuscumque, seu supradictis personis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a dicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut anathematizari, maledici vel privari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et

Obstantiam derogatio.

expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo etc.

Datum Braehiani Sutrinensis dioecesis, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, quarto idus augusti, pontificatus nostri anno vii (1).

Dat. die 10 augusti 1478, pont. anno vii.

XXI.

Approbatio antiqui ritus orandi, qui Psalterium B. Mariae Virginis nuncupatur, cum indulgentiarum pro sic orantibus elargitione.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Orandi modus, qui Psalterium sive Rosarium B. Mariae Virginis appellatur in ducatu Britanniae innovatus est. — 2. Dux et ducissa Papae approbationem petierunt. — 3. Hic Pontif. approbat et indulg. concedit. — 4. Quibuscumque non obstantibus. — 5. Clausulae derogatoriae.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

Ea quae, ex fidelium devotione, ad Dei omnipotentis et gloriosae Virginis Mariae laudem et gloriam pie ordinata sunt, ut firma permaneant, nostrae approbationis robore solidamus, ac fideles ipsos ad devotionis opera exercenda indulgentiis et remissionibus libenter invitamus, ut exinde reddantur divinae gratiae aptiores, maxime cum catholicorum principum id exposcit devotio, et hoc conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Sane, pro parte dilecti filii nobilis viri Francisci, ducis, et dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Margaritae eius conjugaliter, ducissae Britanniae, nobis fuit nuper propositum quod in ducatu Britanniae et pluribus aliis locis, erescente fidelium devotione, ab aliquo tempore

Orandi modus, qui Psalterium sive Rosarium B. Mariae Virginis appellatur, in ducatu Britanniae innovatus est.

(1) Lege anno octavo (R. T.).

citra, innovatus est certus modus sive ritus orandi pius et devotus, qui etiam antiquis temporibus a christifidelibus in diversis mundi partibus observabatur: videlicet, quod quilibet volens eo modo orare dicit qualibet die ad honorem Dei et beatissimae Virginis Mariae, et contra imminencia mundi pericula, toties Angelicam Salutationem *Ave Maria*, quot sunt psalmi in Psalterio Davidico, videlicet centies et quinquages, singulis decem salutationibus huiusmodi orationem dominicam semel praeposendo. Et iste ritus sive modus orandi Psalterium Virginis Mariae vulgariter nuncupatur.

§ 2. Unde dux et ducissa praefati, propter singularem et sinceram quam ad ipsam B. Virginem Mariam gerunt devotionem, cupiunt ritum sive modum orandi praedictum, ad obstruendum ora aliquorum detrahentium, per Sedem Apostolicam approbari. Quare, pro parte ducis et ducissae et aliorum fidelium plurimorum, nobis fuit humiliter supplicatum quatenus ritum sive modum orandi huiusmodi approbare, aliasque super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Dux et ducissa Papae approbationem petierunt.

§ 3. Nos igitur, tam ducis et ducissae quam aliorum fidelium piam devotionem in Christo (1) habentium commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, praefatum Psalterium sive modum orandi praedictum, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, illumque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere et licere decernimus et declaramus.

Hic Pontif. approbat et indulg. concedit.

§ 4. Et ut omnes et singuli christifideles ad devotionis opera et praedicto modo orandum eo ferventius inducantur, quo exinde animarum suarum facilius salutem consequi speraverint, universis et singulis christifidelibus praefato modo orare volentibus, ubilibet existentibus, praesentibus et futuris, pro qualibet vice qua, sicut praemittitur, oraverint, pro qualibet

Quibuscumque non obstantibus.

(1) Forsan legendum: in Christi matrem (R. T.).

quingena praefati Psalterii, quinque annos et totidem quadragenas indulgentiae misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Clausulae de-
rogorariae.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula loca in quibus illis opus esset, etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, quarto, alias 7, idus maii, pontificatus nostri anno VIII.

Dat. die 12, alias 9 maii 1479, pontif. anno VIII.

XXII (1).

Sacellum iuxta basilicam Sancti Petri Sixtinum a se nuncupandum erigit, ibique indulgentias et alia elargitur (2).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Sixtus novam cappellam iuxta basilicam S. Petri erigit. — 2. Conceptioni B. Virginis Mariae dedicat. — 3. Indulgentiam certis statutis diebus eam visitantibus elargitur. — 4. Aliis temporibus mulieribus interdicitur ad eam accessus. — 5. Clausulae.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Romanus Pontifex, cui a Domino in terris collata est ligandi potestas atque solvendi, ad excitandam devotionem fidelium suae curae commissorum, nonnumquam ecclesias, cappellas ac loca in honorem sanctorum, tam olim, quam etiam novissime dedicata indulgentiarum muneribus ornat, ut fideles ipsi sanctorum eorundem recolentes memoriam et ecclesias, cappellas ac loca ipsa, pro consequendis peccatorum remissionibus vi-

sitantes, quod alias suis meritis non valerent impetrare apud Deum, illorum intercessionibus facilius consequi mercantur.

§ 1. Sane, postquam reparationi, restaurationi et constructioni multarum almae Urbis ecclesiarum intenderamus, considerantes tamen extremae peregrinationis nostrae diem, cogitavimus apud basilicam Principis apostolorum de eadem Urbe, ad quam specialem gerimus devotionis affectum, nostram eligere sepulturam, ac ob id, extra et iuxta ipsius basilicae dextrum parietem, amplam cappellam cum altari construi et aedificari fecimus pro divinis officiis inibi ad laudem divini nominis honorifice et devote persolvendis.

Sixtus novam
cappellam iuxta
basilicam S. Pe-
tri erigit.

§ 2. Nos igitur, qui ad gloriosam Domini nostri Iesu Christi Genitricem Virginem Mariam, ac sanctum Franciscum et sanctum Antonium de Padua, quorum meritis et intercessione Altissimus non solum nos ex Ordine fratrum Minorum, qui ab eodem sancto Francisco sumpsit exordium, et in quo a teneris annis, iuxta illius regularia instituta, vitam duximus, ad cardinalatus honorem, et tandem ad summi apostolatus apicem, cum nostra ad id merita non iuvarent, evexit; sed quam plurimas alias uberrimas gratias nobis haecenus concessit et continuo concedere non cessat, specialem gerimus devotionis affectum, et Illius vices tenemus in terris, cuius perfecta sunt opera: cupientes opus cappellae huiusmodi ad optatum suae dedicationis finem perducere, ut christifideles illam eo devotius studeant congruis frequentare honoribus, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se relectos, cappellam ipsam, et in ea constructum altare praedictum per venerabilem fratrem nostrum Petrum Guillelmum, archiepiscopum Salernitanum, referendarium nostrum domesticum et continuum commensalem, in nostra et venerabilium fratrum nostrorum cardinalium ac archiepiscoporum,

Conceptioni B.
Virginis Mariae
dedicat.

(1) Haec bulla ponitur sub num. xxiii in Rom. Edit. (n. r.). (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

episcoporum et aliorum praefatorum Romanae Curiae et multitudinis populi praesentia, hodie missam in eadem cappella celebrantem omnipotenti Deo, in honorem et sub invocatione Conceptionis praelibatae Virginis Mariae, cuius festum etiam hodie in institutione Romanae Ecclesiae solemniter celebramus, ac sancti Francisci et sancti Antonii praedictorum, auctoritate apostolica, praesentium tenore, de ipsorum fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio et assensu, opportunis ad id in eodem altari collocatis reliquiis, et convenienti dote ipsi cappellae per nos constituta, dedicari et consecrari fecimus.

§ 5. Idcirco, de eiusdem omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, universis christifidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui cappellam ipsam nunc visitarunt, et tam hodie, quam deinceps annis singulis, ipsa Conceptionis eiusdem Virginis Mariae, qua etiam anniversarii dedicationis huiusmodi commemorationem fieri et festum celebrari volumus; ac eorundem sancti Francisci et sancti Antonii festivitatum diebus, a primis vespere usque ad occasum solis dierum festivitatum earundem devote visitaverint annuatim, omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem elargimur.

§ 4. Et insuper, nonnullorum praedecessorum nostrorum, qui mulieribus, ne ad Sancta Sanctorum, in Lateranensi, et quasdam alias in reliquis praefatae Urbis ecclesiis consistentes cappellas, certis tunc expressis diebus dumtaxat exceptis, ingrederentur, sub censuris et poenis ecclesiasticis, inhibuisse dicuntur, vestigiis inhaerendo; ut divina officia in antedicta cappella sine strepitu mulierum quietius et devotius peragantur, universis mulieribus, ne sub Conceptionis Virginis Mariae et sanctorum Francisci et Antonii (1) ac in illorum honorem dedicatam hodie

(1) Deest fortasse *titulo* (n. r.).

cappellam praedictam, ullo unquam tempore, praeterquam indulgentiae praedictae et anniversarii obitus nostri diebus, intrare ullatenus praesumant, sub excommunicationis latae sententiae poena, districtius inhibemus praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, sexto idus decembris, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 8 decembris 1479, pont. anno ix.

XXIII (1).

Suppressio et extinctio novae Religionis sub invocatione et instituto S. Ioannis Hierosolymitani in ditione Florentina noviter excitatae, cum personarum eiusdem ad alios approbatos Ordines translatione (2).

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Alexandra de Afanis huius Ordinis fundatrix. — Leges tam viris quam mulieribus seu monialibus datae, communes cum fratribus hospit. S. Ioannis Hierosolymitani. — 2. Cardinali S. Adriani commissum ut super his inquireret. — 3. Data, auctoritate apostolica, facultas novum hunc fundandi Ordinem, eique communicata omnia et singula privilegia, quibus fruuntur fratres hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani. — 4. Mortua Alexandra, religiosi ac moniales destitutae sunt opportunis facultatibus ad se sustentandum. Hinc, reclamante magistro hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, — 5. Novum hunc Ordinem suppressit Pontifex. — 6. In eoque profesos alium ex approbatis Ordinibus ingredi praecipit. — 7. Commissarii ad hoc deputati. — 8. Obstantium derogatio.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Quia in futurorum eventibus sic nonnunquam humani fallitur incertitudo in-

(1) Haec bulla sub num. xxiv in Rom. Edit. legitur (n. r.). (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Clausulae.

Dotem et constituit.

Indulgentiam certis statutis diebus eam visitantibus elargitur.

Aliis temporibus mulieribus interdicitur ad eam accessus.

Proemium.

diei, ut quod coniectura probabili, et interdum attenta consideratione utile videbatur, reperiri damnosum quandoque contingat, solet Sedes Apostolica nonnullam, quod consulte statuit, temporum et personarum varietate, qualitate et conditione inspecta, ex sanioris inspectione iudicii, revocare.

§ 1. Dudum siquidem, pro parte quondam Alexandrae de Alfanis, puellae Florentinae, nobis exposito quod ipsa, quae ab ineunte aetate in timore Domini educata vitam coelibem et heremiticam ducere coeperat; et ex bonis sibi a Deo collatis, praesertim domo paterna, ob specialem, quam ad beatum Ioannem Baptistam, praecursorem Domini, se gerere asserebat devotionem, quaedam heremitoria cum oratoriis ordinaverat, in quibus nonnullae aliae puellae virgines, secum Domino deservientes, laudabiliter vivebant, credebat quod si ex heremitoriis et oratoriis praedictis monasterium in honorem eiusdem sancti, ac in eadem civitate et dioecesi, aliisque dominiis Florentinis, nonnulla alia monasteria tam virorum quam mulierum, cum Christi fidelium adiutorio et largitione, fundare et erigere, et fideles ipsos ad hoc sollicitare et inducere ex apostolica licentia posset, in quibus, virorum videlicet, presbyteri ad praedicandum et divina celebrandum; laici vero, tamquam athletae Christi ad pugnandum pro fide catholica contra perfidos Turcas et infideles, cum solemnibus professionibus trium substantialium votorum per

Leges tam viris quam mulieribus seu monialibus datae, communes cum fratribus hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

milites Sancti Ioannis Hierosolymitani emitti solita: mulieres autem virgines dumtaxat simili professione adstrictae, sub clausura perpetua ac observantia regulari, Altissimo vota sua redderent, cuiuscumque etiam status, gradus, ordinis vel conditionis existerent; quae, ut libere ingredi et professionem huiusmodi emittere possent, reciperentur: qui omnibus et singulis indulgentiis, gratiis, indultis, libertatibus, privilegiis, favoribus et exemptio-

nibus, quibus fratres hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani et aliae moniales gaudebant et utebantur, sen gaudere et uti possent, gauderent et uterentur, id profecto in christianae fidei et religionis augmentum, divini cultus propagationem, animarum salutem et fructuosum exemplum cederet plurimorum:

§ 2. Nos dilecto filio nostro Stephano tituli Sanctae Mariae in Transtiberim, tunc Sancti Adriani presbytero cardinali, ut de praemissis se diligenter informaret, et quae inveniret nobis referret, vivae vocis oraculo commisimus.

§ 3. Et comperto ex eiusdem cardinalis relatione quod dicta Alexandra de vitae austeritate et morum sanctimonia, fide dignorum testimonio, plurimum commendabatur, ipsius Alexandrae supplicationibus inclinati, praefatae Alexandrae ut, ex domibus, heremitoriis et oratoriis huiusmodi, unum; ac in dioecesi et dominiis praedictis alia monasteria huiusmodi erigere et fundare, et ut erigerentur sollicitare, de speciali licentia ordinariorum locorum, absque tamen iuris alicuius praedicti, gratiose concessimus; et quod ingredienti monasteria huiusmodi, facta professione per eos, ac pugnantes, ministri et servitores eorumdem omnibus et singulis privilegiis, gratiis, indultis, libertatibus et exemptionibus, quibus fratres Hospitalis praedicti utebantur, seu uti possent et gauderent quomodolibet in futurum, uti et gaudere possent et valerent, absque ulla differentia, in genere et in specie, in omnibus et per omnia, ac si eisdem et erigendis monasteriis huiusmodi specialiter et expresse concessa forent seu fuissent, indulgimus; et quibusvis personis, cuiuscumque gradus seu conditionis existerent, ut monasteria praedicta ingredi, et professionem huiusmodi inibi emittere et Altissimo famulatum reddere possent permisimus, et cum illis desuper dispensavimus; ac omnibus et singulis utriusque sexus personis, quae in eisdem monaste-

Cardini S. Adriani commissum ut super his inquireret.

Data, auctoritate apostolica, facultas novum hunc fundandi Ordinem, eique communic. omnia et singula privilegia, quibus fruunt. fratres hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

riis professionem huiusmodi emitterent; necnon pugnantis, ministris et servitoribus praedictis plenariam indulgentiam et remissionem omnium peccatorum suorum, in forma Ecclesiae consueta, semel in vita et in mortis articulo largiri curavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Mortuae Alexandriae, religiosae ac moniales destitutae sunt opportunis facultatibus ad se sustentandum. Hinc, reclamante magistro hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani.

§ 4. Cum autem, sicut nuper accepimus, personae utriusque sexus, quae, literarum praedictarum praetextu, in fratres et sorores dictae Alexandriae receptae fuerunt, et professionem emisissent praedictam, dicta Alexandria iam vita functa, opportunis ad religiose et honeste vivendum habitationibus et clausuris, ac facultatibus pro earum decenti sustentatione carentes, eam, quam decet religiosas personas, exemplarem, Deo gratam et apud homines commendabilem vitam ducere commode nequeant; immo, ut plurimum ex Christi fidelium piis suffragiis, pro quibus habendis, quaestuariorum more, per diversa loca discurrunt, se sustentent; et illorum modo vivendi divini cultus augmentum cum animarum salute minime proveniat, ut sperabamus tempore datae literarum praedictarum; immo ex illarum vivendi ritu et modo huiusmodi, murmurationes et scandala persaepe in mentibus fidelium exoriantur; et dilecti filii magister et fratres hospitalis praedicti huiusmodi novae Religionis institutione, sub invocatione praefati sancti cum privilegiis eorumdem communicatione, aequo animo tolerare nequeant:

Norum hunc Ordinem, suppressit Pontifex

§ 5. Nos, qui animarum salutem et quietem quaerimus singulorum, personarum praedictarum statui consulere volentes, et ne aliqui ex illarum vita huiusmodi scandalizentur, providere volentes, ut tenemur, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia literas nostras praedictas ac omnia et singula in illis contenta, auctoritate apostolica, praesentium

tenore revocamus; erectamque per illas novam Religionem, seu vivendi modum, ac monasteria praedicta penitus et omnino supprimimus et extinguimus.

§ 6. Ac volumus quod personae in eadem sic Religione receptae, siquidem dum sic receptae fuerunt, in aliquo Ordine per Sedem Apostolicam approbato professionem emisissent, ad illos redire; si vero alicuius Ordinis professores non erant, ad aliquem ex eisdem approbatis Ordinibus, in quo benevolos invenerint receptores, infra mensem, postquam praesentes literae nostrae in Cancellaria Apostolica publicatae fuerint, se transferre omnino teneantur, et susceptum per eas habitum novae Religionis praedictae nullatenus gestare, aut se de Religione praedicta nominare seu nominari facere, et in erectis monasteriis praedictis morari, aut literis praedictis alias uti quomodolibet praesument, sub excommunicationis latae sententiae poena eo ipso per eos, qui contrafecerint, incurrenda.

In eoque professos alium ex approbatis Ordinibus ingredi praecipit.

§ 7. Et nihilominus venerabilibus fratribus archiepiscopo Salernitano, et Barinonensi et Civitatensi episcopis, per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, illas ex personis praedictis, quas excommunicationis sententiam huiusmodi eis incurrisse constiterit, quoties desuper per aliquem ex fratribus dicti Hospitalis fuerint requisiti, excommunicatos publice nuntient et faciant ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius evitari, donec praesentibus nostris literis paruerint eum effectum, et meruerint a dicta excommunicationis sententia absolutionis beneficium obtinere; ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos iteratis vicibus aggravare, et ad parendum praesentibus literis nostris praecise compellere procurent, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Commissarii ad hoc deputati.

§ 8. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus aposto-

Obstantium derogatio.

licis contrariis quibuscumque; seu si personis praefatis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo nono (1), quarto kalendas februarii, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 29 ianuarii 1480, pont. anno IX.

XXIV (2).

Ampliatio iurisdictionis sanctae Romanae Ecclesiae camerarii et magistrorum viarum Urbis, circa aedificia ad eius ornatum construenda, una cum privilegiis eiusmodi aedificia construendum vel ampliandum (3).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae istius constit. — 2. Camerarius et magistri viarum cogant vicinos non habitantes domos, illas vendere aliis vicinis habitantibus, volentibus reficere domos eorum dirutas, ob decorem Urbis. — 3. Et si plures eadem domo indigerent, domus utrique aequaliter indigenti vendatur vel uni magis indigenti. — 4. Si plures sint qui domos habeant dirutas et per eos non habitatas, teneatur dominus domus minus laesae domino domus magis laesae vendere. — 5. Pro platearum et aedificiorum constructione et ampliacione *etc.*, domini domorum locari solitarum cogantur eas vendere syndico Urbis vel vicinis aedificare volentibus. — 6. Inter plures aedificare vo-

(1) Legendum forsitan anno millesimo quadringentesimo octogesimo (n. r.). (2) Haec in Rom. Edit. sub num. xxv legitur (n. r.). (3) Hoc antiquissimum officium, iam pene destitutum, reintegravit Mart. V, ut sup., in eius Const. xv, *Etsi*, tom. iv. pag. 716.

lentes, quis praeferrí debeat. — 7. Quae servari debeant a camerario et mag. contra vendere recusantes. — 8. Edificare volentes servant praescripta statuta. — 9. Vendere volentes domus *etc.* teneantur vendere vicinis; alias venditiones sint nullae, et pro vicinis factae censeantur. — 10. Deputatio executorum. — 11. Derogatio contrariorum. — 12. Iussio bullam describendi in lib. statorum.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Etsi de cunctarum civitatum temporali dominio Romanae Ecclesiae subiectarum decore et venustate cogitare nos deceat: ad nostram tamen almam urbem apostolorum Petri et Pauli glorioso martyrii cruore Domino nostro Iesu Christo consecratam, civitatem sacerdotalem et regiam, eiusque decorem et venustatem, tanto accuratius aciem nostrae considerationis extendere nos convenit, quanto illa caput est orbis, et Altissimus in ea sacerdotii principatum et christianae religionis caput instituit, et sui vicarii Sedem, ad quam de universis mundi partibus christifideles confluent in numero copioso, voluit collocari.

§ I. Cum itaque viae et stratae publicae eiusdem urbis, in plerisque locis, causantibus porticibus, prosellis et aliis variis aedificiis domorum sitarum iuxta illas, adeo arctae existant, ut per eas commode deambulari, et necessaria ad victum multitudinis civium Romanorum et curialium ac aliorum in ipsa urbe habitantium et confluentium ad eandem, praesertim temporibus indulgentiarum anni Iubilaei et aliarum concessarum per nos et praedecessores nostros Romanos Pontifices, visitantium apostolorum praefatorum basilicas et alias eiusdem urbis ecclesias, deferri commode nequeant; et in quibusdam locis vix singulariter singuli equestres se obviantes, in eis transire possint per easdem; idque cedat in non modicam eiusdem urbis deformitatem, ac civium, curialium et confluentium praedictorum incommo-

Exordium.

Causae istius constitutionis.

ditatem: et propterea nos, habita super iis deliberatione matura, decrevimus vias ipsas, praesertim quae magis frequentantur et principales existunt, ampliari; ac porticus et impedimenta praedicta, quibus sic arietantur, amoveri et lateribus opportune pavimentari; iamque opus ipsum coeptum sit in diversis locis et in illius prosecutione non cessetur; ac (sicut accepimus) propter demolitionem huiusmodi, nonnullae ex domibus ipsis, quarum porticus et prosella ac alia aedificia dirui oportuit, exinde, utpote necessariis mansionibus solitis et officinis carentes, ad inhabitandum minus commodae et fere inutiles factae sint; et capropter illarum domini eorum parietes decenter, ut expediret ad decorem viarum earundem, reparare, et expensas opportunas propterea subire non eurent, sublata spe habitandi in eis, aut alias utilitates recipiendi ex eisdem; expediatque, ad obviandum huiusmodi incommoditatibus, ex duabus aut pluribus contiguis domibus unam commodam construere, aut partem unius ex eisdem domibus alteri convicinae domui incorporare, sicque indemnitati dominorum earundem obviare et decori huiusmodi consulere; et vicinarum domorum domini ut plurimum super iis non conveniant, et recusent sibi invicem complacere, etiam pro iusto et rationabili pretio: contingat quoque interdum nonnullos, tam Romanos cives quam curiales et alios forenses, in eadem urbe domos de novo aedificare vel antiquas reformare et ampliare velle, et pro illarum decenti constructione indigere convicinis domibus, interdum ruinosis et depressis, domui depressae vel ruinosae, vel domorum dirutarum sediminibus, plateolis et solo, seu alio loco vicinis; et huiusmodi domorum et sediminum, seu platearum et soli aut loci dominos requisiti ut de illis, eisdem aedificare et reformare volentibus, venditionis titulo complacent, de domibus, sediminibus, solo seu loco, oblato etiam persaepe plus-

quam iusto pretio, id facere nullatenus velle; aut longe plus iusto pretio, etiam nonnunquam duplum illius transcendendo, petere pro eisdem; quo sit ut, praesertim curiales et forenses, qui ad id iuvare et allici deberent, maxime a Romanis civibus, ab huiusmodi eorum laudabili aedificandi aut ampliandi proposito retrahantur; et si aliquando dilecti filii Franciscus de Porcariis et Bapt. Staglia, moderni et qui pro tempore fuerint magistri aedificiorum et stratarum eiusdem urbis, pro construendis novis plateis in locis convenientibus, aut antiquis ampliandis et reformandis, volunt domus aliquas dirui facere in totum vel in partem, illarum domini, similiter oblato eis etiam iusto et rationabili pretio, ne id fiat, pertinaciter se opponere; et huiusmodi novarum platearum ordinationem et antiquarum dilatationem, ampliationem, omni conatu possibili impedire non verentur; quae omnia publico bono et decori ac pulchritudini eiusdem urbis, nostraeque circa id intentioni obviare manifeste cernuntur.

§ 2. Nos igitur, aequum arbitantes publicam utilitatem in iis praeferrere privatae commoditati quorumlibet, et illorum, qui tam salubri publico bono indirecte modo praemisso se opponunt, duritiam, superioris auctoritate et aequa ordinatione comprimere; ac volentes propterea super iis omnibus opportunum adhibere remedium; motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia et de plenitudine potestatis apostolicae, haec in perpetuum valitura constitutione, statuimus et ordinamus quod venerabilis frater Guillelmus episcopus Ostiensis, camerarius noster, praefati Franciscus et Baptista, ac ipsorum episcopi, Francisci et Baptistae in camerariatus nostri et pro tempore existentis Roman. Pontif. ac magistratus aedificiorum Urbis officii respective successores, qui pro tempore erunt perpetuis futuris tempo-

Camerarius et magistri viarum cogant vicinos non habitantes domos, illas vendere aliis vicinis habitantibus volentibus reficere domos eorum dirutas, ob decorem Urbis.

ribus, ad requisitionem damnorum (1) domorum, quarum porticus, prosella seu alia aedificia, pro viis seu plateis et aliis locis publicis eiusdem urbis, hactenus diruta fuerint et dirui contingeret in futurum quandoeumque de mandato magistrorum eorundem, si domini praedicti in domibus ipsis inhabitare soliti erant ante demolitionem eandem, et tempore demolitionis huiusmodi factae et quam fieri contingeret in futurum, absque dolo et fraude, inhabitabant et in posterum inhabitabunt; et propter huiusmodi demolitionem iam factam et quae fieret, domus ipsae effectae sicut vel efficerentur in posterum, pro eorundem damnorum (2) ipsarum commoda receptione et inhabitatione incapaces; sintque iuxta eas aliquae domus per earum dominos minime inhabitari solitae, sed pro earum annua responsione vel alias locari consuetae, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effectae, domino domus sic incommoda effectae, adversus incommoditatem huiusmodi, subveniri valeat, teneantur et debeant compellere illos, ad quos domus ipsas sic vicinas legitime eis pertinere constabit, etiam si ad Ecclesias et monasteria, tam virorum quam mulierum, Ordinum quorumcumque, etiam exemptorum, necnon beneficia ecclesiastica, hospitalia et loca pia pertinerent, ad vendendum easdem domos vicinas, quas inhabitare soliti non sunt, dominis domorum contiguarum, quas sic incommodas effectas cognoverint; pro pretio, per duos probos et expertos viros per utramque partem eligendos, determinando et declarando. Si vero ii duo concordēs in eodem assignando pretio non essent, eo casu ipsi camerarius et magistri aedificiorum praefatae urbis, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponere et assignare habeant.

Et si plures eadem domo in-

§ 3. Et si forsā contingeret ex demolitione huiusmodi, duas domos sic per

(1) Legimus *dominorum* loco *damnorum* (R. T.).

(2) Hic ut supra (R. T.).

earum dominos inhabitatas, incommodas modo praedicto effici, et inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet vicinarum domorum praedictarum incommoditati subiacentium et ad receptionem ipsorum non sufficientium, sibi vendi et suae domui incorporari postularet, debeant camerarius et magistri praefati illi ex eis sic petentibus venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere modo vendenda cognoverint. Et si forsā uterque aequaliter indigeret, partem uni et partem alteri (si commode vendi poterit) vendi faciant, aut aliter desuper provideant, prout eis videbitur expedire.

digerent, domus utrique aequaliter indigenti vendatur vel non magis in ligenti.

§ 4. Et si in neutra domo vicinarum, quae sic inutiles iam effectae forent ex demolitione praedicta vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locare soliti essent, liceat etiam tunc camerario et magistris praefatis (si id petatur per alterum dominorum earundem) domum, quam maiora incommoda passam esse cognoverint, domino alterius domus magis laesae, si emere voluerit, vendi facere modo praedicto; et illum, instante domino domus magis laesae, ad id compellere: et similiter dominum domus e contra minus laesae ad emendum domum magis laesam, aut suam domino domus minus laesae vendendum compellere, seu alias, prout eis videbitur, providere ut ambae domus ipsae, inutiles et inhabitabiles non remaneant; et similiter, prout eis videbitur, providere teneantur quoties domus ipsae sic vicinae et locari solitae aequaliter laesae et incommoda effectae forent.

Si plures sint qui domos habeant dirutas et per eos non habitatas, teneatur dominus domus minus laesae domino domus magis laesae vendere, ut hic.

§ 5. Et ne, ob proterviam et duritiam dominorum domorum, sine quarum demolitione plateae in eadem urbe necessariae et utiles ad illius decorem de novo ordinari vel iam ordinatae ampliari commode nequeant, platearum earundem ordinatio et ampliatio, ac palatiorum et domorum de novo constructio seu reformatio retardetur, eisdem motu et scientia ac aucto-

Pro platearum et aedificiorum constr. et ampliatio etc., domus domorum locari solitarum cogantur eas vendere synd. Urbis vel vicinis aedificare volentibus, ut hic.

ritate et potestate statuimus quod camerarius et magistri praefati possint et debeant dominos domorum quarumlibet locari (non autem per ipsosmet inhabitari) solitarum, ecclesiasticos et saeculares, quacumque dignitate fungentes, compellere ad vendendum conservatoribus seu syndico eiusdem urbis domus, quas camerarius et magistri praefati, necessarias et utiles esse cognoverint pro huiusmodi plateis de novo ordinandis, et antiquis reformandis et ampliandis, pro iusto et rationabili pretio, ut praemittitur, imponendo. Et similiter ad vendendum domos huiusmodi per eos inhabitari minime solitas, sed locari, quas utiles et necessarias esse putaverint, pro palatiis, domibus seu aliis aedificiis, tam prophanis quam ecclesiasticis, in eadem urbe de novo construendis, seu iam constructis ampliandis, personis habentibus iuxta illas domum seu solum aut locum alium, et volentibus inibi de novo domos vel palatia construere, seu iam constructa ampliare, pro iusto et rationabili pretio, ut praefertur, taxando.

§ 6. Et inter duos seu plures sic aedificare seu ampliare volentes, et pro huiusmodi venditione eis fienda, ad effectum praemissum instantes, illamque eis fieri petentes, ille praefertur, cui domus, platea seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, et ex cuius aedificio plus decori eiusdem urbis consuli speraretur. Et si in omnibus paritas foret, liceat camerario et magistris praefatis venditionem huiusmodi pro parte uni et pro parte alteri fieri mandare, aut eorum alteri, prout videbitur.

§ 7. Et in singulis casibus praedictis, in quibus volumus quod camerarius et magistri praefati compellere possint aliquos ad vendendum, si illi, ad quos pertineret, moniti et requisiti, per camerarium et magistris praefatos, bis cum termino convenienti, eorum arbitrio moderando, vendere recusaverint, aut malitiose distulerint,

praefati camerarius et magistri debeant, vice et nomine illorum sic requisitorum et recusantium vel differentium, venditionem huiusmodi facere, cum promissionibus, obligationibus, poenis, renunciationibus, iuramento, pactis et clausulis consuetis, et pretium inde proveniens recipere et penes aedem sacram, aut fide et facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus seu alterius loci sic per eos pro tempore venditi (si venditionem ipsam ratam habere et fideiussores de evictione praestare voluerint et non alias) consignandum; habeantque venditiones ipsae, quas sic per camerarium et magistris fieri contingeret, et traditiones locorum et domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, ac si per illos, ad quos domus ipsae tunc pertinebant, fierent; et eosdem penitus et omnino operentur effectus, quos operentur, si fierent ab eisdem.

§ 8. Provideant autem camerarius et magistri praefati, in casibus praedictis, in quibus statuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus nova aedificia construere, seu iam constructa ampliare velle, ut tales sic proponentes ante omnia se obligent ad inchoandum et perficiendum huiusmodi nova aedificia modis et formis, ac infra tempus et sub poenis, de quibus ipsis camerario et magistris (personarum et aedificiorum qualitate inspecta) videbitur; et ab illis, qui sic se obligaverint, et praemissa non adimpleverint, poenas exigant memoratas; et nihilominus eos compellant ad observandum praemissa per eos, vel quas prius habebant et etiam propterea eis venditas domos aliis aedificare volentibus vendendum pro iusto et rationabili pretio, ut praefertur, moderando.

§ 9. Et quia interdum contingit quod habentes domos, sive domorum sedimina, claustra seu loca in eadem urbe et illa vendere volentes, variis plerumque modis et occasionibus illa vendere recusant habentibus domos, sedimina, claustra et loca

Edificare volentes serventur in contenta.

Inter plures aedific. volentes, quis praefertur debeat.

Qui servari debeant a camerario et magistro contra vendere recusantes

Vendere volentes, etc. tenentur vendere vicinis; alias vendition. sint nullae, et pro vicin. facta censentur.

vicina, illisque vendere nolunt; nonnumquam illa vendunt aemulis eorundem vicinorum, seu personis eis parum gratis; quo fit, ut ipsi domorum, claustrorum et sediminum (1) seu aliorum locorum vicinorum domini, illa emere volentes et habere nequennes, retrahuntur persaepe ab aedificando de novo in eorum sediminibus et locis vicinis, ac ampliando domos, quas inibi habent, sicque decori eiusdem urbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahatur. Volentes super hoc aequa ordinatione providere; motu, scientia et auctoritate praedictis, etiam statuimus et ordinamus quod praefati sic vendere volentes, teneantur et debeant domos, sedimina, claustra, plateolas et loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra et loca alia illis contigua, pro iusto et rationabili pretio, per alios evidenter et non fecte forsitan oblato. Et si illa aliis quam vicinis praefatis venderent, venditiones ipsae (quoad illos qui emerent et illorum commodum) nullius sint roboris vel momenti, et habeantur pro infectis; et proinde ac si per illum ex vicinis, cuius venditio ipsa, praesentis constitutionis vigore, fieri debebat, facta foret, debeant camerarius et magistri praefati, euentem a possessione domus, sediminis, claustrum, plateolae seu alterius loci sic empti, absque ulla tela iudicii, vicino instante et pretium rationabile offerente, et dicto emptori (si illud recipere, et emptioni per eum factae rennunciare et ipsum vicinum, iuxta camerarii et magistrorum praedictorum ordinationem, cautum facere noluerit) persolvendum deponente, amovere, et ipsum vicinum in illius possessionem inducere; et si forsitan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola seu alius locus, de cuius venditione ageretur, utilitatem et commoditatem afferre posset, ille ex eis praeferrri debeat in praemissis,

(1) *Sedimen, sedimonium*, varia notione; hic pro loco quovis vacuo ad aedificandum vel plantandum idoneo (R. T. ex Ducange).

quem camerarius et magistri praefati, consideratis circumstantiis universis, venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu loco alio, magis indigere declaraverint. Et si aequaliter indigerent, et pro parte uni et pro parte alteri possit exinde commoditas provenire, utrique proportionabiliter concedatur. Si vero, facta illius divisione, portiones utriusque fere inutiles essent, non dividatur, sed camerarius et magistri, alterum eorundem vicinorum, quem voluerint, praeferrri faciant in praemissis.

§ 10. Et ut ea, quae supra statuta sunt, votivum sortiantur effectum in praemissis omnibus et singulis, camerario in ecclesiasticas, et ei ac magistris praefatis in alias personas facultatem et potestatem concedimus: ita quod idem camerarius, per censuram ecclesiasticam; et ipse ac magistri praefati, per poenarum et multarum exactionem ac personalem distractionem et alia iuris remedia, contradictores quoslibet et rebelles compellere valeant ad praemissa.

§ 11. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac municipalibus statutis Urbis, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia vallatis; exemptionibus ac indultis, privilegiis et literis apostolicis; necnon interdictis personis ecclesiasticis bonorum immobilium alienationibus et praestitis per eas desuper iuramentis, a quibus eas absolvimus, contrariis quibuscumque; seu si aliquibus, communiter vel divisim, a Sede praefata indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod pretia domorum et aliorum bonorum immobilium ad Ecclesias, monasteria et alia pia loca huiusmodi pertinentium, quae vendi contingeret in posterum vigore praesentium, penes aedem sacram, aut fide et facultatibus idoneam personam, cum recognitionibus, obligationibus

Deputatio executorum.

Derogatio contrariorum.

et cautelis etiam in talibus adhiberi solitis, deponantur, et in emptionem aliorum bonorum immobilium pro eisdem ecclesiis, monasteriis et piis locis omnino convertantur.

§ 12. Quodque dilecti filii Camerae eiusdem urbis conservatores praesentes nostras literas in registro privilegiorum et aliarum scripturarum eiusdem urbis in eorundem archivio conservari, solito registrari, et illorum tenores in locis publicis et consuetis eiusdem urbis, sono tubae praemisso, vulgari sermone publicari; ac praesentes valvis Capitolii triduo, inris horis, et alibi, prout cameratio et magistris praefatis visum fuerit, affigi faciant, ut omnibus omni tempore facilius innotescant.

Nulli ergo omnino etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo, pridie kalendas iulii, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 30 iunii 1480, pontif. anno IX.

XXV (1).

Concessio gratiarum et privilegiorum pro Ordinibus S. Dominici et S. Francisci (2).

SUMMARIUM

Ord. S. Dominici et S. Francisci merita multa sunt. — 1. Hic ideo Pontif. plurima ipsorum Ordinum privilegia approbavit et alia concessit, ut in eius bulla cit. in nota (2). — 2. Sed eorum quieti plene non consuluit. — 3. Confirmat itaque latius eorum gratias tam spirituales quam temporales. — 4. Indulgentias eorum Ecclesias visitantibus concedit. — 5. Facultatem eligendi confessorem, etc. impartitur. — 6.

(1) In Edit. Rom. sub num. xxii habetur (n. T.).

(2) Haec *Bulla aurea* nuncupatur a Regularibus istis, eo quod multa contineat privilegia. Ultra quae, hic idem Pontifex alia elargitus est eidem Ordini S. Dominici, ut sup. in Constit. IX, *Regimini*, pag. 22h; et alia Ordini S. Francisci, ut sup. in eius Constit. viii, *Regimini*, pag. 217. et utrobique notavi.

Facultatem praelatis Ordinum concessam absolvendi fratres etc. restringit. — 7. Gratias Ordinum sororibus et tertiariis eorundem Ordinum communicat. — 8. Circa eleemosynarum collectionem et praedicationes, non molestantur ab ordinariis vel aliis. — 9. Defuncti possunt in locis Ordinum sepeliri cum eorum habitu recepto a praelatis eorum. — 10. Fratres habilitati ad beneficia ecclesiastica, non gaudent privilegiis Ordinis, sine illius praelatorum consensu. — 11. Generales Ordinum coercent etiam fratres servientes inquisitioni. — 12. Inquisitores unius ex dictis Ordinibus contra alios non procedant. — 13. Concessio gratiarum aliis Ordinibus Mendicantium concessarum plenior habetur. — 14. Inhibitio contra perturbatores. — 15. Derogatio contrariorum. — 16. Fides transumptorum.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Sacri Praedicatorum et Minorum fratrum Ordines, instar duorum primorum fluminum a coelestium voluptatum et amoenitatum paradiso egredientium, sacrosanctae universalis Ecclesiae terram, ne mundanarum cupiditatum et vitiorum calore arescat, praeclarae doctrinae, virtuosorum operum ac multiplicium meritum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuosam efficiunt. Hi sunt duo seraphim qui in sublime contemplationis et seraphici amoris alis elevati, a terrenisque rebus abstracti, assiduo divinarum laudum clamore et immensorum beneficiorum humano generi a summo opifice Deo exhibitorum declaratione, ferventissimis praedicationibus populos instruendo et ad coeleste iter dirigendo insistentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundae segetis, animarum scilicet Redemptoris nostri Iesu Christi pretiosis sanguinis effusione redemptarum, copiosos in horrea sanctae Ecclesiae manipulos referunt. Hi sunt duae tubae per quas Dominus praecipit ad pabulum sacri Evangelii universum populum assiduis praedicationibus advocari, ut in omnem terram

Ord. S. Dominici et S. Francisci, merita multa not.

exiret sonus eorum, et redderent sibi populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem. Ad praedictorum igitur Praedicatorum et Minorum fratrum Ordines, quos, pro eorum amplissimis meritis et uberrimis fructibus, quos in Dei Ecclesia continue afferunt, prae caeteris paterna charitate diligimus, nostrae considerationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quae in eis optatae quietis fructum inducant et statum eorum faciant pacificum et tranquillum.

§ 1. Dudum siquidem ut Ordinum eorundem professorum statui et quieti consuleremus, motu proprio nonnullas literas diversorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum dictis Ordinibus concessas et in illis contenta approbavimus et extendimus, ac nonnulla de novo eis concessimus, prout in diversis nostris literis desuper confectis plenius continetur.

§ 2. Cum autem, sicut postmodum accepimus, per huiusmodi ampliationes, declarationes, extensiones et concessionem, adhuc totali eorundem Ordinum et illorum professorum quieti plene, ut expedit, non consulatur, asseraturque a nonnullis per easdem literas, omnes gratias spirituales et temporales dictis Ordinibus et eorum domibus et fratribus a praedecessoribus nostris concessas approbatas non fore:

§ 3. Nos, attenta meditatione pensantes quantum utilitatis ad exaltationem christianae fidei et evangelicae veritatis Ordinum praedictorum professores haecenus attulerunt et afferre valeant, adinvante Domino, in futurum; ac propterea volentes, ut tenemur, eorum tranquillitati uberius providere, motu simili, non ad ipsorum fratrum et sororum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa nostra scientia, quascumque literas et gratias spirituales et temporales, concessionem et indulgentias ac peccato-

rum remissionem, in genere vel in specie fratribus et sororibus Praedicatorum et Minorum Ordinum ac domorum eorundem, necnon visitantibus illorum ecclesias, cappellas et oratoria concessas, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, haberi volumus pro expresso, praesentium tenore approbamus, et robur firmitatis perpetuae obtinere decernimus; proque potiori cautela, apostolica auctoritate, de novo, iuxta litterarum desuper concessarum continentiam et tenorem, concedimus et largimur.

§ 4. Et ut ecclesiae, domus et oratoria Praedicatorum et Minorum Ordinum praedictorum per universum orbem constructae et aedificatae, et quae construi et aedificari contigerit in futurum, congrua devotione et veneratione a christifidelibus visitentur, ac quae imperfectae sunt, perficiantur, ad complementum deducantur, et completae conserventur et manuteneantur; necnon paramentis et aliis ad divinum cultum inibi necessariis, debite ornentur; ipsique christifideles ad dictas ecclesias eo libentius confluant et ad praemissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae conspexerint se refectos: de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, universis et singulis christifidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesias et oratoria domorum fratrum praedictorum, in singulis s. Dominici et s. Francisci, centum annos et totidem quadragenas; et in sanctorum Petri martyris, Thomae de Aquino, Vincentii et sanctae Catherinae de Senis, ac sanctorum Antonii de Padua et Ludovici episcopi, Bernardini et sanctae Clarae, et beatae Elisabeth festivitatum diebus, a primis vesperis et per totam diem ipsarum festivitatum, quinquaginta annos et totidem quadragenas, devote visitaverint annuatim, et manus ad praemissa aut eorum aliqua porrexerint adiutrices, de iniunctis eis

Ille ideo Pontif. plurima ipsorum Ordinum privileg. approbavit et alia concessit.

Sed eorum quieti plene non consuluit.

Confirmat itaque latius eorum gratias tam spirituales quam temporales.

Indulgen. eorum ecclesiarum visitantib. concedit.

poenitentis, misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Facultatem e-
bendi confes-
sionem, et im-
partitur

§ 5. Et ut praedictorum Praedicatorum et Minorum Ordinum fratres tanto ferventius divinis beneplacitis insistant, quanto maioribus se viderint spiritualibus gratiis fore munitos, omnibus et singulis Praedicatorum et Minorum Ordinum professoribus, qui nunc sunt et pro tempore perpetuo erunt, ut confessor idoneus eorumdem Ordinum, quem quilibet pro se, de sui superioris licentia, duxerit eligendum, eorumdem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus et peccatis, semel in vita, in forma confessionalis per nos edita; in mortis vero articulo, plenariam absolutionem et peccatorum huiusmodi remissionem impendere valeant, etiam si ante factam eorumdem Ordinum professionem eos decedere contingeret, similibus motu, scientia et auctoritate indulgemus.

Facultat praedi-
cat. Ordini, com-
cessam absol-
vendi frat. etc.
restringit

§ 6. Facultatem vero a praedecessoribus nostris concessam magistro generali et prioribus provincialibus et conventualibus, ac eorum vicariis Praedicatorum, ac generali et provincialibus ministris et eorum vicariis, necnon custodibus Minorum Ordinum praedictorum, super absolutione fratrum eorumdem Ordinum suorum et dispensatione cum eisdem, in quibuscumque casibus (praeterquam illis pro quibus essent ad Sedem Apostolicam mittendi), et per nos approbatam, cum declaratione casuum pro quibus mittendi sunt, perstringentes, volumus quod magister et minister generales praefati et eorum vicarii, et illi quibus ipsi magister et minister generales pro tempore id duxerint committendum duntaxat, et non alii facultate praedicta de caetero uti possint, illam omnibus aliis penitus adimentes.

Gratias Ordini
sororibus
et clericis co-

§ 7. Et ne, propter monasteria monialium seu sororum sub cura et institutis Ordinis praedicti fratrum Praedicatorum, et S. Clarae seu S. Damiani Ordinum

sub eiusdem fratrum Minorum Ordinis cura degentia, S. Dominici et S. Francisci de Poenitentia nuncupatorum Ordinum utriusque sexus personas contingat eorumdem fratrum quietem turbari, motu, scientia et auctoritate praedictis, statuimus quod huiusmodi monasteria et loca, eorumque abbatissae et priorissae, procuratores, syndici, oblatis et utriusque tertii Ordinis praedicti de Poenitentia nuncupatae personae praedictae eisdem privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, concessionibus, facultatibus et indultis spiritualibus et temporalibus, praedictis fratrum Praedicatorum et Minorum Ordinibus ac illorum professoribus, domibus et locis, ac procuratoribus, syndicis, oblatibus et commissis, seu alias quomodo libet per praedecessores nostros aut nos haecenus concessis et in posterum concedendis, quavis auctoritate, quatenus earum sexus et statui non contradicant, libere et licite uti possint et debeant, in omnibus et per omnia, prorsus et sine ulla differentia, ac si eisdem monasteriis, locis et personis, abbatissis, syndicis, procuratoribus, oblatibus et commissis sororum et monialium earumdem, ac personis utriusque sexus de Poenitentia huiusmodi, nominatim concessa forent et concederentur expresse.

§ 8. Praeterea, quia, ut intelleximus, exortis nonnunquam controversiis inter locorum ordinarios eorumque vicarios seu officiales, curatos et fratres praedictorum Ordinum, variis occasionibus, locorum ordinarii eorumque vicarii seu officiales et curati praedicti, ne christifideles fratribus ipsis pias eleemosynas erogare praesument suadere et etiam sub censuris inhibere; ac erogantes excommunicatos fore praedicare seu praedicari facere, seu pronunciare praesument: locorum ordinarii eorumque vicariis seu officialibus et curatis praedictis, ac etiam aliis quibuscumque, dicta auctoritate mandamus ut ab huiusmodi persuasionibus, inhibi-

Circa eleemo-
synarum colle-
ctionem, et praedi-
cationes non
molestentur ab
ordinariis vel al-
liis.

tionibus et mandatis, de caetero prorsus omnino abstineant, decernentes inhibitiones ipsas et mandata, nullius existere firmitatis, et illis contravenientes, censuris huiusmodi minime ligari: ac eosdem persuadentes et inhibentes, mandatoque nostro huiusmodi obtemperare non curantes (nisi poenituerint, et persuasiones ac inhibitiones et praedicta revocaverint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint) eo ipso, ordinarios interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a regimine et administratione suarum Ecclesiarum; alios vero inferiores, ab eis excommunicationis sententiam incurrere.

Deluncti possunt in locis Ordinum sepeliri cum eorum habitu recepto a praelat. eorum.

§ 9. Cum autem nonnulli ad Ordines praedictos Praedicatorum et Minorum specialiter gerentes devotionis affectum, eorum cadavera cum habitu fratrum Praedicatorum vel Minorum, seu fratrum vel sororum de Poenitentia utriusque Ordinis praedictorum, sepeliri mandent; et persaepe, antequam moriantur, habitum huiusmodi eis postulant exhiberi, decernimus habitum huiusmodi per priorem domus Ordinis Praedicatorum, aut guardianum domus Ordinis Minorum loci in quo tales decedere contingeret, vel per superiorem praelatum ipsorum Ordinum, domorum seu prioratus et guardianiae, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, et non per alium, quavis auctoritate vel praelatione fungentem, exhiberi debere; qui praedictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum ecclesias debere sepeliri in eorum habitu (1), quorum habitum suscipiant; et illorum sic indutorum cadavera discooperta, nullo pallio vel tegumento super imposito, cum habitu huiusmodi ad sepulturam deferri posse. Ordinariorum, etiam sub censuris, prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obstante, quam, quoad hoc, modificamus.

Fratres habitati ad beneficia ecclesiast. non

§ 10. Et ne, ex habilitatis ad unum vel plura beneficia ecclesiastica in titulum vel commendam obtinenda, cum fa-

(1) Leg. cum Ripoll in eorum obitu (n. r.).

Bull. Rom. Vol. V.

cultate interim, donec illa assequantur, pro cappellanis aliorum in beneficiis ecclesiasticis deservire; et quod, etiam postquam beneficia huiusmodi assecuti fuerint, in domibus dicti Ordinis residere, cameras habere in illis, ac in generalibus atque provincialibus capitulis fratrum eorundem Praedicatorum et Minorum Ordinum, vocem activam et passivam habere, ac privilegiis, favoribus et gratiis et indultis concessis ipsorum Ordinum professoribus gaudere possint; praefatis Ordinibus et illorum professoribus gravamen inferatur, eisdem motu et auctoritate decernimus huiusmodi concessas, et quas concedi contigerit habilitationis literas, intelligi et interpretari debere, ut fratres ipsi, quibus literae huiusmodi concessae sunt et concedentur in posterum, quandocumque per Sedem praedictam, postquam aliquod beneficium adepti fuerint pacifice, aut pro cappellanis in aliquibus Ecclesiis coeperint deservire, concessionibus praedictis (prout vocem activam et passivam, residentiam in domibus dictorum Ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, et alia, quae Ordinum praefatorum sunt, concernunt), de dictorum praelatorum consensu dumtaxat gaudere possint, et non alias nec alio modo. Idem statuentes de promotis ad cathedrales etiam titulares appellatas, Ecclesias et alias ecclesiasticas dignitates.

gaudent privileg. Ordinis, sine illius praelat. consensu.

§ 11. Caeterum, ut dictorum Ordinum professores, qui inquisitores haereticae pravitatis pro tempore in diversis mundi partibus deputantur, tanto diligentius eorum officia studeant exercere, ac ab illicitis et eis prohibitis abstinere, quanto cognoverint posse eorum errores facilius corrigi et puniri, quod magister Praedicatorum et minister Minorum Ordinum praedictorum generales praefati, nunc et pro tempore existentes, gesta pro tempore per ipsos inquisitores suorum Ordinum respective examinare, et querelas contra illos propositas audire, ac super illis

Generales Ordinum coercent etiam frat. servientes inquisitioni.

quantum eis iustum et aequum videbitur statuere et ordinare; et si in aliquo eos deliquisse invenerint, illos, iuxta excessuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem ac alias, corrigere et punire; dictosque inquisitores, secundum quod aequum et iustum aut necessarium videbitur (non tamen in una eademque dioecesi), multiplicare libere et licite valeant.

Inquisitores quoslibet ex dictis Ordinibus contra alios non procedant

§ 12. Et Praedicatorum in Minorum, et e contra, Minorum Ordinum praedictorum inquisitores in Praedicatorum Ordinum huiusmodi professores quoscumque officio inquisitionis huiusmodi fungi, illudque exercere nullatenus possint, absque Sedis Apostolicae licentia speciali, de praesentibus literis specificam et expressam faciente mentionem.

Concessio praedictorum ab Ordinibus Mendicantibus concessa non plenius habeatur.

§ 13. Postremo, quia Praedicatorum et Minorum fratrum praedictorum Ordinum professores, pro fidei catholicae dilatatione, incremento et defensione, continue indefesse laborant, et eorum exemplari vita, praedicationibus verbi Dei, audientia confessionum, sana doctrina, assidua sacrarum literarum instructione et devota divinorum officiorum celebratione, haereticorum extirpatione, aliisque innumeris piis operationibus prae caeteris Ordinibus Mendicantium professoribus, fructus in Ecclesia Dei salutare copiosius attulerunt hactenus, et continue afferre non cessant, atque allaturos in futurum, Deo propitio, spe firma tenemus, et propterea convenit ut ipsi prae caeteris ampliores favores et gratiarum praerogativas a praefata Sede recipiant et reportent, aliorumque Ordinum Mendicantium indultis et privilegiis apud Sedem praefatam gaudeant, ne illis inferiores esse videantur; omnes et singulas gratias, concessionem, indulgentias et peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia et indulta spiritualia et temporalia, qualiacumque sint, Eremitarum S. Augustini, et Carmelitarum, ac Servorum B. Mariae fratrum Ordinis, et illorum Ecclesiis, oratoriis et domibus, prioribus, fratribus et soro-

ribus, conversis et oblati, ac utriusque sexus personis de Poenitentia nuncupatis, a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus praedictis et a nobis aut aliis auctoritatem habentibus, quae omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi hic volumus pro sufficienter expressis, coniunctim vel divisim, in genere vel in communi concessa, eisdem et eorum cuilibet Praedicatorum et Minorum fratrum (1) Ordinibus, domibus, Ecclesiis, oratoriis, generali magistro, ministro, prioribus et ministris provincialibus, conventualibus prioribus, guardianis, sororibus, oblati, conversis et utriusque sexus tertii Ordinis, seu de Poenitentia nuncupatis, et aliis eorundem Ordinum personis, de novo concedimus et in eis locum habere volumus, ac si eisdem nominatim, directe et expresse concessa fuissent. Mandantes etiam, motu et scientia et auctoritate praedictis, ut dum privilegiorum, indulgentiarum (2), facultatum et indultorum dictorum fratrum Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum et Servorum S. Mariae originales literae seu transumpta authentica ex illis, pro et in favorem Ecclesiarum, domorum et fratrum praedictorum Praedicatorum et Minorum Ordinum, adducerentur vel exhiberentur, eadem fides in dubia adhibeatur, tam in iudicio quam extra iudicium et aliis locis, quibus opus fuerit, ac si pro et in favorem dictorum Ordinum, Ecclesiarum, domorum et fratrum Praedicatorum et Minorum a Sede Apostolica emanassent, ac eis et cuilibet ipsorum fuissent immediate concessae.

§ 14. Inhibentes districtius ipsis locorum ordinariis, sub interdicti ingressus ecclesiae et suspensionis a regimine et administratione suarum Ecclesiarum, ac parochialium Ecclesiarum rectoribus et aliis quibuscumque, sub excommunicationis latae sententiae, et privationis earundem Ecclesiarum parochialium et om-

Inhibitio contra perturbatores.

(1) Ripoll legit *Minorum fratribus* (R. T.). (2) Ripoll hic addit: *praerogaticarum, concessionum, exemptionum, immunitatum* (R. T.).

nium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae obtinent, necnon inhabilitationis ad illa et alia in posterum obtinenda, poenis, eo ipso quo contrafecerint, incurrendis, ne personis quibuslibet, ecclesiasticis vel saecularibus, in genere vel in specie, directe vel indirecte, aliquid inhibeat, praecipiant, ordinent vel statuunt, quominus Ordines praedicti, illorum domus et professores praedictis gratis eis concessis libere uti possint.

Derogatio contrariorum

§ 15. Non obstantibus quibuscumque apostolicis suspensionibus, revocationibus et restrictionibus, ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus; necnon Parisiensis et aliorum locorum generalium Studiorum Universitatibus et curae vicegerentiae Avinionensis et quibusvis ordinariis, praelatis ac personae concessis et concedendis literis, privilegiis, ac per illos deputatis in eis conservatoribus privilegiorum huiusmodi facultatibus et iurisdictione, cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, ac fortioribus et insolitis, quibus omnibus, illa etiam si de eis, eorumque totis tenoribus et datis, non per huiusmodi generales clausulas etiam specialem mentionem importantes, sed specifica et individua ac de verbo ad verbum, seu quaevis alia mentio habenda esset, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad praemissa, specificè et nominatim derogamus; et ea nemini in praedictum praemissorum suffragari posse aut debere, ac irritum et inane quidquid secus contigerit attentari decernimus; necnon omnibus illis, quae in dictis literis nostris, praefatis Ordinibus concessis, volumus non ob stare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§ 16. Verum, quia difficile foret praesentes literas etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo

quadringentesimo septuagesimo nono, septimo kalendas augusti, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 26 iulii 1479, pontif. anno viii.

Sequitur declaratio § 6 praecedentis bullae (1).

SUMMARIUM

1. Causa huius declarationis. — 2. Declaratio § 6 bullae praeinsertae circa absolutiones fratrum. — Obstantium derogatio.

Sixtus Papa IV, etc.

Exposuisti nobis quod facultatem absolventi omnes et singulas utriusque sexus vestri Ordinis personas ab omnibus, praeterquam certis tunc expressis casibus, et super irregularitatibus dispensandi, tibi et prioribus provincialibus et conventualibus, et eorum vicariis pro tempore existentibus vel ab eis deputandis alias concessam, ad te et vicarios tuos dumtaxat, et ad eos quibus tu illud committendum duceres restrinximus, prout in singulis literis desuper editis plenius continetur: unde fit ut difficile admodum existat pauperibus fratribus tui Ordinis, praesertim in longinquis partibus agentibus, pro huiusmodi absolute ad te et tuos vicarios, longe aliquando remotos, accedere; proinde humiliter supplicasti ut desuper opportune fratribus et personis praefatis, ne sic vagari cogantur, providere dignaremur.

Causa huius declarationis.

§ 1. Nos, huiusmodi supplicationibus inclinati, tenore praesentium decernimus et declaramus quod tu et tui successores, et priores provinciales ac eorum vicarii pro tempore existentes, et hi quibus vos committendum hoc duxeritis, eandem absolventi ab ipsis casibus praefatis personas utriusque sexus vestri Ordinis, et super irregularitatibus dispensandi habeatis facultatem, quam per priores literas huiusmodi, ante restrictionem, habebatis. Priores vero conventuales illam solum-

Declaratio § 6 bullae praeinsertae circa absolutiones fratrum.

(1) Extat similis declaratio pro fratribus Praedicatoribus, data die 28 martii hoc eodem anno, hic sedulo praetermissa.

modo habere censeantur, quam prius habebant ex privilegiis et literis praeelectorum nostrorum Romanorum Pontificum.

§ 2. Non obstantibus literis superioribus restrictionis nostrae huiusmodi, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimasexta iulii, millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, pontificatus nostri anno x.

Dat. die 16 iulii 1481, pontif. anno x.

XXVI.

Canonizatio S. Bonaventurae Balneoregionensis, generalis ministri Ordinis fratrum Minorum conventualium S. Francisci, S. R. E. cardinalis et episcopi Albanensis, eiusque relatio in numerum Ss. confessorum pontificum doctorum, cum suae festivitatis institutione.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Laetatur Pontifex de canonizatione S. Bonaventurae, — 2. Laetari-que debent universi christifideles. — 3. Sanctus Bonaventura virtutibus et miraculis claruit; — 4. S. Francisci Religionem professus est; — 5. Doctrina praefulsit; — 6. Humilitate et innocentia emicuit; — 7. Generalis minister Ordinis extitit, — 8. Ordiniq. et fratribus maximo adiumento fuit; — 9. Cardinalis et deinde episc. Albanen. a Gregor. X creatus fuit; — 10. Concilio Lugdunensi praefuit et praefulsit, — 11. Et usque ad ultimum vitae spiritum multis virtutibus floruit; — 12. Post obitum miraculis claruit. — 13. Imperator ergo et alii apud hunc Pont. pro ipsius canonizatione institerunt. — 14. Hic Pont. dictae Religionis S. Francisci professor fuit; ideo, ne potius affectione quam debito ad canonizationem motus videatur, processum tribus cardinalibus commisit. — 15. Postea reiterari iussit. — 16. Cardinales successive votum pro canonizatione dederunt. — 17. In consistorio publico orationes et ieiunia ad hoc indixit. — 18. Praelati ad idem per Pontificem congregati pro canonizatione votarunt. — 19. Hic deinde Pont.

canonizationis diem praefinivit, in qua, omnibus legitime peractis, illum canonizavit, et Ss. confessorum pontificum doctorum cathalogo adscripsit, — 20. Festumque pro 2 dominica mensis iulii instituit. — 21. Officium duplex Ordini S. Francisci concedit. — 22. Sepulchrum vel ecclesiam suam visitantibus indulg. elargitur. — 23. Indulgentias concedit ecclesiae Sanctorum Apostolorum de Urbe, indultaque patribus Minoribus in Universitate Parisiensi concedit, quibus ibidem potuntur fratres Praedicatorum. — 24. Hortatur omnes ad orandum S. Bonaventuram pro exaltatione S. R. Ecclesiae. — 25. Transumptis fidem dari praecipit.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Superna coelestis patria, civitas Hierusalem, cuius participatio eius in idipsum, ita omnium electorum salvatione laetatur, ut quorum praestantiora sunt merita, copiosiora etiam sumat gaudia praemiorum. Quod in excessu mentis suae positus Isaïas propheta sensisse videtur, cum diceret: *Exulta et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus.* Exultent igitur omnium angelorum chori, qui, de vacuum sedium habitatione solliciti, conantur de virtute in virtutem, ad beatas illas mansiones, unde superbi ruerunt, spiritus humilitate (1) perducere. Exultent quoque omnes animae iustorum qui Christi vestigia sunt sequuti, atque omnes tam veteris quam novi Testamenti fideles amici Dei, qui, contemptis huius saeculi vanitatibus, concivium numerositate congaudent. Exulet coelum laudibus, resultet terra gaudiis, quorum (2) sanctorum editio, laetitiam habet plurimorum. Unde enim fidei pietas exigit ut, quod pro salute multorum geritur, communibus ubique gaudiis celebretur. Praecipue vero exulet pontificum coetus beatorum et sacra doctorum concio, qui fulgent in caelo tamquam stellae in perpetuas aeternitates, quos inter, sanctus Bonaventura, tamquam novum sydus, ex

(1) Forte leg. *humiles* loco *humilitate* (R. T.).

(2) F. leg. *quoniam* loco *quorum* (R. T.).

Prooemium.

haec lacrymarum valle ad coelestem, quae sursum est, Hierusalem, vocante eum Domino, migrans emicuit.

Laetatur Pontifex de canonizatione S. Bonaventurae,

§ 1. Nos autem, qui, disponente Altissimo, ad culmen apostolatus evecti, christiani gregis curam gerimus, quem, pro debito pastoralis officii, iucundo sanctorum collegio conformare, ut debemus, intensis desideriis affectamus, Ecclesiae militanti, pro cuius aedificatione et incremento, ipsum Bonaventuram in cathalogum sanctorum referendum duximus, haud incongrue dicere possumus: Exulta hodie et lauda, habitatio Sion, idest christiana religio, in qua, tanquam in monte Sion, per veram fidem habitat verus Deus, quoniam magnus in medio tui sanctus. Quippe: *In medio Ecclesiae aperuit os eius et implevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus, et stolam gloriae induit eum.* et coronavit ad portas Paradisi, in qua una cum angelis gloria et felicitate laetatur.

Laetantur debent univ. christifideles.

§ 2. Laetemur itaque et exultemus, quia coelestis illa curia ex nobis habet, cui sit cura de nobis, qui suis nos protegat meritis, quos informavit exemplis, illuminavit doctrinis et miraculis confirmavit; quem Deus dedit cunctis populis in gloriam et honorem, cuius memoria in benedictione est.

Sanctus Bonaventura virtutibus et miraculis claruit;

§ 3. Ea namque de divinis rebus scripsit, ut in eo Spiritus Sanctus loquutus videatur. Ita pie, religiose et sancte vixit, ut scriptis vita congrueret, et quod scribebat doceret exemplo. In quo morum virtus et signorum claritas ita comperita est, ut, congruentibus maximis meritis ac miraculis, verae sanctitatis testimonium a militante Ecclesia debeatur eidem.

S. Franc. Religionem professus est;

§ 4. Nam cum in flore virente iuventutis, humanis abiectis illecebris, divino se addixisset servitio, Religionem B. Francisci, quae per ardua tendit, ingressus, tantum sedula lectione et assidua oratione profecit, ut cum Sapiente merito dicere posset: *Optavi et datus est mihi sensus.*

§ 5. Illuminatus enim ab Eo qui illu-

minat omnem sensum; qui lux, via, veritas est et vita, paucorum annorum spatio incredibilem est scientiam consequutus; nec talentum sibi a Domino creditum sudario alligavit, aut terrae infodit, sed ut sapientissimus dispensator in communem utilitatem convertit; in celebri enim Parisiensi gymnasio cathedram rexit, ubi abscondita Scripturarum enucleans, non solum viva voce profuit multis, sed etiam plurima librorum optimorum, tum in sacris literis tum in maioribus scientiis, monumenta reliquit, quae essent omni tempore postremis profutura.

Doctrina praevaluit;

§ 6. Magnus doctrina, non minor humilitate et vitae meritis, quem Alexander de Ales, doctor clarissimus, cui se in disciplina sanctus Bonaventura tradiderat, tantae innocentiae ac columbinae simplicitatis expertus est esse, ut dicere solitus fuerit, sibi videri quod in eo Adam nunquam peccasset.

Humilitate et innocentia emicuit;

§ 7. Magnus etiam in Ordine fratrum Minorum, cui unus post beatum Franciscum plurimum profuit. Ad eius enim gubernacula vocatus, et generalis minister, Domino inspirante, creatus, talem se suis praebebat subditis, ut in illo dominicum illud verbum videretur impletum: *Qui maior est vestrum, sit minister vester.*

Generalis minister Ord. extitit,

§ 8. Nam sapientia et morum integritate maior, praelationis officium cum tanta exercuit caritate, quod sponte humilis, nunc doctrina, nunc monitionibus, nunc exhortatione fraterna, nunc etiam corporali servitio satagebat, ut bonus Christi miles, inferioribus ministrare. Nec solum quae ab ipso B. Francisco pie et sancte fuerant instituta diligentissime custodivit, sed multa etiam adinventata, quae, crescente fratrum numero, necessaria videbantur, adiecit. Ordinem quoque ipsum in provincias custodiasque divisit.

Ordinis et fratrum maximo id iuramento fuit.

§ 9. Magnus etiam dignitate in Romana fuit Ecclesia. Increscente enim fama innocentiae, doctrinae ac prudentiae eius, a fel. rec. Gregorio Papa X, praedecessore

Cardinalis et deinde episcopus Albanensis a Greg. X creatus fuit.

nostro, ad cardinalatus est vocatus honorem, ut eius opera in maximis et difficilissimis rebus, quae temporibus illis inciderant, uteretur, in quem Gregorius ipse, ob ingentia viri merita, novo est usus exemplo. Statim enim illi Albanen. commisit Ecclesiam, quae non nisi vetustioribus cardinalibus solet committi.

Concilio Lugdunen praefuit et praefuit.

§ 10. Non sefellit expectationem Summi Pontificis ac saeri senatus, optimus ac Deo amicissimus vir. Sed in concilio Lugdunensi praesidens, omniaque ad Dei laudem dirigens, sedatis discordiis, difficultatibusque sublatis, ipsi Ecclesiae maximo usui fuit et ornamento.

Et usque ad ultimum vitae spiritum mult. virtutibus floruit;

§ 11. Quibus rebus aperte cognoscitur quod *statuit illi Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in aeternum*, quem inanis gloria non inflavit, non divitiae sinistrorsum egerunt; sed in fide lenitateque perseverans, pius in Deum, in pauperes misericors, iustus in omnes, ita hoc corruptibile corpus exiit, ut eum Apostolo dicere posset: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. in reliquo reposita est mihi corona iustitiae.*

Post obitum miraculis claruit.

§ 12. Qui, etsi ex sola perseverantia poterat sanctus credi, iuxta illud: *Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae*, subsequuta sunt tamen post vitam multa maximaque miracula, quae certum sanctitatis eius praebent indicium, et nos ad ipsius venerationem inducunt, quod Deus meritis praecedentibus venerandum ostendat. Ipse enim Deus omnipotens ut suae virtutis potentiam manifestet, et nostrae salutis causam pandat, fideles electos suos, quos coronat in coelis, saepe etiam honorat in mundo, ad eorum memoriam signa faciens et prodigia, quae haeretica pravitas confundatur, et fides orthodoxa servetur.

Imperator ergo et alii apud hunc Pont. pro ipsius canoniz. in tervunt

§ 13. Agimus igitur ipsi Deo quantas possumus gratias quod nos dignos duxerit, per quos haec canonizatio celebraretur, quae, licet divinis literarum monumentis

extantibus, coruscantibusque miraculis, iam pridem potuerit rite fieri, numquam tamen ante haec vel a principibus vel ab aliis tanta diligentia fuit petita. Nostro tempore carissimi in Christo filii nostri Federicus Romanorum imperator semper augustus, Ludovicus Francorum christianissimus, Ferdinandus Siciliae et Matthias Ungariae, reges illustres; dilecti quoque filii nobiles viri Alphonsus Calabriae, Ioannes Mozenico Venetiarum, Ioannes Haleam (1) Mediolani et Ioannes Bourbon, duces insignes; praeterea civitates Florentinorum, Senensium, Lugdunensium, Perusinorum et, quod tale iubar tulit, Balneoregium, tanto studio tantaque perseverantia petierunt a nobis, ut durum et impium putaremus eis in re tam pia resistere, quam etiam Dei monitu petere videbantur. Accesserunt assiduae venerabilis fratris nostri Iuliani, episcopi Sabinensis, ipsius Ordinis protectoris; dilectorum quoque filiorum Francisci Samsonis, generalis ministri; et Petri de Rodulphis, procuratoris dicti Ordinis, sacrae theologiae professoris, preces, qui, nomine generalis eorum capituli, id tanquam iustum et debitum reposesbant. Legeramus studiosissime Sancti huius divina scripta, quibus, postquam per aetatem aliquid sapere licuit, semper fuimus delectati. Audiveramus quoque ab antiquioribus praefatae Religionis fratribus et gravibus quidem viris, quod et ipsi a maioribus natu acceperant de sanctimonia vitae eius constantem famam esse; sciebamus de multis maximisque miraculis, nec erat propterea apud nos dubium, quin in triumphanti Ecclesia triumpharet in coelo, et venerationem mereretur in terris.

§ 14. Sed memores nos eundem Minorum Ordinem ex voto ingressos, in quo divina assistente gratia, in sacris literis et religiosis moribus utcumque profecimus, eademque ministerii officia exercimus; atque inde ad cardinalatus dignitatem, ita ut per consimiles gradus ad Pontificatus culmen sublevatos nos fuisse, dispo-

III Pontif. dictae Religionis S. Franc. professor fuit; ideo ne potius affectione quam debito ad canonizationem motus videretur, proeesum trib. cardinalibus commisit.

(1) Italice leg. *Gio. Galeazzo Sforza* (R. T.).

nente Domino, cognoscamus, per quos ipse Bonaventura sanctus ad triumphantis Ecclesiae immarcescibilem gloriam evehctus est, ne ad id videremur potius affectione propria, quam debita devotione moveri, eam adhibuimus diligentiam ac gravitatem, quam rei magnitudo posebat. Commisimus enim tribus ex venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, ut de veritate miraculorum mandarent inquiri. Cumque unus ex eis, inchoato processu, ut Deo placuit, ab hac luce migrasset, alium in locum defuncti subrogavimus cardinalem, quo iam decedente, alium substituimus.

§ 15. Nec his contenti, cum iam processus ipse pene perfectus esset, et hi qui delegati erant fidelissime retulissent; tamen, quia non videbatur in procedendo tanta, quanta requiritur, observata solemnitas, illum reiterari iussimus.

§ 16. Demum, cum ex uberiori relatione et fide dignorum testium super hoc receptione compertum fuisset multa et magna a Deo per ipsum Sanctum miracula fieri, quae in conspectu multitudinis cernebantur, nos, ne Spiritui Sancto resistere videremur, qui per os Prophetae laudare Deum in sanctis suis iubet, in consistorio nostro secreto huius rei causa habito, eorumdem venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium vota super huiusmodi canonizatione sumus scrutati. Cumque omnium una eademque fuisset sententia, videlicet ut in sanctorum numero referri deberet:

§ 17. Consistorium publicum deinde habuimus, in quo, magna multitudine astante, in triduum orationes ieiuniaeque indiximus, ut Deus omnipotens nobis, quod factu optimum in hac re esset, ostendere dignaretur, nec pateretur Ecclesiam suam militantem errare, quae se triumphantem conformare studet.

§ 18. Triduo deinde elapso, omnes, qui in Romana Curia erant, praelatos iussimus convenire, qui ad unum interrogati quod

faciendum videretur, in eandem sententiam convenerunt, beatumque Bonaventuram canonizandum censuerunt.

§ 19. Nos ergo, Dei nutum et voluntatem sequentes, attendentesque iustum ac debitum esse, ut quos Deus honorat in coelis, nos venerationis officio laudemus et glorificemus in terris, cum ipse potius laudetur et glorificetur in illis, qui est laudabilis et gloriosus in saecula; hunc diem canonizationis ipsius sancti Bonaventurae in medio basilicae Principis apostolorum de Urbe, quo maxima omnis generis ordinisque multitudo confluerat, celebrandum statuimus. Ibi, reliquis omnibus legitime peractis, praedictus Ordinis Minorum procurator in medio stans, dictum illud beati Ioannis apostoli clara voce proponens, videlicet: *Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus*, probavit etiam, habito super praemissis processu, ipsas beatissimae Trinitatis personas testimonium, quod beatus Bonaventura in coelo sit, praestitisse. Patrem, videlicet, in miraculorum potentia, Filium in doctrinae sapientia, et Spiritum Sanctum in vitae ipsius bonitate. Et propterea non solum nominibus omnium, qui hanc ipsam canonizationem fieri supplicarunt, sed etiam ex parte individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut ipsum beatum Bonaventuram sanctum pronuciare dignaremur, instanter, instantius et instantissime requisivit. Confidentes igitur quod in hac canonizatione non permittat nos Deus errare, qui omnia in ea quomodo libet requisita, etiam superabundanter observari fecimus et observavimus, de eorumdem fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium omniumque praelatorum in Romana Curia existentium unanimi consensu et maturo consilio, de omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, beatae memoriae Bonaventuram Balneoregiensem, sacrae theologiae professorem, ex gremio sacri Ordinis Mi-

canonizat. vocantur.

Hic de die Pontifici canonizationis diem praefinit, in qua, omnibus legitime peractis, illum canonizavit et Ss. confessorum pontificum doctorum cathal. adscripsit.

Postea reiterari iussit.

Cardinales successively votum pro canoniz. dederunt.

In consistorio publico orationes et ieiunia ad hoc indixit.

Praelati ad id per Pontificem congregati pro

norm et ex officio generalatus in episcopum cardinalem assumptum, sanctum esse, ac aliorum sanctorum Dei cathalogo adscribendum, adiciendum et aggregandum fore, ac fideliter firmiterque teneri debere decernimus; ipsumque sanctorum confessorum pontificum et doctorum, quos sancta Dei veneratur Ecclesia, consortio solemniter in praesentiarum adscribimus aggregamusque per praesentes.

*Festumque pro
2 dom. mensis
iulii instituit L.*

§ 20. Statuentes et mandantes venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac dilectis filiis dictorum ac patriarchalium, metropolitannarum et cathedralium ecclesiarum capitulis; et quorumvis Ordinum, tam Mendicantium quam non Mendicantium, professoribus; necnon quibuscumque ecclesiasticis personis, ut festum ipsius sancti Bonaventurae, secunda dominica mensis iulii, singulis annis solemniter et devote celebrent, divinum officium, veluti pro uno confessore pontifice et doctore, tam publice quam privatim, prout contigerit, persolventes.

*Officium duplex
Ordini S. Fran-
cisci concedit*

§ 21. Dilectis vero filiis fratribus praedicti Minorum Ordinis, quatenus huiusmodi officium sub festo duplici et octava, eo modo quo aliorum dicti Ordinis sanctorum celebrare festa et octavas consueverunt, celebrandi concedimus facultatem.

*Repub. huius et
ecclesiam suam
v. citantibus in-
dulg. elargitur.*

§ 22. Insuper, eadem auctoritate omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in eadem dominica, ecclesiam, in qua sanctum eius corpus requiescit, devote visitaverint, annuatim, septem annos et totidem quadragenas; his vero, qui aliis temporibus in singulis diebus dominicis, centum dies; illis autem, qui ecclesias fratrum Minorum ubilibet constitutas, tam ipsa die festi, quam in octava divinis officiis interfuerint, consimiles indulgentias et peccatorum remissiones, quae in singulis aliorum eiusdem Ordinis sanctorum festis, ex indultis apostolicis generaliter promulgatis, Romani Pontifices concesserunt,

de iniunctis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus et elargimur.

§ 25. Considerantes praeterea quanta ab hoc ipso sancto Bonaventura, ratione scientiae et sanctitatis vitae, episcopalisque et cardineae dignitatis, S. R. E. susceperit incrementa; quantumque idem sanctus cum beato Thoma de Aquino, coaetaneo, condiscipulo et commagistro suo familiaritatem et spiritualem coniunctionem in hac vita servaverit, ut quos in hoc saeculo fraterna iunxit caritas, et eadem in coelo praemia consequutos credimus, praesens Ecclesia pari veneretur honore, praedictum festum inter festa sacri Palatii Apostolici assumptas annumerantesque, eandem indulgentiam in festo praedicto in ecclesia Sanctorum Apostolorum de Urbe, quae in festo ipsius sancti Thomae de Aquino in ecclesia beatae Mariae Virginis de Urbe, Minerva vulgariter nuncupata, habetur, concedimus; pariterque decernimus fratres Minores, in alma Universitate Parisiensi, eisdem privilegiis posse ac debere uti et gaudere, ob ipsius s. Bonaventurae merita, quibus, ex apostolicis indultis, fratres Praedicatorum, qui in eadem Universitate, intuitu et gratia eiusdem s. Thomae, potiri et gaudere consueverunt et gaudent, aut potiri et gaudere quomolibet poterunt in futurum.

*Indulgen. con-
cedit ecclesiae
Sanctorum Apo-
stolorum de Ur-
be, indultaque
patribus Mino-
ribus in Univer-
sitate Parisiensi
concedit, qui-
bus ibidem po-
tentur fratres
Praedicatorum.*

§ 24. Quocirca omnes et singulos in dignitate constitutos requirimus et monemus quatenus universis et clericis et populis suarum civitatum, dioecesium et parochialium praesentes nostras literas solemniter publicantes, eosdem hortentur ut Deum ipsum, a quo bona cuncta procedunt, humiliter deprecantur, ut ipsius sancti doctoris et confessoris Bonaventurae meritis et precibus exoratus, militantem Ecclesiam, apostolicam fidem et cunctos christifideles a paganorum et aliorum infidelium et haeticorum tueatur incurisibus, et a periculis cunctis semper protegat ac defendat; et illam, quam nobis mundus dare non potest pacem, hostium

*Hortatur om-
nes ad orandum
S. Bonaventu-
ram pro exalta-
tione S. R. E.*

(1) Sixtus V agi iussit die 14 dicti mensis.

omnium sublata formidine, firma cum tranquillitate concedat; utque, post huius vitae militiam, depositumque pastoralis officii ministerium, una cum grege nobis credito, ad sempiterna tandem gaudia pervenire mereamur.

Trasumptus fides. danda.

§ 25. Demum, quia difficile etc. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, decimo octavo kal. maii, pontificatus nostri anno undecimo.

Dat. die 14 aprilis 1482, pont. anno xi.

XXVII.

De electione et munere magistri seu praeceptoris archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, et exemptionibus, immunitatibus ac privilegiis eiusdem.

SUMMARIUM

1. Forma eligendi magistrum hospitalis —
2. Protectoremque. — 3. Cura praeceptoris circa hospitali expositos. — 4. Exceptio hospitalis et eius membrorum a solutione gabellarum et aliorum onerum. — 5. Exemptioque a superioritate et iurisdictione omnium praelatorum et aliorum, praeterquam magistri generalis. — 6. Communicatio omnium immunitatum et privilegiorum congr. monachorum Cassinensis alias S. Iustinae. — 7. Executorum huius bullae deputatio. — 8. Contrariorum derogatio. — 9. Exemplorum fides.

Sixtus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Pio de Ruvere, praeceptoris hospitalis nostri S. Spiritus in Saxia de Urbe, Ordinis S. Augustini, salutem et apostolicam benedictionem.

Religionis zelus etc.

Forma eligendi magistrum hospitalis 1

§ 1. Et insuper, ut hospitale praedictum de bono in melius dirigatur et, auctore Domino, felicibus proficiat incrementis, aliorum praedecessorum nostrorum

(1) Hodie a Papa eligitur.

Bull. Rom. Vol. V.

37

Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, motu, auctoritate et scientia similibus statuimus, decernimus pariter et ordinamus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, occurrente praeceptoriae hospitalis huiusmodi vacatione, fratres conventus huiusmodi, in unum convenientes, debeant electionem de praeceptore futuro, quibusvis pactionibus semotis, cum consilio tamen et auctoritate ac praesentia praeceptoris pro tempore existentis dicti hospitalis, facere; et sic electum Roman. Pontific. pro tempore existenti canonice intranti praesentare, qui illum debeat confirmare.

§ 2. Quodque similiter unum ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, quotiescumque dictum hospitale carere contigerit protectore, in protectorem eligere, et illum Romano Pontifici praesentare confirmandum.

Protectoremque

§ 3. Mandantes in virtute sanctae obedientiae praeceptoris pro tempore existenti dicti hospitalis, ut tam pueros quam puellas, qui ibidem pro tempore exponuntur, quemadmodum ad bonum et pium patrem spectat, manuteneat tamquam filios et conservet; illosque et illas sub optimis disciplinis instituere studeat, ac sic apud Deum meritum et apud homines laudem consequi mereatur.

Cura praeceptoris circa hospitali expositos

§ 4. Concedentes insuper, motu, scientia et auctoritate similibus tam hospitalis praedicti, quam omnium aliorum eius membrorum et locorum, in obedientia, subiectione et correctione et omnimoda dispositione praeceptoris dicti nostri hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe solum et dumtaxat existentium, ab eodem dependentium, praeceptoribus, prioribus, seu rectoribus pro tempore existentibus, quod de relictis et obventionibus eis ratione dietarum praeceptoriarum, membrorum et locorum sanctorum, ad solvendum aliquam quartam episcopalem seu parochialem, neque aliquam gabellam, passum seu impositionem et quodvis aliud onus, etiam

Exemptio hospitalis et eius membrorum a solutione gabellarum et aliorum onerum.

occasione rerum, honorum, fructuum et animalium dicti hospitalis nostri Sancti Spiritus de Urbe, in quibus locis deinceps, perpetuis futuris temporibus, non teneantur, nec ad id a quoquam inviti compelli seu coactari possint aut valeant.

Facile est que a
superioribus et
iuris, omnium
praefatorum et
aliorum praeter-
quam in castri-
genralis.

§ 5. Praeterea, ut praeceptores et fratres praedicti quietius et liberius sua vota Altissimo exolvere, ac praeceptoriae, Ecclesiae hospitalis et alia loca eorum, a dicto hospitali de Urbe, ut supra, dependentia melius et salubriter gubernari possint, quo Sedis eiusdem fuerint praesidio communita, hospitale praedictum illiusque modernum et pro tempore existentem praeceptorem ac conventum et fratres et personas ac familiares omnes eorumque quoslibet; et alias praeceptorias, membra, hospitaba et loca ab ipso hospitali nostro dependentia, illorumque similiter praeceptores, fratres, conventum et personas; necnon castra, terras et oppida, illorumque vassallos et subditos, bonaque omnia et singula, mobilia et immobilia, quae ad praesens possident et in futurum, largiente Domino, poterunt adipisci, sub beati Petri et dictae Sedis ac nostra protectione, motu, auctoritate et scientia praedictis suscipimus; ac ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione, correctione, dominio et potestate ordinariorum et eorum vicariorum et officialium quorumcumque, etiam quoad curam animarum ipsis et Ecclesiis eis subiectis imminentem, perpetuo penitus et omnino eximimus et totaliter liberamus; ac prorsus exemptos et liberos, exemptaque et libera fore, ac nobis et dictae Sedi dumtaxat immediate, quoad omnia, subiacere (eorundem praeceptoris et conventus hospitalis Sancti Spiritus de Urbe iurisdictione, superioritate, potestate et praeminentia semper salvis) decernimus, et declaramus: ita quod ordinarii, vicarii et officiales praedicti, etiam ratione delicti, contractus aut rei de qua agitur, ubicumque committatur delictum, in eatur

contractus aut res ipsa consistat, in eos vel in ea, tamquam prorsus exemptos et exempta, iurisdictionem, dominium et potestatem aut superioritatem quomodolibet exercere; aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti aliasve sententias, censuras et poenas promulgare; neque ipsi praeceptores, fratres et personae, coram illis aut dictae Sedis delegatis vel subdelegatis, pro tempore directis (1), de praesentibus literis speciali et expressa mentio fiat, ad iudicium evocari, aut quovis modo, directe vel indirecte, inquietari vel molestari possint nec debeant quomodolibet. Decernentes omnes et singulos processus, sententias, censuras et poenas, quos et quas contra exemptionem, liberationem, susceptionem, decretum et declarationem huiusmodi forsan haberi vel promulgari; necnon quidquid secus super iis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti.

§ 6. Ac pro maiori hospitalis et aliarum praeceptoriarum ac membrorum et fratrum, aliarumque personarum subditorum et vassallorum praedictorum favore et quiete, motu et scientia similibus concedentes eisdem, quod de caetero perpetuis futuris temporibus, omnibus et singulis praerogativis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, conservatoriis, privilegiis, gratis et indultis praefatae congregationi Sanctae Iustinae illorumque monasteriis, locis, membris et personis per Sedem praedictam vel alias quomodolibet, in genere vel in specie, concessis aut in posterum concedendis, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, uti potiri et gaudere libere et licite, in omnibus et per omnia possint et debeant, perinde ac si eis specialiter concessa fuissent, quae ad eos et ea omnino extendimus et ampliamus.

Communicatio
omnium immu-
nitatum et pri-
vilegiorum con-
greg. monacho-
rum Cassinensis
alias S. Iustinae.

(1) Deest *quin* (n. r.).

Exce. t. huius
billae deputa-
tio.

§ 7. Et insuper eisdem episcopis, etiam motu et scientia similibus, mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, faciant, dicta auctoritate nostra, eosdem praeceptores, conventus, fratres et personas, praeceptorias, Ecclesias, oratoria, hospitalia atque loca praedicta, sub obedientia, correctione, potestate et auctoritate praeceptoris hospitalis Sancti Spiritus de Urbe, ut caput existentis exemptionis et liberationis huiusmodi, pacifica possessione gaudere; ac praemissa omnia et singula ubi et quando expedierit solemniter publicantes; ac praeceptoribus, conventibus, fratribus et personis, praeceptoriiis, Ecclesiis, oratoriis, membris, hospitalibus atque locis praefatis in eisdem praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes; non permittentes eos, eas vel ea, seu eorum aliquem vel aliquod, per ordinarios, vicarios et officiales praedictos, seu quoscumque alios, contra praesentium tenorem, directe vel indirecte, quovis quaesito colore impedire, seu quomodolibet molestare; impedientes, contradictores quoslibet et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna remedia, cum censurarum praedictarum aggravatione et reaggravatione, appellatione postposita, compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Contrarium
derogati.

§ 8. Non obstantibus praemissis ac nostra super expressione fructuum, reddituum et proventuum beneficiorum ecclesiasticorum, quae uniuntur, et quibus ac commissione desuper ad partes fienda; necnon recolendae memoriae Innocentii Papae IV, similiter praedecessoris nostri, contra exemptos, quae incipit, *Volentes*, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis; necnon de quibusvis conventualibus ac aliis per nos vel Sedem praedictam pro tempore factis generalibus vel specialibus reservationibus ac statutis et consuetudinibus supradictis, contrariis quibuscumque. Aut si ordinariis, vicariis et officialibus praedictis vel quibusvis aliis,

communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis pactis et conventionibus; necnon privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis generalibus et specialibus, ac praescriptionibus, etiam longissimi temporis, quorumcumque tenorem existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quae, quoad hoc, eis nolumus aliquatenus suffragari.

§ 9. Caeterum, quia difficile foret, praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus expediens foret, deferre, volumus atque decernimus quod ipsarum literarum ac omnium et singulorum privilegiorum dictae congregationis S. Iustinae, seu apostolicarum et quarumcumque aliarum literarum desuper confectarum transumptis, manu alienius publici notarii inde rogati subscriptis, et sigillo auditoris Camerae Apostolicae vel praefati praeceptoris dicti nostri hospitalis de Urbe munitis, ea prorsus fides, in iudicio et extra ac alias ubilibet, adhibeatur, quae praesentibus literis et privilegiis ac literis congregationis praedictae adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae; ac privilegia et literae congregationis praedictae, eisdem hospitali de Urbe, illius membris, praeceptoriiis, praeceptoribus, fratribus ac aliis personis praedictis concessa et pro eis expedita fuissent.

Exemplorum
fides.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio idus februarii, pontif. nostri anno XIII (1).

Dat. die 11 februarii 1483, pont. anno XII.

(1) Legendum forsitan *octogesimo tertio, tertio idus feb., pontif. anno duodecimo* (R. T.).

XXVIII.

De auctoritate maioris Poenitentiarii Sanctae Romanae Ecclesiae.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Poenitentiarius maior literas officii expediebat, absque insertione facultatum, cum assertionibus et sigillo ac sub nomine episcopi, licet esset cardinalis. — 2. Quidam tamen his literis fidem non esse adhibendam asserebant. — 3. Ideo hic Sixtus per alias eius literas, illis plene credendum statuit. — 4. Sed iterum asserebant illi, potestatem Poenitentiarii ad forum conscientiae tantum se extendere, et ipsum non posse aliis committere facultates sibi ab Apost. Sede concessas. — 5. Hic ideo Pontif. aliis committere posse decrevit. — 6. Et eius literas in utroque foro probare et suffragari. — 7. Poenasque inobedientibus imponit. — 8. Executores istius const. deputat. — 9. Contraria tollit.

**Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Quoniam nonnulli iniquitatis filii, elationis et pertinaciae suae spiritu assumpto, potestatem maioris Poenitentiarii nostri, per longissima tempora toti orbi notam et a cunctis fidelibus inviolabiliter observatam, in dubium revocare, et literis sub eius nomine per officium Poenitentiariae nostrae pro tempore expeditis contumaciter se opponere, illisque detrahere praesumunt, decet nos adversum tales ea adhibere remedia per quae, ipsorum temeritate repressa, eiusdem Poenitentiarii auctoritas et potestas praeserventur illaese, illiusque literae cum personarum illas pro tempore impetrantium quiete et conscientiae tranquillitate, semotis quibusvis obstaculis, votivum sortiantur effectum.

§ 1. Dudum siquidem per nos accepto quod, licet universo pene orbi innotesceret inter alia officia Romanae Curiae fuisse dudum officium sacrae Poenitentiariae provide institutum; et in aliquibus ex maioris Poenitentiarii, illud pro tempore

obtinens, literis, quae ab eo, ratione dicti officii, pro tempore emanabant, sic contineretur, videlicet (Auctoritate D. N. P., eius Poenitentiariae curam gerimus), et in aliis (Auctoritate D. P. et de eius speciali mandato super hoc vivae vocis oraculo sibi facto); in reliquis vero (dicta auctoritate D. P. et eius speciali et expresso mandato); ac huiusmodi literis et assertioni eiusdem Poenitentiarii, tam in iudicio quam extra, absque eo quod facultas desuper eidem Poenitentiario per Sedem Apostolicam concessa in illis insereretur, fides indubia adhiberi consuevisset; et ab eodem tempore citra maior Poenitentiarius pro tempore existens, ex ipsius officii stylo, dum episcopus cardinalis existeret, se episcopum solum, non autem cardinalem nominare solitus esset, prout et reliqui episcopi cardinales in eorum literis faciebant; et literae praefatae cum antiquo, per maiores Poenitentiarios, qui pro tempore fuerant, adhiberi solito, sigillo oblongo in cera rubra et capsula cerae albae impresso pendente, secundum dicti officii stylum antiquum, sigillari; et sic expeditae, debitae executioni, absque ulla contradictione et exceptione, mandari, ac ab omnibus in debita obedientia haberi essent solitae.

§ 2. Quia tamen nonnulli iuris interpretes diversarum partium, volentes plus sapere quam oporteret, affirmare non erubescerant, et in dubium reducere an literis dicti officii, cum verbis et sigillo praedictis, iuxta illius stylum approbatum ac ab omnibus indifferenter servatum, fides esset adhibenda, et illis obedire haberent, affirmantes assertioni praedictae maioris Poenitentiarii super auctoritate sui officii et Papae speciali et expresso mandato praedictis non esse credendum: et pro eo quia venerabilis frater noster Iulianus, Ostiensis, olim Sabinensis episcopus, maior Poenitentiarius noster, post promotionem ad Sabinensem et translationem ad Ostiensem ecclesias per nos factas de persona

nomine episcopi, licet esset cardinalis

Quidam tamen his literis fidem non esse adhibendam asserebant.

Exordium. — 1. Poenitentiarius maior literas officii expediebat, absque insertione facultatum, cum assertionibus et sigillo ac sub

sua, olim tit. S. Petri ad Vincula presbyter cardinalis, se non cardinalem sed Sabinese prius et, post translationem praedictam, Ostiensem episcopum nominabat, literas dicti officii dicto sigillo sigillatas modicae auctoritatis existere, in dicti officii et eius Poenitentiarum, immo verius apostolicae auctoritatis contemptum et scandalum plurimorum.

§ 5. Nos tunc provide attendentes quod maior Poenitentiarum ordinaria iurisdictione et auctoritate fungeretur, et propterea in suis literis, sicut alii ordinarii, sui officii auctoritates inserere non teneretur; quodque stylus ubilibet, praesertim in Romana Curia, literarum apostolicarum et aliarum, quae ab ea emanabant, in tantum pro lege servabatur, ut literae praeter stylum expeditae falsitatis suspicione non carerent; ac volentes huiusmodi insolentium temerariis ausibus obviare, et eorum, quos literae praedictae concernebant, conscientiarum paci et tranquillitati, dictique officii honori et immunitati consulere, per alias nostras literas, motu proprio et ex certa scientia decrevimus et declaravimus literis praedictis Poenitentiarum tunc expeditis, etiam quoad auctoritatem et mandatum huiusmodi de quibus in eis fieret mentio, absque ulla auctoritatis et mandati huiusmodi in eis insertionem, plenam fidem adhiberi debere; et ad id probandum, alterius probationis adminiculum non requiri. Mandantes omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, quacumque dignitate et auctoritate fungentibus, sub excommunicationis aliisque censuris et poenis tunc expressis, quatenus literis praedictis Poenitentiarum, secundum dicti officii stylum praefatum tunc expeditis, et quas pro tempore in perpetuum expediri contingeret, crederent et obedirent, ac parerent in omnibus et per omnia, perinde ac si in illis maioris Poenitentiarum pro tempore existentis facultas et potestas sibi a nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus

pro tempore existentibus ac Sede praedicta concessa, quoad ea quae in eisdem literis Poenitentiarum continerentur, sufficiens inserta foret, et per literas apostolicas de dicti maioris Poenitentiarum auctoritate, et ei facto speciali et expresso mandato vivae vocis oraculo huiusmodi constaret, prout in eisdem literis nostris plenius continetur.

§ 4. Cum autem, sicut nuper, non sine animi nostri molestia, etiam accepimus, praedicti iuris interpretes et alii praesumptores et durae cervicis, huiusmodi literas Poenitentiarum dicti Poenitentiarum nostri; necnon decreto, declarationi et mandato nostris praedictis adhuc obtemperare contumaciter contemnant: ac ore sacrilego publice dicere et allegare non vereantur literas Poenitentiarum huiusmodi solum et dumtaxat in foro conscientiae, non autem in foro iudiciali huiusmodi admitti debere; maiorisque Poenitentiarum huiusmodi potestatem ad forum poenitentiae et conscientiae dumtaxat se extendere et restrictam fore; ipsumque maiorem Poenitentiarum, licet in casibus, iuxta facultatem sibi a Sede praedicta concessam, per se ipsum dispensare et absolvere valeat, aliis tamen absolventi et dispensandi aliasque facultates sibi concessas, per literas suas committere non posse: eis quoque, an literae, quae per praefatum officium Poenitentiarum expediuntur et expeditae reperiuntur, secundum antiquum stylum ipsius officii expeditae fuerint et expedianur minime constare, et propterea de earum validitate merito dubitari debere; pluribusque aliis ac exquisitis suggestionibus et cavillationibus praedicti maioris Poenitentiarum potestatem impugnare; et nihilominus eius literae huiusmodi ne executioni debitae demandentur, et personae, quas concernunt, illarum votivum ac debitum effectum consequi valeant, indebite et iniuste impedire; eisdemque personis, contra tenorem literarum praedictarum, diversa alia

Sed iterum assererebatur illi potestatem Poenitentiarum ad forum conscientiae tantum se extendere, et ipsum non posse aliis committere facultates sibi ab Apostolica Sede concessas.

Ideo hic Sixtus per alias eius literas, quas hic non habet, illis plene credendum statuit.

molestias ac damna inferre non erubescant, in animarum suarum periculum, ac ipsius Poenitentiarum, immo verius nostri et Sedis praedictae contemptum et vilipendium, ac personarum earum praedictarum non modicum et gravamen, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum.

He. deo Poenitentiarum alios committere possent.

§ 5. Nos tantae temeritati et audaciae, prout nostro incumbit officio, opportunis remediis occurrere, ac maioris Poenitentiarum et officii personarumque huiusmodi literas praefatas pro tempore expediendum honori, indemnitati et securitati consulere volentes, motu simili, non ad ipsius Iuliani Poenitentiarum vel alicuius alterius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et voluntate, et ex certa scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium decernimus et declaramus praefatum Iulianum et pro tempore existentem maiorem Poenitentiarum huiusmodi, non solum per se ipsum in casibus, iuxta facultates sibi a praedicta Sede concessas, dispensare et absolvere, et absolutiones et dispensationes christifidelibus impendendas huiusmodi in diversis mundi partibus per suas literas aliis committere libere et licite potuisse et posse.

Et eius literas in utroque foro probare et suffragari.

§ 6. Quodque literae quaecumque per officium Poenitentiarum, sub solito sigillo oblongo in cera rubra et capsula cerae albae impressae pendente haecenus expeditae, et quae in posterum expediri continget, iuxta antiquum styllum dicti officii expeditae intelligantur, nec ad hoc aliud probationis adminiculum requiratur: ipsaeque literae, ut praefertur, expeditae et expediendae, illae videlicet quae forum conscientiae, in foro conscientiae tantum; et quae forum contentiosum concernunt, aut in quibus quod in contentioso aut utroque foro valeant appositum fuerit, tam in foro iudiciali et contentioso ecclesiastico et saeculari, quam etiam in foro poenitentiae omnimodam fidem faciant et valeant; illis

que statim et indubitanter credi debeat; ac personis praedictis, qui illas impetraverint et impetrabunt, in utroque huiusmodi foro, prout eis concessum fuerit, plenarie suffragentur et valeant.

§ 7. Volentes, ac motu et scientia similibus statuentes quod omnes et singulae personae, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, nobilitatis et praecminentiae fuerint, et quaecumque ecclesiastica vel mundana dignitate praefulgeant, quae contra tenorem praesentium ac priorum literarum nostrarum huiusmodi aliquid facere attentaverint; et praemissis omnibus et singulis, in totum vel in partem, non paruerint, omnes et singulas censuras et poenas in dictis prioribus literis nostris contentas eo ipso incurrant.

Poenae quae inobedientibus imponuntur.

§ 8. Et insuper, ut praemissa omnia, tam in prioribus quam praesentibus literis nostris contenta, plenius observentur, et contumacia ac inobedientia illa contemnentium facilius comprimatur, venerabili fratri moderno et pro tempore existenti almae Urbis in spiritualibus vicario nostro, et dilecto filio Curiae causarum Camerae Apostolicae generali auditori, etiam pro tempore existenti, motu, scientia et auctoritate similibus per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel alter eorum, ubi, quando et quoties super praemissis vel aliquo praemissorum, pro parte cuiuslibet personae, de cuius interesse pro tempore agi contigerit, fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, priores et praesentes literas, ac omnia et singula in eis contenta solemniter publicantes, illasque et illa, per se vel alium seu alios, inviolabiliter observari facientes: omnes et singulos, quos huiusmodi excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque censuras et poenas praedictas incurrisse eis constiterit, in ecclesiis, dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit, et locis aliis publicis, de quibus eis videbitur, excommunicatos et sententia huiusmodi irretitos publice nuncient et faciant

Executores istius const. deputat.

nunciari ab aliis, ac ab omnibus arctius evitari; necnon legitimis super iis habendis servatis processibus, eos et quemlibet eorum, quotiens opus fuerit, aggravare, reaggravare; necnon terras et loca, ad quae eos et aliquem eorum declinare contigerit, ecclesiastico interdicto supponere, illudque strictissime observari facere procurent. Contradictores, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 9. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri, illis praesertim quibus cavetur ne quis extra suam civitatem etc.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, septimo idus maii, pontificatus nostri anno decimo tertio.

Dat. die 9 maii 1484, pontif. anno xiii.

XXIX.

Consanguinei et affines reorum in causis criminalibus condemnatorum, in Statu Ecclesiastico, ad redimendum eorum bona compellantur; eisque non extantibus vel impotentibus, communitates ad id cogantur; et parentes filiorum condemnatorum, etiam viventes, teneantur ad integram eorum legitimam fisco persolvendam.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa const. — 2. Consanguinei compellantur ad emendum bona condemnatorum. — 3. Et illis deficientibus, cogantur communitates locorum ad favorem Camerae. — 4. Parentesque teneantur filiis condemnatis legitimam solvere etiam in eorum vita.

Sixtus episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cura pastoralis officii nobis, licet im-

meritis, superna dispositione commissa, studia nostrae mentis sollicitare non desinit rebus singulis executionem adhibere iustitiae; et, ut latae in criminosos pro tempore condemnationes debitum sortiantur effectum, opem et operam impendere efficacem.

§ 1. Fide digna relatione accepimus quod nonnulli, suis exigentibus demeritis, criminaliter in alma Urbe aliisque civitatibus, terris et locis, nostro ac Romanae Ecclesiae temporali dominio subiectis, pro tempore condemnati in variis pecuniarum summis, seu alias cum eorundem condemnatorum confiscatione honorum, a locis, in quibus sunt condemnati, se absentant, et ne quispiam eorum bona immobilia emat aut conducat a fisco, minis et aliis exquisitis remediis procurant, usque quo tractu temporis abolitis ex gratia condemnationibus huiusmodi, bona ipsa recuperent, fructum interim persaepe percipientes ex eis; sicque quamdam sibi vendicant suorum impunitatem delictorum: quae res alii incentivum tribuit delinquendi. Quidam vero ex eo praetextu, quod filii vel nepotes et in patris vel avi potestate existant, nec bona aliqua habeant, quae in patris per eos excessibus (si illorum gravitas exigat) confiscari; aut alias per condemnationum ferendarum pro tempore contra eos executionem capi possint, ad delinquendum prae ceteris sunt promptiores.

§ 2. Nos igitur, attendentes parum esse sententias ferri, nisi debitae executioni demandentur, ac, ratione casuum emergentium, licitum esse leges transgredi; ac volentes super his opportunum adhibere remedium, auctoritate apostolica, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus licere exactoribus condemnationum huiusmodi, tam hactenus latorum quam aliarum, quas ferri contigerit in futurum in Urbe, civitatibus, terris et locis praedictis, sive condemnationum earundem commodum ad Cameraam Apostolicam, sive ad communitates civitatum, terrarum et

Causa constitutionis

Consang. compellantur ad emend. bona condemnatorum.

Contraria tollit.

Exordium.

locorum eorundem vel personas offensas, in totum vel in partem, sit perventurum, dum principales condemnatos habere non poterunt, compellere eorum consanguineos et affines usque in quartum gradum, iuxta canonicas sanctiones computandum, ad emendum bona, quae confiscata fuerint et confiscata non fuerint, pro currenti valore quantitatum latorum contra illorum dominos condemnationum earundem.

Et illis deficientibus, cogantur communitates locorum ad favorem Camerae

§ 3. Et si consanguineos non haberent vel haberent impotentes, super quorum impotentia executorum eorundem declarationi stetur, si confiscationes et condemnationes ipsae ad Camerae praefatae commodum sint cessurae, etiam communitates, universitates locorum, in quarum territoriis bona consistunt, ad huiusmodi emptionem faciendam teneantur.

Parentesque tenent filios condemnatos legitimam solvere etiam in eorum vita

§ 4. Et parentes habentes taliter condemnatos in potestate sua, ad solvendum pro illis, quos habent in potestate, si ipsorum bona sint confiscata, integram legitimam, quam haberent de bonis eorundem parentum, si tunc decederent, cogantur; si vero in pecuniariis poenis damnati sint, ad poenas ipsas solvendum pro currenti quantitate, ad quam tunc ascendere contigerit valor legitimae memoratae, ita quod, soluta semel legitima modo praedicto, amplius de bonis huiusmodi non solvatur.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus etc. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, tertio kalend. iunii.

Dat. die 30 maii 1484, pontif. anno xiii.

INNOCENTIUS VIII

PAPA CCXV

Anno Domini MCCCLXXXIV.

Ioannes Baptista Cybo, Genuensis, S. R. E. presbyter cardinalis tituli Sanctae Ceciliae,

Amalphanus episcopus, electus est in Romanum Pontificem die 29 augusti 1484, et coronatus est die 12 sequentis septembris. Innocentius octavus voluit appellari. Sedit autem, temporibus Friderici III imperatoris, annos vii, menses x, dies xxvii, quo tempore nonnullos creavit cardinales (1). Obiit die 25 iulii 1492, et sepultus est in basilica Vaticana. Vacavit Sedes dies xvii.

I.

Inquisitorum haereticae pravitatis iurisdictionis contra haeresim sive sectam maleficorum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Malefici committebant mala plurima. — 2. Hic ideo Pontifex per inquisitores contra eos procedi iubet, — 3. Et verbum Dei praedicari mandat etc., — 4. Executoresque huius constit. deputat. — 5. Contrariis derogat.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Summis desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, ut fides catholica nostris potissime temporibus ubique augeatur et floreat; ac omnis haeretica pravitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus ac

Exordium.

(1) De numero cardinalium ab Innocentio factorum non constat. Ex Raynaldo et Infessura, auctore synchrono, unicam ab eo habitam fuisse cardinalium sex promotionem deducitur: apud Ciaconium octo numerantur cardinales. Oldomus in nova Ciaconii editione alios quinque numerat, de quibus tamen non parvam inducit dubitationem. In laudato tamen Infessura legitur a cardinalibus, post Innocentii mortem, admissos in collegium et conclave fuisse filium Roberti de S. Severino, et patriarcham Venetum, quasi ab Innocentio creatos, sed cardinalitibus insignibus nondum donatis.

(2) De his maleficis et sortilegis plene habetur in cap. 26, q. 1 et seq.; et in tit. *De sortileg.*, necnon *de commercio cum daemone habentibus*; et sup. Constit. xii Joann. XXII, tom. iv, pag. 315.

etiam de novo concedimus per quae huiusmodi pium desiderium nostrum votivum sortiatur effectum; cunctisque propterea, per nostrae operationis ministerium, quasi per providi operatoris sarcinam, erroribus extirpatis, eiusdem fidei zelus et observantia in ipsorum corda fidelium fortins imprimatur.

Malefici committentibus mala hic enuntiata.

§ 1. Sane nuper ad nostrum, non sine ingenti molestia, pervenit auditum quod, in nonnullis partibus Alemantiae superioris, necnon in Maguntinen., Colonien., Treverren., Saltzumburgen. et Bremen. provinciis, civitatibus, terris, locis et dioecesibus, complures utriusque sexus personae, propriae salutis immemores et a fide catholica deviantes, cum daemonibus incubis et succubis abuti; ac suis incantationibus, carminibus et coniurationibus aliisque nefandis superstitionis et sortilegis excessibus, criminibus et delictis, mulierum partus, animalium foetus, terrae fruges, vinearum uvae et arborum fructus; necnon homines, mulieres, pecora, pecudes et alia diversorum generum animalia; vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta et alia terrae legumina perire, suffocari et extinguere facere et procurare; ipsosque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes et animalia diris tam intrinsicis quam extrinsecis doloribus et tormentis afficere et excruciare; ac eosdem homines ne gignere, et mulieres ne concipere, virosque ne uxoris, et mulieres ne viri actus conjugales reddere valeant impedire; fidem praeterea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare; aliaque quamplurima nefanda excessus et crimina, instigante humani generis inimico, committere et perpetrare non verentur in animarum suarum periculum, divinae Maiestatis offensam, ac perniciosum exemplum ac scandalum plurimorum. Quodque, licet dilecti filii Henrici Institoris (1), in praedictis par-

(1) Ripoll in Bullar. Ord. Praed. habet *Henricus Institoris*. Vide Echard, tom 1 script. Ord. Praed. ad an. m. pag. 896 (a. r.).

tibus Alemantiae superioris, in quibus etiam provinciae, civitates, terrae, dioeceses et alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur; necnon Iacobus Sprenger, per certas partes lineae Rheni, Ordinis Praedicatorum et theologiae professores, haereticae pravitate inquisitores, per literas apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt; tamen nonnulli clerici et laici illarum partium, quaerentes plura sapere quam oporteat, pro eo quod, in literis deputationis huiusmodi, provinciae, civitates, dioeceses, terrae et alia loca praedicta, illarumque personae ac excessus huiusmodi nominatim et specificè expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minime contineri, et propterea praefatis inquisitoribus in provinciis, civitatibus, dioecesibus, terris et locis praedictis huiusmodi inquisitionis officium exequi non licere; et ad personarum earundem, super excessibus et criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem et correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod, in provinciis, civitatibus, dioecesibus, terris et locis praedictis, excessus et crimina huiusmodi, non sine animarum earundem evidenti iactura et aeternae salutis dispendio, remanent impunita.

§ 2. Nos igitur, impedimenta quaelibet, per quae ipsorum inquisitorum officii executio, quomodolibet retardari posset, de medio submovere; et ne labes haereticae pravitate aliorumque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentium sua venena diffundat, opportunis remediis, prout nostro incumbit officio, providere volentes, fidei zelo ad hoc maxime nos impellente, ne propterea contingat provincias, civitates, dioeceses, terras et loca praedicta sub eisdem partibus Alemantiae superioris debito inquisitionis officio carere, eisdem inquisitoribus in illis officium inquisitionis huiusmodi exequi licere; et ad personarum earundem, super excessibus et criminibus praedictis, correctionem, incarcerationem et punitionem

the idem Pontifex per inquisitionem contra eos processu iacet.

admitti debere perinde in omnibus et per omnia, ac si in literis praedictis provinciae, civitates, dioeceses, terrae et loca ac personae et excessus huiusmodi nominatim et specificè expressa forent, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus; proque potiori cautela, literas et deputationem praedictas ad provincias, civitates, dioeceses, terras et loca, necnon personas et crimina huiusmodi extendentes, praefatis inquisitoribus, quod ipsi et alter eorum, accersito secum dilecto filio Ioanne Gremper, clerico Constant. dioecesis, magistro in artibus, eorum moderno, seu quovis alio notario publico, et per ipsos et quemlibet eorum pro tempore deputando, in provinciis, civitatibus, dioecesibus, terris et locis praedictis, contra quascumque personas, cuiuscumque conditionis et praeminentiae fuerint, huiusmodi inquisitionis officium exequi; ipsasque personas, quas in praemissis culpabiles reperierint, iuxta earum demerita corrigere, incarceratione, punire et mulctare.

Et verbum Dei praedictum mandatum etc.

§ 5. Necnon in singulis provinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesiis verbum Dei fidei populo, quoties expedierit ac eis visum fuerit, proponere et praedicare; omniaque alia et singula in praemissis et circa ea necessaria et opportuna facere et similiter exequi libere et licite valeant, plenam ac liberam, eadem auctoritate, de novo concedimus facultatem.

Executoresque huius constitutionis deputat;

§ 4. Et nihilominus venerabili fratri nostro episcopo Argentinensi, per apostolica scripta mandamus quatenus ipse, per se vel per alium seu alios, praemissa, ubi, quando et quotiens expedire cognoverit, fueritque, pro parte inquisitorum huiusmodi seu alterius eorum, legitime requisitus, solemni publicans, non permittat eos per quoscumque super hoc contra praedictarum et praesentium literarum tenorem, quavis auctoritate molestari seu alias quomodolibet impediri: molestatores et impedientes et contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, praeminentiae,

nobilitatis et excellentiae aut conditionis fuerint, et quocumque exemptionis privilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis et interdicti, ac alias etiam formidabiliores (de quibus sibi videbitur) sententias, censuras et poenas, omni appellatione postposita, compescendo, et etiam legitimis super his per eum servandis processibus sententias ipsas (quotiens opus fuerit) aggravare et reaggravare, auctoritate nostra procuret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis de-
rogat.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, nonis decembris, pontificatus nostri an. 1.

Dat. die 5 decembris 1484, pont. anno 1.

II.

S. Leopoldi, Austriae principis, canonizatio et inter sanctos confessores adscriptio, cum festivitatis institutione pro die 15 mensis novembris.

SUMMARIUM

1. Quod in psalmo XLIV inquit David de regina in vestitu deaurato, plene hic Pontif. exponit de Ecclesia militanti, — 2. Quam subdit Deum multorum agmine sanctorum roborasse; — 3. Et inter eos Leopoldum, Austriae principem, multis virtutibus ornatum, et marchionem Pium cognomento appellatum suscitasse. — 4. Is quadraginta annis principatum Austriae, turbulentissimis etiam temporibus, in pace rexit, — 5. Eiusque vitae exemplo amatorum saeculi excusationes disruptit, et illecebrarum contemptum docuit; — 6. Multis miraculis celebris fuit; — 7. Anno 1136 ad Deum migravit, et ad haec usque tempora populorum devotio percrebuit. — 8. Rodolphus ideo,

Austriae dux, pro illius canonizatione Innocentio VI supplicavit. — 9. Qui de eius vita inquisitionem fieri edixit. — 10. Eius superveniente obitu et bellorum turbibus, usque ad Pauli II tempora intermissa fuit; — 11. Qui ad imperatoris, principum et praelatorum Germaniae preces, tribus card. eam commisit. — 12. Illo defuncto, iidem apud Sixt. IV pro d. canonizatione institerunt. — 13. Is inquisitionem cardinali in Germania legato commisit, qui eam perfecit, et Papae attulit. — 14. Processibus per tres cardinales ad hoc assumptos examinatis, et primum Sixto ac deinde in consistorio relatione habita, canonizatio conclusa fuit. — 15. Sixto defuncto, hic Pontif. Leopoldum sanctum esse pronunciat, et confessorum numero adiungit; — 16. Eius festum die 15 novembris agi decernit, et sepulchrum visitantibus indulg. concedit.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Sacrosancam matrem Ecclesiam adstitisse a dextris Dei Reginam in vestitu deaurato, circumdatam varietate, non ab re per prophetam traditur. Regina equidem, quae illi Regi Domino, per quem reges regnant et principes iustitiam faciunt, desponsata sit. Unica eius columba; luna perfecta in aeternum; Areturus per gyrum nocturna spacia perenni lumine illustrans; lucifer qui nescit occasum; aurora hic in crepusculo caligantis saeculi coruscans, et in diem lucidum in regno coelorum sese diffundens; Regina quae Illi serviat, cui servire regnare est; Illi fidem habeat, Illi se totam committat; Regina quae christifideles, sub umbra alarum suarum, extremo carcere ad regna coelorum perducatur, ubere de coelo pleno lactet atque inebriet; ex multis aerumnis nos eripiens, regni coelestis cum Christo Domino participes efficiat. In vestitu, inquit, deaurato: vestimentum Ecclesiae sanctam fidelium vitam esse profitemur; nam sicut tota Ecclesia vestimentum est Christi, ita fideles quoque eiusdem Ecclesiae vestimentum esse arbitramur. Vesti-

Quod in psal. 44 inq. Dav. de regina in vestitu deaurato, plene hic Pontif. exponit de Ecclesia militanti,

mentum scilicet non habens maculam per peccatum, neque rugam per duplicitatem; sed per iustitiam in Deum, per simplicitatem cordis tensum; vestimentum innocentiae, quam homo a Deo plasmatus accepit, male a serpente persuasus perdidit, ad quam recuperandam poenitentia et Dei misericordia induimur. Vestimentum deauratum, splendore sapientiae auro perlucens; clara enim est sapientia, quae nunquam marcescit; facile videtur ab his, qui eam diligunt, et invenitur ab his, qui eam quaerunt. Doctrina est disciplinae Dei, electrix operum illius, qua nihil locupletius; quae operatur omnia, artifex omnium; quae apud turbas claritatem, et honorem apud seniores praestat. Vestimentum deauratum perfectione auri, id est iustitiae, qua nihil humano generi utilius; dilectione disciplinae, ex qua custodia legum emanat; legum autem custodia, consummatio est incorruptionis. At vero incorruptio facit nos esse Deo proximos, per quam beatitudo aeternae vitae a nobis comparatur. Circumdata Ecclesia dicitur varietate gratiarum, administrationum et officiorum, iuxta verbum Apostoli: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus eas conferens; divisiones administrationum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Circumdata varietate potestatis, ordinis, status et variarum Ecclesiarum decore, quae, veluti adolescentulae, hanc, de qua sermo est, catholicam Ecclesiam, quasi matrem observant; non vetustae per culpam, sed novellae per gratiam; non senio steriles, sed ad spiritualem congruae fecunditatem et nova semper prole pullulantes. Nam a iusto Abel, unde Ecclesiae exordia trahimus, in hanc usque diem, quot sanctos orbis terrarum habuit, tot quasi palmites protulit, ex quibus varii in dies surgunt surenli qui in hac vinea nostra Sabaoth, quam, licet immeriti, praestante Domino, sortiti sumus excolendam, se-

runtur. Circumdata varietate, quod alia triumphantis, alia militantis Ecclesiae species existat. De triumphantis Domini sponcione repromittitur: Ego ero eis quidquid ab hominibus iuste desiderari potest. Ero illis honor, gloria, salus et vita, virtus et copia, pax et omne bonum. Militans autem Ecclesia fundae non inepte assimilatur; nam sicut ex funda in gyrum versata lapides exeunt, quibus adversarii feriuntur et Goliath prosternitur; ita ex sancta Ecclesia, dum per varias procellas et tempestates fluctuantes huius saeculi per tribulationum circuitum rotatur, fortes viri prodeunt, quibus quasi lapidibus iniquorum corda tunduntur, et de hoste humani generis nequissimo a Christi tyrannis triumphatur.

Quam subdit
Deum multorum
agmine sancto-
rum roborasse:

§ 2. Hanc ipsam Ecclesiam Deus omnipotens mira quadam dispositione et potestate fundavit, pretioso unigeniti Filii sui Domini nostri Iesu Christi sanguine dotatam esse voluit, multiplici Spiritus Sancti gratia ornavit, apostolorum simplicitate et fide roboravit, quos ignaros delegit, ut populos non tam sermo illorum quam causa ad credendum adduceret; martyrum tormentis, cruciatibus, constantia et trophæis stabilivit, repressa paulisper, quinimo confusa infidelitatis saevitia; et inimico homine superseminante zizania, erescente multiplicataque haereticorum pravitae, doctorum caelesti doctrina illuminavit; et demum confessorum, virginum aliorumque sanctorum intrepida confessione, solerti cura exemplisque imitatione dignissimis, adversus Sathanae insidias circumdedit.

Et inter eos
Leopoldum, Au-
striae principem,
multis virtuti-
bus ornatum, et
marchionem. Pium
cognomento ap-
pellatum suscep-
lasse

§ 3. Inter autem alia saluberrima sanctitatis exempla, divina misericordia syds quoddam mundo fulgere dedit beatum Leopoldum Austriae principem, Pium marchionem cognomento appellatum; innocentiae, sapientiae et iustitiae vestimentis, quibus vestiri Ecclesiam praediximus, decorum; bonitate, mansuetudine atque clementia conspicuum; simplicitate, con-

tinencia et munificentia praeclarum; cuius integritas, vitae sanctimonia, humilitas, pietas, fides adeo apud christifideles invaluerunt, ut una omnium Germanorum voce pro sancto haecenus celebratus fuerit; cuius liberalitatem christianaeque religionis cultum nonnulla monasteria, et quidem celeberrima, ab eo eum amplissimis censibus constructa, alia etiam magno sumptu illustrata abunde testantur. Hic princeps optimus sacerdotes et viros religiosos admodum coluit, Summosque Pontifices tanta veneratione prosequutus fuit, ut ab Innocentio II, Romano Pontifice praedecessore nostro, peculiaris S. Petri filius appellaretur, et apostolica commendatione, atque ea plenaria, quam vulgo dicunt, absolute dignus ab eodem Innocentio etiam mortuus iudicatus fuerit. Hic vir Dei in summis opibus educatus, in magna peccandi licentia constitutus, coniugalibus curis implicatus, principatus regimine impeditus; sedulo tamen pietatis et misericordiae munera subibat, lassos roborans, vacillantes confirmans, oppressos sublevans, imopes fovens. Inter curas domus, inter conjugales anxietates, inter affectus pignorum, inter multiplices principatus sollicitudines, inter studia tot laborum, immaculatum sese ab hoc saeculo custodivit, et temporalia tractando aeterna disposuit.

§ 4. Quadraginta annis principatum Austriae regens et, quod maius est, illis praecipue temporibus, quibus propter Henricorum patris et filii mutuas concertationes, et postea propter Henrici quarti cum Lothario acerrimas contentiones, in Germania bellis, incendiis et agrorum vastationibus tumultuatum est, summa cum iustitia, humilitate et tranquillitate cuncta administravit; et aliis caede et sanguine madentibus, creditam sibi Austriae provinciam in diuturna pace continuavit; quibus ex meritis, aeternae retributionis et pacis praemia a Deo optimo maximoque, qui centuplicato foenore merita hominum pensat, est consecutus.

Is quadraginta
annis principatum
Austriae,
turbulentissimis etiam tem-
poribus, in pace
rexit.

Eiusque vitae exemplo amatorum saeculi excusat, disrupt, et illecebrarum contentum docent;

§ 5. Praetendant nunc huius saeculi amatores, ad peccata excusanda, coniugales, familiares, civiles aut regales solii molestias, saeculi illecebras aut tentationes; Leopoldi exemplo divina Providentia eos circumscripsit, excusationes omnes circumvenit, aditum humanae tergiversationis conclusit, et, quasi araneorum telas, commenta humanae fragilitatis disrupt. A Deo creati et redempti, Deum debitum honoribus non colimus; et quod dolentes ex intimis referimus, illum non tantum negligimus, sed blasphemamus saepenumero. Adhibita sunt praecepta divinae et humanae legis, praeceptis obtemperare tergiversamur. Addita sunt caelestis praemia gloriae, indicta poenarum diversa genera, censura correctionis inventa, ab illis faciem quasi rebelles avertimus. Sanctorum varia exempla ante oculos nostros proposita, ipsa quoque imitari contumaciter recusamus; imbecillitatem nostram, saeculi sollicitudines, eum de salute nostra agitur, causamur. Leopoldi nobilis principis coniugati, ac multorum filiorum ac subditorum cura irretiti, clarissimo exemplo admonemur ut, omni excusatione semota, per haec temporalia ita caute ambulemus, ita sancte nos exerceamus ut aeterna non amittamus. Allecti spe momentaneae huius prosperitatis, perpetuitate gloriae caelestis non fraudemur; sed mundi molestias, illecebras aut dignitates contemnendo, ad caelestem patriam totis viribus contendamus.

Multis miraculis celebris fuit;

§ 6. Huius beati Leopoldi sanctimoniam Deus omnipotens innumerabilibus miraculis ad eius invocationem editis comprobavit; miraculis profecto, quae, tum in facti substantia, tum in eo quod factum fuit, tum in modo faciendi et ordine, vim et potestatem totius naturae excesserunt. Quis enim non miretur, eum audiat per Dei aeterni misericordiam, implorato Leopoldi auxilio, paraliticos, artheticos, febricitantem, podagra laborantem pristinae valetudini illico restitutos? Quis non ma-

gnalia Dei in hoc Sancto agnoscat, eum videat intercessionibus eius claudos recte ambulasse; apostematibus mortiferis infectos, liberatos; in carceribus constitutum, pedicis manicisque vinctum, per foramen unde hominis impossibilis exitus erat, eductum evasisse? in variis vitae periculis positos, illaesos servatos esse? Quis non tota mente obstupescat, et Deo Optimo Maximoque praecordia manifesta dicat, eum liquido deprehendat, meritis ac precibus huius sancti viri, mortuos suscitatos? mutos loquendi facultatem adeptos? caecos illuminatos? surdis auditum restitutum esse? Maxima sunt haec sanctitatis et divinae approbationis signa, humanam expectationem ac spem excedentia, et tamen clarissimis documentis comprobata sunt.

§ 7. Quinimo, ab anno Christi millesimo centesimo trigesimo sexto, quo Leopoldus vita functus ex terris ad caelestem Hierusalem transivit, in nostra usque tempora et praesentem diem, magis atque magis manifestata mira de illo in mentibus hominum, in Austria praecipue, et per omnem Danubii ripam, devotio caelitus infunditur. Incredibile dictum quanta eum veneratione corpus eius, quod in monasterio beatae semper Virginis et Matris Dei Mariae ab eo condito, in loco, quod novum Claustroburgum appellatur, Pataviensis dioeceseos sepultum est, a christifidelibus visitetur, quibus votis celebretur pia eius memoria. Memoratu difficile esset quot et quantis tabellis et imaginibus illi dicatis exornetur, quanta luminarium copia perlustretur. Proceumbit supplex ante tumulum languentium et rogantium turba, opem Leopoldi implorans, nec expectatione irrita discedit.

§ 8. Huius veneratione et permultorum populorum salute Rodolphus, Austriae dux, impulsus est ut Innocentio Sexto huic Sanctae Sedi ea tempestate praesidenti supplicaret quatenus Leopoldum sanctorum cathologo adscribere dignaretur.

§ 9. Qui, re perspecta, quam sapientis-

Anno 1135 ad Deum migravit et ad haec usque temp. populum devotio perhibuit.

Rodolphus dux, Austriae, pro illius canonizatione Innocentio VI supplicavit.

Qui de eius vita inquisit. fieri edixit.

sime de vita et miraculis ac fama eiusdem Leopoldi, ex more institutoque maiorum, cum consilio sacri senatus inquisitionem tunc archiepiscopo Pragensi et aliis collegis delegavit.

Eius superveniente obitu et bellorum turbulibus, usque ad Pauli II tempora interm. fuit:

§ 10. Verum, cum ea de re agi coeptum esset, morte Innocentii, surgentibusque bellorum inter Australes et Pannonios diversis turbibus, immensisque procellis in Ecclesia Dei exortis, usque ad tempora Pauli secundi, praedecessoris nostri, inquisitione intermissa est.

Qui ad imperatoris, principum et praelatorum Germaniae preces, tribus cardin. eam commisit.

§ 11. Carissimo autem in Christo filio Friderico Romanorum imperatori Augusto, praelatis et principibus Germaniae apud eundem Paulum multis precibus, tam sancti viri canonizationem absolvi petentibus, tribus S. R. E. cardinalibus, de fratrum suorum consilio, demandatum est a Pontifice praefato, ut solemnem inquisitionem ea in re adhiberent, et processus consuetos tum per se, tum per subdelegatos facerent: quod magna ex parte confectum erat, cum, evocato ad Dominum Paulo sanctae memoriae, Sixtus IV, praedecessor noster, in hac sancta Sede divina providentia constitutus est.

Illo defuncto, eidem apud Sixtum IV pro dicta canoniz. instituerunt.

§ 12. Iterandas ergo preces et vehementius agendum apud Sixtum imperator, praelati ac principes praedicti duxerunt, ut tam sanctum opus canonizationis coepitae perficeret.

Is d. inquisitionem cardinali in Germania legato commisit, qui eam perferret et Papae attulit.

§ 13. Is, ut certiori fide, quae de miraculis et vita Leopoldi asserebantur, perciperet, venerabili fratri nostro Marco, episcopo Praenestiniensi, tunc tituli S. Marci presbytero cardinali et in Germania legato, ut praemissa pereunctaretur iniunxit, qui locupletissimam de illis omnibus relationem per publica acta et legitimos processus eidem attulit.

Processib. per tres cardinales ad hoc assumptus examinatus, et primo Sixto ac deinde in consist. re-

§ 14. Dehinc processibus et actis publicis magna cum diligentia per venerabiles R., episcopum Portuensem, Marcum praedictum, Praenestinensem, illo tempore episcopum assumptum, ac F. S. Eustachii, diaconum cardinalem, commissarios, dis-

cussis; privata primo relatione eidem Sixto facta, postmodum in sacro senatu referente praedicto venerabili fratre R., episcopo Portuensi, dilucide re examinata et ex illorum sententia canonizatione conclusa, sicut Domino placuit:

latione habita, canonizat. conclusa fuit

§ 15. Sixto vita functo, nobis, qui eidem in onere et honore per divinam misericordiam, licet indigni, successimus, reservatum est, ut supremam manum tam sanctae approbationi apponderemus. Consilio itaque habito rursus venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, publica concione omnia, prout ex ordine gesta erant, Leopoldique vitam, miracula et reliqua merita per advocatum consistorialem proponi curavimus. Demum, vocatis omnibus, qui in Romana Curia degunt, praelatis, in frequenti eorum consessu, assistentibus nobis eisdem venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, singulorum vota praelatorum scrutati sumus. Quibus, Spiritus Sancti gratia cooperante, manibus pedibusque, ut aiunt, in eam sententiam devenientibus, quod Leopoldus merito sanctus a nobis canonizandus esset, hunc in locum et publicum suggestum hae ipsa die conscendere decrevimus, ut, opitulante Domino, votis precibusque fidelium adjuvantibus, ipsum Leopoldum sanctum definiremus, et pro sancto venerari debere ab universis et singulis christianis mandarem. Sicque hodie, sermone per nos habito, re divina peracta et reliquis solemnitatibus adhibitis, ad hanc sanctissimam canonizationem procedendum duximus. Cum autem verbo sapientiae Dominus affirmet homini, qui eum laudaverit et dilexerit Deum qui fecit illum, quod in medio populi sui exaltabitur, in plenitudine sancta admirabitur, in multitudine electorum habebit laudem, et inter benedictos benedicetur; mirumque in modum Leopoldus in medio populorum exal-

Sixto defuncto, hic Pontif. Leopold. sanctum esse pronunciat et confessorum numero adiungit;

tatus sit, plenitudine caelestis gratiae admirabilis refulgeat, restat ut nostra approbatione inter electos et sanctos Dei laudetur, inter benedictos benedicatur; quae illi abunde impartiemur, si eum inter sanctos Ecclesiae adnumerandum, pro sancto venerandum, atque publicis et solemnibus supplicationibus votisque in missarum celebrationibus aliisque divinis officis invocandum, apostolica auctoritate indicaverimus. Ad laudem igitur aeterni Dei, individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, ad fidei catholicae robur et ornamentum, ad religionis christianae cultum augendum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi ac beatorum Petri et Pauli apostolorum et nostra, de venerabilium fratrum nostrorum consilio, statuimus, definimus et pronunciamus s. Leopoldum, Austriae marchionem, sanctorum cathalogo adscribendum, et publica veneratione pro sancto observandum, sicut et nos illum in praesentiarum manifesta voce sanctorum cathalogo annectimus, ac minorum confessorum numero adiungimus, publice sanctum definimus, profite-mur et veneramur.

§ 16. Statuentes festum eiusdem die 17 kalendas decembris debere celebrari, et ipso festo eius sepulchrum, quod in praedicto monasterio existit, visitantibus, et pro manutatione dicti monasterii manus porrigentibus adiutrices, septem annos et totidem quadragenas indulgentiae, in forma Ecclesiae misericorditer perpetuis temporibus concedimus.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, octavo idus ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 6 ianuarii 1485, pont. anno 1.

III.

Unio monasteriorum congregationis monachorum Vallis Umbrosae, sub uno abbate generali, nuncupando Vallis Umbrosae, et praefinitio nonnullarum ordinationum pro regimine monachorum dictae congregationis sub Regula Sancti Benedicti, iurisdictioneque eiusdem abbatis (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Monasterium S. Salvi et aliud monasterium S. Michaelis de Passignano se concordarunt ut sequitur, videlicet: — 2. Quod ipsa monasteria unirentur, sed quilibet abbas in suo iure remaneret; — 3. Regulae S. Benedicti in eis observaretur, — 4. Et quaedam alia circa regimen dd. monasteriorum et munus utriusque abbatis. — 5. Callist. III praedictorum informationem archiepisc. Florentino commisit et etiam executionem. — 6. Pius II a praedicto archiepiscopo unionem factam fuisse accepit, sed non plenarie executam, superveniente obitu Callisti III. — 7. Ideoque abbati B. Mariae Floren. in eorundem informationem et executionem, et nonnulla etiam specificè demandavit. — 8. Paul. II praedicta omnia executata sic fuisse percepit, — 9. Et iterato plenariam executionem commisit. — 10. Sixt. IV idem fecit. — 11. Post haec abbates generales constituerunt unam congregationem cum infra dicendis capitulis, et pro eorum confirmatione supplicarunt huic Pontifici, — 12. Illic modo Pontifex ea confirmat. — 13. Et de novo eadem statuit, — 14. Quibuscumque non obstantibus. — Tenor dd. capitulorum hic inseritur. — 15. Monasterium Vallis Umbrosae et eius abbas sit caput congreg. — 16. Congregatio Vallis Umbrosae denominetur. — 17. Abbas generalis sit perpetuus, et alii amovibiles, ut infra. — 18. Capitulum gen. singulis annis celebretur, in eoque octo eligantur defn., et abbas generalis praesideat, — 19. Qui totum representent capitulum omnimoda potestate, — 20. Quam exercent generalis cum maiori parte defnitorum. — 21. Alii abbates et priores annuatim eligantur in

(1) De horum monachorum institutione et abis eos concernentibus, vide sup. in Constit. VIII Urbani II, *Cum universis*, tom. II, pag. 153.

Eius festum die 15 novemb. agi decernit, et sepulchrum visitantibus indulg. concedit.

dicto capitulo. — 22. Visitatoresque constituantur ad executionem statutorum in capitulo etc. — 23. Generalis et visitatores de praelatis dictae congregationis disponere possunt. — 24. Capitulum non dissolvatur antequam locus pro seq. capitulo deputetur. — 25. Monachi translati ab uno ad aliud monasterium de praedictis, illius censeantur professi ad quos translati sunt. — 26. Abbates antiquis suorum monasteriorum privilegiis uti possint. — 27. Conventiones praelatorum congreg. auctoritate apost. confirmatae censeantur. — 28. Cardinales et alii commendatarii cum licentia Sedis Apostolicae ad favorem dictae congregationis cedere possint. — 29. Ita tamen per monasteria cedenda ad solutionem quinquenniorum Camerae Apost. teneantur. — 30. Regimen congreg. sit praelatorum eiusdem. — 31. Commendatio aliis praelatis denegatur, absque auctoritate Sedis Apostolicae et expressa derogatione privilegiorum congregationis. — 32. Provisio hic datur, casu quo monasterium Vallis Umbrosae commendaretur. — 33. Praelati, in ingressu capituli, ab omnibus officiis et dignitatib. absoluti censeantur. 34. De abbat. et prioratibus quoquomodo vacantibus generalis cum definitoribus aut visitatoribus disponat. — 35. Praelatura vacet si quis ad capitulum non accesserit. — 36. Abbasque generalis cum visitatoribus de ea provideat; — 37. Et de abbatibus vacantibus inter unum et aliud capitulum, idem generalis cum visitatoribus provideat. — 38. Praelati perpetui cedere possint ad favorem congreg., et cessionem huiusmodi generalis cum definitoribus vel visitatoribus recipiat, et cedentibus provideat, providendo de solutione annatae singulis quinquenniis Camerae Ap. de omnibus abbatibus et praelaturis etiam annalibus. — 39. Generalis abbatibus in omnes omnimoda sit iurisdictio. — 40. Monasteriique Vallis Umbrosae privilegia firma persistant. — 41. Generalis cum definitoribus possit unum professum deputare ad scribendum acta capituli, et ei, prout publico notario, plene credatur.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Alto divinae providentiae consilio, summi sacerdotii vices, meritis licet inferioribus,

gerentes in terris, ad universa monasteria et pia loca, pro illorum felici statu conservando, nostrae vigilantiae frequenter dirigimus intuitum, et his, quae pro illarum pace et unitate consideratione provida et matura deliberatione processisse comperimus, ut inconcussa soliditate roborata (1), libenter, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adiciamus firmitatem.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Callisto Papae III, praedecessori nostro, pro parte tunc abbatum et dilectorum filiorum S. Salvi prope Florentiam et S. Michaelis de Passignano, Fesulanae diocesis, Ordinis Vallis Umbrosae monasteriorum, conventuum, exposito quod olim ipsi provide considerantes quod in dicto monasterio S. Salvi monachorum numerus adeo excresebat, quod fructus ipsius monasterii et illius habitationes ad sustentandum et manutendum dictos monachos, praesertim certis anni temporibus, minime sufficiebant; quodque praefatum monasterium de Passignano in loco solitario positum erat, et in eo pauci monachi morabantur, quamvis illius fructus, redditus et proventus ad sustentationem plurium monachorum quam ibi essent sufficerent, inter se talem, inter cetera, inveniunt concordiam, videlicet:

§ 2. Quod ipsa monasteria invicem uni-
rentur, ita tamen quod unum ab altero non dependeret, et quod quilibet abbas remaneret in sua dignitate et iure;

§ 5. Quodque in singulis monasteriis praedictis observaretur Regula Sancti Benedicti.

§ 4. Et quod abbas S. Salvi posset mittere et revocare ad nutum suos monachos ad monasterium de Passignano praedictum, ac monachi sic per eum missi, pro tempore quo ibi morarentur, forent veri monachi ipsius monasterii de Passignano in actibus capitularibus et in omnibus peragendis, ac si in ipso monasterio de Passignano fuerint tacite vel expresse professi. Et quod cura dicti monasterii de Passignano, in spiritualibus, foret in manibus illius de dictis

(1) Deest forte *permaneat* (n. r.).

Monasterium S. Salvi et aliud monasterium S. Michaelis de Passignano se concordarunt ut sequitur, videlicet:

Quod ipsa monas. uni-
rentur, sed quilibet ab. in suo iure remaneret;

Regulaq. S. Benedicti in eis observaretur,

Et quaedam alia circa regimen dd. monasterior., et munus utriusq. abbatibus.

monacis, quem elegissent dieti duo abbates; et quando casu similiter veniret quod aliquis abbas eorum monasteriorum moreretur, tunc illorum monaci, una cum abbate remanente et oeconomio monasterii vacantis huiusmodi, possent libere procedere ad electionem novi abbatis, quando tamen eis videretur et placeret; qua electione legitime celebrata, ille, qui foret electus, intelligatur et foret verus abbas, absque alia confirmatione Sedis Apostolicae vel alicuius superioris, reservata tamen taxa consueta Camerae Apostolicae persolvenda; nec non quod dieti abbates, durante eorum observantia, possent recipere omnes clericos sive laicos de saeculo ad ipsa monasteria fugientes, absque licentia ipsius generalis dieti Ordinis.

Callist. III praedictorum information. archiepisc. Florentino commisit et etiam executionem.

§ 5. Praefatus Callistus, praedecessor, dietorum abbatum in ea parte supplicationibus inclinatus, bon. mem. Antonio archiepiscopo Florentino suis literis dedit in mandatis ut, vocato dicto generali, in praemissis omnibus et singulis auctoritate apostolica per se ipsum provideret et exqueretur, prout conscientiae suae videretur expedire.

Pius II a praedicto archiepiscopo unionem fact. fuisse accepit, sed non plenarie executionem, supervenien. obitu Callisti III.

§ 6. Postmodum vero, pro parte dietorum abbatum et conventuum recolen. mem. Pio Papae II, etiam praedecessori nostro, exposito quod praefatus Antonius archiepiscopus, de praemissis omnibus et singulis certam notitiam habens, vocato dicto generali, monasteria praedicta insimul univerat, annexerat et incorporaverat, et alia in dietis literis contenta fecerat; quodque, antequam unio, annexio et incorporatio praedictae suum consecutae fuissent effectum, idem Callistus fuerat vita functus.

Ideoque abbati B. Mariae Florent. in eorumdem informationem et executionem et nonnulla etiam specificae demandavit.

§ 7. Praefatus Pius, praedecessor, tunc dietorum abbatum et conventuum supplicationibus inclinatus, abbati monasterii B. Mariae Florentin., eius proprio nomine non expresso, suis literis dedit in mandatis ut de praemissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis se diligenter informaret, et si per informa-

tionem huiusmodi ita esse reperiret, monasteria praedicta, iuxta tenorem dietae concordiae insimul uniret, annecteret, incorporaret, ac inter cetera statueret et ordinaret quod unum monasteriorum praedictorum ab altero non dependeret, nec alterius membrum esse censeretur, sed esset eorundem abbatum et conventuum una congregatio, per quam dieta monasteria gubernarentur, et quilibet abbatum tunc existentium monasteriorum praedictorum remaneret perpetuo in sua dignitate et iure quamdiu viveret vel alteri cedendum duceret; et quod, quandoecumque aliquem abbatum monasteriorum praedictorum ab hac luce migrare contingeret, seu regimini et administrationi dieti monasterii cederet, aut monasterium suum alias quomodo dimitteret, liceret tunc abbati superstiti ac oeconomio monasterii taliter vacantis nec non monacis praedictis ad electionem futuri inibi abbatis procedere, qua electione rite et legitime celebrata, ille, qui foret electus, intelligeretur et foret verus abbas, absque alia confirmatione Sedis Apostolicae, reservata tamen taxa praedictae Camerae, ut superius est expressum; et quod quilibet in abbatem electus, quolibet anno in capitulo per ipsam congregationem celebrando, teneretur libere renunciare in manibus ipsius congregationis vel praesidentium sen definitorum eiusdem, qui potestatem haberent huiusmodi electionem confirmandi vel infirmandi; quodque tam praedicti quam aliorum quorumcumque monasteriorum dieti Ordinis Vallis Umbrosae ubilibet constitutorum abbates conventiones praedictas, absque alicuius superioris licentia, recipere et admittere possent. Ipsique vel eorum vicarii, durante observantia huiusmodi, omnes tam clericos quam laicos de saeculo fugientes ad probationem Regulae, demum ad professionem, absque dieti generalis licentia, admittere possent, indulgeret.

§ 8. Successive vero fel. recordationis Paulo Papae II, etiam praedecessori nostro,

Paul. II praedicta omnia executione uti fecisse precept.

pro parte universorum monasteriorum dictae congregationis Sancti Salvi exposito quod tunc abbas dicti monasterii B. Mariae ad eam Pii praedecessoris literarum executionem, iuxta illarum tenorem, rite procederet, quia per diligentem examinationem, praemissa reperisset esse vera, Sancti Salvi et de Passignano monasteria praedicta insimul univerat, annexerat et incorporaverat, ac omnia alia praedicta statuerat, ordinaverat et indulserat.

§ 9. Necnon eidem Paulo, praedecessori subiuncto quod dilecti filii abbates et conventus Sancti Michaelis de Forculis Pistoriensis et Sancti Michaelis in Podio ac Sancti Donati Senensis dicti Ordinis monasteriorum conventiones praedictas, vigore statuti et ordinationis ac literarum Pii praedecessoris huiusmodi, dicto Pio praedecessore adhuc in humanis agente, recepissent et admisissent; ac unio, annexio et incorporatio praedictae solum ad dictum monasterium Sancti Salvi effectum sortitae fuerant; et causae propter quas unio, annexio et incorporatio factae fuerant adhuc durarent et efficacissimae forent, idem Paulus praedecessor certo iudici in partibus illis dedit in mandatis ut, vocatis quorum interest, de praemissis omnibus et singulis et eorum circumstantiis universis, auctoritate sua se diligenter informaret, et si per diligentem informationem huiusmodi ita esse reperiret, praedicta omnia monasteria, iuxta concordiam praedictam, invicem necnon congregationi praedictae eadem auctoritate uniret, appropriaret, incorporaret et annexeret; necnon omnia et singula in dictis Pii praedecessoris literis commissa et mandata, de novo auctoritate praedicta faceret, statueret, ordinaret, indulgeret et exequeretur, iuxta eiusdem praedecessoris literarum continentiam et tenorem.

§ 10. Et demum recol. mem. Sixto Papae quarto, similiter praedecessori nostro, pro parte albatum et congregationis praedictorum, exposito quod pro eo quod unio,

annexio et incorporatio huiusmodi adhuc, quoad de Podio, Sancti Donati et de Passignano monasteria praedicta effectum sortita non fuerant; et pro eo quod idem Sixtus praedecessor, dicto Paulo etiam praedecessore, sicut Domino placuit, vita functo, fuerat ad apicem summi apostolatus assumptus, in primordio suae assumptionis omnes uniones, annexiones et incorporaciones de quibusvis Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, officiis et beneficiis et locis, quomodolibet apostolica vel alia quavis auctoritate factas, quae suum sortitae non fuerant effectum, revocaverat et irritaverat et cassaverat, et nullius existere firmitatis declaraverat, effectum sortiri nequiverant in futurum; et causae, propter quas unio, annexio et incorporatio praedictae factae fuerant, adhuc durarent, idem Sixtus praedecessor, etiam certo iudici in partibus illis dedit in mandatis ut, vocatis quorum interesset, de praemissis omnibus et singulis ac circumstantiis universis, auctoritate sua se diligenter informaret, et si per informationem huiusmodi reperiret ita esse, de Passignano, de Podio et Sancti Donati monasteria praedicta invicem et congregationi praedictae, iuxta formam dictae concordiae, perpetuo uniret, adnecteret et incorporaret; necnon omnia et singula in dictis literis contenta, commissa et mandata, eadem auctoritate de novo faceret, statueret, ordinaret, indulgeret et exequeretur, etiam iuxta earumdem literarum continentiam atque formam, prout in singulis desuper confectis literis praedecessorum huiusmodi, ad quarum executionem, servatis illarum formis, respective processum extitit, plenius contineretur.

§ 11. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Blasii generalis dicti Ordinis Vallis Umbrosae et eiusdem B. Mariae Vallis Umbrosae, necnon Sancti Salvi prope Florentiam, ac Sancti Michaelis de Passignano, et Sancti Fidelis de Pupio Aretin., et Sancti Cassiani de monte Schia-

Post haec abbates gen. constituerunt unam congregationem cum infra dicendis capitulis et pro eorum confirm. supplicat. huius Pontifici.

Et iterum plenam executionem commisit.

SIXT. IV. idem fecit.

lar. Fesulan. dioec., et Sancti Paucratii Florentin., et Sancti Michaelis in Podio, Sancti Donati Senen., necnon Sancti Michaelis de Forculis Pistorien., et Sanctae Praxedis de Urbe, et Sanctae Mariae de Monte Plano Pistorien. dioec., et aliorum dicti Ordinis monasteriorum, abbatum et conventuum ac priorum dilectorum filiorum petitio continebat, licet longo tempore Sancti Salvi et de Passignano, et successive praefata alia monasteria et prioratus, ex diversis concessionibus apostolicis, a dicto monasterio Vallis Umbrosae, quod est caput totius Ordinis, sub vocabulo congregationis Sancti Salvi, aequaliter separata fuerint et de per se degerint, nuper tamen generales abbates et conventus praedicti provide considerantes quod, si Vallis Umbrosae ac Sancti Salvi ac de Passignano et alia monasteria praedicta, in quibus regularis observantia viget, earumque personae ad unum corpus mutuae caritatis redigerentur, uberiores fructus in Dei honorem exinde provenire; et Ordo ipse, coadunatis viribus, facilius ampliari et conservari posset, habito circa praemissa diligenti tractatu et matura deliberatione, salvo semper beneplacito Sedis Apostolicae, certa capitula formam et directionem praemissorum ac felicem et prosperum statum eorum concernentia fecerunt et ordinaverunt, nobisque humiliter supplicarunt ut capitulis praedictis, pro illorum substantia (1) firmiori, robur apostolicae confirmationis adiacere, ac aliis et eorum statui super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 12. Nos igitur, qui unitatem, pacem et charitatem inter quoscumque fideles, et praesertim sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantes confovere, ex pia mentis nostrae consideratione intensius desideramus affectibus; quique singula huiusmodi per venerabilem fratrem nostrum Oliverium, episcopum Sabinensem, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem et ipsius Ordinis protectorem, ac dilectum filium

(1) Leg. put. *subsistentia* (n. r.).

magistrum Antonium de Grassis, cappellanum et referendarium nostrum, ac causarum Palatii Apostolici auditorem, et ambos iuris utriusque doctores eximios, de quorum fide, prudentia et integritate specialem in Domino fiduciam obtinemus, diligenter examinari, limitari, corrigi et emendari et praesentibus annotari fecimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia et singula capitula praedicta, cum omnibus et singulis in eis contentis partibus, tenoribus et clausulis; ac uniones, annexiones et incorporationes ipsas, quantum opus sit, auctoritate apostolica, tenore praesentium et ex certa nostra scientia confirmamus et approbamus, ac viribus perpetuo subsistere debere decernimus et declaramus, suppletes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

§ 13. Et nihilominus, pro potiori praemissorum observatione, omnia et singula capitula, uniones quoque, annexiones et incorporationes praedicta, auctoritate, scientia et tenore praedictis, etiam iuxta tenorem capitulorum ipsorum, de novo facimus, statuimus et ordinamus, illaque inviolabiliter observari debere similiter decernimus et declaramus.

§ 14. Non obstantibus quibuscumque revocationibus per nos et praedecessores nostros praefatos de unionibus huiusmodi, quae sortitae non fuerint effectum, factis, quas, quoad hoc, pro infectis haberi volumus; necnon una nostra, per quam volumus quod in unionibus semper commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, et semper in eis, tam uniendi, quam illius cui uniretur, beneficiorum veri valores secundum communem existimationem exprimerentur, alioquin unio non valeret; et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis; necnon monasteriorum et Ordinis praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; ac Callisti et aliorum praedecessorum literis

Et de novo eadem statut.

Quibuscumque non obstantibus

Hic modo Pontifex ea confirmat.

Tenor dd. capitulorum hic inseritur.

ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor autem dictorum capitulorum sequitur et est talis.

Monast. Vallis Umbrosae et eius abbas sit caput congreg.

§ 15. In primis, quod dictum monasterium Vallis Umbrosae et abbas generalis illius sit caput totius Religionis praedictae.

Item, quod, eo primo cedente vel decedente, alter eligatur, prout inferius adnotabitur. Item, quod omnia monasteria et monaci totius congregationis S. Salvi subiciantur generali tanquam capiti.

Congreg. Vallis Umbrosae deinceps

§ 16. Et in futurum vocetur congregatio Vallis Umbrosae, et non Sancti Salvi; gaudeatque ipsa nova congregatio omnibus privilegiis, exemptionibus et immunitatibus, quibus ipsa congregatio Sancti Salvi gaudebat, perinde ac si eidem congregationi Vallis Umbrosae concessae fuissent.

Abbas generalis sit perpetuus, et alii amovibiles, ut infra.

§ 17. Item, quod abbas Vallis Umbrosae et generalis totius Ordinis pro tempore existens remaneat perpetuus. Ceteri vero abbates et praefati dictae congregationis sint amovibiles, ut inferius adnotabitur.

Capitulum generale singulis annis celebratur, in eoque octo definitores eligantur, et abbas generalis prius deat.

§ 18. Item, quod omni anno capitulum generale dictae congregationis in loco ad hoc deputando celebretur, in quo eligantur annuatim octo definitores de numero abbatum seu monachorum dictae congregationis tantum in sacerdotio constitutorum. In quo capitulo abbas generalis, ut caput, praesideat.

Qui totum representent capitulum omnimoda potestate.

§ 19. Item, quod praefatus pater abbas generalis, cum dictis definitores electis, repraesentet totum capitulum praefatum, et habeat libertatem plenam et auctoritatem gubernandi et ordinandi dictam totam congregationem, tam in spiritualibus quam in temporalibus; corrigendique excessus et errores quorumcumque abbatum et monachorum et conversorum, iuxta canonicas sanctiones et instituta regularia dicti Ordinis et novae congregationis et alias, prout eorum conscientiae videbitur expedire.

§ 20. Item, quod generalis pro tempore existens, una cum maiori parte definito-

rum, omnimodam utilitatem, honorem et statum prosperum dictae novae congregationis concernentia facere, statuere et ordinare possint, non obstante contradictione minoris partis.

Quam exerceat gener. cum maiori parte defensorum.

§ 21. Item, quod generalis et definitores praedicti annuatim habeant deputare abbates et priores annuales in capitulo, prout eorum conscientiae videbitur, non obstante forma data eligendi in literis fel. rec. Pii Papae secundi, per quas statutum fuit quod electio fieri deberet in loco monasterii vacantis, et per oeconomum et monachos eiusdem.

Alii abbates et priores annuatim eligantur in dicto capitulo.

§ 22. Item, quod pater generalis et definitores in fine capituli eligant duos visitatores dictae congregationis in sacerdotio constitutos, qui, una cum patre generali, postquam dicti definitores functi fuerint officio, eandem auctoritatem habeant omnia ordinata in capitulo praecedenti exequendi, prout pater generalis et definitores facere poterant. Quorum visitatorum officium tantum duret quousque sequens proximum capitulum congregabitur, et non ultra.

Visitatoresque constituent. ad execution. statutorum in capitulo etc.

§ 23. Item, quod etiam pater generalis et dicti visitatores pro tempore existentes possint, eorum officio durante, disponere et ordinare de abbatibus et praefatis dictae congregationis annualibus tantum; illosque ex legitima causa et aliquali praecedente summaria causae cognitione amovere, et eorum loco alios deputare, prout eorum conscientiae, Religionis praefatae quieti et utilitati videbitur expedire.

Gener. et visitator. de praefatis dictae congregationis disponere possunt.

§ 24. Item, quod capitulum dictae congregationis dissolvi non possit, nisi prius locus novi et sequentis capituli per patrem generalem et definitores sit ordinatus et deputatus; et quod dictus locus sic deputatus amoveri non possit, nisi expresso consilio patris generalis et visitatorum praedictorum.

Capitulum non dissolvat. antequam locus pro seq. capitul. deputetur

§ 25. Item, quod praefati et monaci, ut supra, de uno monasterio dictae congregationis, in quo prius erant, ad aliud trans-

Monachi translati ab uno ad aliud monast. de praedictis, il-

bis censeantur profes., ad quod translati sunt.

lati ut veri professi illius monasterii ad quod transferuntur, reputentur; habeantque vocem in capitulo, et omnia alia facere et exercere possint, ac si in illo tacitam vel expressam professionem emisissent.

Abbatibus antiquis suorum monasteriorum privilegii uti possint.

§ 26. Item, quod praelati dictae congregationis omnibus privilegiis, insigniis et praeminentiis, dignitatibus et iurisdictionibus suis monasteriis, in genere vel in specie, seu alias auctoritate apostolica vel quavis alia quomodocumque concessis, uti et gaudere possint, quibus antea utebantur et gaudebant, sine praediuicio praefatae congregationis et literarum de et super praesentibus noviter expediendarum.

Conventuum praelatorum congregationis auctoritate apostolica confirmatae censeantur.

§ 27. Item, quod conventiones inter praelatos dictae congregationis cum praelatis qui per antea dictae congregationi aggregati sunt et adhuc adimpletae non sunt, vel conventiones quae in futurum fient cum praelatis perpetuis dicti Ordinis, qui praefatae congregationi aggregabuntur seu adhaerere voluerint, eiusdem roboris et momenti sint et esse censeantur, firmaque et illibata permanere habeant, ac si auctoritate apostolica munita forent.

Cardinales et alii commendatarii cum licentia Sedis Apostolicae ad favorem dictae congregationis cedere possint.

§ 28. Quodque praesens capitulum intelligatur, etiam quoad commendatarios monasteriorum seu beneficiorum dicti Ordinis, cardinales, patriarchas, archiepiscopos et episcopos seu quosvis alios: ita quod ipsi tales commendatarii, non obstantibus reservationibus apostolicis specialibus vel generalibus, et aliis in corpore iuris clausulis, praesentibus et futuris, possint in favorem dictae congregationis cedere, cum auctoritate tamen Sedis Apostolicae.

Ita tamen per monasteria cedenda ad solutionem quindecim annorum Camerae Apostolicae teneantur.

§ 29. Quodque conventiones super praemissis faciendae valeant, prout superius est expressum, proviso tamen quod a die, quo huiusmodi monasteria cederentur, et ipsi congregationi aggregarentur, infra sex menses, annata; et deinde, de quindecim annis in quindecim annos, Camerae Apostolicae per dictam congregationem persolvatur.

Regimen congregationis sit praelatorum eiusdem.

§ 30. Item, quod monasteria dictae congregationis solum per praelatos eiusdem congregationis, ut supra electos et ordinatos, regi et gubernari debeant; qui sic electi et instituti auctoritate apostolica regant et gubernent dicta eorum monasteria in spiritualibus et temporalibus, absque alia Sedis Apostolicae provisione, servata tamen in praemissis voluntate dicti Pii praedecessoris de et super solutione annatarum, ut supra.

§ 31. Item, quod nullus, cuiuscunque status, gradus et conditionis existat, etiam si abbatiali, episcopali, archiepiscopali aut cardinalatus dignitate praefulgeat, quomodo dictae congregationis monasteria, sive eorum loca et beneficia, in commendam recipere possit seu habere, nisi auctoritate apostolica, et cum derogatione expressa privilegiorum et indulgentiarum dictae congregationis; et non solum intelligatur de monasteriis et de beneficiis quae in praesentiarum dictae congregationis sunt, sed de eis eiusdem Ordinis, quae in futurum illi aggregabuntur.

Commendatariis praelatis denegatur, absque auctoritate Sedis Apostolicae et expressa derogatione privilegiorum congregationis.

§ 32. Item, quod si aliquo casu, quod absit, contingeret dictum monasterium Vallis Umbrosae commendari, ubi nunquam a memoria hominum fuit commendatum, quod tunc sit licitum definitoribus, si tunc erit capitulum; et si non, visitoribus; aut si mortui essent, capitulo generali dictae congregationis eligere unum vicarium generalem, qui in omnes abbates, priores et personas eorum et loca eorundem habeat illam eandem facultatem, quam haberet generalis. Et quod haec facultas duret dumtaxat durante commenda. Cum clausula, quod ipsi de congregatione nihil habeant agere cum commendatario, sed cum vicario, modo praemisso per eos ordinando et deputando.

Provisio hic datur, casu quo monasterium Vallis Umbrosae commendaretur.

§ 33. Item, quod omnes praelati, annuales tantum, dictae congregationis, in introitu capituli, sint et esse intelligan-

Praelati, in ingressu capituli, ab omnibus officiis et digni-

tatibus absoluti
censeantur.

tur absoluti a dignitatibus et officiis, quae
tunc obtinebant.

De abbatibus et
prioribus quomodo
vacantibus generalis
cum definitoribus
aut visitatoribus
disponat.

§ 54. Et nihilominus eorum monasteria vacare non intelligantur, etiam si abbates et priores in Romana Curia, vel extra eam, aut eundo ad eam, vel redeundo decederent. Et quod solum praefatum capitulum dictae congregationis, quantumcumque duret, de eis disponere habeat, ut supra, videlicet generalis cum definitoribus sive cum visitatoribus, non obstantibus quibuscumque reservationibus, nisi aliter per Sedem Apostolicam ex aliqua rationabili causa disponeretur vel provideretur.

Praelatura vacet, si quis ad
capitulum non
accesserit.

§ 55. Item, si aliquis abbas annualis, sive praelatus praefatae congregationis, quaecumque legitima causa impeditus, sive alias quovis modo in dicto capitulo interesse non poterit, sive venire neglexerit vel recusaverit, eo ipso, congregato capitulo, absolutus a dignitate vel officio sit et esse censeatur.

Abbasque generalis
cum definitoribus, de
eo videat.

§ 56. Ita quod abbas generalis, una cum definitoribus, ut supra, de novo abbate et priore, loco dicti abbatis sive prioris absentis, prout eis videbitur expedire, providere possint, perinde ac si ipsi abbates et priores in dicto capitulo expresse suis monasteriis et prioribus (1) renunciassent.

Et de abbatibus
vacantibus inter
unum et aliud
capitulum, idem
generalis cum
visitatoribus
providet.

§ 57. Item, si contingat aliquis abbas annualis sive perpetuus dictae congregationis, abbate generali excepto, inter capitulum et capitulum ab humanis decedere, vel alias ab administratione sui monasterii amoveri, ut supra, abbas generalis praefatus, una cum visitatoribus, ut supra, de novo abbate providere habeant, possint et debeant, et talis provisio auctoritate apostolica rata sit et firma.

Praelati perpetui
cedere possunt
ad favorem
congregationis, et
cessionem huiusmodi
generalis cum
definitoribus vel
visitatoribus re-

§ 58. Item, quod praelati perpetui dicti Ordinis, qui iam dictae congregationi aggregati sint, vel in posterum aggregari voluerint, et cedere vellent regimini et administrationi dictorum monasteriorum eorum in favorem dictae congrega-

(1) *Lege prioratibus* (n. 7).

tionis, cedere possint in manibus dicti patris generalis et definitorum, seu in manibus patris generalis et visitatorum, qui potestatem habeant admittendi cessionem, et dictae congregationi praefatae monasteria sic cessa aggregandi, auctoritate apostolica, iuxta privilegia praefatae congregationi S. Salvii concessa. Et nihilominus dictus pater abbas generalis, una cum definitoribus seu visitatoribus pro tempore, potestatem habeat eosdem praelatos, qui sic cedent, ad vitam sive ad tempus eisdem monasteriis praeficere in abbates, prout eis videbitur, proviso quod, a die cessionis huiusmodi infra annum, Camerae Apostolicae integra annata praefati monasterii sic cessi actualiter et integre persolvatur. Et deinde, de quindecim annis in quindecim annos, perpetuo annatam solvere teneantur et se obligent, iuxta litteras dicti Pii. Et hoc, quod dicitur de annata solvenda de quindecim annis in quindecim annos, intelligatur et censeatur statutum etiam in abbatibus et praelatis annualibus, qui similiter annatam simili modo de quindecim annis in quindecim annos solvere teneantur. Ita quod omnia et singula decreta et statuta, constitutiones, ordinationes, praecepta, censurarum promulgationes et earum absolutiones et quaecumque alia eorum mandata debeant ab omnibus dictae congregationis, in virtute sanctae obedientiae, observari; quodque contrafacientes et rebelles, dictisque sententiis, censuris et poenis per eos irretitos et innodatos, ad evitandum periculum evagandi, per se aut deputatos per eos, libere absolvere possint.

§ 59. Item, quod praefatus pater abbas generalis pro tempore existens, quoad illa monasteria dicti Ordinis extra dictam congregationem existentia, ac abbates, prioratus, loca et personas eorundem, in omnibus et per omnia remaneat in sua facultate ipsa gubernandi, et ipsum offi-

cupat, et eodem
modo provideat,
providendo de
solutione annatae
singulis quindecim
annis Camerae
Apostolicae de
omnibus abbatibus
et praelatis etiam
annualibus.

Generalis abbas
in omnes
omnimoda sit
iuris dictio.

cium generalatus exercendi in omnibus et per omnia, prout Pius (1); praefatique abbates et priores extra dietam congregationem, propter praemissa nec aliquod praemissorum, censeantur esse extra obedientiam dieti generalis, sed sub obedientia ipsius generalis permaneant; et, adveniente ipsius abbatae et generalatus vacatione, eiusdem Ordinis abbatis novi et generalis electio spectet et pertineat, iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem, ad monachos et conversos professos conventus B. Mariae Vallis Umbrosae pro tempore existentes et ad abbates et priores eiusdem Ordinis, habentes vocem in capitulo generali, tantum.

§ 40. Quodque privilegia dieti monasterii B. Mariae Vallis Umbrosae et generalis eiusdem Ordinis firma in suo robore permaneant, ut prius.

Monasteriique Vallis Umbrosae privilegia firma persistent.

§ 41. Item, quod pater generalis praefatus cum defuitoribus praefatis singulis annis, ut supra, eligere habeant et possint unum professum idoneum dietae congregationis loco notarii publici, qui, omnia acta agenda in capitulo dietae congregationis per praefatos capitulum generale, patrem generalem, definitores et visitatores, describere et in notam redigere possit et valeat; eiusque scriptis, in iudicio et extra, inter eos dumtaxat, etiam in Romana Curia et alibi fides adhibeatur, ac si per notarium publicum et authenticum facta et acta forent.

Generalis cum defuitoribus praefatis singulis annis, ut supra, eligere habeant et possint unum professum idoneum dietae congregationis loco notarii publici, qui, omnia acta agenda in capitulo dietae congregationis per praefatos capitulum generale, patrem generalem, definitores et visitatores, describere et in notam redigere possit et valeat; eiusque scriptis, in iudicio et extra, inter eos dumtaxat, etiam in Romana Curia et alibi fides adhibeatur, ac si per notarium publicum et authenticum facta et acta forent.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto (2), pridie kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 31 ianuarii 1485, pont. anno 1.

(1) Legendum put. *prius* loco *Pius* (R. T.).

(2) Leg. profecto *quinto*; nondum enim renuntiatus fuerat pontifex die 31 ianuarii 1484 (R. T.).

IV.

Contra annatas ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum, statutis temporibus, non solventes.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Pius II imposuit poenas hic expressas non solventibus annatas, — 2. Et quia lites desuper ortae erant, — 3. Pont. iste approbat const. Pii II, — 4. Conceditq. terminum ad solvendum annatas decursas. — 5. Non solventes annatas poenas hic contentas incurrunt. — 6. Solutio ut probanda. — 7. Decretum irritans. — 8. Clausulae derogatoriae. — Publicatio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicae Camerae, ex qua non modo S. R. E., sed etiam magnum totius christianae reipublicae subsidium provenit, iura illaesa servare, ut tenemur, modis omnibus cupientes, his, quae propterea a praedecessoribus nostris emanarunt, libenter adiciamus muniminis nostri firmitatem, ac alias desuper providemus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Exordium.

§ 1. Dudum siquidem per fel. record. Pium Papam II, praedecessorem nostrum, accepto quod numerus debitorum dietae Camerae nimis auctus erat; et quod obligati pro annatis beneficiorum ecclesiasticorum, quae auctoritate apostolica asseenti fuerant, excommunicationis sententiam in eos latam (quam, non solvendo in praefixo eis termino, ipso facto incurrerent) minime curare videbantur, et per hoc animabus sic illaqueatis periculum imminerebat, et continua dietae Camerae damna subsequebantur; idem praedecessor, cupiens tam saluti animarum quam ipsius Camerae indemnitatibus salubriter providere, provide ordinavit quod omnes, qui de cetero pro annatis quorumcumque beneficiorum in dieta Camera se obligarent, si, intra eis praefixos terminos, dietae Camerae aut collectoribus fructuum

Pius II imposuit poenas hic expressas non solventibus annatas.

et proventuum eius, in partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto, lapso termino, non solum in sententiam excommunicationis incidere, sed etiam beneficiis suis, pro quibus se in dicta Camera obligassent, omnino privati forent; illi vero, qui non pro se, sed pro aliis, ut principales, se pro annatis huiusmodi obligarent, si in terminis non satisfacerent, ultra sententiam excommunicationis huiusmodi, essent ipso facto omnibus beneficiis ecclesiasticis, quae obtinerent, privati: possentque talia beneficia per quoscumque libere impetrari, prout in eiusdem praedecessoris literis desuper confectis plenius continetur.

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, ex ordinatione praedicta, ab aliquibus temporibus citra, ideo optati fructus non provenerint, quia nonnulli, qui beneficia ecclesiastica per huiusmodi privationem vacantia pro tempore postmodum impetrarunt, super illis agendo, et qui excipiendo privationem huiusmodi in iudicium deduxerunt coram Palatii causarum Apostolici auditoribus et aliis iudicibus Romanae Curiae, auditi non fuerunt ab eisdem auditoribus et iudicibus, asserentibus ordinationem eandem praedecessoris praefati non fuisse receptam et moribus utentium comprobata; crevitque et crescit in dies numerus debitorum eorumdem, in animarum non solventium quae debent periclitum, et praefatae Camerae ac christianae reipublicae praefatae non leve praedictum.

§ 3. Nos igitur, volentes super praemissis opportune providere, eiusdem praedecessoris ordinationem et literas praedictas, ac omnia et singula in eis contenta, auctoritate apostolica, praesentium tenore approbamus, et robur perpetuae firmitatis obtinere debere decernimus, iuxta illarum continentiam et tenorem.

§ 4. Ac volumus et eadem auctoritate statuimus quod hactenus obligati Camerae eidem ex causis praedictis, qui non sol-

verunt statutis eis terminis, ac propterea excommunicationis sententiam, et iuxta eiusdem praedecessoris literarum continentiam, privationis poenam praedictam incurrerunt, si (curiales, infra unum; eitrantomani, infra tres; et ultramontani, infra novem menses, a die publicationis praesentium in Cancellaria Apostolica computandos) dictae Camerae de his, quae debeant, satisfecerint, ex tunc, eo ipso, ab excommunicationis sententia absoluti et ad beneficia, quibus propterea, iuxta ordinationem praedictam, privati existunt, plenarie restituti censeantur; et si non solverint in terminis praedictis, privationis poenam praedictam de novo incurrant eo ipso.

§ 5. Quod illi, qui in posterum se obligabunt, excommunicationis et privationis poenas praedictas, iuxta eiusdem praedecessoris ordinationem, omnino incurrant; et impetrantes beneficia per huiusmodi privationem vacantia, et similiter contra illos sic privatos, de privatione huiusmodi excipientes, possint et debeant per quoscumque auditores et iudices audiri; nec eo praetextu, quod constitutio praedicta non fuerit recepta, et moribus utentium comprobata, repelli; teneanturque auditores et iudices quicumque, in causis cognoscendis in Romana Curia et extra, secundum eandem ordinationem iudicare, sublata eis et cuilibet eorum quavis aliter indicandi et interpretandi facultate et auctoritate.

§ 6. Nec prosint obligatis praedictis quietationes, quas a collectoribus vel subcollectoribus praedictis habent, quae publico non probarentur instrumento.

§ 7. Decernentes praesentes literas, ex die publicationis earum in Cancellaria Apostolica, quoscumque ligare; ac irritum et inane quidquid secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 8. Non obstantibus etc.

Nulli ergo etc.

Non solventes annatas poenas hic conten. incurrunt.

Solutio ut probanda.

Decretum irritans

Clausulae derogatoriae.

Et quia literas desuper ortae erant.

Pont. iste approbat. constit. Pu II.

Conceditq. terminum ad solvendum annatas decurras.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto (1), 15 kalendas martii, pontificatus nostri an. 1.

Publicatio. Lecta et publicata fuit suprascripta bulla Romae in Cancellaria Apostolica, die Iovis, xvii mensis februarii, anno Domini 1485, pontificatus praefati Innocentii Papae VIII, anno 1.

Dat. die 17 februarii 1485, pont. anno 1.

V.

Contra accipientes bonorum Ecclesiarum et monasteriorum administrationem, absque Sedis Apostolicae licentia, literisque ab ea impetrandis minime expeditis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Bonifacius VIII statuit, ad beneficia quaecumque promoti apud Sedem Apostolicam, sine eiusdem literis, eorundem beneficiorum possessionem non recipent. — 2. Hoc idem firmavit Alexander V. — 3. His vero non obstantibus, nonnulli fraudulenter, adhuc provisionum literis non expeditis, beneficiorum possessionem apprehendunt. — 4. Itaque Innocentius statuit (*prout in rubrica*), additis poenis privationis, inhabilitationis, etc; — 5. Terminum praefigit beneficiatis, qui, ut supra, se beneficiorum regimini ingessere; — 6. Obstantibus derogat.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Ad reformandum ecclesiasticorum mores et actus coelitus nobis, meritis licet insufficientibus, collata potestas nos hortatur et urget, ut ea eis interdicere solentiori diligentia curemus, in quibus frequentius eos excedere, in animarum suarum periculum et beneficiorum ecclesiasticorum praeiudicium, assidua plurimorum insinuatione sentimus.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Boni-

(1) Legendum *quinto*, eadem, quam supra diximus, ratione (R. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

40

facius Papa octavus, praedecessor noster, inter alia statuit quod episcopi et alii praelati superiores necnon abbates, priores et caeteri monasteriorum regimina exercentes, quocumque nomine censerentur, qui apud Sedem Apostolicam promoverentur, aut confirmationem, consecrationem vel benedictionis munus recipere, ad commissas eis ecclesias et monasteria, absque dictae Sedis literis, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem et benedictionem continentibus, accedere, vel honorum ecclesiasticorum administrationem accipere non praesumerent; nullique eos, absque dictarum literarum exhibitione et ostensione, recipere, aut eis parere vel intenderent; et si secus praesumptum foret, quod per episcopos, praelatos, abbates, priores et alios monast. regimina exercentes praedicto medio tempore actum foret, irritum haberetur; nec quidquam interim dicti episcopi vel praelati, abbates, priores vel regimina exercentes de ecclesiarum et monasteriorum proventibus perciperent eorundem; capitula vero et conventus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum et alii quicumque ipsos, absque dictae Sedis literis, recipientes vel obedientes eisdem, tamdiu forent a beneficiorum suorum fructuum perceptione suspensi, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam mereantur obtinere.

§ 2. Et deinde recolendae memoriae Alexander Papa V, etiam praedecessor noster, de fratrum suorum S. R. E. cardinalium consilio, omnibus, de quorum personis, patriarchalibus, metropolitanis et aliis cathedralibus ecclesiis et monasteriis ac conventualibus prioratibus, in titulum, administrationem vel commendam contingeret provideri, ne, literis super huiusmodi provisionibus non expeditis, ecclesiarum et monasteriorum ac prioratuum eorundem regimini se ingerere ullatenus praesumerent, districtius praecipiendo, inhibuit, prout in eorundem praedecesso-

Bonifacius VIII statuit, ad beneficia quaecumque promoti apud Sedem Apostolicam, sine eiusdem literis, eorundem beneficiorum possessionem non recipere.

Hoc idem firmavit Alexander V.

rum literis desuper confectis plenius continetur.

§ 3. Cum autem, sicut fide digna relatione accepimus, quamplurimi, variis exquisitis fraudibus, tam regimini et administrationi ecclesiarum, monasteriorum et conventualium prioratum, quibus in praelatos, administratores seu commendatarios pro tempore per Sedem Apostolicam praeficiuntur, se ingerere, quam beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, saecularium et regularium, de quibus eis in titulum vel commendam sive administrationem per dictam Sedem pro tempore providetur, literis super praefectionibus, provisionibus, in administrationem concessionibus et commendis, aliisque dispositionibus, quae ad eorum commodum ab eadem Sede emanarunt, nullatenus expeditis, aut in bullario seu registro earum seu Camerae Apostolicae existentibus, seu sub sigillo dictae Camerae mercatoribus vel aliis cum facultate reportandi ad certum tempus traditis, mediantibus processibus super illis sic totaliter non expeditis fraudulenter desertis, aut literis in forma Brevis seu Monitorialibus nuncupatis, quas ab eadem Sede, ut facilius possessionem nanciscantur, tacito quod literae praefectionum, provisionum, commendarum et aliarum dispositionum huiusmodi expeditae ex toto non forent, nonnumquam extorquent; vel alias possessionem apprehendere non formidant in animarum suarum periculum, et ecclesiarum, monasteriorum, prioratum aliorumque beneficiorum huiusmodi detrimentum.

§ 4. Nos multorum querelis excitati, volentes super his opportunum adhibere remedium, eorundem praedecessorum statutum, ordinationem et inhibitionem huiusmodi, et prout illa concernunt, omnia et singula in dictis eorum literis contenta, apostolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, et robur perpetuae firmitatis obtinere debere decernimus; ac illa innovantes et ampliantes, eadem au-

thoritate, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus quod de caetero futuris temporibus, illi, qui regimini et administrationi patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum ac monasteriorum, etiam per priorem gubernari solitorum, quibus per dictam Sedem in patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, administratores, priores et commendatarios praefecti fuerint, se ingerere: aut beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, cum cura et sine cura, saecularium et regularium, etiamsi saecularia dignitates, personatus, administrationes et officia, canonicatus et praebendae in cathedralibus, etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis; et dignitates ipsae in eisdem cathedralibus, etiam metropolitanis, post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales: regularia vero prioratus, praepositurae, praepositatus, administrationes vel officia fuerint, et ad illa consueverint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, de quibus eis in titulum, commendam seu administrationem per dictam Sedem provideri, seu alias in eorum favorem disponi continget, possessionem, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, palam vel occulte apprehendere praesumpserint, antequam literae apostolicae super praefectionibus, in administrationem concessionibus, commendis, provisionibus et aliis dispositionibus huiusmodi confectae, et totaliter etiam, quoad Cameraam praefatam, expeditae; ac eis, pro quibus emanabunt, seu alteri pro eis, ut sic expeditae pure et simpliciter, absque facultate reportandi, traditae existant, etiam si ipsi desertos in fraudem processus desuper, ac in forma Brevis necnon monitoriales nuncupatas literas huiusmodi super apprehensione possessionis et immixtione in regimine et administratione praedictis

His vero non obstantibus, nonnulli fraudulenter, adhuc provisionum literis non expeditis, beneficiorum possessionem apprehendunt.

Itaque Innocentius statuit, prout in eadem, additis penitus privationis, inhabilitatis, etc.

in eorum favorem haberent, praeter poenas in eorundem praedecessorum constitutionibus contentas, quas ad eos et recipientes eosdem extendimus, cum privatione iuris, si quod eis tunc competierit in patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum ac monasteriorum regiminibus et administrationibus, necnon beneficiis huiusmodi seu ad illa; ac inhabilitationis ad ecclesias, monasteria et beneficia ipsa, ac alia quaecumque ecclesiastica imposterum obtinenda eo ipso incurrant.

Terminum praefigit beneficiatis, qui, ut supra, se beneficiorum regimini ingressere;

§ 5. Qui vero, apprehensis per eos aliquo ex modis praedictis regiminis ecclesiarum et monasteriorum ac aliorum beneficiorum huiusmodi possessionibus, immo vero intrusionibus, incumbant de praesenti: citramontani, infra quatuor; ultramontani vero, intra octo menses post publicationem praesentium literarum in Cancellaria Apostolica super eorum promotionibus et aliis factis desuper in eorum favorem dispositionibus apostolicis, quibus se invare intendunt, literas ex toto, etiam quoad dictam Camerae Apostolicam, expedire; et super perceptis per eos haecenus, eisdem literis non expeditis, fructibus ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum cum generali in Romana Curia, aut aliis in partibus illis deputatis fructuum et proventuum dictae Camerae debitorum collectoribus componere procurant cum effectu, alioquin, mensibus elapsis eisdem, omnes poenas praedictas, etiam privationis, eo ipso incurrant.

Obstantibus derogat.

§ 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, nonis augusti, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 5 augusti 1485, pontif. anno 1.

VI.

Iurisdictio clericorum Rev. Cam. Apostolicae quascumque causas interesse ipsius Camerae concernentes summarie etc. cognoscendi (1).

SUMMARIUM

Causa huius constitut. — 1. Iurisdictio clericorum rev. Camerae Apostolicae causas eius summarie etc. cognoscendi. — 2. Clausula sublata etc. — 3. Derogatio contrariorum.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, nonnulli, magis rigori et apicibus iuris, quam aequitati adhaerentes, reducere (2) utantur in dubium an in causis dilectis filiis clericis et praesidentibus Camerae nostrae Apostolicae, et praesertim inter fiseum nostrum et ipsius Camerae ex una, et privatas personas parte ex altera, occasione pecuniarum, rerum et bonorum ad dictam Camerae, quavis occasione vel causa, directe vel indirecte spectantium et pertinentium; aut in quibus dictae Camerae interesse resultare posset, solemnitates iudiciales ac iuris positivi, prout in aliis causis, coram aliis iudicibus, ordinariis vel delegatis aut quibusvis tribunalibus servari solita sint, servari debeant; ac ipsarum solemnitatum ommissio, coram dictis praesidentibus et clericis, processus et sententias habitos et latas, habendos et ferendas vitare habeant.

Causa huius constitutionis.

§ 1. Nos igitur, attendentes quod clerici et praesidentes Camerae, in eadem personam nostram repraesentantes, et quae coram eis agitantur coram nobis agitari censentur, cum illi pro quibusvis dubitationibus nos consulere valeant, ac de consuetudine illius loci solemnitates et termini huiusmodi iudiciales praetermitti, et sola facti veritas attendi consueverint.

Iurisdictio clericorum rev. Camerae Apostolicae causas eius summarie etc. cognoscendi.

(1) Quoad hanc iurisditionem atiaque indulta, ac electionem et numerum eorundem clericorum, habes sup. Constit. xvii Eugenii IV. pag. 52. (2) Leg. f. nitantur (B. T.).

Igitur scrupulosam ambiguitatem huiusmodi succidere, et causas super rebus et negociis quibuscumque in dicta Camera, inter quosvis, et praesertim praefatum fiscum et alios nunc et pro tempore pendentes, celeriore finem accipere volentes, motu proprio et ex certa scientia, nostraque deliberatione et voluntate decernimus, declaramus et mandamus, in omnibus et singulis causis huiusmodi pro tempore vertentibus, summarie, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, omnisque iuris positivi et iudiciali solemnitate postposita, per dictos clericos et praesidentes dictae Camerae procedi, illasque terminari et decidi debere; sententiasque per eosdem latis et ferendas, occasione omissionis solemnitatis iudicialis et iuris positivi, nullatenus de nullitate impugnari posse vel debere, dummodo pro veritate latae sint.

Clausula sublata etc.

§ 2. Sicque per quoscumque iudices, coram quibus causas ipsas forsitan quovis modo agitari postmodum contigerit, observari volumus et mandamus. Decernentes irritum et inane quicquid contra decretum istud fieri contigerit.

Derogatio contrariorum.

§ 3. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac legibus, stylo Palatii ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, causarum omnium pendentium statum, nomina, etc. cognomina pro sufficienter expressis habentes.

Placet, et ita motu proprio mandamus.

Datum Romae apud S. Petrum, 15 kalendas septembris, anno primo.

Dat. die 18 augusti 1485, pontif. anno 1.

VII.

Declaratio et revocatio concessionum iurispatronatus et praesentandi ad beneficia ecclesiastica, per Sedem Apostolicam eiusque officiales ab annis 25 citra factarum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Enarratio causarum huius revocationis. — 2. Revocatio iurispatro-

natus concessionum a 25 annis citra factarum, quoad beneficia electiva. — 3. Revocatio, quoad beneficia non electiva, cum declarationibus et modificationibus nonnullis. — 4. Decretum irritans. — 5. Derogatio contrariorum. — Publicatio.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Cum ab Apostolica Sede, ad quam de diversis mundi partibus negotiorum multitudo confluit, curis continue plena innumeris, nonnulla interdum ex aliquibus causis, aliquando per occupationem et importunam petentium instantiam concedantur, quae in alieni iuris et praesertim auctoritatis apostolicae ac iurisdictionis episcopalis et aliorum collatorum; necnon ecclesiarum, monasteriorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, hospitaliumque et piorum locorum praecudicium tendunt et detrimentum, non debet reprehensibile videri, si Romanus Pontifex ad cuius providentiam, pro debito pastoralis officii, spectat super his debite providere, illa, ex aliis rationibus et a iure non deviantibus causis maturius et attentius deinde cognitis, quandoque revocat et annullat, ac ad statum redigit rationis, maxime cum, rerum et temporum qualitate pensatis, id in Domino conspiciat salubriter expedire.

Enarratio causarum huius revocationis.

§ 1. Sane, postquam ad summi apostolatus apicem fuimus, divina favente clementia, assumpti, fide digna plurimorum relatione intelleximus quod nonnulli Romani Pontifices praedecessores nostri et dictae Sedis legati ac nuncii, etiam cum potestate legati de latere, eorum legatione vel de speciali facultatis auctoritate, retroactis temporibus et praesertim xxv annis citra, diversis regibus, reginis, ducibus et marchionibus et aliis principibus; communitatibus, civitatibus, universitatibus oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum; confraternitatibus et collegiis saecularium personarum; necnon aliis tam ecclesiasticis quam saecularibus per-

sonis, diversorum status, gradus et conditionis, aliquibus eorum simpliciter et absque alia causa, et aliquibus, sub certis conditionibus tunc expressis (quas personae et alii supradicti adimplere promiserant, vel quae per eos adimpleri mandabantur), iuspatronatus et praesentandi seu nominandi personas idoneas ad diversa monasteria, prioratus, praeposuras, praepositus ac alias dignitates conventuales, ac in cathedralibus, etiam metropolitanis, post pontificales maiores, et collegiatis ecclesiis principales personatus, administrationes, officia, canonicatus et praebendas, caeteraque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia et regularia, ac hospitalia et alia pia loca, ex tunc deinceps vacatura, pro eis eorumque haeredibus et successoribus et alias seu aliis modis et formis, per diversas eorum literas, in perpetuum vel ad certum tempus reservaverunt, concesserunt et assignarunt. Quorum aliqui condiciones augendi valorem annum fructuum, reddituum et proventuum benefic. praedictorum ad certam summam tunc expressam, seu reparandi, instaurandi et reaedificandi ecclesias, illarumque structuras et aedificia ad ruinam tendentia, vel iam funditus diruta et destructa, ad quas, ratione reservationis, concessionis et assignationis praedictarum tenebantur, nullatenus executioni debitae demandarunt; et aliis condiciones huiusmodi adeo tenues impositae fuerunt, quod monasteriis, prioratibus, praepositis, praepositibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis, canonicatibus et praebendis, aliisque beneficiis ac hospitalibus et piis locis praedictis, parva potuit exinde utilitas provenire; quinimmo, quod deterius est, nonnulli ex personis supradictis, quibus iuspatronatus huiusmodi, ut praemittitur, concessum est, monasteriorum, prioratum, praepositarum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorumque, canonicatum et praebendarum,

aliorumque beneficiorum ac hospitalium et piorum locorum praedictorum fructus, redditus et proventus seu eorum partem plerumque usurpant, et in suos damna-biles usus convertunt, quod ut commodius facere possint, ad monasteria, prioratus, praeposuras, praepositus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et praebendas, aliaque beneficia, necnon hospitalia et pia loca huiusmodi, personas minus idoneas et de quibus, pro eorum libito voluntatis, disponere possunt, saepe numero praesentant, et in illis institui procurant, in grave monasteriorum, dignitatum aliorumque beneficiorum ac hospitalium et piorum locorum praedictorum praeiudicium et detrimentum, animarumque suarum periculum, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum.

§ 2. Nos igitur attendentes quod, iuxta canonicas sanctiones, iuspatronatus praesentandi ad regimina monasteriorum, prioratus, praeposuras et alias conventuales, necnon in cathedralibus et metropolitanis et collegiatis ecclesiis, huiusmodi dignitates (ad quas personae idoneae per conventus et capitula illarum seu illorum, dum pro tempore vacant, eligi consueverunt) in laicum nullo modo cadere potest, nisi ex speciali Sedis praedictae privilegio, quod nonnisi ex maximis et urgentibus causis alicui per Sedem eandem concedi consuevit; quodque etiam conveniens non videtur quod iuspatronatus ad beneficia ecclesiastica pro nulla seu levi et facili causa acquiratur, et praesertim cum iuris alieni praeiudicio: volentes, ne Sedis praedictae auctoritas et locorum ordinariorum aliorumque collatorum et collatricum iurisdictio propterea in dies minuatur; ac monasteria, dignitates et alia beneficia, hospitalia et pia loca supradicta ex concessionibus et reservationibus iuspatronatus huiusmodi detrimenta (prout propterea contingit) patiantur; seu monasteria et aliae dignitates electivae, ac (in quibus-

Revocatio iuspatron. concessionum a 25 annis citra factarum, quoad beneficia electiva.

vis reservationes et concessionones huiusmodi, pro nulla seu levi causa, factae fuerunt) alia beneficia, hospitalia et pia loca praedicta seu solita gaudeant libertate, debite, prout nostro incumbit officio, providere, deliberatione super his cum fratribus nostris S. R. E. cardinalibus praehabita diligenti, etiam expressis et certis aliis nobis notis, legitimis et id suadentibus causis, omnes et singulas concessionones, reservationes et assignationes iurispatronatus, et praesentandi seu nominandi personas huiusmodi ad monasteria, prioratus, praepositorum, praepositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, praebendas aliaque beneficia ac hospitalia et pia loca supradicta, per Sedem ac legatos et nuncios praedictos, a dictis xxv annis citra, regibus, reginis, ducibus, marchionibus et aliis personis supradictis; necnon civitatibus, universitatibus, confraternitatibus et collegiis huiusmodi, etiam motu proprio et ex certa scientia et ex quibuscumque causis, ac de apostol. potestatis plenitudine factis, quoad monasteria, videlicet, ac prioratus, praepositorum, praepositatus et alias dignitates ac beneficia electiva, etiam si quaecumque conditiones propterea impositas adimplevissent.

§ 3. Quae vero ad non electiva ac hospitalia et alia pia loca huiusmodi factae fuerunt, si fructus, redditus et proventus beneficiorum non electivorum ac hospitalium et aliorum piorum locorum praedictorum, ad medietatem veri anni valoris, fructus, redditus et proventus eorundem, secundum communem aestimationem, de propriis eorum bonis non auferunt; vel ecclesias de novo in illis non aedificaverunt, seu omnino funditus dirutas et destructas non reaedificaverunt; aut loca seu fundos, in quibus aedificarentur, non concesserunt, etiam si conditiones, ad quas alias forsitan quam modis praemissis tenebantur executioni demandassent, de eorundem fratrum consilio, auctoritate apo-

stolica et etiam ex certa nostra scientia, tenore praesentium revocamus, cassamus, irritamus et annihilamus; ac pro nullis, cassis, irritis et infectis omnino haberi volumus. Ordinariis et aliis collatoribus ac collatricibus quibuscumque concedentes ut, cessantibus reservationibus apostolicis, hactenus sic pro tempore factis, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et praebendas ac alia beneficia supradicta, cum deinceps pro tempore vacaverint, nulla expectata praesentatione sive nominatione, conferre, ac hospitalia et alia pia loca committere; monasteriis vero huiusmodi de personis idoneis providere, seu alias de illis disponere; ac conventibus et capitulis monasteriorum, prioratum, praepositorum, praepositatum ac aliarum dignitatum, praesertim conventualium, necnon ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum et collegiarum, ut in electione personarum idonearum ad illa ex beneficiis supradictis, quae electiva esse consuevisent, similibus cessantibus reservationibus procedere libere possint et debeant in omnibus et per omnia, perinde ac si concessionones, reservationes et assignationes iurispatronatus huiusmodi nullatenus emanassent; ac districtius iahibentes omnibus et singulis supradictis, quibus reservationes et assignationes iurispatronatus huiusmodi, ut praemittitur, factae fuerunt, ne de cetero, occurrentibus vacationibus monasteriorum, prioratum, praepositorum, praepositatum, dignitatum, personatum, administrationum, ad praesentationem seu nominationem aliquam procedere; ac ordinarios aliosque collatores et collatrices praedictos, quominus illa conferant; et eos ad quos electio pertinet, ne eligant, directe vel indirecte impedire contra praesentium tenorem quoquomodo praesumant.

§ 4. Decernentes etiam ex nunc irritum et inane, si secus super his per quos-

Decretum irritans.

Revocatio, quoad beneficia non elec., cum declarationibus et modis. hic expressis.

cumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§ 5. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non literis super reservationibus et concessionibus huiusmodi expeditis, etiam si in eis contineretur quod illae generalibus revocationibus, quae fierent, nullatenus includerentur, nisi de personarum, quas concernunt et quarum consideratione emanarunt, nominibus, cognominibus, dignitatibus, officiis ac causis, propter quas concessae sunt, seu quaevis alia, expressio individua fieret de eisdem; idque eis insinaretur per diversas literas sub diversis datis, et earumdem personarum in huiusmodi revocatione expressus accedat assensus (quas et quascumque alias clausulas, quae ad huiusmodi effectum, quod non includerentur in huiusmodi revocatione in eis directae forent, illas praesentibus pro insertis et sufficienter expressis habentes), nemini volumus nullatenus suffragari, quo minus reservationes et concessionem iurispatronatus, ac literae desuper confectae huiusmodi, in praesentibus literis et revocatione includantur, perinde ac si omnia requisita ad eorum revocationem, iuxta earum formas et clausulas, in eisdem praesentibus literis et revocationibus specificarentur, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo.

Publicatio.

Lecta in Camera Apostolica die sabbati decima mensis septembris, et publicata die martis decimatertia septembris, in portis Camerae Apostolicae.

Dat. die 23 augusti 1485, pontif. anno 1.

VIII.

Auditorum Rotae Romanae officia vacent per eorum promotionem ad Ecclesias cathedralis vel metropolitanas (1).

SUMMARIUM

Causa huius constit. — 1. Auditorum officia vacent (ut in rubrica). — 2. Illis providendum. — 3. Contrariorum derogatio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta in omnibus actibus suis Apostolicae Sedis providentia, ad ea libenter intendit, per quae singula Romanae Curiae officia, ut praefertur, in quibus ius dicitur per personas, quae ab omni alio onere libere ad illa commode intendere possint, exercentur, et personae ipsae, dum cathedralibus vel metropolitanis Ecclesiis praeficiuntur, ab oneribus officiorum huiusmodi pro pontificalis reverentia dignitatis, uti conveniens existit, immunes regimini et gubernationi ecclesiarum ipsarum pro debito pastoralis officii liberius vacare, et onus, ad quod assumpti fuere, melius valeant adimplere. Sane, sicut facti evidentia demonstrat, saepe numero contingit ut Romani Pontifices pro tempore existentes, considerantes merita dilectorum filiorum causarum Palatii Apostolici auditorum pro tempore existentium, postquam aliquamdiu in eorum officiis laudabiliter laborarunt, ut tandem post multos labores, condigna pro meritis praemia reportent, quo ceteri huiusmodi exemplo allecti, in dies ad studia magis incenduntur, aliquos ex eisdem auditoribus ad cathedralium sive metropolitanarum ecclesiarum pro tempore vacantium regimina promoveant, eosque illis praeficiant in pastores; quodque, post promotionem et praefectionem praedictas, auditores praefati ad regimina cathedralium sive metropolitanarum Ecclesiarum

Causa huius constitutionis

(1) Quod haec officia ante hanc diem non vacarent, indicat mihi bulla in Sixti IV, pag. 207 huius tomi, *Romani*.

huiusmodi assumpti, nihilominus dicta eorum officia sub praetextu quod propterea non vacent, exercere non desinant, quo fit ut ecclesiae ipsae suis, ob illorum continuam in Romana Curia residentiam, remaneant pro maiori temporis parte quasi viduatae pastoribus, non sine magno illarum dispendio ac animarum periculo.

Auditorum officia vacent ut in rubrica.

§ 1. Nos igitur, attendentes minus conveniens fore quod assumpti ad huiusmodi regimina debeant circa strepitus iudiciorum continue versari, ac taliter esse illis intentos ut pastorale officium eis commissum nequeant per se ipsos adimplere; et propterea, more vigilis pastoris, salubriter providere volentes, matura super hoc cum fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus deliberatione praehabita, huius perpetuae et irrefragabilis constitutionis edicto, de fratrum praedictorum consilio, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia, tenore praesentium statuimus, decernimus et ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus, quotiens per nos seu Sedem praedictam aliquem ex dictis auditoribus, nunc et pro tempore existentibus, ad aliquam cathedralem seu metropolitanam ecclesiam huiusmodi promoveri, seu iam promotum transferri contigerit, officium auditoratus huiusmodi, quod sic promotus vel translatus tunc obtinebit per provisionem, praefectionem seu translationem praedictas, vacet, vacasse et vacare censeatur eo ipso.

illis providendum.

§ 2. Sicque ab omnibus indicari et deputari debere, posseque de illo, tamquam sic vacante, per Romanum Pontificem tunc existentem statim, alias ut moris est, libere provideri.

Contrariorum derogatio.

§ 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicti officii iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque et indultis apostolicis eisdem auditoribus for-

san, etiam motu proprio et ex simili scientia, ac sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, et talibus quod illis, non nisi sub certis inibi expressis modo et forma, nullatenus possit derogari, concessis et concedendis in posterum, quibus omnibus (illarum tenores praesentibus pro insertis habentes), quoad hoc, specialiter et expresse derogamus, ac derogatum esse, eaque pro infectis et non concessis haberi volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 23 augusti 1485, pont. anno 1.

IX.

Iurisdictio et facultates auditoris causarum Curiae Reverendae Camerae Apostolicae (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Officium auditoratus vacavit per obitum Ioannis Prioris. — 2. Et modo hic Pont. illud confert Petro de Vicentia, cappellano, cum solitis iurisdictionibus etc. — 3. Facultasque eidem datur per locumtenentes causas criminalium curialium cognoscendi, — 4. Causasque tam civiles quam criminales in Curia motas, etc. itidem cognoscendi. — 5. Ac etiam causas appellationum interpositarum a sententiis iudicum Urbis et Status ecclesiastici. — 6. Sententias et processus censurarum exequendi. — 7. Necnon causas contractuum initorum in Curia cognoscendi, — 8. Et

(1) Hoc officium ampliores in dies iurisdictiones acquisivit a Pontificibus successoribus, quorum bullae multae sunt, sed hanc et aliam Pauli V, pleniorum ponendas esse duxi, aliis tamquam non necessariis praetermissis, praeterquam altera Pii IV, quae incipit, *Ad eximiae*, ut statum huius officii etiam medii temporis cognoscere valeas.

alia quaecumque fieri solita et consueta faciendi; — 9. Plures ad istarum causarum cognitionem deputandi. — 10. Derogatio contrariorum. — 11. Auditoris iuramentum fideliter officium exercendi. — 12. Monitio ad bene illud administrandum.

Innocentius Papa VIII dilecto filio magistro Petro de Vicentia U. J. doctori, cappellano nostro, et causarum Curiae Camerae Apostolicae generali auditori, salutem et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

Apprime ad devotionis affectum, quem, cum fidei constantia et sinceritate mentis, ad nos et Romanam Ecclesiam gerere comprobaris, neenon literarum excellentiam vitaeque decorem et morum honestatem aliaque probitatis et plurimarum virtutum tuarum merita, quibus personam tuam, ex fide dignorum testimoniis, invari percipimus, nostrae dirigentes considerationis intuitum, ac propterea indubiam spem gerentes quod ea, quae tibi committenda duxerimus, summa cum providentia et exacta diligentia laudabiliter exequeris, dignum, quin potius debitum arbitramur, ut eandem personam tuam condignis favoribus et gratis prosequamur.

Officium auditorat. vacavit per obitum Ioannis Prioris.

§ 1. Cum itaque officium generalis auditoratus seu audientiae causarum Curiae Camerae Apostolicae, quod quondam Ioannes Prioris, causarum dictae Curiae generalis auditor, dum viveret, exercebat, per obitum dicti Ioannis, qui apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum, apud Sedem ipsam vacaverit et vacet ad praesens.

Et modo hic Pont. illud confert Petro de Vicentia, cappellano, cum solitis iurisdictionibus etc.

§ 2. Nos, de tui literarum scientia, probitate et singulari providentia aliisque virtutibus huiusmodi, quas in te, divina protegente clementia, sumentes in Domino fiduciam specialem; et sperantes quod tu officium audientiae causarum Curiae Camerae praedictum scies, voles et poteris probe, feliciter et laudabiliter exercere, motu proprio, non ad tuam vel alterius per te nobis super hoc oblatae pe-

Bull. Rom. Vol. V.

41

tionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, et ex certa nostra scientia, officium generalis audientiae seu auditoris causarum Curiae Camerae huiusmodi sic vacans, ut praefertur, cum omnibus honoribus et oneribus, privilegiis, inribus et emolumentis consuetis, auctoritate apostolica, tenore praesentium tibi conferimus, concedimus et etiam assignamus; ac te nostrum et dilecti filii Raphaelis Sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, moderni et pro tempore praesentis camerarii nostri, ac causarum Curiae huiusmodi generalem auditorem, eadem auctoritate facimus, constituimus, creamus et deputamus.

§ 3. Tibique, per te vel alium seu alios idoneum sen idoneos locumtenentes et vicegerentes tuos, quos pro tempore, totiens quotiens tibi placuerit, duxeris assumendos sen deputandos, de omnibus et singulis criminibus, excessibus et delictis, in Curia Romana vel extra eam, per quoscumque, tam officiales Sedis Apostolicae, quam alios curiales Romanam Curiam sequentes, cuiuscumque dignitatis ecclesiasticae vel mundanae, status, gradus, ordinis vel conditionis, perpetratis et perpetrandis, tam per fisci nostri pro tempore praesentis procuratoris denunciationem et accusationem, quam etiam ex mero officio, inquirendi; et super illis, tam per inquisitionem huiusmodi, quam accusationem seu denunciationem, procedendi, repertos culpabiles, iuxta excessum per eos perpetratorum exigentiam, puniendi.

Facultasque eidem datur per locumten. causas criminales curial. cognoscendi,

§ 4. Neenon omnes et singulas, tam civiles quam criminales et mixtas, spirituales, ecclesiasticas et prophanas et alias quascumque causas, in quibus ad membri mutilationem, aut sanguinis effusionem et condemnationem non intenditur, coniunctim vel divisim, quomodocumque et qualitercumque in eadem Curia motas et movendas; seu quomodolibet, nunc et in posterum, inter quascumque partes, etiam per viam inquisitionis ex officio, pendentes.

Causasque tam civil. quam criminales in Curia motas, et itid. cognoscendi,

Ac etiam causas appellatorum interpositum a sententia iudicum Urbis et Status ecclesiasticorum.

§ 5. Et quae, sive per appellationem interdictam a gravaminibus illatis et inferri comminatis, ac sententiis, etiam definitivis, latis et promulgatis, etiam per dilectum filium nostrum S. R. E. marescaldum, et in sua Curia, et alios quoscumque iudices, ordinarios et delegatos, seu arbitros vel arbitratores in terris Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectis, etiam quibusvis in feudum vel vicariatum concessis; aut alias ad Sedem Apostolicam, etiam per viam reclamationis iudicialis vel extrajudicialis, sive alias per viam nullitatis delatae sunt, vel in posterum deferentur; eas videlicet, in quibus non ageretur de maiori summa vigintiquinque ducatorum auri de Camera, aut illius summae verum valorem excedente summarie, simpliciter et de plano, et sine strepitu et figura iudicii, sola rei et facti veritate inspecta, nullisque terminis servatis, etiam qui de stylo seu ordinatione Palatii Apostolici et alias servari soliti sunt, alias vero more solito audiendi, cognoscendi et decidendi, ac fine debito terminandi.

Sententias et processus generalium exequendi.

§ 6. Necnon tuarum et per tuos locumtenentes et aliarum quarumcumque in eadem Curia per quoscumque iudices delegatos vel subdelegatos latarum sententiarum; et quorumcumque processuum generalium per Roman. Pontif., tam in die Coenae Domini quam alias, cum censurarum et poenarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum; ac etiam quarumcumque aliarum, tam per nos quam per Roman. Pontific. pro tempore existentes, sive in specie sive in genere et alias quomodolibet latarum et ferendarum sententiarum executionem, quam etiam si delegatis ipsis aut subdelegatis seu aliis quibuscumque specialiter forsan per nos vel Sedem praedictam commissae forent aut committerentur pro tempore, accumulativae, quoad te tuosque locumtenentes, non autem privative, commissas fore decernimus et declaramus, faciendi; illasque debita terminationi, etiam cum invocatione

auxilii brachii secularis, si opus fuerit, demandandi.

§ 7. Et praedictos et alios, etiam extra Romanam Curiam degentes, tuae tamen iurisdictionis, ratione salarii in Romana Curia per quoscumque debiti vel expensarum mutui vel contractus in eadem Curia initi, aut alias quovis modo sponte submissas et submitendas Universitates, collegia et personas cuiuscumque gradus, status, etiam pontificalis praevinentiae et alias in dicta Curia degentes personas, ad instantiam quorum intererit, etiam pro expensis, damnis et interesse, in causis quibuscumque contractibus, quoties expedierit, citandi, monendi, requirendi, suspendendi, ac specialiter interdicendi, excommunicandi et iteratis vicibus aggravandi; illasque, prout expedierit, arrestandi, incarcerandi et detinendi; poenas et multas, pro delictorum, excessuum et criminum qualitate, eis infligendi et imponendi; ac ipsas et earum quamlibet, quas a nemine, etiam de partium consensu et ad id specialiter delegato, ad imputandas collusiones et fraudes, praeterquam a te tuoque locumtenente absolvi posse decernimus, et ab ipsis singulis poenis et multis spiritualiter vel temporaliter absolvendi et relaxandi.

§ 8. Et generaliter, omnia et singula gerendi, statuendi, disponendi, praecipienda, mandandi et exercenda, quae ad huiusmodi auditoratus officium de iure vel consuetudine, quam praesentibus approbamus, quomodolibet pertinuerint, et quae auditores causarum dictae Curiae, qui pro tempore fuerunt, et ex concessa eis a praedicta Sede facultate, facere et gerere, statuere et disponere, recipere, praecipere, mandare, exercere, ordinare et exequi quomodolibet potuerunt seu etiam debuerunt aut soliti sunt, faciendi, gerendi, statuendi, disponendi, recipiendi, mandandi, exercendi, ordinandi et consequendi.

Ne non causas contractuum initiorum in Curia cognoscendi

Et alia quaecumque fieri solita et consueta faciendi;

§ 9. Et unum vel plures ad praemissa omnia ipsumque auditoris causarum Curiae officium exercendi, quoties tibi placuerit, loco suo substituendi et substitutos revocandi, ac illos vel alios iterum substituendi et deputandi plenam et liberam, dicta auctoritate apostolica, concedimus facultatem et potestatem. Habituri processus et sententias, quos et quas feceris, statueris et tuleris in contradictores quoslibet et rebelles, ratas et gratas, illasque facturi, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Plures ad istarum causarum constitutionem deputandi.

§ 10. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac privilegiis, concessionibus et indulgentiis quibusvis communitatibus et universitatibus terrarum Sedi Apostolicae mediate vel immediate subiectarum, per nos aut praedecessores nostros Rom. Pont., sub quibusvis verborum formis, etiam si de illis specialis, specifica et expressa mentio habenda foret concessis, contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§ 11. Volumus autem quod, antequam officium auditoratus causarum Curiae huiusmodi incipias exercere, de ipso fideliter exereendo, in manibus praedicti camerarii nostri seu eius locumtenentis praestes in forma solita iuramentum.

Auditoris iuramentum fideliter officium exercendi.

§ 12. Tu igitur praedictum auditoratus officium prompta devotione suscipias, et sic illud diligenti studio, cura, moderatione et integritate exequaris, ut tua opera ad Dei laudem et gloriam, ac earundem Ecclesiae et Curiae bonum publicum atque decus, privatorumque commoditatem et exemplum laudabile cedant, teque apud nos et Sedem praefatam merito per amplius commendent, ut speramus.

Motio ad bene illud administr.

Datum Romae etc., anno etc. millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, undecimo kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 22 decembris 1485, pont. anno 11.

X.

Quod conservatores et executores literarum apostolicarum ad favorem congregationis S. Iustinae de Observantia monachorum S. Benedicti, omnes ii dati censeantur, quibus Sedes Apostolica causas delegare potest.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius iudicii. — 2. Supplicatio congregationis Cassinensis pro hoc indulto. — 3. Indultum quod conservatores et executores literarum apostolicarum ad favorem d. congregationis sint omnes, quibus causae per rescripta Sedis Apostol. de iure delegari possunt. — 4. Derogatio contrariorum.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Congregationi monachorum S. Iustinae Paduan. salutem, etc.

Devotionis augmentum vobis, Deo propitio, provenire confidimus, si super his, quae pro vestra tranquillitate et submovendis molestiis et turbationibus opportuna videntur, ut in contemplationis suavitate quiescere valeatis, prout cupitis, nos benignos ac favorabiles habeatis.

Exordium.

§ 1. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod si vobis, in genere, ac abbatibus et prioribus, conventibus monasteriorum, et prioratuum vestrae congregationis, ubilibet per orbem consistentium, concederetur quod omnes et singuli, quibus causae per rescripta Apostolicae Sedis delegari de iure possunt, ad executionem quarumcumque literarum dictae Sedis, conservatorumque literarum, pro vobis et monasteriis, prioratibus, membris, abbatibus, prioribus et conventibus praedictis, dati et deputati sunt et pro tempore dabuntur et deputabuntur, aliqui nominatim conservatores contra inferentes vobis et illis molestias, iniurias, gravamina atque damna, et cum potestate cognoscendi de his quae iudicialem requirunt indaginem, exequi possent et deberent toties quoties contingeret eos requiri, profecto

Causa huius iudicii

vobis et monasteriis, prioratibus, membris, abbatibus, prioribus et conventibus vestris praedictis in praemissis longe plenius et uberius consuleretur, favoremque pleniorum deportaretis ex eis vos abbates, priores et conventus praedicti, fructum et utilitatem; nam, variis plerumque respectibus, deputatis conservatoribus opportuna remedia, iuxta literarum earundem continentiam, vos et illi habere non potestis.

§ 2. Quare, pro parte vestra, nobis fuit humiliter supplicatum ut vobis, monasteriis, prioratibus, membris, abbatibus, prioribus et conventibus praedictis, quae huiusmodi literarum conservatorialium executione ab omnibus, quibus causae per rescripta apostolica delegari possunt, obtinere libere et licite valeatis, perinde ac si illae eis omnibus a principio directae fuissent concedere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur, qui regularem vitam professis libenter omnem inquietudinis materiam subtrahimus, vestrumque statim prosperum et tranquillum paterno desideramus affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati, universis et singulis, quibus causae auctoritate literarum apostolicarum de iure delegari possunt, mandamus ut, dum et quoties fuerint pro parte vestra, abbatum, priorum et conventuum praedictorum aut alienius eorum legitime requisiti super talium literarum executione, ad illarum executionem perpetuis futuris temporibus procedere possint et debeant, per se vel alios, alias iuxta earum continentiam atque formam, in omnibus et per omnia, perinde ac si literae a principio eis directae fuissent et eis, ut, licet alias conservatores esse nequirent, illas exquerentur mandatum nominatim extitisset.

§ 4. Non obstantibus praemissis etc.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo qua-

dringentesimo octuagesimo sexto, idibus iunii, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 13 iunii 1486, pontif. anno II.

XI.

Exemptio monachorum Ordinis Cisterciensis a iurisdictione ordinariorum et solutione exactionum et subsidiorum quoruncumque etiam charitativorum.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Multi Pont. huic Ordini exemptionem a iurisdictione ordinariorum et solutione impositionum concesserunt. — 2. Pro eius exemptionis confirmatione Ordo huic Pontifici supplicavit. — 3. Qui propterea eam confirmat. — 4. Et de novo concedit. — Locorum ordinarii eos iudicare non possunt, nisi habeant super hoc speciale mandatum, prout etiam Sedis Apostolicae delegati. — Secus agi si quae contigerit, irritantur. — 5. Contrariis derogat; — 6. Transumptis credi iubet.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Ad Romani Pontificis spectat officium, suorum praedecessorum inhaerendo vestigiis, illa, quae per ipsos praedecessores laudabiliter ac provida ratione, pro statu et quiete personarum sub regulari observantia assidue studio pie vitae vacantium gesta sunt, ut maiorem obtineant roboris firmitatem, quo saepius fuerint apostolico praesidio communita, sui praesidii munimine roborare, ac illa etiam de novo concedere, prout rationabiles causae suadent, et id in Domino conspicit salubriter expedire.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum Ioannis Cistercii, Cabilonen. diocesis, aliorumque Cisterciens. Ordinis monasteriorum, abbatum et conventuum eorundem nobis exhibita petitio continebat quod, licet ipsi eorumque ac dicti Ordinis monasteria, tam virorum quam mulierum, et

Supplic. congregations Cisterciensis p. l. no indulto

Indultum quo conscr. et excoitores literarum apostolicarum ad favorem d. congreg. sint omnes, quibus causae per rescripta Sed. Ap. de iure delegari possint

Derogatio contrariorum

Proemium

Multi Pont. huic Ord. exemptionem a iurisdictione ordinariorum et solutione impositionum concesserunt.

alia religiosa loca et membra, ac monachi, moniales, vassalli, subditi et ei servientes, bonaque omnia, iamdudum per plures Romanos Pontifices, praedecessores nostros, sub ipsorum Pontificum et Apostolicae Sedis protectione recepti et recepta, ac Sedi praedictae immediate subiecti et subiecta, necnon ab omni iurisdictione ordinaria exempti et exempta fuerint; eisque concessum extiterit ut, ad praestationem aliquarum collectarum seu subsidiariorum aut procurationum et aliarum exactionum per Sedem praedictam seu eius legatos, aut ipsorum auctoritate et mandato, seu per locorum ordinarios vel alios pro tempore impositorum, non tenerentur; tamen desiderant, pro maiori eorum quiete, praemissis receptioni, subiectioni et aliis praedictis, etiam nostrae approbationis robur adiici, illaque omnia, etiam per nos eis de novo concedi.

Pro cuius exemptionis confirmatione Ordo huic Pontif. supplicavit,

§ 2. Quare, pro parte abbatum et conventuum praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum ut, receptioni, exemptioni et subiectioni praedictis, ac singulis desuper confectis literis, pro illorum subsistentia firmiori, robur nostrae approbationis adii-cere, ac eos, necnon monasteria, loca, membra, monachos, moniales, vassallos, subditos, servientes et bona omnia huiusmodi de novo, sub nostra et Sedis praedictae protectione suscipere, ac ab huiusmodi iurisdictione perpetuo eximere et totaliter liberare, aliasque in praemissis opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur.

Qui propterea eam confirmat,

§ 5. Nos igitur, qui in singulorum subregulari observantia piae vitae studio vacantium quiete reficimur, cupientes ut religiosi dicti Ordinis, quos prae caeteris, propter uberes fructus, quos in militanti Ecclesia continue bonis eorum operibus afferunt, in visceribus gerimus charitatis, eo liberius divinis beneplacitis insistere possint, quo a Sede praedicta maiori liberalitatis privilegio noverint se communitos, huiusmodi supplicationibus inclinati, re-

ceptionem, exemptionem, subiectionem, ac singulas desuper confectas literas, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium approbamus, ac perpetuae et inviolabilis firmitatis robur obtinere decernimus, suppletes omnes et singulos defectus, si qui forsitan interverint in eisdem.

§ 4. Et nihilominus pro potioris cautelae suffragio, monasteria, loca, membra, bona omnia praedicta, praesentia et futura, abbates, abbatissas, monachos, moniales, vassallos, subditos et servientes praefatos; nunc et pro tempore existentes, auctoritate et scientia praefatis, sub beati Petri et Sedis praedictae, atque nostra protectione suscipimus; ac ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio et potestate archiepiscoporum, episcoporum et aliorum iudicum ordinariorum eorumque vicariorum et officialium quorumcumque; necnon a solutione subsidiariorum, etiam charitativorum, procurationum, collectarum et aliarum exactionum huiusmodi pro tempore imponendarum, auctoritate et scientia praefatis perpetuo prorsus eximimus et totaliter liberamus, ac nobis et Sedi praedictae immediate subiicimus. Ita quod archiepiscopi, episcopi, ordinarii, vicarii, iudices et officiales praedicti, etiam ratione delicti aut contractus vel rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, in eam contractus, aut res ipsa consistat, nullam in eos et eorum aliquem aut monasteria, membra et bona praedicta, tamquam prorsus exemptos et exempta, iurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium vel potestatem exercere; aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti, aut quasvis alias sententias, censuras et poenas ecclesiasticas promulgare praesumant seu possint aut debeant quoquo modo. Nec ipsi sic exempti coram illis aut ipsius Sedis delegatis vel subdelegatis, nisi in literis eis pro tempore directis de praec-

Et de novo concedit.

Locorum ordinarii eos iudicare non possunt, nisi habeant super hoc speciale mandatum, prout etiam Sedes Apostol. delegati.

Secus aut si
quae contigerit,
irritatur

sentibus specialis, specifica et expressa ac de verbo ad verbum mentio fiat, ad iudicium evocari, aut quovis modo directe vel indirecte molestari possint. Decernentes omnes et singulos processus, sententias, censuras et poenas, quos et quas per archiepiscopos, episcopos, ordinarios, iudices, vicarios et officiales praedictos, seu eorum aliquem contra abbates et alios exemptos, necnon monasteria et loca huiusmodi, etiam exempta, ut praefertur, haberi vel promulgari; necnon quidquid secus super his, ab eis et alio quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irrita et inania, nulliusque roboris vel momenti.

Contrariis de-
rogat:

§ 5. Non obstantibus fel. record. Innocentii Papae quarti, etiam praedecessoris nostri, quae incipit *Volentes*, et aliis constitutionibus etc.

Transump. cre-
de iubet

§ 6. Verum, quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca etc. Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, tertio kalendas septembris, pontificatus nostri anno III (1).

Dat. die 30 augusti 1486, pont. anno III.

XII.

Inquisitorum haereticae pravitatis sententiae, contra haereticos promulgatae, a magistratibus saecularibus executioni demandentur, absque aliqua processuum revisione.

SUMMARIUM

1. Causae huius constitut. — 2. Sententiae inquisitorum executioni dentur (ut in rubr.).
3. — Clausulae derogatoriae.

(1) A die electionis, quae fuit IV kal. septembris (n. r.).

Innocentius Papa VIII venerabili fratri nostro episcopo Brixlen. et dilecto filio Inquisitori in partibus Lombardiae.

Causae huius
constitutionis.

§ 1. Dilectus filius frater Antonius de Brixia, Ordinis Praedicatorum, in partibus Lombardiae inquisitor haereticae pravitatis, una cum venerabili fratre episcopo Brixienti, seu eius vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi, contra nonnullos utriusque sexus haereticos, ut accepimus, quos culpabiles ut haereticos impenitentes repertos, poena debita iuris puniendos condemnavit; ac officiales civitatis Brixiensis, ut iniunctam executionem adimplerent, requisivit, qui officiales iustitiam ministrare et dictas sententias exequi (nisi prius processus per episcopum et inquisitorem agitados non viderent), in non parvum orthodoxae fidei scandalum, recusarunt.

Sententiae in-
quisitorum ex-
ecutioni dentur
ut in rubr.

§ 2. At cum huiusmodi crimen haeresis sit mere ecclesiasticum et delicta nullo pacto impunita remanere debeant, tenore praesentium vobis committimus atque mandamus ut, si est ita, eisdem officialibus saecularibus civitatis Brixiensis, sub excommunicationis poena et aliis censuris ecclesiasticis, praecipiat atque mandetis, ut infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra huiusmodi haereticos prompte exequantur, appellatione remota. Quam excommunicationis poenam ipso facto volumus, et tenore praesentium declaramus incurrisse, si, quod mandatum fuerit, infra dictum sex dierum spatium, cessante legitimo impedimento, cum effectu non impleverint.

Clausulae de-
rogatoriae.

§ 3. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis civitatis Brixiensis caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die trigesimo septembris, millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, pontificatus nostri anno III. Dat. die 30 septembris 1486, pont. anno III.

XIII.

Damnatio nonnullarum propositionum Ioannis Pici, comitis Concordiae, cum inhibitione illas imprimendi ac legendi, sub poena excommunicationis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Ioannes Picius noningentas propositiones male sonantes *etc.* substinentas proponit; — 2. Eas examini subiicit Pontifex; — 3. Ipsius Pici confessione, nonnullae erroneae, scandalosae aliquae *etc.* repertae sunt. — 4. Libellum itaque eas continentem damnat Innocentius; — 5. Eorundem lectionem, impressionem *etc.* interdicit sub poena anathematis. — 6. Ioannem vero Picum, qui eas iudicio Sedis Apost. submisit, nullam malam notam incurrisse declarat; — Transumptis fidem vult adhiberi, — 8. Praesentesque literas publicari; — Et in contumaces animadverti.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.**

Etsi ex iniuncto nobis, licet insufficientibus meritis, desuper apostolicae servitutis officio, hominum quorumlibet animarum saluti consulere teneamur, propensiori tamen cura ad ea invigilare debemus, quae, vel divinae Maiestati aut integritati catholicae religionis et fidei, sine qua Deo placere non possumus, comperiuntur adversa.

§ 1. Nuper siquidem, cum dilectus filius nobilis vir Ioannes Picius, Concordiae comes, noningentas conclusiones variarum facultatum publice affigi, et in diversis locis publicis almae Urbis, in qua cum Romana Curia residemus et aliis mundi partibus publicari fecisset, offerens se, ut moris est, contenta in illis, in publicis desuper habendis disputationibus in eadem Curia sustentare, et a nonnullis zelum fidei habentibus assereretur nonnullas ex eisdem conclusionibus praefatae fidei contrarias, erroneas, scandalosas et malesonantes, ac de non sana doctrina

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

suspectas esse, et exinde multorum fidelium mentes plurimum scandalizari, et divinam Maiestatem, ac religionis christianae deus, Apostolicaeque Sedis honorem non parum laedi.

§ 2. Nos tunc integritati fidei consulere, et scandalis huiusmodi obviare volentes, venerabili fratri Ioanni episc. Tornacen., domus nostrae magistro, de cuius morum integritate, literarum scientia et zelo religionis plurimum confidimus, commissimus et mandavimus ut, vocatis nonnullis tunc expressis venerabilibus fratribus nostris episcopis et aliis sacrae theologiae ac utriusque iuris professoribus, ad id a nobis specialiter nominatis, in dicta Curia degentibus, ac praefato comite, contenta in dictis conclusionibus per eos mature examinari et discuti faceret; et an aliqua ex illis, ex vi verborum, a fide catholica dissonare, aut haeresim sapere, seu dubias et ancipites esse, et ad erroneum sensum in fide trahi facile posse comperirentur; et explicato prius quid captiosa verborum congeries protenderet, concordem episcoporum et professorum determinationem nobis referret, ut, habita huiusmodi relatione fideli, desuper opportune providere possemus, prout in quibusdam literis nostris in forma brevis plenius continetur.

§ 3. Postmodum vero tam Tornacen., quam per eum convocati de nostro mandato episcopi, theologiae professores ac utriusque iuris doctores praefati, post diutinam et diligentem discussionem, et saepius, tum praesente, tum absente dicto comite, reiteratum, nonnunquam etiam in nostra praesentia, accuratum et laudabile examen dictarum conclusionum et contentorum in eis, nobis concorditer retulerunt nonnullas ex conclusionibus praedictis, tam secundum propriam eiusdem comitis quam aliorum opinionem, haereticas aut haeresim sapientes, aliquas scandalosas piarumque aurium offensivas, plerasque etiam renovantes errores gen-

Eas examini
subiicit Pontifex;

Ipsius Pici confess., nonnullas erroneas, scandalosae aliquae repertae sunt

Ioannes Picius noningentas propositiones male sonantes etc. substinentas proponit;

tilium philosophorum iam dudum abolitos et obsoletos, ac alias perfidiam iudeorum foventes; nec non complures, quae, sub quodam fuce philosophiae naturalis, honestate nituntur artes quasdam fidei catholicae et humano generi inimicas, a suis canonibus et doctrinis catholicorum doctorum acerrime damnatas propositiones.

Libellum itaque eas continentem damnat Innocentius.

§ 4. Nos igitur, qui Redemptoris nostri locum tenemus in terris, circa gregis sui custodiam et animarum salutem ingis cogitationis attentione intendere, submovendo noxia et profutura ministrando, debemus, ne propositiones praedictae male et contra fidem sonantes corda fidelium damnabiliter corrumpant, providere volentes, ut debemus; et quoniam prolixum et operosum esset in specie et singillatim praesentibus inserere omnes illas conclusiones et propositiones per eos magistraliter damnatas cum causis damnationis earum; ideoque, de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, libellus noningentiarum conclusionum praedictarum, quamvis aliquas contineat catholicas et veras, propter admixtionem tamen praedictarum damnabilium assertionum, auctoritate apostolica, praesentium tenore damnamus et reprobamus.

Ex eodem libellum et impressionem interdictum sub poena anathematis.

§ 5. Et insuper, ne illius lectio continuare valeat scandalum, ut praemisimus, generatum, et in futurum ad aliud forsanim inducat, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, omnibus christifidelibus, ne illum de caetero legere, scribere aut imprimere, seu legi, scribi aut imprimi facere, vel aliis legentibus audire quoquo modo praesumant, dicta auctoritate inhibemus; et illum descriptum vel impressum nunc et pro tempore habentibus, ut illum comburere, infra triduum a die habitae notitiae praesentium, sub eadem poena, dicta auctoritate mandamus.

Ioannem vero Petrum, qui eas ind. Sedis Apo-

§ 6. Praefatum autem comitem, qui antedictas conclusiones gratia tantum scholasticae disceptationis et sub Apostolicae

Sedis correctione, ut asserebat, publicavit et posuit; et tandem easdem tales esse habendas professus est, quales iudicantur per nos et professores praedictos, quorum iudicium in hac parte, ut praemititur, auctoritate apostolica approbamus; et etiam quia iureiurando promisit nullo tempore se talia defensurum, nullam ob praemissa incurrisse sinistrae aestimationis notam praefata auctoritate decernimus et declaramus.

stolicae submit, nullam malam notam incurrisse declarat;

§ 7. Et insuper, quia difficile foret praesentes literas ad singulas civitates et dioeceses fidelium deferre, volumus et apostolica auctoritate decernimus quod eorundem literarum transumpto, sigillo alienius praelati ecclesiastici munito, et manu publici notarii subscripto, plena ubique fides adhibeatur, prout adhiberetur ipsis originalibus literis, si forent exhibitae vel ostensae.

Transumptis eadem vult adhiberi,

§ 8. Mandantes locorum ordinariis, ad quorum notitiam praesentes literae seu transumpta authentica pervenerint, ut praemissa per eorum civitates et dioeceses in ecclesiis intra missarum solemniam faciant publicari, ne quispiam valeat de eis ignorantiam allegare, et tam eis quam haereticae pravitate inquisitoribus, ut si, quod absit, contingat eundem comitem, contra eius confessionem et iuramentum, aliquid in posterum attentari, et alios quoscumque mandatis nostris huiusmodi non obtemperare, quae, iuxta canonicas sanctiones et sanctorum Patrum decreta in haereticos statuta, eorum incumbunt officio, exequi non omittant. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Praesentesque literas publicari,

Et in contumaces animadverti.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum,

anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, pridie nonas augusti, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 4 augusti 1487, pontif. anno III.

XIV.

Contra asserentes, in literis apostolicis, se esse tales quales non sunt, pro earumdem literarum expeditione gratis consequenda.

SUMMARIVM

Causae huius constit. — 1. Asserentes se tales etc. excommunicantur, — 2. Literaeque pro eis expeditae, nullae sunt, — Et huiusmodi statutum in Cancellaria registrandum. — 3. Clausulae derogatoriae. — Publicatio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Causae huius constitutionis. Cum, sicut non sine displicentia accepimus, nonnulli conscientiae suae prodigi et avaritiae morbo laborantes, ut literas apostolicas gratis expédiant, et officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis se nonnumquam venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreviatorum de maiori praesidentia, seu literarum praedictarum scriptorum, nec non aliarum personarum quarumcumque, ex quarum qualitatibus et privilegiis, sive antiqua consuetudine, literas ipsas gratis expédire solent, nepotes et quandoque germanos, interdum vero familiares, continuos commensales fuisse et esse affirmare, et ut tales in dictis literis se inscribi facere ac fecisse non vereantur, cum revera tales non fuerint, in animarum suarum periculum ac officiorum Rom. Curiae non modicum praeiudicium et gravamen.

§ 1. Nos fraudibus et deceptionibus huiusmodi, prout nostro incumbit officio,

Bull. Rom. Vol. V.

42

de remedio opportuno providere volentes, motu proprio et ex certa scientia, omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus et conditionis fuerint, et quocumque nomine nuncupentur, qui se cardinalium aut assistentium seu scriptorum eorundem aut aliarum personarum quarumcumque, ex quarum qualitatibus et privilegiis, sive antiqua consuetudine, literae ipsae gratis expédire solent, nepotes seu germanos aut familiares, continuos commensales in eisdem literis nominaverint, cum revera tales non fuerint, excommunicationis sententia, a qua nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, mortis articulo excepto, ac satisfactione praevia, absolvi non possint, auctoritate apostolica per praesentes innodamus.

§ 2. Et nihilominus concessionem et gratias in eisdem literis contentas quasquaeque, ipsasque literas hactenus expeditas et expediendas viribus omnino carere; eisque et eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, nec in futurum posse, motu, auctoritate et scientia similibus, decernimus et declaramus. Ac volumus quod mandatum, decretum et declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicetur, et in illius libro describatur, ac perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur.

§ 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis privilegiis et indultis eisdem personis concessis, quae eis aut eorum alicui, quoad praemissa, volumus nullatenus suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque.

Placet, publicetur et describatur O.

(Papae subscriptio).

Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum Romae in Cancellaria Apostolica die sabbati decima octava mensis augusti, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Innocentii Papae octavi, anno eius tertio.

Dat. die 18 augusti 1487, pontif. anno III.

Asserentes tales etc. excommunicantur.

Literaeque pro eis expeditae nullae sunt.

Et huiusmodi statutum in Cancellaria registrandum.

Clausulae derogatoriae.

Publicatio.

XV.

Ampliatio collegii sex secretariorum apostolicorum ad numerum vigintiquatuor, et praefinitio officii unius secretarii domestici, cum emolumentorum tam ipsius secretarii quam totius collegii, privilegiorumque concessione.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Callist. III et Pius II secretariorum numerum ad sex reducerunt. — 2. Hic modo Pont., ex causa hic expressa, numerum auget ad xxiv. — 3. Qui constituant collegium, et omnes pariformiter eius indultis utantur. — 4. Statutaque pro collegio conficiant; — 5. Vicecancellarii officiales sint. — 6. Papaeque veri familiares; — 7. Habeant in Palatio locum, qui Secretaria vocetur. — 8. Bullas ad eos portent plumbatores, etc. — 9. Literae apostolicae gratis pro eis expediantur. — 10. Absentes pro praesentibus habeantur. — 11. De officiis libere disponant. — 12. Sedis Apost. notarii reputentur. — 13. Habitum a vicecancellario suscipiant. — 14. Unus ex d. collegio vel alius in secretarium domesticum Papae a collegio deputetur. — 15. Emolumenta eis assignantur de minutis. — 16. Et de expeditionibus literarum apostolicarum. — 17. Taxaque brevium apostolicorum. — 18. Declaratio circa solutionem dictarum taxarum. — 19. Officium revisoris arcum etc. d. collegio assignatur. — 20. Forma distributionis emolumentorum. — 21. Declaratio circa expeditiones, tam factas quam faciendas. — 22. Alia declaratio circa renovationem expeditorum. — 23. Assicratio dd. emolumentorum. — 24. Executores huius bulle deputat. — Contrariis derogat. — Subscriptionis PP. — Cardinal. subscriptiones.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium. Non debet reprehensibile iudicari, si, secundum varietatem temporum, statuta quandoque variantur humana, praesertim cum urgens necessitas vel evidens utilitas et aliae rationabiles causae id exposcunt: quoniam ipse Deus ex his, quae in veteri Testamento statuerat, aliqua mutavit in novo.

§ 1. Dudum siquidem nonnulli Romani Pontifices praedecessores nostri, non minus ut viros industres sibi eligerent, quorum opera, in rebus magnis et arduis, Apostolicae Sedis honorem, statum et commodum, ac orthodoxae fidei incrementum concernentibus, uti possent, quam pro negotiorum magnitudine, et celeriori ad praefatam Sedem confluentium expeditione, quamplurimos eorum obsequiis adhibuere secretarios, quos postmodum fel. record. Callistus III et Pius II, Romani Pontifices, praedecessores nostri, sive obtenuitatem emolumentorum dictis secretariis assignatorum, sive ex aliis causis eos ad id moventibus, ad sex successive reducerunt.

§ 2. Nos autem, qui superiori anno, dum nostra Urbs, in qua cum Romana Curia etiam tunc residebamus, per nonnullas gentes armigeras hostiliter opprimeretur, pro illius ab oppressionibus huiusmodi liberatione, grandia subire compulsi fuimus onera expensarum, ad quae cum Romanae Ecclesiae facultates non sufficerent, mithram pontificalem, regnum nuncupatum, et alia quamplurima eiusdem Ecclesiae iocalia preciosa, aurea et argentea, diversis mercatoribus dictam Curiam sequentibus, pro diversis pecuniarum summis, ad quantitatem forte centum millium ducatorum auri de Camera ascendentibus, pignora vimus; quae, cum commode ex dictae Ecclesiae proventibus iam exhaustis redimi non possent, nos sperantes quod si ad officium eorundem secretariorum, praeter et ultra dictos sex, decem et octo praelati, et in dignitate ecclesiastica constitutae personae assumerentur, et omnes simul pro redemptione mithrae et iocalium praedictorum, de eorum facultatibus, usque ad summam sexaginta duorum millium et quadringentorum florenorum auri de Camera persolverent et contribuerent, assignarenturque eis, etiam de novo convenientia emolumenta, ex quibus, iuxta dignitatis eorum exigentiam, eorum sta-

Callist. III et Pius II secretariorum numerum ad sex reducerunt.

Hic modo Pontifex, ex causa hic expr. numerum auget ad XXIV.

tum tenere possent, exinde non solum huiusmodi urgenti necessitati praefatae Ecclesiae provideretur, sed etiam decori et venustati eiusdem Sedis, Curiae et officii; ac faciliori, celeriori, diligentiori et magis accuratae expeditioni Brevium et aliarum literarum apostolicarum, quae per eosdem secretarios, tam in Cancellaria quam per Cameram secretam Pontificis pro tempore expediuntur; et non parvae commoditati confluentium eorundem ad praefatam Curiam et prosequentium negotia in eadem, opportune consuleretur. Ac volentes, prout debemus, super praemissis opportunum adhibere remedium, habita super primum cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus deliberatione matura, et cum infrascriptis personis longo tractatu; de eorundem fratrum unanimi consilio et assensu, motu proprio et ex certa scientia et nostrae potestatis plenitudine, auctoritate apostolica, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus quod nostri et pro tempore existentis Romani Pontificis secretarii, de cetero perpetuis futuris temporibus debeant esse viginti quatuor dumtaxat, et in notariatus dictae Sedis officio, aut in episcopali vel maiori ecclesiastica dignitate constituti vel assumpti; habitum notariatus officii aut alterius dignitatis huiusmodi, in qua constituti fuerint vel constitui eos in posterum continget, convenientem gestent, prout nos infrascriptos omnes et eorum singulos, qui in huiusmodi praelatura aut dicto notariatus officio adhuc constituti non erunt, in eiusdem Sedis notarios assumimus: volentes ut a quocumque maluerint praelato in Romana Curia habitum et insignia eiusdem officii perpetuo gestanda recipere possint et valeant *etc.*

§ 5. Constituant quoque pro tempore omnes secretarii praedicti invicem unicum collegium cum communi area sive bursa, sigillo, cappella, cappellano et aliis collegialibus insigniis, et concessis haecenus se-

cretariis praedictis Romani Pontificis, et quibus potiri soliti sunt seu potiri debuerant, omnibus emolumentis, honoribus, privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus et indultis potiantur et gaudeant, eisdem modo et forma, quibus illi gavisi et potiti sunt haecenus, seu gaudere et potiri poterant vel debuerant, sine ulla prorsus varietate.

§ 4. Praeterea, in eorum secretariatus officio (quod cum quibuscumque aliis Romanae Curiae officiiis compatibile esse volumus), et ipsum quomodolibet concernentibus, statuta quaecumque, sine alia superioris confirmatione, condendi libera potestate fungantur.

§ 5. Cum secretarii ipsi semper haecenus fuerint etiam Cancellariae nostrae Apostolicae membra, volumus et ordinamus ut venerabilem fratrem nostrum Rodericum, episcopum Portuensem, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem et vicecancellarium, in Cancellaria eadem in ipsorum caput recognoscere et reputare debeant; quos ipse e converso, ut sui corporis membra reputans, congruenti honorificentia per reliquos eiusdem Cancellariae officiales prosequi faciat et proenret, decentem ipsorum dignitati locum, pro incumbentium dicto eorum officio negotiorum expeditione, ipsis assignans in eadem Cancellaria, prout nos assignamus per praesentes.

§ 6. Sint quoque secretarii veri Palatii Apostolici praelati (sine tamen aliorum eiusdem Palatii praelatorum praeiudicio) et, quoad eorum personas dumtaxat, nostri et pro tempore existentis Romani Pontificis familiares, domestici, continui commensales, et pro talibus habeantur et reputentur; et in constitutionibus, praerogativis, exemptionibus et privilegiis ac scripturis quibuslibet de eisdem praelatis et familiaribus mentionem pro tempore facientibus, quoad eorum personas dumtaxat, includantur et inclusi esse intelligantur et sint, prout nos per praesentes

Statutum pro collegio continerent;

Vicecancellarii officiales sint,

Papaeque veri familiares;

Qui constituent colleg., et omnes pariformiter eius indultis utantur,

includimus, et quibusvis pro tempore eisdem praelatis de Palatio et familiaribus concessis seu concedendis praerogativis, favoribus, privilegiis, exemptionibus et indultis, tamquam eorum pars, similiter quoad eorum personas, potiantur et gaudeant.

Habeant in Palatio locum, qui Secretaria vocetur.

§ 7. Habeantque in Palatio nostro Apostolico unam mansionem et locum, in quo singulis diebus convenire et morari, ac de dicto eorum officio incumbentibus negotiis tractare et consultare; ac alias, iuxta antiquitus servatum per praedictos Romanorum Pontificum secretarios, qui pro tempore fuerunt, ritum, stylum et modum, disponere, ut vere et actu, nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti, in dicto Palatio Apostolico deservientes praelati et familiares commode possint et valeant; voceturque locus huiusmodi, et sit actu Secretaria Apostolica, in qua, et nullo alio loco dicti nostri Palatii, saltem publice, exerceantur vel expendantur quaecumque ad secretariatus officium quovis modo pertinent.

Bullas ad eos portant plumbatores etc.

§ 8. Plumbatoresque praesentes et qui pro tempore erunt, sub excommunicationis poena, teneantur omnes et singulas bullas taxatas per quemcumque ex omnibus secretariis praedictis, seu quoscumque alios per dictam Cameram nostram secretam expeditas, cum primum fuerint per ipsos plumbatae, portare ad Secretariam eandem, et officiali per eosdem secretarios ad id deputato et nulli alteri praesentare, ut singulariter singulae cum ipsarum taxis et tenoribus describi, notari, subscribi et more solito expediri per aliquem ex ipsis secretariis possint et valeant.

Litterae apostolicae gratis pro eis expendantur

§ 9. Habeant quoque secretarii praedicti, pro personis ipsorum et cuiuslibet ipsorum, ex speciali privilegio (quod per praesentes eis in perpetuum concedimus) in expeditionibus quarumvis litterarum apostolicarum, *Gratis ubique*. Teneatur rescribendarius ad taxandum litteras apostolicas pro tempore deputatus, absque ullo

nostro seu cuiusvis alterius mandato, in quibusvis literis personas ipsorum secretariorum seu cuiusvis eorum concernentibus, apponere: *Gratis pro persona secretarii*; ac personam unius familiaris, pro quolibet ipsorum: *Gratis pro Deo*.

§ 10. Praeterea volumus ut iidem secretarii, quotiescumque erunt a Romana Curia absentes, pro nostris aut S. R. E. negociis quovis modo peragendis, quoad emolumentorum omnium dicti officii integram perceptionem, habeantur tamquam praesentes: si vero, privatarum rerum ipsorum causa recedentes ab eadem Curia, petierint tantum ab eorum collegio licentiam, et disposuerint quod in ordinariis oneribus officii aliquis alius de collegio serviat pro ipsis, pariter habeantur, quoad eandem perceptionem emolumentorum, pro praesentibus, ad annum integrum dumtaxat. Et si forte ultra unum annum distulerint ad eandem Curiam redire, non percipiant emolumenta praedicta, nisi dempta quinta dumtaxat eius parte, quae cedat in utilitatem reliquorum et collegio actu praesentium in dicta Curia.

Absentes pro praesentibus habeantur.

§ 11. Pari modo volentes ut omnes triginta et quilibet ipsorum secretarii praedicti, tam praesentes in dicta Curia quam absentes, libere possint de dictis eorum officiis disponere, nec possit aut debeat eorundem officiorum resignationis receptio, etiam si resignantes ipsi infirmi et verisimiliter infra viginti dierum spatium decessuri forent et decederent, per Romanum Pontificem quavis ratione denegari vel differri; nec, pro signatura supplicationis concessionis eiusdem per resignationem vacantis, quicquam, ultra summam centum florenorum auri de Camera, ab eo, cui de illo sic vacante providebitur, exigi.

De officiis libere disponant

§ 12. Qui, si dictae Sedis notarius aut in episcopali vel maiori ecclesiastica dignitate constitutus non fuerit, per dicti secretariatus officii concessionem, licet solam, nihilominus in dictae Sedis nota-

Sedis Apostolicae notarii reputentur.

rium, eum omnibus et singulis praerogativis, honoribus et oneribus consuetis eiusdem officii notariatus Apostolicae Sedis, eo ipso assumptus esse censeatur et sit, recipiaturque in secretarium.

Habitus a vicecancell. suscipiant.

§ 13. Ac habitus et insignia dicti notariatus officii eidem (si fuerit praesens in dicta Curia) per supradictum vicecancellarium, alibi secum aliis secretariis praedictis, eodem contextu (prius tamen debitae fidelitatis ab ipso recepto iuramento) exhiberi debeant. Et si praesens sive absens fuerit ab eadem Curia, literae conficiendae super supplicatione concessionis secretariatus, etiam si in ea de officio notariatus praedicto et eius habitu ac insigniis nulla esset habitamentio, nihilominus expediantur, tam per Cancellariam Apostolicam quam per Cameram secretam, cum expressione concessionis dicti notariatus officii, eum habitu, insigniis, honoribus et oneribus eius consuetis; neque possit aut debeat, per nostrum aut pro tempore existentem Romani Pontificis Datarium seu quemcumque alium, pro signatura huiusmodi supplicationis, licet vim concessionis duorum huiusmodi officiorum propter praemissa habente, aliquid, ultra id quod superius expressum est, omnino exigi; sed sicut per concessionem officii secretariatus, venit pariter concessio officii notariatus praedicti, sic per unicam solutionem signaturae suprascriptae, sit integre satisfactum, quasi de unica concessione. Si tamen secretarius sic de novo institutus erit absens, habitus et insignia praedicta, venienti postmodum ad Curiam, cum primum praesentabit se dicto collegio et recipietur in secretarium, supradicta forma servata, similiter exhibeantur.

Unus ex d. collegio vel alius in secretarium domesticum Papae a collegio deputetur.

§ 14. Et quia nobis et pro tempore existenti Romano Pontifici expedit habere, praeter praedictos secretarios, unum alium secretarium domesticum, in Palatio praedicto assidue residentem, cui liceat nostra et Romanae Ecclesiae nostrae secreta,

nostrum et eiusdem Ecclesiae aut orthodoxae fidei statum concernentia, quando-cumque fuerit a nobis iussus, legitime expedire, cuique (ue de infrascriptis aut quibusvis aliis praedicti secretariatus officii emolumentis se impedire, aut eum eisdem secretariis ullam controversiam habere possit aut debeat) conveniens est ut ex dicti officii secretariatus emolumentis, pro decenti eius status sustentatione, honesta aliqua portio assignetur, eadem auctoritate ordinamus quod, quoad titulum secretariorum eorundem et praedictarum rerum secretarum dumtaxat legitimam expeditionem, possit per nos et pro tempore existentem Romanum Pontificem unus ex praedictis, vel alius secretarius, ultra praedictum numerum, deputari, etsi, ut praefertur, qualificatus non existeret. Qui tamen de officio et loco praedicto, ac portionibus emolumentorum extra numerum per eum percipiendis, minime disponere possit, sed ab illis, pro solo nutu nostro et pro tempore existentis Romani Pontificis, amovibilis existat; quoad reliqua vero, quamdiu officium exereuerit, pari, qua alii secretarii, favoris et honoris praerogativa potiat.

§ 15. Ut autem secretarii praedicti, tam antiqui quam de novo admissi, qui pro tunc triginta numero existentes, summam sexaginta duorum millium et quadringentorum florenorum auri de Camera, pro redimendis mithra et aliis iocalibus praedictis, de eorum propriis pecuniis liberaliter, ut praefertur, exolverunt, et eorum successores secretariatus officium praedictum pro tempore obtinentes, eo diligentius, quae eorum incumbunt officio studeant exercere, quo exinde cognoverint eis convenientia emolumenta provenire; in primis et ante omnia, supradicto Roderico episcopo vicecancellario harum serie mandamus ut dudum editam per fel. record. Martinum Papam quintum, praedecessorem nostrum, et in quinterno Cancellariae registratam regulam seu decla-

Emolumenta eis assignantur de minutis.

rationem super emolumentis minutarum per secretarios, qui tunc erant in Cancellaria praedicta, expediendarum recipiendis, tenoris subsequenter, videlicet: « Ad tollendum disceptationes et dubia, quae ex quadam concessione per nos facta dilectis filiis secretariis nostris super certis emolumentis per eosdem de nonnullis minutis percipiendis, in quinterno Cancellariae de mandato nostro descriptis, quandoque oriuntur, tenore praesentium declaramus intentionis nostrae fuisse et esse, et sic praecipimus observari, quod dicti secretarii, libere et sine aliqua contradictione, emolumenta consueti omnium minutarum, quae in dicta concessione descripta sunt, videlicet tabellionatus officii, altarum portatilium, celebrandi in locis interdictis et ante diem, confessionalis perpetui et indulgentiarum in mortis articulo et in vita, etiam si super huiusmodi gratiis facultates aliae sint concessae, et gratiae ipsae formam quinterni excederent; etiam si dictarum gratiarum supplicationes registratae, ac per vicecancellarium aut eius locumtenentem pro tempore existentem aliquibus abbreviatoribus distributae, vel in rotulo aliarum supplicationum insertae essent quovis modo; praeterea, recipiendi ecclesiastica sacramenta et indulgentiarum quarumcumque, Ecclesiis, monasteriis, cappellis et aliis locis piis quomodolibet concessarum vel concedendarum, prout reliquae superius descriptae gratiae, ad dictos secretarios similiter declaramus et decernimus pertinere; illasque de cetero, per eos et non per alios, mandamus et volumus expediri. *Fiat, et ita declaramus. O.* », diligenter examinare, examinatamque per omnes et singulos, ad quos quomodolibet pertinet, in eorundem secretariorum favorem et commodum inviolabiliter faciat observari, faciens omnes et singulas minutas praedictas tabellionatus officii, altarum portatilium, celebrandi in locis interdictis et ante diem, confessionalis perpetui, indul-

gentiarum in mortis articulo et in vita, ecclesiasticorum sacramentorum et quarumcumque indulgentiarum quibusvis Ecclesiis, monasteriis, cappellis et aliis piis locis quomodolibet concessarum et in posterum concedendarum, cum inde provenientibus taxis et emolumentis, ad praef. secretarios integre pervenire, et in eadem Cancellaria per ipsos secretarios et non per quemcumque alium, sub quovis forsitan praetextu, examinari et signari, ac praesentari ipsi et eiusdem Romanae Ecclesiae vicecancellario pro tempore, sive eius locumtenenti, ad expediendum et mittendum ad Bullarium Apostolicam, quavis forsitan consuetudine contraria (quam eisdem secretariis, quo minus totali et integro effectu ac pacifica possessione omnium contentorum in praedicta dicti nostri praedecessoris constitutione gaudere et uti possint et valeant, praecedendum aliquod afferre posse seu debere non intendimus) nequaquam obstante.

§ 16. Neenon etiam ultra praedicta, quintam taxam pro expeditione literarum apostolicarum, quae per eandem Camera secretam pro tempore expediuntur, retroactis temporibus per supradictos secretarios, seu ipsorum vel alicuius eorum nomine, in Bullaria earundem literarum, sive etiam alibi exigi solitam, et quam nonnumquam praedecessores nostri et nos, in totum vel pro parte, et in eiusdem Sedis opportunitatibus convertere soliti fuerunt et fuimus, taxam secretarii nuncupatam, tam de hactenus expeditis (quae adhuc non sunt partibus restitutae) quam de in posterum expediendis, eo modo quo hactenus per quemcumque expediri et exigi consueverunt seu debuerunt, pariter per eosdem secretarios perpetuos exigendam assignamus. Volentes et auctoritate praefata statuentes nemini omnino licere, per se vel alium seu alios, procurare vel ordinare aut sollicitare quod aliqua ex huiusmodi literis taxatis et per Camera eandem expeditis, partibus tradantur vel

Et de expeditionibus literarum apostolicarum.

restituuntur aut mittantur, priusquam sit eidem collegio secretariorum de dicta quinta taxa debite satisfactum. Si quis autem aliter procurare, ordinare, sollicitare; aut ipsas literas, sub quovis praetextu, aliter actu tradere vel tradi facere seu mandare praesumpserit, excommunicationis latae sententiae (a qua, nisi prius et ante omnia satisfacto eidem collegio secretariorum, de vera et integra summa taxae bullae, si procuratae, sollicitatae vel traditae, vel de satisfaciendo efficaci ordinatione praecedente, per quemcumque confessorem, etiam sub praetextu cuiusvis indulti, a nobis vel successoribus nostris desuper emanati seu concessi, et in mortis articulo, absolvi non possit) necnon privationis omnium et singulorum officiorum, per ipsum in Curia nostra praefata obtentorum pro tempore, atque etiam emolumentorum quorumcumque ei, quovis modo, ratione vel causa, debitorum tunc et debendorum in futurum, ratione eorundem officiorum quae obtinebit et quae quomodolibet exercebit, poenas latae sententiae respective (quas eo ipso et toties quoties contrafecerit) incurrat. Teneaturque vener. frater noster Petrus, episcopus Caesenaten., praesens, et qui pro tempore fuerit, generalis Curiae causarum Cam. Apostolicae nostrae auditor, ad eorundem poenarum declarationem et executionem, quandocumque ei de praemissis constituerit, procedere et procedi facere cum effectu.

Taxaque brevium apostolicorum.

§ 17. Et praeterea, omnia et singula emolumenta literarum apostolicarum in forma brevis, tam sub cera quam sub plumbo, pro quibusvis personis expeditarum iam et pro tempore expediendarum, super quibusvis, etiam gubernationum, seu rectoriarum ac commissionum, aut potestariarum, capitaneatum, vicariatuum, thesaurariatuum, camerariatuum et cancellariorum provinciarum, civitatum, terrarum et castrorum, ac custodiae arcium quarumcumque, nobis et Romanae Eccle-

siae subditarum et subditorum; necnon quarumcumque aliarum administrationum seu commissionum, etiam gabellarum sive proventuum ad eandem Romanam Ecclesiam quomodolibet pertinentium, officiis seu concessionibus vel locationibus. Quae officia seu eorum loca et titulos, in quodam quinterno plumbato et nostra manu subscripto, singulariter singula describi et, considerata quantitate emolumentorum ad illos, qui officia ipsa pro tempore exercebunt, verisimiliter proventurorum, ut illi quoque, qui gratuito a nobis commodum percipiunt, in tanta Romanae Ecclesiae necessitate, portionem aliquam contribuant, in perpetuum ad certam moderatam taxam taxari curavimus; ad quem quinternum relationem in omnibus infra dicendis haberi volumus, cuius copia in forma transumpti ad singulos legatos et gubernatores seu rectores praedictos mitti, ut per ipsos diligenter omnibus officialibus praedictis et aliis, quos taxae et alia in eodem quinterno designata concernunt, intimari et publicari possint (sic, quod eorum nemo possit allegare illorum ignorantiam, et infrascriptum tempus unius mensis, sive triginta dierum, exinde legitimum initium habere mereatur, volumus atque mandamus), ad eosdem secretarios perpetuo spectare et pertinere decernimus.

§ 18. Statuentes ut tam concessionum quam reformationum gratiarum super huiusmodi omnibus et singulis officiis seu aliis commissionibus, per nos et successores nostros, qui pro tempore erunt, faciendarum, ad quantumcumque etiam longissimi temporis spacium, literae semper expédiantur et expédiri debeant singulis sex mensibus a primarum literarum expeditione computandis; et pro singulis literis huiusmodi, singulis vicibus solvi debeat eisdem secretariis una taxa, prout esse reperiretur in praedicto quinterno notata. Similiter etiam omnia et singula emolumenta pro quarumvis aliarum similium literarum super quavis alia materia in

Declaratio circa solutionem dictarum taxarum.

forma brevis, sub cera vel plumbo expediendarum, quaecumque et quotcumque et qualiacumque sint, nullo penitus, sub quovis colore aut praetextu, excepto servato; sed prout per praedecessorem nostrum et nostrum ac alios secretarios praedictos, qui pro tempore fuerint, hactenus exigi et percipi consueverunt, eorundem secretariorum commodis et emolumentis in perpetuum assignamus.

Officium revisor. arcium et d. collegio assignat.

§ 19. Et praeterea officium visitandi omnes et singulas arces sanctae Romanae Ecclesiae, et faciendi monstas sive descriptiones omnium et singularum gentium armigerarum eiusdem, tam equestrium quam pedestrium, officium revisionis gentium armigerarum et arcium nuncupatum, cum solitis auctoritate, potestate, facultate, administratione et exercitio, ac integra perceptione emolumentorum ad ipsum officium de iure vel consuetudine quovis modo debitorum et debendorum in posterum, eorundem secretariorum collegio, per unum ex ipsis secretariis, aut alium idoneum (cui nos et successores nostri pro tempore illud duxerimus committendum, et eni per eosdem secretarios conveniens salarium, summam centum ducatorum annuatim non excedens, solvi debeat) laudabiliter exercendum, similiter in perpetuum concedimus et assignamus. Decernentes ad finem, ut secretarii ipsi eius vacuum possessionem nunciari valeant, officium ipsum ex nunc vacare et ad eosdem secretarios cum plena ipsius administratione, ut praefertur, pertinere, quavis concessione de ipso per nos cuius personae facta, etiam possessione subsecuta, non obstante.

Forma distributionis emolumentorum.

§ 20. Modum vero colligendi omnia emolumenta praedicta, cum esse permitimus, quem secretarii ipsi communi voto duxerint statuendum. Collecta autem emolumenta pro tempore inter ipsos secretarios eo quo sequitur modo dividi et sortiri perpetuo debere decernimus, videlicet: incipiendo ex nunc et donec erunt secre-

tarii praedicti numero triginta, dividantur in aequales partes triginta duas, quarum unam ipsorum singuli, duas vero reliquas secretarius domesticus Roman. Pontificis suprascriptus, ut nihil omnino ultra desuper denotatis emolumentis attingere praesumant, singulis mensibus percipiant. Ubi autem contigerit alicuius vel aliquorum ex eis decedentis vel decedentium locum seu loca extinguere, et donec totus numerus fuerit reductus ad viginti quatuor, in tot portiones quot numero in ipsorum collegio secretarii et duas plures pariformiter respective sortiendas dividantur; idemque perpetuo servetur postquam devenerit ad numerum viginti quatuor, ut scilicet emolumentorum ipsorum in partes viginti sex aequales divisorum, cedat singulis secretariis ex collegio pars una, reliquis vero duabus supradicto domestico Rom. Pontificis secretario, ut a praedictis omnibus abstineat, assignatis.

§ 21. Et ut haec nostra ordinatio emolumentorum praefatis secretariis ex causa et titulo supra denotato assignatorum, suum debitum, et eum quem intendimus, ex nunc sortiatur effectum, harum serie prohibemus, post lapsum triginta dierum a facienda, ut praedictum est, publicatione praedicti quinterni, quempiam, etiam praetextu quarumvis aliarum nostrarum literarum praecedentis datae, ad aliquod ex officiis superius denotatis recipi vel admitti, nisi novis post eandem publicationem per eorundem secretariorum ministerium desuper expeditis literis; excommunicationis sententiae subiicientes eos omnes et singulos, qui, lapso praedicto termino a publicatione praefata, aliquem omnino in officialem ad quaevis ut supra denotata officia exercenda admittendo seu admitti procurando vel mandando, praesumpserint literis ipsis non parere. Eos vero, qui aliquod ex officiis eisdem iam actu exercuerint, sive titulo primae concessionis seu reformae, si nondum exercuerint ipsa officia totis tribus mensibus, mandamus,

Declaratio circa expeditiones tam factas quam faciendas.

infra idem tempus triginta dierum, venire vel mittere ad impetrandas novas de eisdem officiis literas, per praedictos secretarios expediendas. Et si forte ipsa officia ultra tres menses exercuerint, et habent de ipsis exercendis ultra semestre concessionis literas, decernimus nihilominus non posse huiusmodi officia, ultra finem nunc currentis et iam dimidiati semestris, nisi literis de novo impetratis, et per eosdem secretarios denuo expeditis, exercere. Et sic tam qui adhuc infra tempus trium mensium ab initio exercitii eorum officiorum sunt, infra dictos triginta dies proxime ab huiusmodi publicatione numerandos, quam qui de continuandis, post tempus tunc currentis semestris, ipsis officiis, quae iam exercuerunt ultra tres menses, habent expeditas literas, non expeditis ante finem semestris novis per eosdem secretarios literis, exercitia officiorum eorumdem continuare praesumpserint, sint eo ipso ab officiis huiusmodi amoti; et quaecumque exinde, eorumdem officiorum praetextu, gesserint, sint irrita et invalida ac nullius efficaciae. Et nihilominus tam ipsi, quam qui ipsos scienter tolerare, et pro officialibus habere exinde praesumpserint, eo ipso pari excommunicationis sententia innotati existant.

§ 22. Pari modo volentes ut quicumque officia, etiam per provinciarum, civitatum et terrarum earumdem legatos seu gubernatores pro tempore existentes conferri et committi, tam iure ordinario, quam vigore quarumcumque facultatum solita, obtinent sive expectant, aut obtinebunt sive expectabunt in futurum, si officia sunt in praedicto quinterno descripta, teneantur et debeant sub similibus poenis, infra eorumdem triginta dierum spatium, ex nunc et successive in perpetuum, priusquam officia ipsa incipiant exercere et postquam incoeperint, venire vel mittere singulis sex mensibus ad nos pro confirmatione concessionum per eosdem legatos vel gubernatores de huiusmodi officiis fa-

etarum, taxas easdem singulis vicibus soluturi. Et nihilominus tam legati seu gubernatores et rectores praedicti, eosdem omnes et singulos taxatos officiales, ad simplicem ipsorum secretariorum seu eorum nuncii requisitionem, ad solutionem huiusmodi taxae, singulis sex mensibus praedictis faciendam, cum effectu, absque ulla tela iudiciaria, compellere; quam thesaurarii seu camerarii vel depositarii locorum (in quibus officia ipsa forsitan fuerint, aut ex quorum manibus huiusmodi officiales salaria seu stipendia recipient), etiamsi fuerint a communitatibus locorum deputati, quotiescumque fuerint pro parte eorumdem secretariorum simpliciter requisiti, sub similis excommunicationis poena, teneantur retinere ex huiusmodi officialium salariis per ipsos solvendis, et secretariis eisdem seu eorum nunciis solvere tantum, quantum intelligent eisdem secretariis deberi pro taxa huiusmodi officiorum in praedicto quinterno descripta.

§ 23. Ceterum, quoniam iidem secretarii, super quantitate proventuum taxae supradictorum officiorum in praedicto quinterno descriptorum et taxatorum, et generaliter super praedictis omnibus eorum officiis per nos assignatis emolumentis, bona fide crediderunt simplici verbo nostro, et propterea dictam pecuniae summam ad relevandum supradictas necessitates nostras contribuere non recusarunt, nos dignum reputantes ut ipsorum indemnitati consulamus, de simili fratrum nostrorum consilio et assensu, ac plenitudine potestatis, earumdem praesentium tenore decernimus et declaramus, in eventum quod pro aliquo ex officiis in praedicto quinterno descriptis, sive ex eo quod officia ipsa non extarent vel non satisfacerent, aut non sufficerent ad solutionem taxae in toto vel in parte; sive quia per nos vel nostros successores praefatos concederetur alicui ex venerabilibus fratribus sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus

Assuetatio dd.
emolumentorum.

Alia declaratio
circa renovacionem
expeditionum.

vel etiam nostris aut eorum consanguineis, sen aliis ita caris, ut taxae praedictae ab illis commode, sine strepitu non decenti, exigi per eosdem secretarios non possent; sic quod ex praedictis officiis omnibus iam, ut praedictum est, taxatis in quinterno praefato, non exigeretur singulis annis ad minus summa octo millium ducatorum auri; aut alias ex facto nostro vel Rom. Pontificis pro tempore existentis, ex reliquis omnibus emolumentis ipsis secretariis ex praesentium literarum tenore assignatis, in toto vel in parte, aliquid dicto officio subtraheretur vel minueretur; aut officium ipsum revocaretur seu, mutato modo et ordine per nos in praesentibus literis dato et instituto, alteraretur, ita quod non haberet in perpetuum cum omnibus supradictis emolumentis in integrum, per modum et ordinem supra expressum, exerceri, regi et gubernari; nos et eundem successorem et Cameram Apostolicam bona fide teneri et obligatam esse, si erit facta simplex emolumentorum diminutio, ad solvendum et satisfaciendum ipsis de omni summa, quam propterea ipsos ex huiusmodi causis vel alias quovis modo amississe, seu in posterum amissuros esse, medio ipsorum iuramento (cui in eo casu stari et credi debeat) constabit. Si vero erit facta officii revocatio aut alteratio, ut praemittitur, ad restituendum ei supradictam integram summam sexaginta duorum millium et quadringentorum ducatorum auri de Camera, per ipsos, ut praemissum est, solutorum et numeratorum, in quibus nullo modo et nulla ratione vel causa computari possint aut debeant, in toto vel aliqua parte, emolumenta ipsius officii, quae forte interim ipsos percipisse appareret, quem ipsos et eorum quemlibet iusto et legitimo titulo sibi interim acquirere et sua facere eadem auctoritate et potestatis plenitudine, decernimus et declaramus. Sic enim eum ipsis secretariis nos in tractatu omnium praemissorum convenisse, et sic pacto expresso eis pro se ipsis et eorum successoribus,

eum simili fratrum nostrorum consilio et assensu, fuisse solemniter pollicitos in fide Pontificis recognoscimus et attestamus.

§ 24. Volentes propterea et earumdem praesentium tenore mandantes dilecto filio nostro Raphaeli, S. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, camerario nostro, et eius successori pro tempore; ne non praesidentibus et clericis dietae Camerae Apostolicae et omnibus aliis ad quos quomodolibet spectabit pro tempore, ut huiusmodi per nos factam obligationem recognoscentes et sequentes, faciant eisdem secretariis, super praemissis et eorum plena et inviolabili in perpetuum observatione, instrumentum obligationis honorum eisdem Romanae Ecclesiae et Camerae Apostolicae quodcumque ad omnem ipsorum requisitionem; et in eventum praedictum, absque aliqua alterius declarationis seu mandati expectatione, debitam et integram faciant satisfactionem. Decernentes ex nunc quicquid per camerarium et alios praedictos sic actum et gestum fuerit, perpetuo ratum et firmum esse debere. Praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac regulis Cancellariae Apostolicae super resignationibus officiorum infra viginti dies ante obitum factis, etiam si de eis eorumque totis tenoribus plena et expressa ac de verbo ad verbum, non autem per generales aut alias eorum derogationem importantes clausulas, mentio habenda esset, ceterisque, quae praesentium tenori, in totum vel in partem, obviare, seu quo minus suum sortiri possint effectum contradicere aut morari possint, non obstantibus contrariis quibuscumque.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, pridie kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

Executores huius bullae deputat.

Contrariis derogat.

Ego Innocentius, Catholicae Ecclesiae
 Subscriptio PP. episcopus, manu propria subscripsi.

Locus † signi.

Cardinal. sub-
 scriptioes. Ego R., episcopus Portuen., S. R. E.
 vicecancellarius, manu propria subscripsi.

Ego Oliverius, episcopus Sabinen., S. R.
 E. cardinalis Neapolitan., manu propria
 subscripsi.

Ego Marcus, episcopus Praenestinen.,
 cardinalis S. Marci etc., manu propria
 subscripsi.

Ego Ioannes, episcopus Alban., manu
 propria subscripsi.

Ego Io., episcopus Mediolanen., tituli
 Sanctae Praxedis, manu propria subscrip.

Ego Io., cardin. S. Angeli Veronen.,
 manu propria subscripsi.

Ego G., cardinalis Ulisbonen., tituli
 Sanctae Mariae in Transtiberim, manu
 propria subscripsi.

Ego Hier., tituli S. Chrysogoni presby-
 ter cardinalis Recanaten., manu propria
 subscripsi.

Ego Do., tituli Sancti Clementis pres-
 byter cardinalis, manu propria subscripsi.

Ego Io., tituli S. Vitalis presb. card.,
 manu propria subscripsi.

Ego Io. Iacobus, cardinalis Parmen.,
 tituli S. Stephani in Caelio monte, manu
 propria subscripsi.

Ego F., S. Eustachii, cardin. Senen.,
 manu propria subscripsi.

Ego R., S. Georgii diaconus cardinalis
 D. N. Papae camerarius, manu propria
 subscripsi.

Ego Io. B., S. Nicolai in Carcere dia-
 conus cardinalis de Sabellis, manu pro-
 pria subscripsi.

Ego Io., S. Mariae in Aquiro diaconus
 cardinalis de Columna, manu propria sub-
 scripsi.

Ego B., S. Mariae in Domnica diaco-
 nus cardinalis, manu propria subscripsi.

Dat. die 31 decembris 1487, pont. anno IV.

XVI.

*Iurisdictio et facultates auditorum Rotae
 Romanae in causis per eos cognoscen-
 dis (1).*

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Declaratio circa praesenta-
 tionem, — 2. Citationum validationem, —
 3. Viduarum et pupillorum causas, — 4.
 Remissorias, — 5. Reiterationem termino-
 rum, — 6. Registorum fidem, — 7. Grava-
 minis articulos, — 8. Fatalium prorogatio-
 nem, — 9. Appellationum instantiam, —
 10, 11. Sententiarum nullitates. — 12.
 Clausulae derogatoriae. — Publicatio. —
 13. Describatur in lib. Rotae. — 14. Quo-
 tannis legatur. — 15. Auditori, dicenti ali-
 quid fecisse de voto Rotae, credatur.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
 ad perpetuam rei memoriam.

Finem litibus, quae in Palatio Aposto-
 lico nunc et pro tempore vertuntur, quanto
 celerius fieri potest, imponi, et colligantes
 ab intolerabilibus expensis, quas illas pro-
 sequendo perferunt, relevare, quantum
 nobis possibile est, cupientes, hac in per-
 petuum valitura constitutione statuimus et
 ordinamus.

§ 1. Quod si diversis causarum Palatii
 Apostolici auditoribus diversas commis-
 siones praesentatas hactenus vel pro tem-
 pore reperiri contingat, in eadem causa,
 eiusdem tenoris vel effectus, licet ad di-
 versarum personarum instantiam; auditor,
 cui prius commissio praesentata fuit, iuris-
 dictionem in procedendo et iudicando re-
 tineat, absque alia desuper commissione,
 aliorum coauditorum ad id accedente con-
 sensu.

§ 2. Et quod auditores causarum prae-
 dictarum, constituto eis quod citatio per eos
 decreta in causis (minus tamen legitime
 executi) ad partis citatae notitiam perve-
 nerit ante terminorum observationem, ad

(1) Ab huiusmodi auditoribus servandas leges
 sancivit Ioannes XXII, Constit. *Ratio*, num. XLII,
 tom. IV, pag. 317.

Exordium.

Declaratio cir-
 ca praesenta-
 tionem,

Citationum va-
 lidationem,

expeditionem causarum earumdem, absque alia commissione, perinde ac si citatio legitimae executioni demandata foret, procedere.

Viduarum et pupillorum causas, § 5. Et in viduarum et pupillorum, necnon ubi de summa vel re valorem quingentorum florenorum auri non excedente ageretur, eo modo, quo in beneficialibus causis, de coauditorum suorum consensu, etiam procedere.

Remissorias, § 4. Remissorias etiam ad partes, in causis coram eis nunc et pro tempore pendentibus, in quavis instantia, novamve dilationem, si petatur, de aliorum coauditorum consilio concedere.

Reiterationem terminorum, § 5. Ad reiterationem quoque terminorum, nulliter vel male observatorum, partes seu colligantes earumque procuratores admittere.

Registrorum fidem, § 6. Et fidem registris, coram aliis iudicibus, etiam in partibus factis, quoad iura in eis registrata dumtaxat, de simili consilio, adhibere.

Gravaminis articulo, § 7. Super articulo gravaminis ac negotio principali simul et (si petatur ac coauditoribus expedire videbitur) relictis expensis, in eodem principali negotio, omisso appellationis articulo, procedere.

Fatalium prorogationem, § 8. Et dum eis videbitur expedire, fatalia in causis prorogare vel de novo concedere.

Appellationum instantiam, § 9. Et super appellatione interposita a sententia definitiva, decurso ultimo momento temporis ad id de iure praefixi (eadem tamen die ultimi momenti), perinde ac si debito tempore interposita foret, iustitiam ministrare.

Sequentiarum nullitates, § 10. Et si prima vel secunda sententia reperitur nulla ex inordinato processu, vel etiam ex omissione iuramenti super perhorrescentia, iuxta constitutionem fel. rec. Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri, quae incipit *Statutum* (1), dummodo illud per partem, in quacumque parte iudicii, postea praestetur, ad confirmationem vel infirmationem, relictis expensis, procedere.

(1) Cap. *Statutum, de Rescriptis* in 6.

§ 11. Necnon iuxta constitutionem Viennensis concilii, quae incipit *Ad competendas*, sequestra decernere libere et licite valeant.

§ 12. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Clausulae derogatoriae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo (1), quarto idus ianuarii, pontificatus nostri anno iv.

Placet, publicetur et describatur I.

(*Papae subscriptio*).

Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, indictione sexta, pontificatus domini Innocentii Papae octavi anno iv, literae suprascriptae affixae et publicatae fuerunt in valvis Audientiae et acie Campi Florae die 14 ianuarii per Fernandum del Porro, S. D. N. Papae cursorem. Lecta Romae in Cancellaria Apostolica die sabbati 19 ianuarii, anno 1488. Publicatio.

Sequitur declaratio circa executionem dictae bullae.

§ 15. Constitutionem nostram pro litigantium in Palatio Apostolico relevamine editam quarto idus ianuarii, pontificatus nostri anno iv, et in Cancellaria Apostolica de mandato nostro publicatam, quae incipit *Finem litibus etc.*, observari cupientes, dilectis filiis causarum dicti Palatii auditoribus mandamus ut illam inter alias eiusdem Palatii constitutiones in libro, in quo illae descriptae sunt, faciant describi. Describatur in lib. Rotae.

§ 14. Et singulis annis, dum aliae constitutiones praedictae leguntur, prima die qua, decursis feriis messium et vindemiarum, ad infra reddendum sedere incipient, pari modo, sicut aliae leguntur, legi faciant et procurent. Quotannis legatur.

§ 15. Volentes assertioni auditoris causarum huiusmodi, asserentis se aliquod de iubi contentis, de consilio seu consensu Auditori, dicenti aliquod fecisse de vota Rotae, credatur.

(1) Legendum *octavo*, ut cum reliquis notis chronologicis congruat (B. T.).

coauditorum suorum facere, quoad consilium et consensum huiusmodi, stari et alterius probationis adminiculum non requiri.

Dat. die 10 ianuarii 1488, pont. anno iv.

XVII.

Contra exules et bannitos ab Urbe, minas pro habenda pace ab offensis vel eorum haeredibus inferentes, eorumque nuncium scienter desuper afferentes.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius constit. — 2. Banniti minas inferentes pro habenda pace et alii eas deferentes coercentur. — 3. Clausulae derogatoriae. — 4. Iussio publicandi hanc constit. — Sanctio poenalis.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Licet ea, quae laudabili et provida praedecessorum nostrorum ordinatione contra viros sanguineos etc. (1).

§ 1. Et insuper, quia (sicut etiam facti evidentiā demonstrat) insurrexit a paucis temporibus citra, inter homines facinorosos, homicidas, bannitos seu diffidatos ab Urbe pro eorum delictis et sceleribus, quaedam prava, improba et damnata consuetudo, quod, cupientes reaffidari et ad Urbem redire (quod, nisi ab haeredibus occisi aut offensi pacem habeant, facere non possunt), per nuncios aut literas vel aliter laesis et offensam passis acriter minantur, pollicentes se peiora facturos, nisi pacem cum eis faciant; monentes etiam ipsos ne ab eorum domibus discedant, brigam eis indicentes, ex quo haeredes ipsi, aliter iniuriam passi, et interdum eorum consanguinei et affines,

(1) Leges contra homicidas a Pio II latas habes supra in eius Const. VIII, *Ad retinendas* etc., pag. 156. Reliquum vero exordii bullae huius Innocentii habes etiam sup. in Constit. IV Pauli II, quae per extensum hic non refertur, quia legitur pag. 186.

etiam hi qui in longissimo gradu sunt constituti, compelluntur aut pacem violentam inire, aut brigam sustinere, propter quae alii, ex huiusmodi imponitate, in dies ad peiora perpetrandum inducuntur.

§ 2. Huiusmodi malis, prout tenemur, occurrere volentes, statuimus, decernimus et ordinamus quod omnes et singuli qui modo praemisso minati fuerint, et ambasciatam aut literas, scienter, hiis, quibus minantur, afferre audebunt et praesument, crimen laesae maiestatis similiter incurrant, et laesae maiestatis ac rebellionis rei censeantur, ac veluti tales a competentibus iudicibus severissime puniantur; et tam illi quam ecclesiasticae personae talia perpetrantes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et excellentiae existant, omnes et singulas sententias, censuras et poenas, quas Paulus, praedecessor, contra patrem, filium, fratrem et propinquum vel domesticum offendentis, vulnerantis vel mutilantis, occidentes vel quocumque modo offendentes, promulgavit, eo ipso irremissibiliter incurrant.

§ 3. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae Urbis iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; necnon omnibus illis, quae Pius, Paulus et Sixtus, praedecessores praefati, in suis, et nos in aliis nostris literis praedictis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 4. Et ne quispiam de praemissis valeat ignorantiam allegare, mandamus praesentium nostrarum literarum tenorem in Curia Capitolii et aliis locis publicis dictae Urbis, sono tubae praemisso, publicari ac in volumen statutorum praedictorum de verbo ad verbum rescribi, ad certitudinem praesentium et memoriam futurorum.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Banniti minas inferentes pro habenda pace et alii eas deferentes coercentur.

Clausulae derogatoriae.

Iussio publicandi hanc constitutionem.

Sanctio poenalis.

Exordium.

Causae huius constitutionis

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octnagesimo octavo, idibus septembris, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 13 septembris 1488, pont. anno v.

XVIII.

Quod debitores occasione bonorum riparum in ripis almae Urbis reuditorum ad quinquennalem dilationem vel bonorum cessionem non admittantur; quodque a iudicibus ipsarum riparum ad Cameram Apostolicam tantum appellari liceat.

SUMMARHUM

Causae huius constit. — 1. Prohibitio admittendi debitores ripales ad bonorum cessionem vel quinquennalem dilationem, — 2. Appellandique ad aliud tribunal quam R. Cam. Apost. — 3. Clausulae preservativae. — 4. Iussio publicandi.

Innocentius episcopus,

motu proprio et ex nostra certa scientia, etc.

Causae huius
constitutionis.

Quoniam intelleximus quod nonnulli obligati mercatoribus apud Ripam et Ripettam almae Urbis mercaturae exercitio vacantibus, praetextu et occasione moratoriarum, cessionis bonorum, petitionis dilationis quinquennalis, securitatum, salinariorum, advocacionis causarum et novarum commissionum ac appellacionum ad alios quam ad Cameram Apostolicam seu commissarium, ut moris est, interponendarum, eorum solutiones, quae dicto exercitio mercaturae huiusmodi debentur, saepius evitare seu retardare nituntur, et quodammodo immortales facere; quo fit ut mercatores ipsi, tam qui victualia et mercimonia inibi faciunt per mare aut ex Civita Vetula per terram ad Urbem, pro commoditate et utilitate curialium Romanae Curiae, quam qui in eadem Urbe resident, et magazenia (1) cum variis

(1) Deest aliquid. Leg. f. *magazenia habent* (R. T.).

mercantiis apud Ripam et Ripettam praedictae mercaturae, plurimum retrabantur ab exercitio praedicto, non sine incommodo et detrimento Urbis et curialium praefatae Curiae, quorum interest victualium et aliarum mercimoniarum, quae deferri solita sunt cura et diligentia mercatorum praefatorum, abundantiam habere.

§ 1. Ea propter, volentes super hoc opportune providere, Urbis dohaneriis et camerariis praefatae Ripae et Ripettae, praesentibus et futuris, auctoritate apostolica mandamus quatenus de caetero debitores ipsos, qui nunc sunt et in posterum erunt, praefatorum mercatorum tam venientium quam residentium, et tam civium Romanorum quam forensium, apud praefatam Ripam et Ripettam pro tempore, huiusmodi moratoriis, dilationibus quinquennalibus, cessionibus bonorum, advocacione causarum et appellacionibus, praeterquam ad Cameram Apostolicam, ut supra, interponendis; et novis commissionibus ac securitatibus salinariorum, exceptis illis, quibus ex privilegio competit exercitium dietae artis salinariorum dumtaxat, uti volentes, si debita ipsa contracta sint apud Ripam et Ripettam praedictas, et occasione mercimoniorum et victualium, quae per mare sive per terram a Civita Vetula ad illas pro tempore deferunt seu deferri faciunt, super hoc nullatenus audiat nec admittatis, minimeque ab alio audiri et admitti permittatis. Sed illis penitus reiectis, praefatos debitores ad integram solutionem eorum, quae ipsos debere cognoveritis, efficaciter remediis opportunis compellatis.

§ 2. Decernentes per hoc nostrum apostolicum decretum, quod in moratoriis, dilationibus quinquennalibus, cessionibus bonorum, advocacionibus causarum, appellacionibus, praeterquam ad Cameram Apostolicam seu commissarium, ut moris est, interpositis seu interponendis, et no-

Prohibitio admittendi debitores ripales ad bonor. cessionem vel quinquennalem dilationem.

Appellandique ad aliud tribunal quam R. Camer. e. Apost.

vis commissionibus et salinariis, exceptis iis qui supra, et aliis quibuscumque concessionibus per nos forsitan concessis et quas concedi contingeret, huiusmodi debita semper intelligantur excepta, etiam si in eisdem de debitis occasione mercaturae praedictae mentio fieret specifica et expressa.

Clausula
praeservativ.

§ 5. Nec unquam per easdem seu quascumque alias concessionibus seu rescripta, aut commissiones huic voluntati et decreto nostro derogatum quoquo modo intelligatur, nisi praesentis decreti tenor de verbo ad verbum, cum nominatione mercatorum, quibus obnoxii erunt et quantitibus, in moratoriis ac aliis concessionibus quibuscumque insereretur.

Iussio publi-
candi

§ 4. Et ut praesens nostrum decretum perpetuum robur et effectum obtineat, quod, ad perpetuam rei memoriam, in volumine statutorum dictae Ripae et Ripettae describi et registrari mandamus, etc.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, idibus iulii, anno quinto.

Placet, et motu proprio mandamus.

(Papae subscriptio).

Dat. die 15 iulii 1489, pontif. anno v.

XIX.

Approbatio confraternitatis sub invocatione S. Ioannis Baptistae Decollati, Divinae Misericordiae nuncupatae, in alma Urbe nuper institutae, ad pie consolandum morti a iudicibus condemnatos, curandumque eorum animae salutem et sepeliendum corpora eorumdem.

SUMMARIVM

Prooemium. — 1. Quidam in Urbe residentes confraternitatem laicorum, ad pie confortandum et sepeliendum damnatos ad mortem instituerunt, et ecclesiam S. Ioannis Decollati aedificari curarunt; — 2. Eamque piorum eleemosynis perficere, cappellanumque ibi ad audiendas damnatorum confessiones,isque sacramenta administranda habere intendentes, supplicent

huic Pontif. pro opportuna provisione et confraternitatis approbatione. — 3. Qui propterea eam approbat et sepulturam damnatorum in dicta ecclesia concedit, — 4. Cappellanoque dat facultatem damnatos consolandi, confessiones audiendi et sacramenta ministrandi. — 5. Statuta condendi sodalitati auctoritatem concedit, — 6. Confessoremque eligendi, qui confratres in casibus hic non reservatis absolvat et vota commutet. — 7. Privilegium fori Ap. C. confratribus elargitur. — 8. Haereditatesque a condemnatis habere posse indulget, sine praecedente iudicis, etiam in vim dispositionis non habentis iuris solemnitates. — 9. Indulgentiam d. Ecclesiam visitantibus, et manus adiutrices porrigentibus concedit. — 10. Contrariis derogat.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Inter desiderabilia cordis nostri, illud intensius desideramus affectamus, ut singulorum christifidelium, quorum nobis ex commissi desuper pastoralis officii debito cura imminet, generalis animarum salus proveniat, unde pia et salubria fidelium vota ad hoc tendentia, et alias, ex quibus divini cultus propagatum augmentum, pii patris affectione prosequimur, ac plenis favoribus confovemus, et ut optatum sortiantur effectum, opem et operam efficaces impendimus, ac alios etiam christifideles ad impendenda propterea opportuna suffragia indulgentiis et remissionibus invitamus.

Prooemium.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum universorum confratrum confratriae seu societatis Sancti Ioannis Decollati de Urbe, nobis nuper exhibita petitio continebat quod, cum plurimi, qui, eorum demeritis id exigentibus, aut alias, ultimo supplicio, iustitia exigente, puniebantur, non haberent in eorum ultimo vitae statu qui ipsis ea, quae ad salutem animarum pertinent, ad memoriam reducerent, quamplures personae in eadem urbe residentes, cupientes quantum possent animarum saluti eorum, qui sic decederent, providere et consulere, quamdam societatem

Quidam in Urbe residen. confraternit. laicorum, ad pie confortandum et sepeliendum damnatos ad mortem, instituerunt, et ecclesiam S. Ioannis Decollati aedificari curarunt.

seu confraternitatem eiusdem Sancti Ioannis Decollati nuncupatam fecerunt et ordinarunt. Et ut haberent ubi piis operibus circa praemissa exequendis convenire possent, quandam domum dirutam in dicta Urbe consistentem, et eis a dilectis filiis confratribus confraternitatis seu societatis Fabrorum eiusdem urbis concessam, sub certis modis et conditionibus tunc expressis acceptarunt, et inibi unam ecclesiam sub invocatione eiusdem Sancti Ioannis, alias rite aedificari fecerunt.

Et quae puerum eleemosynas perlic. cappellanum ubi ad audien. damnator confessiones, et sacra. adm. ministranda habere intendentes, supplicanti hinc Pontif. pro opportuna provisione et confraternitatis approbatione.

§ 2. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, confratres dictae confraternitatis seu societatis Sancti Ioannis nulla bona ad ipsam confraternitatem spectantia habeant, nisi prout illius confratres de eleemosynis pie erogatis acquisiverint, intendantque ecclesiam praedictam ad debitam perfectionem deducere; et illam paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis, pro divinis inibi celebrandis officiis, necessariis ornare et communire; ac unum cappellanum, qui inibi missas et alia divina officia celebret, et ultimo supplicio damnatis in eorum ultimo vitae statu assistat, eorumque confessiones audiat et ecclesiastica sacramenta ministret, tenere; et ad omnia praemissa peragenda ipsorum confratrum Sancti Ioannis facultates non suppetant, sed sint christifidelium suffragia plurimum opportuna; pro parte confratrum confratriae Sancti Ioannis huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum ut concessioni dictae domus eis, ut praemittitur, factae, et in ipsa domo ecclesiae aedificationi huiusmodi robur apostolicae confirmationis adiacere, ipsosque confratres confratriae Sancti Ioannis huiusmodi, nunc et pro tempore existentes, iurisdictioni auditoris causarum Curiae Camerae Apostolicae generalis dumtaxat, nunc et pro tempore existentis, subicere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur ipsos confratres con-

fratriae seu societatis Sancti Ioannis huiusmodi et eorum singulos a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concessionem dictae domus eidem confratribus Sancti Ioannis, ut praefertur, factam, et in illa ecclesiae huiusmodi aedificationem, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus; eisdemque confratribus, quod dictam ecclesiam pro divinis officiis et missis inibi celebrari faciant, ac etiam, si hoc elegerint et sepeliri inibi voluerint, pro ultimo supplicio damnatorum praedictorum sepulturas tenere, et in ea dictos ultimo supplicio damnatos, cuiusvis licentia super hoc minime requisita, ad sepulturam admittere.

Qui propterea eam approbat et sepultur. damnatorum in d. ecclesia concedit.

§ 4. Quodque unum presbyterum saecularem, alias idoneum, in eorundem confratrum cappellanum ad eorum nutum amovibilem, qui etiam dictorum damnatorum confessiones audiat; et si petierint, Eucharistiae et alia sacramenta eis ministret, et usque ad ultimum vitae spiritum eos consolando, et ut spem in Domino ponere habeant exhortando assistat, habere et tenere.

Cappellanoque dat facultatem damnatos confessiones audiendi et saec. ministrandi.

§ 5. Ac quod ipsi confratres, statuta et ordinationes, alias rationabilia et honesta, pro conservatione et directione ipsius confraternitatis Sancti Ioannis, quae postquam facta et ordinata, et per maiorem partem ipsorum confratrum approbata fuerint, iuxta illorum ordinationem observari debeant, facere et ordinare.

Statuta condendi soluti auctoritatem concedit.

§ 6. Necnon universis et singulis utriusque sexus eiusdem confraternitatis Sancti Ioannis confratribus, praesentibus et futuris, ut aliquem idoneum presbyterum saecularem, vel cuiusvis Ordinis religio-

Confessoremq. eligen., qui confratres in casibus lic. non reservatis absolvat et vota commutet.

sum, in suum possint eligere confessorem, qui, vita eis comite, in casibus Sedi Apostolicae reservatis (praeterquam offensae ecclesiae libertatis, criminum haereticis, rebellionis aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis seu Sedem praefatam, falsitatis literarum apostolicarum, supplicationum et commissionum, invasionis, depraedationis vel occupationis aut devastationis terrarum et maris Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, offensae personalis in episcopum vel alium praelatum, devolutionis causarum ad Romanam Curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium), semel dumtaxat in vita; in aliis vero, quoties opus fuerit opportunum, confessione eorum diligenter audita, pro commissis eis debitam absolutionem impendat, et iniungat poenitentiam salutarem. Necnon vota quaecumque (ultramarino liminum Apostolorum, et S. Iacobi in Compostella, necnon castitatis et Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat. Quodque confessor, quem duxerint eligendum, omnium peccatorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel in vita et in mortis articulo, plenam remissionem eis in sinceritate fidei, unitate sanctae Romanae Ecclesiae, ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate apostolica concedere valeat, eadem auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus pariter et indulgemus. Sic tamen, quod idem confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam eisdem confratribus per se ipsos, si supervixerint, vel per alios, si forsitan tunc transierint, faciendam iniungat, quam ipsi confratres vel alii facere teneantur, ut praefertur. Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam vel concessionem ipsi confratres reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus quod.

Bull. Rom. Vol. V.

41

si confratres praedicti a sinceritate fidei, unitate Romanae Ecclesiae praedictae, ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium destiterint, aut, ex confidentia eiusdem concessionis vel remissionis, aliqua forsitan commiserint, concessio et remissio ac praesentes litterae huiusmodi, quoad facultatem eligendi confessorem huiusmodi, eis nullatenus suffragentur.

§ 7. Praeterea, ne contingat confratres praedictos coram diversis tribunalibus trahi, eos et ipsorum quemlibet, ac bona ad ipsam confraternitatem S. Iohannis nunc et pro tempore pertinentia, curae et iurisdictioni omnimodaeque potestati, quoad singulas causas civiles, reales vel personales, Curiae causarum Camerae Apostolicae auditori generali nunc et pro tempore existenti, ita ut coram eo dumtaxat, et non coram alio iudice, ordinario vel delegato dictae urbis, pro quibuscumque causis ipsius confraternitatis (poenam sanguinis concernentibus dumtaxat exceptis), conveniri, trahi, evocari seu reconveniri possint et debeant, eadem auctoritate submittimus et subiicimus per praesentes; necnon sententias et processus, quos et quas in contrarium haberi et promulgari contigerit, nullius roboris vel momenti existere eadem auctoritate decernimus.

§ 8. Et si forsitan contigerit aliquos sic ultimo supplicio damnatos, in eorum bonis seu aliqua parte eorum confraternitatem huiusmodi haeredes instituere, vel aliqua eis relinquere velle, quod ipsi confratres in bonis, in quibus haeredes, seu quae eis per dictos ultimo supplicio damnatos relicta fuerint pro tempore (sine praeiudicio fisci) succedere, et illa in iudicio et extra ubicumque ab illa tenentibus pro eadem confraternitate petere et exigere possint, etiam si forsitan, in institutionibus seu relictis praedictis, iuris solemnitates observatae non fuerint, dummodo de voluntate dictorum sic instituentium vel disponentium, verbo vel scripto,

Privilegium fori
Ap. C. confrat-
tribus elargitur,

Haereditates-
que a condem-
natis hab. posse
indulget, sine
praeiudicio fi-
sci, etiam in vim
disposition. non
habent. iuris so-
lemnitates

per duos aut tres testes, aut alias legitime constiterit, eadem auctoritate statuimus et ordinamus.

Indulgentiam d
ecclesi in visi-
tantibus, et ma-
nus adiutric pot-
rentibus con-
cedit

§ 9. Et insuper, cupientes ut ecclesia praedicta Sancti Ioannis ad perfectionem debitam deducatur, paramentisque et ornamentis ecclesiasticis praedictis decoretur et fulciatur, et a christifidelibus frequentetur, ipsique christifideles eo devotius ad eandem ecclesiam Sancti Ioannis confluant, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se reffectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui praedictam ecclesiam a primis vesperis usque ad secundas vesperras festi Decollationis eiusdem Sancti Ioannis devote visitaverint, et inibi manus adiutrices porrexerint, viginti quinque annos de inunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus, etiam quoad huiusmodi indulgentiam, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod si ecclesiam praedictam Sancti Ioannis visitantibus, et inibi manus adiutrices porrigentibus, aut pias elemosynas erogantibus, aliqua alia indulgentia, in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, praesentes literae, quoad indulgentiam huiusmodi viginti quinque annorum, nullius sint roboris vel momenti.

Contrariis de-
rogat.

§ 10. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae Urbis iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo, decimo kalendarum septembris, pontificatus nostri an. vi.

Dat. die 23 augusti 1490, pont. anno vi.

XX.

Contra impediētes quoquo modo executionem citationum et aliorum mandatorum cuiuscumque iudicis causarum in Romana Curia pendentium, et contra eorum fautores notariosque instrumenta huiusmodi executionum dare recusantes.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Citationes et mandata iudicum Rom. Curiae multis modis exequi impediuntur. — 2. Hic ideo Pont. infligit poenas omnibus, contra quos causae in Curia commissae sunt, impediētibz citationes et alia mandata iustitiam vel gratiam continentia. — 3. Aliis vero, quos causae non tangunt, et impediētibz, ut sup., et illorum fautoribus excommunicationis poenam imponit; — 4. Notariosque instrumenta executionum dare recusantes aliis poenis innodat. — 5. Ordinariis publicationem huius bullae praecipit. — 6. Executorem deputat Aud. Cam. — 7. Iussio publicandi hanc bullam. — 8. Clausulae derogatoriae. — Publicatio in Cancellaria.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Officii nostri debitum, quo sumus universis nostrae curae creditis in iustitia debitores, exigit et ad hoc potissimum nos inducit, ut huius sanctae Sedis Apostolicae auctoritatem et honorem praeservemus, ac opportuna provisionis remedia etiam adhibeamus, per quae ius suum quisque consequi valeat, et iustitiam exquisitis viis et a canonibus damnatis modis conculcare satagentium malitiis obvietur, transgressoresque debitis afficiantur poenis, ut a similibus abstinere discant; et alii, si non virtutis amore et iustitiae zelo inducti, saltem formidine poenae perterriti, talia committere non praesument.

Proemium.

§ 1. Sane multorum clamoribus et fide dignorum relatione (non sine maxima mentis nostrae perturbatione) accepimus quod saepissime contingit, et quodam-

Citationes et mand. iudicum Roman. Curiae, multis modis exequi impediuntur.

modo in quamdam consuetudinem seu potius abusum deductum est, ut cum aliqui ad Romanam Curiam (ad quam, utpote communem omnium patriam, ex omnibus mundi partibus confluere soliti sunt pro iustitiae complemento, in causis potissime ad forum ecclesiasticum pertinentibus, consequendo) accedunt, et causas in eadem Curia, Palatii Apostolici causarum auditoribus seu aliis iudicibus, contra eorum adversarios committi, et citationes ad partes, ut moris est et styli antiquitus in eadem Curia observati, decerni obtinuerunt, hi, contra quos huiusmodi citationes executioni mandari debent, ad iudicia saecularia et alias vetita, principesque et potentatus saeculares recursum habentes, tam personis sic agentibus quam notariis publicis et aliis, etiam quibuscumque cursoribus nostris, huiusmodi citationes exequi volentibus, per principales seu indices et officiales saeculares huiusmodi, sub formidabilibus poenis inhiberi et praecipere procurant et faciunt, ne illas exequantur, et ut iam factas executiones revocent, seu saltem etiam iuramento adstringi quod de executionibus huiusmodi relationes non faciant, aliasque ne huiusmodi executiones fiant, diversimode impediunt; et quandoque clerici, quibus in beneficiis ecclesiasticis competit, beneficia ipsa ad suorum adversariorum instantiam resignare, et iura ius nullum habentibus dimittere compellantur; notarii vero seu tabelliones publici et aliae personae ecclesiasticae, plus temporalem quam aeternam poenam metuentes, de huiusmodi citationum executionibus et inhibitionibus seu impedimentis circa illas praestitis, etiam in virtute per eos in ipsorum creatione ad notariatus sive tabellionatus officium praestiti iuramenti, ab his, quorum interest, requisiti, metu poenarum temporalium huiusmodi, instrumenta publica desuper conficere et in publicam formam tradere, aut de his se rogatos facere non audent: ex quo iustitia

perit seu saltem retardatur, beneficiaque ecclesiastica multotiens absque titulo canonico detinentur occupata; mandata vero apostolica contemnuntur, et auctoritas Sedis praedictae vilescit, libertasque ecclesiastica conculcatur.

§ 2. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo possumus, huic morbo, ne ulterius invalescat, opportunam medelam adhibere, auctoritate apostolica, hac nostra perpetua constitutione statuimus et ordinamus quod omnes et singulae personae, tam saeculares quam regulares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus et praeminentiae seu ordinis existant, contra quas in eadem Curia causae, quae in illa tractari consueverunt seu possunt, de iure vel consuetudine commissae sunt, vel in futurum, tam per appellationem seu devolutionem ad illam, aut alias quomodolibet committerentur; et quae citationes huiusmodi in vim commissionum apostolicarum decretas vel decernendas, aut quaevis alia mandata seu rescripta apostolica, iustitiam vel gratiam continentia, quo minus, iuxta illorum tenorem, executioni demandentur, per se vel per alium sen alios, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, impedire aut impediri facere; seu clericis, ut beneficia ecclesiastica renuncient, aut iuri in illis sibi competentem cedant, vel ut a prosecutione causarum et iurium huiusmodi desistant, mandari facere praesumpserint; aut, pro illis impediendis et renunciandis, ad principes seu officiales saeculares, publice vel occulte, per se vel alium, quovis quaesito colore, recursum habuerint, causam perdant, et omne ius tam in petitorio quam possessorio, in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, et ad beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant.

§ 3. Aliae vero personae ecclesiasticae seu etiam saeculares, quas causa huiusmodi non tangit, executionem citationum huiusmodi aut aliorum quorumcumque

Ita ideo Pontif. infligit poenas omnibus, contra quos causae in Curia commissae sunt, impotentibus citationes et alia mandata iustitiam vel gratiam continentia.

Aliis vero, quos causae non tangunt, et impediendi, ut supra, et illorum lau-

toribus excommunicationem panam imponit.

mandatorum, seu rescriptorum et provisionum apostolicarum, ut praemittitur, impediens; aut impediens huiusmodi auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte praestans, cuiuscumque conditionis vel praeminentiae existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, a qua praeterquam in mortis articulo constituti et satisfactione praevia), ab alio quam a Romano Pontifice pro tempore existente et canonice intrante, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notarii et instrumenta executionum dare recusantes alius poenis innotat.

§ 4. Notarii vero sive tabelliones publici praedicti, qui de executionibus citationum et mandatorum ac provisionum huiusmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requisiti fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium seu interesse praetendentium (satisfacto tamen de congruo salario) conficere recusaverint, periurii reatum incurrant, ac executionem officii tabellionatus amittant, fiantque infames eo ipso, et eorum instrumentis sive scripturis publicis postmodum per eos super rogibus postea factis et conficiendis, donec ab huiusmodi reatu periurii absolutionem et infamiae abstersionem obtineant, nulla fides in iudicio vel extra adhibeatur.

Ordinarius publicationem huius bullae praecipit

§ 5. Et, ut huiusmodi constitutio et statutum ad singulorum notitiam deducantur, universis locorum ordinariis, in virtute sanctae obedientiae, praecipimus et mandamus quatenus statutum et constitutionem nostram huiusmodi, per se vel alium seu alios, in eorum ecclesiis vel civitatibus publicent seu publicari faciant, ac constitutionis huiusmodi copiam cathedralium ecclesiarum valvis, ita quod verisimiliter ad singulorum notitiam pervenire valeat, affligi faciant.

§ 6. Neenon, pro tempore existenti Curiae causarum Camerae Apostolicae ge-

nerali auditori, ut, instante procuratore fisci nostri et successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contra omnes et singulos, etiam qualitercumque praerogatos, quos praedictas sententias et poenas sibi incurrisse constituerit, eisdem sententiis et poenis illaqueatos tandem publice nunciet et faciat ab aliis nunciari, ac ut excommunicatos ab omnibus arctius evitari; et nihilominus, legitimis per eum desuper habendis servatis processibus, sententias et poenas praefatas iteratis vicibus aggravare, auctoritate apostolica procuret, donec ipsi sic excommunicati, absolutionis beneficium, satisfactione praevia, meruerint obtinere.

§ 7. Volumus autem constitutionem et statutum huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicari, et in quinterno Cancellariae praedictae inter alias inibi descriptas constitutiones adnotari et describi: ac post duos menses a die publicationis huiusmodi computandos, omnes absentes; praesentes vero in eadem Curia, post diem publicationis huiusmodi arctare, ac omnibus petentibus dari et concedi eo modo, quo aliae constitutiones de Curia concedi consueverunt.

§ 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, octavo kalendas februarii, pontificatus nostri anno viii (1).

Placet, publicetur et describatur I.

(*Subscriptio Papae*).

Leeta et publicata fuit Romae in Cancellaria Apostolica, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, die vero ultima mensis ianuarii, pontificatus Innocentii Papae VIII anno viii.

Dat. die 25 ianuarii 1491, pont. anno vii.

(1) Legendum anno septimo (n. r.).

Executorem deputat Aud. Cam.

Iussio publicandi hanc bullam.

Clausulae derogatoriae.

Publicatio in Cancellaria.

XXI.

Contra non solventes, in festo Ss. Petri et Pauli apostolorum, census Rev. Camerae Apostolicae debitos.

SUMMARIUM

Causa huius constit. — 1. Monentur omnes ut census debitos Camerae Apostolicae in festo Ss. Petri et Pauli persolvant. — 2. Quibus autem dilatio data est, aut commissum ut alicui extra Cameraam solvant, causas afferant eadem die non solutionis. — 3. Non docentes, poenas privationis incurrant. — 4. Obstantium derogatio. — 5. Transumptis fidem vult adhiberi — Publicatio.

Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, Iesu Christi in terris vicarium, qui militanti Ecclesiae praest, illius iura tueri et conservare illaesa. Sane, sicut accepimus, nonnulli in civitatibus, terris et castellis, fortalitiis et locis aliis temporali dominio praefatae Ecclesiae subiectis, et in temporalibus vicariis, feudatariis et gubernatores seu emphyteutae perpetuo et ad tempus deputati constitutum censum in investituris et concessionibus, quas de illo habuerunt, in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli de mense iunii solvi constitutum, praefatae Ecclesiae solvere non curant, in animarum suarum periculum et eiusdem Ecclesiae detrimentum.

§ 1. Nos igitur, qui alios in sua iustitia confovemus, nolentes praefatae Ecclesiae pro posse nostro iura negligere, motu proprio non ad alienius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione et certa scientia, apostolica auctoritate monemus et requirimus eos et quemlibet eorum, ut censum et canonem quemcumque, quem, pro factis eis seu eorum auctoritatibus concessionibus, Camerae Apostolicae solvere tenentur annuatim, in illa celeberrima die, qua huiusmodi census ipsi Camerae generaliter solvi consueverunt, videlicet in festo apostolo-

rum praefatorum, Camerae Apostolicae persolvant in loco dictae Camerae, ubi enim que illa pro tempore adesse contigerit.

§ 2. Monemus insuper et requirimus illos ex eis, quibus concessum vel mandatum foret, aut pro tempore mandari contingeret, quod censum per eos debitum alicuius dictae Camerae creditoribus aut alibi quam in dicta Camera solvant, seu ad solvendum ulterior dilatio data foret, ut per suos legitimos procuratores et nuncios cum sufficiente mandato in eadem Camera in festo praedicto comparere, et se fore pro eisdem eis concessis civitatibus, terris et castris, fortalitiis et locis feudatarios, vicarios et gubernatores, sive emphyteutas pro dicta Ecclesia, et ad talis census solutionem ea die propterea dictae Camerae obligatos fateri et recognoscere; ac causas, quare in eiusdem census solutione cessant, ea die allegare et probare debeant coram praesidentibus et clericis dictae Camerae, sub poenis in concessionibus eis factis huiusmodi appositis et aliis a iure statutis.

§ 3. Alioquin eos cessantes in census et canonis huiusmodi solutione, reputari et haberi debere periinde ac si super illius solutione nil innovatum extitisset, eodem motu, scientia et auctoritate decernimus; ac eisdem praelatis et clericis committimus et mandamus ut illos, qui monitioni huiusmodi paruisse coram eis non docuerint, intra unum mensem computandum post dictum festum, poenas privationis civitatum, terrarum, castrorum, fortalitorum et locorum huiusmodi, iuxta suarum investiturarum et concessionum tenorem incurrisse declarent; et eos a civitatibus, terris, castris, fortalitiis et locis huiusmodi, pro quibus censum non solverunt, studeant effectualiter amoveri: contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etc.

Quibus autem dilatio data est, aut commissum ut alicui extra Cameraam solvant, causas afferant eadem die non solutionis.

Non docentes, poen. privationis incurraut.

Obstantium derogatio.

Causa huius constitutionis

Monentur omnes ut census debitos Camerae Apostolicae in festo Ss. Petri et Pauli persolvant.

Transumptis u-
dem Vall' adhi-
beri.

§ 3. Et quia difficile foret praesentes literas ad singulas provincias, etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, sexto nonas maii, pontificatus nostri anno octavo.

Publicatio.

Anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi 1492, etc.

Dat. die 2 maii 1492, pontif. anno viii.

ALEXANDER VI

PAPA CCXVI

Anno Domini MCDXCII.

Die 11 augusti 1492 electus est in Summum Pontificem Rodericus Lenzolins Borgia Valentinus, S. R. E. vicecancellarius, cardinalis Portuensis, qui, Alexandri Sexti sumpto nomine, die 26 mensis eiusdem pontificali corona redimitus est. Vixit in B. Petri Sede, imperante Friderico III augusto, annos xi, dies viii, et novem promotionibus xxxiv creavit cardinales. Obiit die 18 augusti 1505, et sepultus est in basilica Lateranensi, unde eius corpus ad aedem S. Mariae de Monteserrato translatum est. Vacavit Sedes mensem unum, dies iv.

I.

Confirmatio privilegiorum Bononien. civitatis circa regimen eiusdem per legatos aliosque a Sede Apostolica deputatos exercendum cum consensu magistratum (1).

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Nicolaus V sancivit quae ad regimen huius civitatis spectant, a legato cum consensu magistratum disponi. — 2. Hoc privilegium confirmarunt et declararunt sequentes Pontifices.

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

clararunt sequentes Pont. — 3. Cives Bonon. Papae supplicavit pro confirmatione et validatione eorum, quae postmodum gesta sunt. — 4. Benigne concedit Alexander. — 5. Eorum observantiam praecipit. — 6. Irritat contrarie attentata. — 7. Obstantibus derogat.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Cunctorum Christi fidelium statui, ut salubribus congratulentur eventibus, ex apostolicae Sedis officio semper intenti, iis, quae pro felici gubernatione civitatum et terrarum nobis et Romanae Ecclesiae in temporalibus immediate subiectarum et in illis commorantium personarum provide processisse comperimus, ut illibata perdurent, tanto libentius nostri adiciamus munimimis firmitatem, quanto illae nobis prae ceteris specialiori sunt curae commissae, et de illarum prosperitate frequenter cogitare tenemur.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Nicolaus Papa V, praedecessor noster, dilectis filiis communi et populo civitatis nostrae Bononien., pro eorum prospero, tranquillo et felici regimine, nonnulla privilegia, gratias, capitulaque concedens et quasdam eorum petitiones admittens, inter alia voluit et ordinavit quod ex tunc de caetero futuris temporibus omnia et singula regimen civitatis praedictae quomodolibet concernentia, per legatum seu gubernatorem et eorum locumtenentes pro tempore, cum consensu magistratum deputatorum ad regimen dictae civitatis deliberarentur, statuerentur et disponerentur.

§ 2. Et deinde piaec me. Callixtus tertius et Pius secundus ac Paulus etiam secundus ne non Sixtus quartus ac Innocentius octavus, Romani Pontifices, praedecessores nostri, praemissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulorum forma eidem Nicolao praedecessori, nomine antianorum communis et populi praedictorum exhibitis, et ipsius Nicolai praedecessoris ad ca-

Proemium.

Nicol. V sancivit quae ad regimen huius civit. spectant, a legato cum consensu magistrat. disponi.

Hoc privil. confirmarunt et declarar. sequentes Pontifices.

pitula huiusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento superinde confecto manu quondam Petri de Noxeto, eiusdem Nicolai praedecessoris secretarii; necnon Callisti, Pii ac Pauli, Sixti et Innocentii, praedecessorum praedictorum, litteris apostolicis, et ad capitula exhibita pro parte eorumdem eidem Pio praedecessori factis per dictum Pium praedecessorem responsionibus manu quondam Gregorii Solii, dieti Pii praedecessoris secretarii annotatis, ac in registris Camerae Apostolicae registratis, quae diligenter inspicimus.

§ 5. Cum autem, sicut dilecti filii Antonius Galeaz. Bentivolus, notarius dictae Sedis, Ludovicus de Castro S. Petri et Minus de Rubeis, cives Bononien. et oratores communis et populi praedictorum, ad nos et Sedem Apostolicam specialiter destinati, post praestitam per eos nobis debitae fidelitatis et subiectionis obedientiam, nobis nuper exposuerunt, quod antiani communis et populus praefati praemissa omnia desiderent, et quae eorum vigore postmodum gesta fuere, pro eorum subsistentia firmiori nostrae approbationis munimine solidari.

§ 4. Nos, qui praefatam communitatem et illius cives, peculiare nostros et eiusdem Romanae Ecclesiae filios, ob sinceræ devotionis affectum et fidei constantiam et integritatem, quibus nos et praefatam Ecclesiam reverentur, speciali dilectione prosequimur, et paterna caritate confovemus, eorum in hac parte supplicationibus inclinati, praefatorumque praedecessorum inhaerendo vestigiis, concessionem, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula illa dumtaxat, quae per Nicolaum et alios praedecessores praedictos signata et concessa fuerunt, iuxta concessionem et moderationem eorumdem praedecessorum; ac omnia, quae per h. me. Angelum, tit. S. Crucis in Hierusalem presbyterum cardinalem, olim in civitate praefata Apostolicae Sedis legatum;

et eius legatione finita, per dilectum filium Ioannem Baptistam, S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, tunc dictae Sedis notarium et civitatis eiusdem gubernatorem; ac per h. me. Franciscum, S. Mariae Novae diaconum cardinalem; ac venerabilem fratrem Iulianum, episcopum Ostien., maiorem poenitentiarium nostrum, in eadem civitate successive etiam legatum; et tandem per dilectum filium Ascanium Sfortiam Vicecomitem, S. Viti cardinalem, vicecancellarium nostrum, in eadem civitate legatum; et cuiuscumque eorum pro tempore locum tenentes, cum his, qui praefertur officio Sexdecim dictae civitatis pro bono regimine eiusdem civitatis, gesta et facta sunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in praeiudicium Romanae Ecclesiae et ecclesiasticae libertatis ac eorum, quae eidem civitati per Sedem Apostolicam mandata fuissent; necnon omnia et singula privilegia, concessionem et indulta a praedictis et aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris et legatis ac nunciis Apostolicae Sedis, et a quibuscumque aliis a praefata Sede potestatem habentibus, sub quacumque verborum forma concessa et prout illa concernunt, omnia et singula in litteris et scripturis desuper confectis contenta et inde secuta, ut praefertur, bonum regimen dictae civitatis concernentia quaecumque, in simile praeiudicium non tendentia, auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitus, ac volumus observari quamdiu antiani communis et populus praefati in nostris et Romanae Ecclesiae obedientia et devotione, nostris mandatis pro tempore parendo, permanserint.

§ 5. Supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsitan intervenerint in eisdem; ac mandantes praefato Ascanio, et pro tempore existenti legato et gubernatori civitatis praedictae, necnon omnibus aliis nostris et dictae Se-

Cives Bononien. Papae supplicant pro confirmatione et validitate eorum quae postmodum gesta sunt.

Benigne concedit Alexand.

Eorum observantiam praecipit.

dis officialibus in eadem civitate existentibus, quatenus praemissa omnia firmiter observent, et faciant, quantum in eis est, ab omnibus observari.

Irritat contra
rie attentata.

§ 6. Ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantibus
derogat.

§ 7. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quae praedecessores praefati in dictis eorum litteris voluerunt non obstare caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, sexto nonas octobris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 2 octobris 1492, pont. anno 1.

II.

Approbatio Regulae, sive statutorum et ordinationum confirmatio a beato Francisco de Paula primitus suis fratribus traditorum in Cusentina eremo (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. S. Franciscus de Paula, vi facultatis sibi a Sixto IV et Innocentio VIII concessae, Regulas pro suis eremitis composuit. — 2. Earum confirmationem petit ab Alexandro. — 3. Quam, ad preces Franc. regis, concedit. — Huiusmodi eremitas Minimos mandat nuncupari. — 4. Tenor statutorum. — 5. Praecepta Dei observanda. — 6. Servanda etiam obedientia Papae et superioribus Ordinis, petendusque eius protector. — 7. De horis canonicis et oratione. — Studiis — Et praedicatione verbi Dei. — 8. Vestibus, — 9. Cibis, infirm. cura. — 10. De vita communi et vitanda proprietate. — De arca communi. — 11. De ieiuniis, — Orationis frequentia, — 12. Silentio, — Novitiis, — 13. Refectorio, — Hospitibus, — Mutua charitate, — Humilitate. — 14.

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

De confessione et sacramento Eucharistiae, — Culpis dicendis. — 15. De commercio cum saecularibus et charitate inter fratres servanda. — 16. De vagis et erimosis et qua quisque sit poena puniendus. — 17. De correctore generali — Et capitulo, — Provincialis electione. — 18. Laici vocem non habent in Ordine.

**Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Meritis religiosae vitae, quam dilecti filii Franciscus de Paula et eius socii heremita heremitorii sancti Francisci de Paula, Cusentinae Diocesis, ad obsequendum Altissimo elegerunt, inducimur, et exemplo boni operis excitamur ut ea, quae pro eorum directione votiva ab eodem Francisco provide ordinata sunt, ut firmiter illibata permaneant, Apostolicae Sedis, cui immediate sunt subiecti, munimine robaremus.

Exordium.

§ 1. Sane, pro parte eorundem heremitarum nobis nuper exhibita petitio continebat quod praefatus Franciscus habens ad hoc, ut assererat, a bo. me. Pirro archiepiscopo Cusent. specialem per alias literas facultatem per fel. record. Sixtum IV et Innocentium VIII, Romanos Pontifices, praedecessores nostros, successive confirmatam, et ad quaecumque loca, quae eidem congregationi donari contingeret, ampliatam, prout in dicti archiepiscopi authenticis et dictorum praedecessorum apostolicis litteris plenius continetur, illarum vigore, pro salubri directione heremitarum societatis, nonnulla divini cultus argumentum et animarum eorundem salutem in beneplacitis divinae voluntatis, et vitae heremiticae huiusmodi perseverantiam, et eorum prosperitatis votivae successus concernentia, sacris canonibus non contraria, in tredecim capitulis contenta statuit et ordinavit, quae voluit et mandavit per eiusdem societatis heremitas perpetuis futuris temporibus observari.

S. Franciscus de Paula, vi facultatis sibi a Sixto IV et Innocentio VIII concessae, Regulas pro suis eremitis composuit.

§ 2. Quare, pro parte Francisci et heremitarum praedictorum, nobis fuit humi-

Earum confirmationem petit ab Alexandro,

liter supplicatum ut eiusdem Francisci statutis et ordinationibus huiusmodi, pro eorum subsistentia firmiori, robor nostrae confirmationis adiacere, aliasque eis super eorumdem sic statutorum et ordinatorum observantia opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Quam, ad preces Francorum regis, concedit.

§ 5. Nos igitur, qui amatores huiusmodi heremiticae vitae, quae solitudine contenta, versatur in abditiis, et nunquam minus sola est, quam cum sola esse reputatur, quia coelestis patriae contemplatio illam sociat et comitatur, et dum saecularis conversationis commercio caret, caelestis alimoniae pabulo refocillatur et gaudet, libenter in suo laudabili proposito confovemus; et tanquam tutissimo calle incedentes et pauperes spiritu, quos Dominus noster Iesus Christus beatos esse dixit, *quoniam ipsorum est regnum coelorum*, pia et paterna charitate prosequimur; et eis, quantum cum Deo possumus, favorem benevolum impartimur huiusmodi; necnon carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francorum regis illustris, qui, ut asseritur, ad eosdem heremitas specialem gerit devotionis affectum, et quandam domum, cum oratorio et opportunis officinis, extra et prope civitatem Turonen., construi et aedificari fecit, ac eis pie donavit, nobis super hoc, pro eisdem heremitis, cum instantia humiliter supplicantis, supplicationibus inclinatis, eiusdem Francisci statuta et ordinationes huiusmodi, ac omnia et singula in dictis capitulis contenta, quae diligenter inspicere, ac praesentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, auctoritate apostolica, praesentium tenore approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes et singulos defectus, si forsitan intervenerint in eisdem, et pro potiori cautela ea omnia, quae per eundem Franciscum statuta et ordinata, prohibita et permissa fuerunt, de novo dicta auctoritate statuimus et ordinamus, prohibemus, et permittimus, ac

Bull. Rom. Vol. V.

45

volumus iuxta eorum seriem et continentiam perpetuis futuris temporibus per eiusdem societatis heremitas, qui nunc sunt et perpetuis futuris temporibus erunt, pro eorum regularibus institutis, eosque heremitas Ordinis Minimorum fratrum heremitarum fratris Francisci de Paula in posterum nuncupari, inviolabiliter observari.

Huiusmodi auctoritate Minimus mand. nuncupari.

§ 4. Tenor vero ordinationum et statutorum praedictorum, per dictum Franciscum editorum, et per nos, ut praefertur, confirmatorum et innovatorum de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tenor statutorum.

Regula et vita fratrum Ordinis Minimorum pauperum heremitarum fratris Francisci de Paula.

CAP. I.

§ 5. Ante omnia non vos fugiat, fratres carissimi, divina praecepta et scienda et summa cum diligentia esse servanda, ut Deum toto corde, tota mente, tota anima totisque viribus amantes, proximumque sicut nosmetipsos diligentes, aeternae vitae fructum possitis percipere: nam ad hoc congregati sumus, ut Evangelium Domini nostri Iesu Christi observemus, et sit nobis unum cor, anima una in Domino Deo vivendo sub voto paupertatis, castitatis et obedientiae. Igitur vitam et Regulam istam observantes, nunquam de illa exire intendamus, quia nemo ponens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei.

Praecepta Dei observanda.

CAP. II.

§ 6. Frater Franciscus de Paula promittit obedientiam et reverentiam sanctissimo domino nostro Alexandro Papae sexto et eius successoribus canonice intrantibus et Ecclesiae Romanae; et alii fratres professi et etiam in probatione existentes, tempore suae probationis, teneantur fratri Francisco et eius successoribus obedire, petantque superiores a domino nostro

Servanda etiam obedientia Papae et superioribus Ord., petendusque eius protector.

Papa nunc ex sacrae Romanae Ecclesiae cardinalibus, qui sit gubernator, protector et rector istius religionis, cuius consilio et mandato semper informetur et regatur.

CAP. III.

De horis canonicis et oratione.

Studus

Et praedicatione verbi Dei,

§ 7. Clerici divinum officium et horas canonicas secundum consuetudinem Curiae, excepto psalterio, horis debitis et statutis et cum cantu simplici persolvant. Laici vero seu conversi et oblati dicant viginti quatuor *Pater noster* et totidem *Ave Maria*, pro matutino; pro laudibus, quinque; pro vespers, duodecim; pro qualibet aliarum horarum, septem; et orent pro defunctis. Nescientes autem litteras discere non audeant, nisi generalis correctoris consilio habito, qui eos tantum sinat discere, quorum ingenia apta viderit esse doctrinae, nec contradire praesumant; sed potius omni cura et diligentia unusquisque generalem patrem suumque rectorem re et verbo reveratur, et pure prompteque, ob Dominum nostrum Iesum Christum, eorum mandatis obediat, quoniam in Evangelio scriptum est: *Qui vos audit me audit; et qui vos spernit me spernit*; fratres autem idonei, et a generali capitulo vel provinciali examinati et approbati poterunt praedicare et evangelizare verbum Dei cum brevitate sermonis annuntiando populo vitia et virtutes, poenam et gloriam.

CAP. IV.

Vestibus,

§ 8. Indumenta nostra sint de panno grosso ex lana pecorina nigra et sine tinctura contexto, et de praedicto panno habitum unum ad minus quilibet frater habeat longum usque ad talos, una cum capucio usque ad femora ex utraque parte longo, ante scilicet et retro, cum cingulo laneo, coloris habitus, capucium praedictum ex utraque parte super habitum cingente; et hic sit habitus noster, quem, nisi commutetur et alius accipiatur, nulli

professo, sive dormiendo sive vigilando, nunquam dimittere licebit; sub habitu autem praedicto poterunt fratres tunicas unam aut plures, secundum loca et tempora et frigidas regiones, secundum discretionem correctoris, qui unicuique secundum suam necessitatem providere habeat, portare; desuper vero clamidem habeant, qua tamen ad beneplacitum uti poterunt, cui cuculla parva, ad caput tegendum apta retro semper adhaereat. Calceamentis sive socularibus integris nulli nostrum uti liceat sine evidenti necessitate. Calcopediis autem sive zoccolis ligneis aut etiam sotularibus apostolicis uti poterunt ad beneplacitum. Poterit etiam superior, prout secundum Deum sibi videbitur, cum fratribus itinerando dispensare.

CAP. V.

§ 9. Cibi nostri, durante vita nostra, sint quadragesimales tam in locis et conventibus, quam etiam extra, nec alicui carnes nec ova, caseum aut lacticinia, alio modo aliquo ser tempore, demptis infirmis, et hoc de consilio medici, comedere licitum sit; contrafacientes, simul consentientes et non revelantes per tres menses carceribus mancipentur, ieiunentque quarta et sexta feria in pane et aqua; insuper, ipso facto deprehensus, perpetuo inhabilis ad omne officium existat, nisi per capitulum generale, eius considerata qualitate, rehabilitetur. Fratribus autem infirmis modo provideatur infrascripto, videlicet: cum primum coeperint aegrotare, correctores locorum, ad quos tantum spectat, vadant ad illos, quos interrogent si voluerint corporalem medicum, qui, si requisiti consenserint, vel si viderint eos ita aegrotare, quod pro recuperanda sanitate opus sit eis medico corporali, etiam illis non consentientibus, dictis casibus, corrector illis medicum secundum loci facultatem adducat, et secundum eius consilia, in domo tamen segregata, et pro infirmis specialiter deputata, faciat illos

Cibus, infirmorum cura.

cum diligentia gubernari. Fratres autem infirmi, qui voluerint se a carnibus et lacticiis abstinere, ad illa non compellantur, nisi ex corporalis medici consilio et ordinatione, cui correctores, in compellendo dictos infirmos, tam in esu carnum seu ovorum et lacticiorum, quam in reliquis eius consiliis et ordinationibus, obedire et morem gerere teneantur; aliter de cibis nostris quadragesimalibus cum omni diligentia et charitate illis subveniatur. Caveant autem omnes fratres ne, quaerendo carnes, ova aut lacticia pro infirmis, se intromittant, sed tantum corrector loci per procuratorem aut oblatos faciat infirmis providere, qui etiam, si sint totaliter loco dediti, in ipsa infirmania resideant et de infirmis in illa curam et sollicitudinem gerant; poterunt etiam alii fratres, de licentia correctoris, visitare charitative infirmos. Caveant etiam fratres ne carnes aut lacticia aliqua pro infirmis ordinata per monasterium transeant, sed ad infirmaniam carnes, ova et alia infirmo necessaria reportent. Qui diutino et naturali languore laborant, supportentur cum charitate in laboribus et vigiliis; non tamen segnitici, quae illos saepe molestat, omnino credatur, sed sicut correctori secundum Deum videbitur; vitam tamen communem infringere non contendant, sed cum patientia quadragesimalibus cibis contententur; verum cum timore recordentur quomodo tanto tempore suorum sudoribus fratrum nutriantur, nisi aliter corporalis medius ordinauerit, cuius ordinationes tam a correctoribus, quam a languentibus praedictis erunt sequendae, et eo casu gubernentur in infirmania. Ipsi etiam infirmi, cum vires pristinas habuerint, redeant ad feliciter consuetudinem suam, nec cibi teneat voluptas, quos necessitas levavit infirmos; nec contingat detestanda perversitas, uti in religione, ubi, quantum possunt, fiunt divites laboriosi, fiant pauperes delicati. In infirmania autem nemo praeter infir-

marios eo tempore quo in illa quisque fuit, neque ullo tempore in alienas cellas, absque patris licentia, intrare praesumat, nullaque causa illas aperire audeat; sed cum opus fuerit intrare, moderate prius fores pulsentur, illisque qui intus sunt respondentibus aut aperientibus, submissis paucisque verbis necessaria dicantur, et cum necesse fuerit introire, obtenta a patre licentia, dum simul in cella fuerint, fores teneantur apertae.

CAP. VI.

§ 10. Dixit Dominus in Evangelio: *Qui non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus*; ideo fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec loca, nec aliquam rem, sed sint tamquam peregrini et advenae in hoc saeculo domino famulantes: nam paupertas spiritus est abdicatio sollicitudinum et saeculi privatio pura vitae praesentis transeuntis, iter ad Deum sine impedimento, alienatio iustitiae temporalis, fidelis observatio mandatorum Dei, fundamentum pacis et munditiae: pauper enim frater est dominus mundi, et quoniam iactavit in Deum curam suam, possidet per fidem omnes gentes in servos. Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, charissimos fratres meos, haeredes et reges regni caelorum instituit; pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit; haec sit portio vestra, quae conducit in terram viventium. Quare loca nostra, quae inhabitamus, nolimus esse curiosa; sed tam domus quam ecclesiae sint parvae et humiles, et tales quod in omnibus reluceat sancta paupertas. Insuper, nullus inter nos quidquam suum dicere audeat, sed omnia sint de Ecclesia et univique a patre distribuantur, prout opus est, cuiuslibet aetate et qualitate considerata. Ergo, cum quis filiis suis aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus, in societate nostra constitutis, antequam (1) contulerit vestem seu aliquid aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur, sed

De vita communi et vitanda proprietate.

(1) Legi t. debet: *aliquam contulerit* (v. τ.).

De arca com-
muni.

potestate superioris, ut, in rem Ecclesiae reductam, cui necessarium fuerit tribuatur. Nulli ergo nostrum quidquam liceat habere, quod superior non dederit aut permiserit, quibus nec corpora sua, nec voluntates suas in sua liceat habere potestate. Consequens inde est ut singulis fratribus nostris pecunias accipere perpetuo interdicator, nec etiam alicui quovis modo super se portare licitum existat. Poterunt tamen superiores, pro necessitatibus infirmorum ac fratribus induendis, per amicos spirituales aut locorum procuratores, de scientia conventus, pecunias undecumque provenientes sine quavis causa recipi facere, et per eosdem in capsas quatuor clausuris clausa reponere, et de scientia conventus reponi facere, quarum una clavis sit penes superiorem, alteram teneat ad hoc specialiter electus, et alteram sacrista, altera apud domesticum saecularem vel oblatum, et omnes sint praesentes quando aperitur arca; correctori igitur cunctae eleemosinae offerantur, et sicut dictum est, expendantur, nullique, absque eius licentia et consensu, liceat quidquam, etiam si minimum sit, alicui accommodare, aut extra domum largiri.

CAP. VII.

De ieiuniis,

§ 11. Quoniam, testante Scriptura, multa ex ieiunio nascuntur bona, ideo quilibet carnem suam domare sollicitus sit ieiuniis et abstinentia esus et potus, quantum validus permittit. Et primum omnes vigiliae, quas mandat Ecclesia, sanctaque quadragesima, a dominica quinquagesimae incipientes, a nobis inviolabiliter observentur: a festo Omnium Sanctorum exclusive usque ad festum Nativitatis Domini, caeterisque temporibus quarta et sexta feria solliciti simus ieiunare; aliis autem temporibus et solemnitatibus devotis possint, qui volunt, de licentia correctoris ieiunare; qui si, eorum inspecta qualitate, corrector nolit eis permittere, sufficiat eis bona voluntas; tempore vero peregrinationis aut alicuius ma-

nifestae necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali; poterit tamen corrector super his ieiuniis cum fratribus secundum Deum dispensare. Cum autem aliquis non poterit ieiunare, non tamen extra solitam horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat, aut de licentia correctoris. Quoniam autem *oratio bona est cum ieiunio*, fratres maxime hostiam landis immolantes, quantum vires suppetunt, devotioni et orationi vacare non omitant, iungentes verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatem, maturitati humilitatem, humilitati libertatem; ac praeter horas canonicas, potissimum quando eis vacat, psalmis, hymnis et aliis peculiaribus orationibus insistere, locis, horis et temporibus constitutis, quas quanto crebriores tanto sanctiores habere debent. Laici vero qui nesciunt literas, de mane, audita missa, exercitiis sibi a patre iniunctis una hora aut duabus invigilent; sumptoque prandio, totidem ac pluribus, si oportuerit, reminiscentes Scripturae dicentis: *Qui non laborat non manducet.*

Orationis fre-
quentia,

CAP. VIII.

§ 12. Cum de omni verbo otioso in novissimo die districtissimo iudici simus rationem reddituri, ideirco a verbis, quae sine fructu sunt, unusquisque semper et ubique refraenet linguam suam; dictoque completorio, omnes sileant usque ad primam, semperque in ecclesia, clauso, refectorio, in dormitoriis atque coquina silentium observetur; si quid tamen in dicto tempore praetaxatis locis necessario dicendum contigerit, verbis paucis demisse dicatur; potissimeque novitii silentium servent primo ingressionis suae anno, cum nemine saeculari aut religioso, qui de familia nostra non sit, sine patris auctoritate et socio deputato audiente, loquentes. Nullus etiam professus, quicquam singulare, absque patris consensu, facere audeat, cum diabolus saepenumero, sub specie boni, ea

Silentio,

Novitii,

homini persuadeat, quibus aut infirmetur aut cuneus efficiatur: quod si fecerit, a patre muletetur, eoque non sanctitati, sed stultitiae aut superbiae id adscribendum est: nec praesumat quis quavis occasione vel causa alterum defendere fratrem, etiamsi quacumque sanguinis propinquitate inn-gantur; quoniam exinde gravissima scandalorum occasio solet oriri. Nullus etiam quovis modo, occasione vel causa cum superioribus suis contendere verbis, seu pertinaciter super quacumque re, etiam iusta, se defendere praesumat; sed breviter et humiliter ad interrogata respondere, eorumque praeceptum, correctionem et iussionem, dummodo non sit contra Deum, animam suam et Regulam nostram cum mansuetudine et caritate perfecta suscipere, ac celeriter et sine mora perficere studeat. Caveant etiam fratres, ne novitiorum occasione seu alia quavis causa, matres suas aut sorores, nec quascumque mulieres claustrum, refectorium, coquinam, dormitorium, infirmariam, nec etiam hortum intrare, aut ipsos infirmos visitare permittant, quacumque essent affinitate cuiusque coniunctae; contrafacientes poenae reservatorum casuum subiaceant, perpetuoque ab omni officio nostrae Religionis inhabiles existant.

CAP. IX.

Refectorio.

§ 15. Cum non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, dum corpora reficiuntur, spirituali lectione continue animus pascatur; quod si commode fieri non poterit, saltem in refectionis principio medioque et fine modicum quid legatur; nemo primum comedat, quam signo corrector annuat; et antequam discumbant fratres, omnibus in ordine suo e regione positus, fiat benedictio, in qua lecturus tantum benedictionem petens dicat: *Iube, Domne, benedicere*: refectisque corporibus omnibus, ut in benedictione positus, Deo debitae gratiae agantur; in refectoriis autem nostris saeculares

nullo pacto eum fratribus manducant; nec fratres, cum commode nostris in locis comedere possint, in saecularium domibus recumbant, dicente Hieronymo ad Paulinum, de institutione clericorum saecularium et maxime potentum, communia dempta; hospites tamen hilari corde et vultu placido suscipiantur, eorumque curam gerat is et non alter, cui pater mandaverit, non homini sed Deo existimans se servire, quia dicit Dominus: *Qui vos recipit, me recipit*, et alibi: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*: qua etiam sententia convincimur pauperes fratres inter nos despici non debere, sed nobis magis invicem Deum honorare; illi ergo qui aliquid videbantur esse in saeculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad istam sanctam societatem ex paupertate venerint, magis autem studeant non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Non extollantur, si communi vitae aut ecclesiae aliquid de suis facultatibus contulerint, nec de suis divitiis magis superbiant, quam si eis in saeculo fruerentur: rursus etiam qui nil habebant in saeculo, non ea quaerant in monasterio, quae nec foris habere potuerunt; sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur, etiamsi paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire; non tamen ideo putent se esse felices, quia invenerunt victum et tegumentum, quale foris invenire non potuerunt; nec erigant cervicem, quia associantur eis, ad quos foris accedere non audebant; sed sursum cor habeant, et terrena vana non quaerant, pristinam paupertatem ante oculos semper habentes, ne si de religioso habitu se superbientes erigant, illo indignos esse omnino se demonstrent.

Hospitibus.

Mutua charitate.

Humilitate.

CAP. X.

§ 14. Quoniam peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit, unusquisque semel singulis hebdomadis ad minus confiteatur;

De confessione et sacramento Eucharistiae,

utque peccatis melius resistat, prima die dominica uniuscuiusque mensis atque in praecipuis solemnitatibus sumat Eucharistiam, ut etiam humilitas acquiratur, emendationisque causa praestetur errantibus; singulis diebus delinquentes defectus suos publicos et brevibus et claris verbis in refectorio inter manducandum dicant, se nullo velamine excusantes, pro quibus correctionem iniunctam summopere studeant adimplere; insuper, singulis hebdomadis, feria secunda, quarta et sexta, in capitulo culpas suas generaliter, si antea particulariter dictae fuerint, in medium ferant, veniam mutuo deprecantes; et si quis convicio vel maledicto vel alicuius criminis obiectu aliquem laeserit, meminerit satisfactione curare quod fecit, et illum, qui laesus est, sine deceptione dimittere; si autem invicem se laeserint, invicem relaxare debent per aliorum orationes et monitiones: melior est autem qui, quamvis ira saepe tentetur, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur, et ad petendam veniam tardius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite, quae si emissa fuerint de ore vestro, non pigeat ex vestro ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera; sicque vobis invicem parcatis, ut nec postmodum illius se iniuriae memores sint: memoria enim malitiae iniuria est, complementum furoris, custodia peccati, odium iustitiae, sagitta ruginosa, venenum animae, dissipatio virtutum, vermis mentis, confusio orationis, laceratio petitionum quae fiunt Deo, alienatio charitatis, clavus fixus in anima, iniquitas nunquam dormiens, peccatum nunquam deficiens et mors quotidiana: istud namque vitium est tenebrosus, et super omnia alia vitia. Faciatis igitur cessare iram, et occidatis malitiae memoriam, quia, vivente patre, generatur filius, sed qui possidet chari-

Culpis dicendis.

tatem repellit a se suam adversariam vindictam; qui vero retinet inimicitiam, auget sibi laborem inutilem.

CAP. XI.

§ 15. Fratres locum exituri, ut eos Deus a peccatis tueatur, quae per sensus corporis animam occidunt, ecclesiam, si videbitur, revisitent se Deo commendantes, et a patre benedictionem humiliter petentes; id idem post reditum faciant, ut, si extra domum deliquerint, per orationem et benedictionem sibi remittatur: nullique extra clausuram conventus, absque eiusdem patris licentia et absque socio et benedictione, exire praesumant; et quando vadunt extra conventum, simul ambulent; cum venerint quo vadunt, simul stent; et quos viderint homines mollibus vestimentis et coloratis indutos, uti cibus et potibus delicatis, non despiciant nec iudicent, sed magis unusquisque iudicet et despiciat semetipsum. In via sive in domibus non litigent nec contendant verbis sen alio quovis modo simul aut cum aliis personis, sed cum humilitate invicem se honorent in charitate, et sint modesti, mansueti et humiles, honeste et caste omnibus loquentes; nec habeant suspecta consortia vel consilia mulierum, nec sint compadres carum, et ne ingrediantur monasteria monacharum, absque Sedis Apostolicae expressa licentia, nisi ad loca communia, ad quae ingrediantur saeculares, causa scilicet praedicationis vel elemosinae petendae; nec, cum per mundum incedunt, aliquorum literas portent, nisi eis a superiore de ipsis literis portandis specialiter et expresse iniunctum fuerit, ne hac occasione inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur.

De commercio cum saecularibus et charitate inter fratres servanda.

CAP. XII.

§ 16. Ad bonorum autem confirmationem, et girovagorum et instabilium errorem (1), volumus et statuimus quod qui-

De vagis et criminosis et quibusque sit pena puniendus.

(1) Totam hanc pericopen legimus: *Ad bonorum... et instabilium correctionem, volumus... discesserit, utisque in locis moram fecerit, per tres menses in carcere retineatur* (R. T.).

cumque ab aliquo locorum nostrorum, absque patris licentia, discesserit, aliisque in locis per tres menses in carcere retineatur; similiter faciat illis qui provinciam exeunt; simili poena plectentur inobedientes, superbi, rebelles et contumaces iussa patrum et superiorum suorum contemnentes, proprietarii pecuniam aut quicquid superior non dederit abscondentes; ipsam etiam pecuniam tangentes aut super se portantes; insuper sanctam infringentes castitatem, quod Deus avertat. In hoc casu poterit superior iniungere ieiunium in pane et aqua, bina vice in hebdomada, et disciplinam, secundum exigentiam delicti. Volumus etiam quod, si ipse generalis fecerit contra vitam nostram quadragesimalem et in alios inciderit casus, ipso facto, quo fuerit deprehensus, a duobus discretis eius sociis, ab officio suspendatur usque ad capitulum generale, in quo legitime puniatur; similiter etiam puniantur provinciales et correctores locorum.

CAP. XIII.

§ 17. Universi fratres unum de istius congregationis fratribus teneantur semper habere in generalem correctorem triennalem et servum totius religionis; ad capitulum autem generale, quod singulis triennii fit, omnes provinciales et discreti discretorum provinciarum teneantur convenire, qui omnia habebunt agere ad manutenendam Religionem. De tribus autem in tribus annis fiat nova electio generalis correctoris, virique duo discreti illi dentur in socios, cum quibus in visitatione sua negocia ardua Religionis mature tractet. Volumus autem quod fiat electio provincialis de tribus annis in tribus annis, in qualibet provincia. Volumus etiam quod, triennio peracto, tam generalis quam provinciales sint subiecti et sine officio; correctores autem omni anno mutantur. Nullus autem praeficiatur in Ordine, nisi sciat ducere vitam communem. Poterit etiam corrector eligi in pro-

vincialem, et provincialis in generalem correctorem. Nolumus etiam quod fratres nostri laici seu conversi vocem habeant in electione, nec etiam depositione superiorum, tam correctorum quam provincialium et generalium, nec etiam in tales quoquomodo eligi poterunt; tamen, quando generalis corrector visitat, aliquem, quem cognoverit prudentem, poterit appellare et de factis monasterii interrogare; ipsi autem laici magnam barbam portantes, aliis sacra ministeria celebrantibus devote serviant, laboribusque et exercitiis sibi a patre iniunctis se occupent, et de spiritualibus negotiis, nisi in quantum correctori videbitur, intronittere se non habeant. In generali autem capitulo poterunt fieri statuta et ordinationes a fide catholica et sanctorum canonum institutionibus Regulaeque nostra huiusmodi non deviantia, et huiusmodi Regulae et vitae observantia, auctoritate apostolica, semel et pluries, ac toties quoties opus fuerit, poterunt corrigi et emendari et diminui, et alia fieri quae volumus.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo (1), quarto kalendas martii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 26 februarii 1493, pont. anno 1.

III.

Contra sibimet ius dicentes, aut cavalcantem aut hominum missionem facientes in Statu ecclesiastico.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Causae huius constitutionis. — 2. Prohibitio faciendi cavalcantem et coadunationes vel invasiones et occupationes. — 3. Poenae contravenientium. — 4. Clausulae derogatoriae.

(1) Legendum *nonagesimo tertio*; nam quarto kal. martii anni 1492 non adhuc pontifex renuntiatus fuerat Alexander VI (n. r.).

De correctore generali

Et capitulo,

Provincialis electione.

Lat. vocem non habent in Ordine.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Inter multiplices curas, quae nobis ex apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam, provisionis ope, civitates, terrae et loca Romanae Ecclesiae mediate et immediate subiecta in pacis amoenitate et quietis tranquillitate valeant conservari: et nemo sibi ius dicere, ac iustitiae limites transgredi inordinata voluntate praesumat; sed quod sibi credit alter adversus alterum forte competere, coram iudice iustitiam reddente prosequatur; et si qui ita temerarii fuerint, ut secus facere praesumant, debitis poenis afficiantur, ne de eorum nefanda temeritate laetentur, ac aliis subditis transeant in exemplum, nec incitativum praebeant delinquendi.

Causae huius constitutionis.

§ 1. Saevae, etiam antequam ad apicem summi apostolatus, divina favente clementia, assumpti fuisset, ab ipsa facti evidentia et rerum experientia, nos, qui longo tempore cardinalatus honore functi, novimus quod in terris eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectis, dierum crescente malitia, sic assueta nequitia malorum mentes hominum pervertit, quod in apertam prosilire violentiam non formidantes, saepius alter insurgit in alterum, et alius quod adversus alium sibi forsitan competere praesumit, viis pacificis et iuris ordine praetermissis, violentiis et conatibus obtinere non veretur, Statum eiusdem Romanae Ecclesiae saepenumero perturbans, ac scandala non parva suscitans, non sine animarum periculo, dignitatis et auctoritatis eiusdem Romanae Ecclesiae praeiudicio et detrimento, pernicioso quoque exemplo, et cum scandalo plurimorum. Nos igitur, qui de incolarum, provinciarum, civitatum, terrarum, castrorum et locorum temporali dominio eiusdem Romanae Ecclesiae sic subiectorum prospero et felici regimine tanto propensiolem curam gerere debemus, quanto illorum cura specialius di-

gnoscitur nobis esse commissa; quique eos (utpote peculiare nostros et dictae Ecclesiae filios) in visceribus gerimus charitatis, cupientes ut provinciae, civitates, terrae, castra et loca praedieta, turbationibus et scandalis quibuscumque semotis, in pace et concordia conquiescant, ac prosperis successibus gratulentur; temerariorumque ausus reprimere, et eos tali plectere poena, ut ceteris sint in exemplum, et tandem metus poenae sit poena malorum, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera et matura deliberatione, ac ex certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine, universis et singulis, tam laicis quam ecclesiasticis, cuiuscumque status et gradus, ordinis, excellentiae, dignitatis et cardinalatus honore fulgentibus, ducibus quoque, comitibus, baronibus, necnon communitatibus, universitatibus civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum, nobis et eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, auctoritate apostolica, tenore praesentium districte praecipiendo mandamus et inhibemus.

§ 2. Ne aliquis eorum contra alium sibi ius dicere, aut guerram vel exercitum, seu alias huiusmodi coadunationes et (ut vulgo dici solet) cavalcas (nisi de nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantim, aut officialium nostrorum et eorundem successorum ad id sufficientem facultatem habentium speciali licentia) facere vel movere; ac per hostiles incursus seu violentias, civitates, terras, castra et loca praedieta occupare, invadere vel etiam retinere; seu aliquem domo propria, civitate, castro vel loco expellere, capere, tenere; aut ad vindictam vel ultionem aliquam prosilire, quavis occasione vel causa, praesumant; sed quilibet ius suum via iuris coram competenti iudice prosequatur.

Prohibitio faciendi cavalcas et coadunationes vel invasiones et occupationes.

Poenae contra-
venientium.

§ 5. Quod si aliqui contra inhibitionem et mandatum huiusmodi quovis modo, directe vel indirecte de caetero venire praesumpserint, nos omnes et singulos sic contravenientes (contra quos per praedecessores Romanos Pontifices et Apostolicae Sedis legatos etiam satis est debite provisum) excommunicationis maioris anathematis sententiam, a qua non nisi a nobis, et eisdem successoribus praedictis (praeterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione praemissa) absolvi possint, incurrere: eosque omnibus et singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indulgentiis, exemptionibus, immunitatibus realibus et personalibus, ac civitatibus, castris, terris, locis et dominiis eorum, dignitatibus ac honoribus, officiis ac etiam feudis, locationibus et concessionibus quibuscumque privatos et inhabiles ad actus legitimos exercendos nunciamus et declaramus. Necnon civitates, terras, castra et loca praedictae Camerae Apostolicae, ex certa scientia et potestatis plenitudine similibus, confiscamus, incorporamus, applicamus et appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata et appropriata esse volumus. Sicque contravenientes pro rebellibus eiusdem Romanae Ecclesiae haberi et censeri debere volumus, eorum subditos ac vassallos, ac etiam civitatum, terrarum, castrorum et locorum praedictorum castellanos a quocumque fidelitatis iuramento, quo, si ipsi essent quomodolibet adstricti, penitus absolventes; civitates quoque, terras, castra et loca praedicta, si ad eiusdem Romanae Ecclesiae obedientiam se non reducerint, et etiam quorumcumque eis consilium, auxilium vel favorem, quovis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte praestantium, etiam quacumque ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate et excellentia, ut praefertur, quos hanc constitutionem declinare contigerit, ecclesiastico subiacentes interdicto, tamdiu firmiter observando, donec ibidem fuerint et per triduum post eorum inde discessum.

Bull. Rom. Vol. V,

16

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

Ut autem praesentes etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno 1.

Dat. die 1 aprilis 1493, pontif. anno 1.

IV.

Insulae novi orbis, a Ferdinando Hispaniarum rege et Elisabetha regina reperiatae et reperiendae, conceduntur eisdem, propagandae fidei christianae causa.

SUMMARIUM

Ferdinandi et Elisabethae studium religionis propagandae zelumque commendat. — Eo ducti, regnum Granatae e Saracenorum manibus vindicarunt; — 1. Christophorum Columbum ad remotas incognitasque regiones cum apta classe delegant, ut gentes agnoscant I. C. — 2. Inventae sunt nonnullae insulae, ubi sunt gentes bonae indolis et ad fidem christianam amplexandum pronae; — 3. In quibus reperiatae fuerunt pretiosae diversi generis. — 4. Rex et regina gentes illarum insularum ad fidem catholicam inducere studebant, — 5. Ad quod Pont. eos enixe hortatur; — 6. Eisque concedit ad hoc insulas et terras firmas inventas et inveniendas versus occidentem et meridiem; — 7. Declarat non tollere ius quaesitum aliis principibus christianis, qui illas tunc possedissent; — Regem vero hortatur ut probos doctosque viros illuc destinet; — 8. Prohibet aliis accessum ad illas insulas pro mercibus habendis absque regis licentia. — 9. Clausulae derogatoriae. — 10. Transumptis fides adhibenda.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ferdinando regi et carissimae in Christo filiae Elisabeth reginae Castellae, Legionis, Aragonum, Siciliae et Granatae illustribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter caetera divinae Maiestati beneplacita opera et cordis nostri desiderabilia,

Clausulae derogatoriae.

Ferdinandi et Elisabethae sta-

dium religionis
propagandæ ze-
lumq. commen-
dat.

illud profecto potissimum exitit, ut fides catholica et christiana religio, nostris praesertim temporibus, exaltetur ac ubilibet amplietur et dilatetur; animarumque salus procinetur, ac barbaricae nationes deprimantur, et ad fidem ipsam reducantur. Unde, cum ad hanc sacram Petri Sedem, divina favente elementia (meritis licet imparibus), eveci fuerimus, cognoscentes vos, tamquam veros catholicos reges et principes, quales semper fuisse novimus, et a vobis praeclare gesta toti pene iam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio et diligentia, nullis laboribus, nullis impensis nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, efficere; ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc iamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatae a tyrannide Saracenorum, hodiernis temporibus per vos cum tanta divini nominis gloria facta, testatur, digne ducimus non immerito, et debemus illa vobis etiam sponte et favorabiliter concedere, per quae huiusmodi sanctum et laudabile ab immortali Deo coeptum propositum in dies ferventiori animo, ad ipsius Dei honorem et imperii christiani propagationem, prosequi valeatis.

§ 1. Sane accepimus quod vos dudum animum proposueratis aliquas insulas et terras firmas remotas et incognitas, ac per alios haecenus non repertas quaerere et invenire, ut illarum incolae et habitatores ad colendum Redemptorem nostrum, et fidem catholicam profitendum reduceretis, haecenus in expugnatione et recuperatione ipsius regni Granatae plurimum occupati, huiusmodi sanctum et laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivistis; sed tandem, sicut Domino placuit, regno praedicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum Columbum, virum utique dignum et plurimum commendandum ac tanto negotio aptum, cum navigiis et hominibus ad similia instructis,

non sine maximis laboribus et periculis ac expensis destinastis, ut terras firmas et insulas remotas et incognitas huiusmodi, per mare ubi haecenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret.

§ 2. Qui tandem, divino auxilio, facta extrema diligentia, in mare Oceano navigantes, certas insulas remotissimas et etiam terras firmas, quae per alios haecenus repertae non fuerant, invenerunt, in quibus quamplurimae gentes pacifice viventes et, ut asseritur, nudae incedentes, nec carnibus vescentes inhabitant, et, ut praefati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsae in insulis et terris praedictis habitantes credunt unum Deum creatorem in coelis esse, ac ad fidem catholicam amplectendum et bonis moribus imbuendum satis apti videntur; spesque habetur quod, si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Iesu Christi in terris et insulis praedictis fateretur; ac praefatus Christophorus in una ex principalibus insulis praedictis, iam unam turrim satis munitam, in qua certos christianos, qui secum iverant, in custodiam, et ut alias insulas et terras firmas remotas et incognitas inquirerent, posuit, construi et aedificari fecit.

§ 3. In quibus quidem insulis et terris iam repertis, aurum, aromata et aliae quamplurimae res pretiosae diversi generis et diversae qualitatis reperuntur.

§ 4. Unde omnibus diligenter, et praesertim fidei catholicae exaltatione et dilatatione (prout decet catholicos reges et principes), consideratis, more progenitorum vestrorum clarae memoriae regum, terras firmas et insulas praedictas, illarumque incolae et habitatores vobis, divina favente elementia, subiicere et ad fidem catholicam reducere proposuistis.

§ 5. Nos igitur, huiusmodi vestrum sanctum et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes ut illud ad debitum finem perducatur, et ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus

Inventae sunt nonnullae insulae, ubi sunt gentes bonae indolis et ad fidem christi amplectendum pronae;

In quibus reperta fuerunt pretiosa diversi generis.

Rex et regina gentes illarum insularum ad fidem catholicam inducere studebant;

Ad quod Pont. eos enixe hortatur;

Ex ducti, regnum Granatae a Saracenorum manibus vindicarunt;

Christophorum Columb. ad remotas incognitasque regiones cum apta classe deleg., ut gentes agnosce. I. C.

illis inducatur, hortamur vos quam plurimum in Domino, et per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis apostolicis obligati estis, et viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi, attente requirimus ut, cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi et assumere proba mente, orthodoxae fidei zelo, intendatis. populos in huiusmodi insulis et terris degentes ad christianam religionem suscipiendum inducere velitis et debeatis; nec pericula nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur.

Eisque concedit ad hoc insulas et terras firmas inventas et inveniendas versus occidentem et meridiem;

§ 6. Et ut tanti negotii provinciam, apostolicae gratiae largitate donati, liberius et audacius assumatis, motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, omnes insulas et terras firmas inventas et inveniendas, detectas et detegendas versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo unam lineam a polo arctico, scilicet septentrione, ad polum antarcticum, scilicet meridiem, sive terrae firmae et insulae inventae et inveniendae sint versus Indiam aut versus aliam quamcumque partem, quae linea distet a qualibet insularum, quae vulgariter nuncupantur *de los Azores y Cabo Verde*, centum leucis versus occidentem et meridiem, ita quod omnes insulae et terrae firmae repertae et reperiendae, detectae et detegendae a praefata linea versus occidentem et meridiem per alium regem aut principem christianum non fuerint actualiter possessae usque ad diem Nativitatis Domini nostri Iesu Christi proxime praeteritum, a quo incipit annus praesens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuntios et capitaneos vestros inventae aliquae praedictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei, nobis in beato Petro

concessa, ac vicariatus Iesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis et villis, iuribusque et iurisdictionibus ac pertinentiis universis, vobis haeredibusque et successoribus vestris (Castellae et Legionis regibus) in perpetuum, tenore praesentium, donamus et assignamus: vosque et haeredes ac successores praefatos illarum dominos cum plena, libera et omnimoda potestate, auctoritate et iurisdictione facimus, constituimus et deputamus.

§ 7. Decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem et assignationem nostram nulli christiano principi, qui actualiter praefatas insulas et terras firmas possederit usque ad dictum diem Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, ius quaesitum sublatum intelligi posse aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctae obedientiae (sicut pollicemini, et non dubitamus pro vestra maxima devotione et regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas praedictas viros probos et Deum timentes, doctos, peritos et expertos ad instruendum incolas et habitatores praefatos in fide catholica, et bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in praemissis adhibentes.

Declarat non tollere ius quaesitum aliis principibus christianis, qui illas tunc possederent;

Reg. vero hortatur ut probos doctosque viros illuc destinet;

§ 8. Ac quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis, etiam imperialis et regalis, status, gradus, ordinis vel conditionis, sub excommunicationis latae sententiae poena, quam eo ipso, si contrafecerint, incurrant, districtius inhibemus ne ad insulas et terras firmas inventas et inveniendas, detectas et detegendas versus occidentem et meridiem, fabricando et construendo lineam a polo arctico ad polum antarcticum, sive terrae firmae et insulae inventae et inveniendae sint versus Indiam aut versus aliquam quamcumque partem, quae linea distet a qualibet insularum, quae vulgariter nuncupantur *de los Azores y Cabo Verde*, centum leucis

Prohibet aliis accessum ad illas insulas pro mercib. habendis absque regis licentia.

versus occidentem et meridiem. ut praefertur, pro mercibus habendis vel quavis alia de causa accedere praesumant, absque vestra ac haeredum et successorum vestrorum praedictorum licentia speciali.

Clausulae derogatoriae.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. In Illo a quo imperia et dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes quod, dirigente Domino actus vestros, si huiusmodi sanctum et laudabile propositum prosequamini, brevi tempore, cum felicitate et gloria totius populi christiani, vestri labores et conatus exitum felicissimum consequentur.

Transumptis fides adhibenda.

§ 10. Verum, quia difficile foret etc. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto nonas maii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 4 maii 1493, pontif. anno 1.

V.

Translatio episcopalis dignitatis Sabinen. ad ecclesiam S. Liberati terrae Malliani; quae quidem terra civitatis titulo insignitur (1).

SUMMARIUM

Romanae Ecclesiae de caeterarum Ecclesiarum statu sollicitudo. — 1. Ecclesiae Sabinen. incommoda situatio. — Necessitas alio eam transferendi. — Terrae Malliani status. — 2. Eam erigit in civitatem, et ecclesiam S. Liberati in cathedralen; — 3. Numerum canonicorum designat; — 4. Cuique canonico redditus suos dat. — 5. Obstantibus derogat; — 6. Antiquae Ecclesiae statui providet; — Antiqua privilegia canonicorum confirmat; — 7. Contraria irritat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosancta Romana Ecclesia, quae super universas Orbis Ecclesias obtinet di-

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

vina institutione primatum, circa statum ecclesiarum omnium praesertim cathedralium, earumque ac personarum illis praesidentium et in illis dignitates, ac canonicatus et praebendas, necnon alia beneficia ecclesiastica obtinentium profectus et comoda, velut pia mater de filiorum necessitate sollicita vigilanter excogitat et prudenter intendit, et quandoque etiam per ministerium translationis earundem ecclesiarum, accommode, prout locorum et temporum qualitas exigit et illarum utilitas persuadet, ecclesiarum ipsarum statui ac locorum aliorum insignium decori, dignitati et venustati studet efficaciter providere.

Romanae Ecclesiae de caeterarum Ecclesiarum statu sollicitudo.

§ 1. Sane, attendentes quod Ecclesia Sabinen., quae episcopi cardinalis existit, olim antiquis temporibus insignis fuit, ac cui venerabilis frater noster Oliverius, episcopus Sabinen., ad praesens praesse dignoscitur, in loco campestri deserto et a nemine habitato est constituta, adeo ut ad ecclesiam ipsam ad divina officia, quae inibi ob loci indispositionem minime celebrantur, audiendum nullus confluat, nec archipresbyter eiusdem Ecclesiae, qui inibi maiorem post pontificalem obtinet dignitatem, ac canonici et alii clerici in illa residere possint, nec etiam episcopus Sabinen. pro tempore existens, cum non sint inibi domus ad eum recipiendum, ad dictam ecclesiam visitandam valeat se conferre, et propterea, tam pro dignitate episcopali, praesertim cum ecclesia ipsa episcopi cardinalis existat, ut praefertur, quam pro divini cultus augmento, ac personarum ecclesiasticarum in ea dignitates ac canonicatus et praebendas ac alia, si qua sint, beneficia ecclesiastica obtinentium commoditate expedire ut ecclesia praedicta ad aliquem locum insignem Sabinen. dioecesis pariter et accommodum transferatur; ac considerantes terram Mallianae dioecesis, in qua ecclesia Sancti Liberati collegiata, archipresbyterum inibi dignitatem obtinens principalem et sex canonicos praebendatos habens existit, esse

Ecclesiae Sabinen. incommoda situatio.

Necessitas alio eam transferendi.

Terrae Mallianae status.

munitam et, benedicente Domino, populosam et satis accommodam ut titulo et honore civitatis decoretur, sedesque episcopalis inibi instituat, dictaque ecclesia Sancti Liberati in cathedralem ecclesiam Sabinen. nuncupatam erigatur; ac domibus, aedificiis et officiniis necessariis pro episcopo Sabinen. et dilectis filiis Capitulo dictae ecclesiae Sabinen., ac aliis clericis et beneficiatis in illa, qui apud dictam erigendam ecclesiam congrue morari et divinis officiiis intendere, ac alia ad divinum cultum pertinentia melius et commodius adimplere valeant, ornentur et aedificentur.

§ 2. Habita super his, cum fratribus nostris deliberatione matura, terram Malliani in civitatem cum titulo et honore civitatis, et ecclesiam Sancti Liberati huiusmodi, accedente etiam in his dilectorum filiorum moderni dictae ecclesiae Sancti Liberati archipresbyteri et capituli expresso consensu, in cathedralem ecclesiam, cui etiam praefatus Oliverius episcopus, ut haec dictae antiquae ecclesiae praefuit, praesit, auctoritate apostolica, de fratrum praedictorum consilio, perpetuo erigimus; ita quod de caetero dicta terra civitas existat, et illa Sabinen. civitas; et ecclesia Sancti Liberati, cathedralis et Sabinen. ecclesia nuncupetur, inibi sit sedes episcopalis Sabinen.; ac archipresbyteratum, necnon canonicatus et praebendas et alia beneficia ecclesiastica dictae ecclesiae Sabinen., illiusque personas ad dictam ecclesiam sic erectam transferimus; dictaeque ecclesiae Sabinen. antiquae possessiones et bona omnia, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem erectae ecclesiae illiusque episcopali mensae perpetuo applicamus, appropriamus et assignamus.

§ 3. Statuentes et ordinantes quod archipresbyter dictae ecclesiae erectae, etiam, quandiu vitam duxerit in humanis, archipresbyter dictae ecclesiae Sabinen. erectae, qui tamen inibi dignitatem secundam

obtineat; et similiter canonici illius, canonici inibi remaneant; quodque cedentibus vel decedentibus simul vel successive archipresbyteratus ac canonicatus et praebendas utriusque ecclesiarum praedictarum obtinentibus, seu illos alias quomodolibet dimittentibus, unus archipresbyter dumtaxat ac decem canonici et duo perpetui beneficiati inibi esse debeant; ipsique canonicatus et praebendae, qui pro tempore vacaverint per cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem huiusmodi, penitus suppressi et extincti sint, et esse censeantur; nec aliquis in locum sic cedentis vel decedentis aut dimittentis institui possit, donec numerus dictorum canonicorum ad denarium numerum fuerit reductus.

§ 4. Quodque omnes fructus, redditus et proventus dictorum archipresbyteratum ac canonicatum et praebendarum, postquam ad dictum numerum redacti fuerint, in unam massam redigantur, et archipresbyter duas, ac canonici inibi residentes et divinis officiiis insistentes singulas integras, ac duo beneficiati praefati dimidiam, portiones percipiant; et fructus sic cedentium vel decedentium canonicorum interim archipresbytero et aliis canonicis accrescant; ac cura animarum parochianorum dictae ecclesiae Sancti Liberati per archipresbyterum et canonicos praefatos vel alios presbyteros, ad nutum eorum amovibiles, diligenter exerceatur; et deserviat inibi laudabiliter in divinis.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus dictarum ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 6. Volumus autem quod, in dicta ecclesia antiqua Sabinen., episcopus pro tempore existens Sabinen. et capitulum praefati per aliquem idoneum presbyterum in divinis laudabiliter deserviri facere, ac

Eam erigit in civitatem et ecclesiam S. Liberati in cathedralem;

Cuique canonico redd. suos dat;

Obstantibus derogat;

Numerum canonicorum designat;

Antiquae Eccles. statui providet;

archipresbyter et canonici praefati in festo Annunciationis Beatae Mariae Virginis missam ac vesperas solemniter celebrare omnino teneantur; nec illa et coemeterium eius ad prophanos usus, velut haereditas redigantur; quodque episcopus et capitulum ac canonici praefati et clerici, qui in dicta ecclesia nova, post huiusmodi erectionem, pro tempore essent, omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis et indultis gaudeant et utantur, quibus uti, potiri et gaudere in dicta ecclesia antiqua consueverunt, potuerunt et debuerunt.

Antiqua privilegia canonico-
rum confirmat;

Contraria irritat.

§ 7. Decernentes ex nunc irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, quarto decimo kalen. octobris, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 18 septembris 1495, pont. anno iv.

VI.

Congregationi fratrum Apostolorum pauperis vitae Regula S. Augustini datur etiam quoad vota.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Fratres huiusmodi congregationis vota simplicia emittentes saepe ad sua revertentur. — Tota congregatio Papae supplicat pro opportuno remedio. — 2. Eam itaque Regulae S. Augustini subiicit votisque solemnibus. — 3. Clausulae derogatoriae.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Exordium. Piae vitae studio convenit, ut per nostrae provisionis ministerium sacrae Religionis splendor ubique elucescat, ut si quid in ea devium et ab honestate dissonum inveniatur, procul abiiciatur, pal-

mitesque novi plantentur, per quorum suavitatis odorem, Religio ipsa refflorescat et in domo Domini parturiat dignos fructus.

§ 1. Sane, pro parte dilecti filii Ioannis de Scarpa, vicarii generalis congregationis, seu societatis fratrum Apostolorum pauperis vitae nuncupatorum, nobis nuper exhibita petitio continebat quod in aliquibus civitatibus et locis aliis Italiae sunt nonnullae domus virorum laicorum eiusdem congregationis, qui mendicantes sunt, et in communi in eisdem domibus vivunt, certum et determinatum habitum religiosorum eis a fel. rec. Innocentio Papa octavo, praedecessore nostro, concessum deferentes. Qui etiam post annum, obedientiam, paupertatem et castitatem, in manibus unius ex dicta congregatione simpliciter vovent et promittunt; potestque unusquisque ex dicta congregatione quandoenique recedere, et alia loca seu lares proprios, habitum praedicto suo dimisso, pro suae voluntatis libito, se transferre; quo fit ut plures iam multis annis in dicta congregatione nutriti et educati, ab eadem libere recedunt, propter quod dicta congregatio diminuitur, et multis delinquendi occasio praebetur, et personae dictae congregationis in earum mentibus et statu non parum inquietantur. Quare, pro parte tam Ioannis vicarii, quam totius congregationis huiusmodi, nobis fuit humiliter supplicatum ut, ad obviandum praemissis, ac pro salubri mantentione et conservatione dictae congregationis, opportune providere de apostolica dignitate dignemur.

Fratres huiusmodi congregationis vota simplicia emittentes saepe ad sua revertentur.

§ 2. Nos igitur, cupientes congregationem ipsam ad divini nominis laudem feliciter conservari, ipsumque Ioannem vicarium et singulos in huiusmodi congregatione a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-

Tota congregatio Papae supplicat pro opportuno remedio.

Eam itaque Regulae S. Augustini subiicit votisque solemnibus.

solventes et absolutos fore censes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et ordinamus quod tota ipsa congregatio ac universi illius fratres, tam praesentes quam futuri (illis tamen in suo primo habitu et sub obedientia suorum superiorum, et iuxta eorum instituta permanentibus), Ordini Sancti Augustini et illius Regulae subsint; et tam quoad possessionem, quam cetera ipsius Religionis vota substantialia emittenda, pariformiter veluti ipsius Ordinis Sancti Augustini religiosi, deinceps sint adstricti (ita tamen quod praesentes ad hoc inviti arctari non possint), ac congregationem ipsam et illius fratres huiusmodi praefatae Religioni Sancti Augustini, harum serie aggregamus.

Clansulae derogatoriae.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, septimo idus ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 7 ianuarii 1496, pont. anno iv.

VII.

De titulo Crucis Domini nostri Iesu Christi Salvatoris, die ultimae dominicae mensis ianuarii 1492 in ecclesia Sanctae Crucis in Hierusalem nuncupatae de Urbe invento. Conceditur plenaria indulgentia hanc ecclesiam die illa visitantibus.

SUMMARIUM

1. Exordium. — 2. Qua occasione, quando et ubi inventus sit titulus (*de quo in rubrica*). — 3. Indulgentia concessa ea die ecclesiam S. Crucis in Hierusalem visitantibus.

Alexander episcopus servus servorum Dei universis christifidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium.

§ 1. Admirabile sacramentum vivificae Crucis, cuius signum erit in coelo dum Do-

minus ad indicandum venerit, intra nostrae mentis arcana revolventes, et pia consideratione pensantes quod in ligno eiusdem sanctissimae Crucis Dominus noster Iesus Christus pro humani generis salute mortem subire non abnuvit, ut nos de morte ad vitam revocaret; dignum, immo potius debitum reputamus ecclesias et loca sub ipsius sanctissimae Crucis nomine dedicata, et praesertim in Urbe consistentia, gratiosis indulgentiarum et remissionum muneribus decorare, ut per hoc et tanti sacramenti iugis memoria in mentibus christifidelium permaneat, et ipsi christifideles, ipsius Domini gratia eos praevemente, felicitatis praemia consequi mereantur aeterna.

§ 2. Cum itaque nuper, videlicet anno a nativitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi mccccxcii, ultima dominica mensis ianuarii, dum hon. mem. Petrus, titulo S. Crucis in Hierusalem cardinalis, qui tunc in humanis agebat, eandem ecclesiam digno ornatu reparari faceret, in altiori pariete testudinis dictae ecclesiae reperiens fuerit titulus hebraicis, graecis et latinis literis conscriptus, et qui supra caput ipsius Domini nostri Iesu Christi, dum in ligno eiusdem sanctae Crucis pendebat, appositus extitit, et ipse titulus nunc in eadem ecclesia debita cum veneratione servetur et custodiatur.

§ 5. Nos in Cruce huiusmodi sancta cum Apostolo gloriantes, et satagentes alios ad glorificationem ipsius invitare, ut vitalis ligni pretio vitae aeternae suffragia consequantur; ac cupientes ut ecclesia praedicta (quae nunc titulus dilecti filii nostri Bernardini eiusdem ecclesiae Sanctae Crucis in Hierusalem presbyteri cardinalis existit) congruis frequentetur honoribus, et ipsi christifideles eo libentius devotionis causa ad eandem ecclesiam confluant, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se reflectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctori-

Qua occasione, quando et ubi inventus sit titulus (*de quo in rubrica*).

Indulgen. concessa ea die ecclesiam S. Crucis in Hierusalem visitantibus.

tate confisi, omnibus et singulis christifidelibus utriusque sexus, vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in ultima dominica mensis Ianuarii cuiuslibet anni, a primis vespere usque ad occasum solis ipsius dominicae, devote visitaverint, annuatim omnium peccatorum suorum remissionem, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus et elargimur, praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam aliqua alia indulgentia, in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsam duratura, eadem die per nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius sint roboris vel momenti.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, quarto kalendas augusti, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 29 Iulii 1496, pontif. anno iv.

VIII.

Privilegium Ordinis fratrum eremitarum Sancti Augustini, quod officium sacrarum apostolici, per unum ex eis exerceatur.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Officium sacristae cappellae Palatii Apostolici fratribus Ord. eremit. Sancti Augustini dudum conferri consuevit. — 2. Hic modo Pontifex hoc indultum eidem Ordini in perpetuum concedit. — 3. Clausulae huius concessionis praeservativae. — 4. Clausulae derogatoriae.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. Ad sacram Ordinis fratrum eremitarum Sancti Augustini Religionem, quam in charitatis visceribus pia veneratione semper habuimus et habemus, nostrae dirigentes considerationis intuitum; et attente prospicientes quod ipsius Religionis palmites per universum Orbem diffusi, co-

rum claris moribus et exemplari vita ac singulari doctrina in agro militantis Ecclesiae fructus honoris et honestatis continue afferunt salutare: dignum, quin potius debitum reputamus ut Religionis ipsius iura et privilegia non solum sibi conservemus, verum etiam innovemus et augeamus, ac nostrae declarationis ministerio Religionem eandem dignis honoribus attollamus.

§ 1. Sane, licet officium sacristae cappellae Palatii Apostolici a tanto tempore citra, de cuius initio sive contrario memoria hominum non existit, per Romanos Pontifices praedecessores nostros, alicui ex professoribus dicti Ordinis semper committi et concedi consueverit, et dilectus filius Ioannes Paulus de Bossis, abbas monasterii S. Sebastiani extra muros Urbis, Cisterciensis Ordinis, dictae cappellae modernus sacrista, antequam in abbatem ipsius monasterii per Iel. rec. Sixtum Papam IV, praedecessorem nostrum, praeficeretur, dicti Ordinis eremitarum professor foret; tamen, quia dum de persona sua eidem monasterio tunc certo modo vacanti provisum fuit, ipse ad dictum Cisterciensem Ordinem translatus extitit: ac etiam, quia in certo libro caeremoniarum dictae cappellae per nonnullos, tempore piae mem. Innocentii Papae VIII, praedecessoris nostri, compilato, scriptum invenitur officium praedictum alicui Religioni non deberi, sed enicunque (dummodo praelatus ecclesiasticus existat) conferri posse: et propterea dilecti filii Marianns de Genezano, prior generalis, ceterique professores ipsius Ordinis eremitarum formident dictam Religionem iure seu privilegio obtinendi ac regendi et gubernandi dictum officium in posterum frustrari posse.

§ 2. Nos, ad quos pertinet tam Religionis ipsius, cui singulari devotione afficimur, quam fidelium omnium privilegia et iura conservare et tueri, ne Religio ipsa super dicto officio in posterum mo-

Officium sacristae cappellae Palatii Apostolici fratribus Ord. eremit. S. Augustini dudum conferri consuevit.

Hic modo Pontifex hoc indultum eidem Ordini in perpetuum concedit.

lestetur, providere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione ac certa scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus, decernimus et ordinamus quod deinceps, perpetuis futuris temporibus, officium sacristae praedictum alicui dicti Ordinis eremitarum professori, quamvis aliter praelatus ecclesiasticus non existat, committi, concedi et assignari debeat.

Clausulae huius concessionis praeservativae.

§ 3. Decernentes quamcumque commissionem, concessionem et assignationem de dicto officio aliter faciendam, et literas desuper pro tempore confectas, etiam quamcumque derogatarum derogatorias ac alias et fortiores et efficaciores clausulas in se continentes, etiamsi in illis de praesentibus de verbo ad verbum, et cum illarum totali insertionem mentio haberetur, et illis expresse derogaretur, et quaecumque pro tempore inde secuta, nulla, irrita et inania, nulliusque fore roboris vel momenti.

Clausulae derogatarum.

§ 4. Non obstantibus praemissis etc. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, idibus octobris, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 15 octobris 1497, pont. anno VI.

IX.

Contra non solventes census, canones et alia iura vel regalia Reverendae Camerae Apostolicae.

SUMMARIUM

Causa constitutionis. — 1. Monet debitores Camerae Apostolicae ut canones, census etc. solvant sub poenis in Const. expressis. — 2. Committit camerario et praesidentibus Camerae Apost. ut non solventes in termino declarent incidisse in poenas in Const. contentas. — 3. Praecipit non ad Bull. Rom. Vol. V. 17

mittere compensationes. — 4. Formam publicationis apponit. — 5. Clausulae derogatarum. — Publicatio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis universis vicariis, feudatariis, gubernatoribus, censuariis, fectuariis, emphyteutis sive administratoribus civitatum, terrarum, castrorum et bonorum S. R. E. quacumque dignitate fungentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Causa constitutionis.

Cum ex relatione dilecti filii Mariani de Civinis, fisci nostri et Camerae Apostolicae procuratoris, intellexerimus quamplures ex vobis in solutione iurium, regalium, censuum, feudorum, canonum, emphyteuticorum, talliarum perpetuarumque responsionum per vos eidem Ecclesiae et Camerae debitorum, quampluribus annis, contra iuramenta per vos in investituris vestris praestita, ac formas et tenores ipsarum investiturarum et concessionum, iurisque dispositionem, specialesque monitiones per alias literas nostras per nos vobis factas in terminis statutis et consuetis cessasse et cessare, in grave dietae Camerae praesudicium et detrimentum, sub praetextu etiam aliquando, quod nonnulli ex vobis praetendunt se creditores dictae Camerae, et compensationes, licet contra iuris dispositionem, facere nituntur.

§ 1. Nos, qui aliena iura tuemur, nolentes iura dictae Ecclesiae et Camerae negligere, omnemque disceptationis materiam submovere intendentes, ut in terminis solutionum debitorum huiusmodi nullus vestrum dilationem aut compensationem vel excusationem allegare praesumat, vos et quemlibet vestrum, cuiuscumque dignitatis, status, gradus et praeminentiae existat, tenore praesentium, sub excommunicationis ac omnis iuris vicariatus, gubernii et feudorum sive censuum et emphyteuticorum bonorum huiusmodi, a dicta Sede sive Camera Apostolica quomodolibet concessorum, privationis poenis, quas ex nunc prout ex tunc, et ex

Monet debitores Cam. Apostolicae ut canones, cens. etc. solvant sub poenis hic expressis

tunc prout ex nunc, in vos et quemlibet vestrum, nisi monitionibus et mandatis huiusmodi cum effectu parueritis, ferimus in his scriptis, illasque vos incurrere volumus ipso facto (aliis poenis, tam a iure communi, quam in literis investiturarum vestrarum contra vos promulgatis, nihilominus in suo robore permansuris), moneamus et requirimus quatenus de omnibus et singulis iuribus, regalibus, censibus, tallis et feodorum, censuum, canonum emphiteuticorumque et bonorum quorumlibet a dicta Ecclesia obtentorum, per vos et quemlibet vestrum hactenus dictae Camerae debitis, infra unius mensis spatium, a die publicationis praesentium computandi, dictae Camerae persolvissis; de debendis vero in futurum in vigilia aut die festivitatis beatorum Petri et Pauli apostolorum successive singulis annis, ut moris est, aliis suis terminis, iuxta apostolica et dictae Camerae instituta, eidem Camerae depositario pro tempore existenti, ubicumque Camerae adesse contigerit, satisfecisse debeatis, et unusquisque, prout debitor existit, debeat.

§ 2. Alioquin, advenientibus festivitate et termino solutionis huiusmodi, contra omnes et singulos solvere cessantes ad declarationem incursus poenarum et censurarum ac privationis praedictarum, illarumque debitam executionem, per dilectum filium nostrum Raphaellem S. Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, camerarium nostrum, sive etiam in dicta Camera locumtenentem, ac dilectos filios praesidentes clericos dictae Camerae procedatur, iustitia mediante; quibus ex nunc tenore praesentium committimus et mandamus ut, advenientibus festivitibus et terminis solutionis huiusmodi, vobis et quolibet vestrum solvere cessantibus, absque aliqua alia monitione, requisitione, citatione seu dilatione, contra vos et quemlibet vestrum, qui in solutione huiusmodi censuum, feodorum, talliarum, canonum et responsionum cessaverint, ad declara-

tionem incursus dictarum poenarum et censurarum ecclesiasticarum, illarumque aggravationem, reaggravationem, et interdictum ecclesiasticum, et brachii saecularis invocationem ac represalias, privationesque iuris vicariatus, gubernii, feodorum et honorum praedictorum vobis et unicuique vestrum quomodolibet competentis, ac alia iuris remedia opportuna; declarationemque devolutionum civitatum, castrorum, terrarum et bonorum huiusmodi ad dictam Ecclesiam usque ad debitam executionem, instante dicto procuratore, procedere debeant.

§ 3. Decernentes quoque circa praemissa, nullam compensationem, etiam non solutorum stipendiorum, aut aliam praeterquam solutionis exceptionem admitti; nec solvere cessantes quovis modo excusari vel relevari; nec censuum, feodorum, talliarum seu aliorum iurium Camerae praedictae per vos debitorum vel debendorum solutionem et exactionem retardari debere.

§ 4. Volumus autem has originales nostras literas in valvis basilicae Beatorum Apostolorum de Urbe, Cancellariae Apostolicae, audientiae causarum Palatii Apostolici et Campo Florae affigi et in audientia publica literarum contradictarum trina vice diversis diebus legi, ita ut omnibus tamquam publicum edictum pateant; ac in ipsa Camera huiusmodi publicationis debitam relationem per duos nostros et Romanae Curiae cursores fieri decernentes, vos praemissorum Camerae debitores praesentes et futuros, qui citra montes, post duos menses; qui vero ultra montes fuerint, post quatuor menses, a die publicationis computandos, vigore earundem literarum modo praemisso publicatarum arctari atque ligari, ac si huiusmodi originales literae vobis et vestrum cuilibet in vestris propriis personis lectae et praesentatae fuissent, cum non sit verisimile apud vos sic citatos remanere incognitum quod tam patenter extitit publicatum, nisi forsitan dictas ori-

Praeceptum non
admittere com-
pensationes.

Formam publi-
cationis appo-
nit.

Committit ca-
merario et praesidentibus Ca-
merae Aposto-
licae ut non sol-
ventes in ter-
mino declarent
incidisse in po-
nas hic conten-
tas.

ginales literas vobis omnibus supradictis, aut alteri vestrum, praelati praesidentes et clerici forsā, aliqua consideratione aut benignitate ducti, praesentari mandaverint, quoniam tunc et eo casu copiae ipsarum literarum manu unius ex clericis et notariis dictae Camerae subscriptae per quemcumque nuntium, tabellarium aut notarium publicum vobis aut alteri vestrum praesentatae et dimissae, originalibus literis huiusmodi eidem nuntio restitutis, eiusque nuntii relationi fidem plenariam adhiberi volumus et mandamus.

Clausulae derogatoriae.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac consuetudinibus de non solvendo usque ad sex menses vel aliud tempus a die festivitatis praedicta computandos; capitulis quoque seu pactis per vos vel aliquem vestrum ad stipendia dictae Ecclesiae sive Camerae conductum, cum eadem Camera seu pro tempore existente Romano Pontifice, aut nostris et Sedis Apostolicae officialibus pro tempore factis vel faciendis, de retinendo supradictis per vos ipsi Camerae praemissa occasione debitis; privilegiis quoque et indultis vobis aut alicui vestrum haecenus etiam per nos aut praedecessores nostros Romanos Pontifices forsā concessis vel in futurum concedendis, sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus, efficacioribus et insolitis, etiam si illis caveretur expresse quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut vicariatibus, feudis, guberniis vel administrationibus praedictis privari non possitis, quibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad hoc, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae, millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, decimoquinto kalend. ian., pontificatus nostri anno sexto.

Anno 1498 et sexto pontificatus D. Alexandri Papae VI, retroscriptae literae affixae et publicatae fuerunt: videlicet, in audientiae contradict. 25. et basilicae S. Petri valvis 24 et 25 decemb., ac Cancellariae et in acie Campi Florae 15 ianuarii per Everardum de Cuvinie SS. D. nostri curs. Ita est. Petrus Mallayt, curs.; Io. Regina, etc. Item affixae in portis audientiae die xv ian. per me P. Mallayt, curs. etc. Ita est. Io. Regina, magist. curs. Dat. die 18 decembris 1497, pont. anno vi.

Publicato.

X.

Unio congregationis monachorum Ordinis Cisterciensis in provincia Thusciae et monachorum eiusdem Ordinis in provincia Lombardia, et ex eis institutio unius congregationis, S. Bernardi in Italia nuncupandae, cum statutis et ordinationibus pro eius regimine.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Monasteria Thusciae et Lombardiae Ordinis Cisterciensis invicem uniri cupiunt, — 2. Unamque efformare provinciam. — 3. Firmat Alexander. — 4. Unamque congregationem S. Bernardi creat. — 5. Praesidentis auctoritas. — 6. De capitulo singulis annis cogendo. — Ad capitulum qui debeant accedere. — De electione discreti. — 7. Definitorum capituli electio ad quos spectet, et quomodo sit facienda. — 8. In initio capituli omnes praelati sint absoluti. — 9. Definiteres novem eligendi ex quibus desumendus sit praeses capituli, — Qui tempore capituli omnimoda fruitur iurisdictione — 10. Electores in officiales eigi possunt. — 11. Quae sit definitorum huiusmodi auctoritas. — 12. Praelaturae triennio terminantur. — 13. A decretis definitorum appellatio nulla. — 14. Illorum tamen officium ultra decem dies non protrahitur. — 15. Debent vero designare locum futuri capituli: — 16. Ad ipsosque solum spectat electio praesidentis capituli. — 17. Qui non possit pro alio capitulo confirmari. —

18. Quae sit eius auctoritas. — 19. Visitatores, defuncto praeside, eius vicibus funguntur. — 20. Ordinationes ante unionem manent in suo robore usque ad primum commune capitulum. — 21. Poenae contra se opposcentes huic unioni. — 22. Novae congregationi omnia et singula privilegia ceterarum provinciarum communicantur. — 23. Clausulae derogatoriae. — 24. Praeservatio iurium monasterii Sancti Ambrosii Mediolanensis.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proœm. cm

Plantatus in agro dominico sacer Ordo Cisterciens., quotidie in Ecclesia militanti producus uberes fructus, ad universalis Ecclesiae firmamentum et christifidelium animarum salutem, non solum nos inducit, sed et voluntario facit ut illa, quae pro eiusdem Ordinis, necnon inter ipsius monachos vigent, regularis observantiae incremento et conservatione et augmento, per unitatis remedium profutura noscuntur, apostolica auctoritate statuamus et ordinemus, et alias in iis nostri pastoralis officii partes favorabiliter impendamus.

Monast. Thuscise et Lombardiae Ordinis Cisterciens. invicem uniri cupiunt.

§ 1. Saec, pro parte dilectorum filiorum abbatum, praelatorum et conventuum, monasteriorum dicti Ordinis Thusciae et Lombardiae, secundum morem eiusdem Ordinis regularis observantiae, nobis nuper exhibita petitio continebat quod ipsi provide considerantes quod si singulae provinciae praedictae invicem aequaliter unirentur, et ex illis una dumtaxat congregatio S. Bernardi in Italia crearetur, non solum praedictus Ordo et inter abbates, praelatos et monachos dicti Ordinis monasteriorum, provinciarum praedictarum vigens regularis observantiae disciplina firmitatem et perpetuitatem, sed etiam augmentum, auctore Domino, susciperent, cupiunt dietas provincias invicem perpetuo uniri, et ex illis sic unitis unam congregationem monasteriorum, abbatum, praelatorum et monachorum dicti Ordinis, regularis observantiae S. Bernardi in Italia nuncupandam, constitui, creari, erigi, ita ut

utrinque dictarum provinciarum Thusciae et Lombardiae monasteria dicti Ordinis et illorum monasteria et monachi congregationis S. Bernardi in Italia de cetero perpetuis futuris temporibus nominentur, nuncupentur et sint.

§ 2. Quare, pro parte dilecti filii nobilis viri Ludovici Mariae Sfortiae, ducis Mediolani, qui praedecessorum suorum vestigiis inhaerendo, non solum monachos dicti Ordinis, sed etiam quoscumque alios religiosos regularis observantiae in visceribus suae caritatis amplectitur, sed etiam in tantis temporum perturbationibus, circa ipsorum religiosorum incrementa intentiois (1) multa bona temporalia eis conferre non desistit; necnon abbatum, praelatorum, conventuum et monasteriorum Thusciae et Lombardiae provinciarum praedictarum, seu maioris partis eorum, nobis fuit humiliter supplicatum ut, ex singulis dictis provinciis Thusciae et Lombardiae, unam congregationem dumtaxat, S. Bernardi in Italia nuncupandam, constituere et deputare, ac alia infrascripta statuere et ordinare, et alias pro eiusdem congregationis Italiae et in illa regularis observantiae disciplinae maintenance opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Unamque et formare provinciam.

§ 3. Nos igitur, qui religionis augmentum, ex commisso nobis pastoralis officii debito, intentis desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, dilectis filiis nostris Francisco S. Enstaehii, et Ascanio Mariae S. Viti in Macello Martyrum, S. R. E. vicecancellario, diaconis cardinalibus, Thusciae et Lombardiae provinciarum huiusmodi respective protectoribus, etiam apud nos super hoc instantibus, auctoritate apostolica perpetuo valitura et hae nostra irrefragabili constitutione, easdem Thusciae et Lombardiae provinciarum congregationes invicem perpetuo unimus, annectimus et incorporamus.

Firmat Alexander.

§ 4. Ex illis invicem sic unitis unam congregationem abbatum, praelatorum et monachorum monasteriorum dicti Ordinis

Unamque congregationem S. Bernardi creat.

(1) Lege *intentus* (n. r.).

in Thusciae et Lombardiae provinciis existentium, S. Bernardi in Italia creamus, facimus, constituimus et deputamus. Ac eadem auctoritate decernimus, statuimus et ordinamus quod monaci unius monasterii, dictae congregationis, provinciae Italiae praedictae monaci esse censeantur et sint; ac quod omnia et singula monasteria, loca seu membra eiusdem Ordinis in praedictis provinciis, de monacis et monialibus dictae congregationis reformata, et quae in posterum reformabuntur, per totam Italiam sint et esse censeantur de praedicta congregatione Italiae S. Bernardi, ac eius praesidenti et visitoribus et definitoribus capituli in omnibus et per omnia sint subiecta.

Praesidentis auctoritas.

§ 5. Quodque acceptationes seu reformationes monasteriorum et locorum de monacis et monialibus dictae congregationis executioni demandari non possint nisi per praesidentem dictae congregationis et visitores vel definidores capituli, aut per eos, quibus ipsi duxerint committendum.

De capit. singulis annis cogendo.

§ 6. Et quod capitulum dictae congregationis singulis annis in loco et tempore statutis celebretur, ad quod tantum accedere debeant visitores et singuli praelati monasteriorum seu locorum cum socio cuiuslibet monasterii electo a maiori parte conventus eniuslibet monast. dictae congregationis. Et si continget eos, qui ad commune capitulum utriusque partis sunt accessuri, non esse aequales, volumus ut per electionem ita suppleatur a parte deficienti, ut aequalitas in numero electorum observetur, et in primo futuro communi capitulo hoc dumtaxat; quodque electio dicti socii, qui discretus nuncupabitur, pertineat tantum ad monacos professos sui monasterii post biennium, et in eodem monasterio per definidores capituli, vel per praesidentem et visitores dictae congregationis deputatos; et quod nullus monachus ante biennium completum post suam professionem, aut in publica poenitentia constitutus, aut excommunicatus, possit ad

De electione discreti.

praefatam electionem socii vel discreti admitti; ac quod perpetuis futuris temporibus celebratio capituli dictae congregationis tantum pertineat ad visitores et praelatos monasteriorum seu locorum in ipso capitulo absolutos ac ad discretos ut supra electos.

§ 7. Et ad ipsos solos spectet electio definitorum seu rectorum capituli dictae congregationis; et quod quaelibet personae dictae congregationis poenam privationis vocis activae et passivae per triennium continuum, ac etiam excommunicationis latae sententiae poenam ipso facto incurrant, a qua non possint absolvi, praeterquam in mortis articulo constitutae, nisi a praesidente dictae congregationis vel ab eo, cui ipse commiserit, quae in praedictorum discretorum, definitorum, praelatorum, praesidentis et visitorum electione verbo vel scripto alicui, directe vel indirecte, per se vel alium, votum suum, de praelatis seu visitoribus et praesidente ac discreto vel definitoribus eligendis, exposuerint aut expresserint. Salvo quod praesidens capituli possit, in loco definitorii dumtaxat, coram aliis definitoribus vel saltem maiori parte eorum, non privatim vel secreta, sed publice et manifeste, aliquas personas idoneas nominare et per modum tractatus proponere, ac eos ad utilitatem monasteriorum et salutem animarum hortari ut magis sufficientes et idoneos praelatos eligere debeant.

Definitorum capituli electio ad quos spectet, et quomodo sit facienda.

§ 8. Quodque singulis annis, tempore capituli, postquam praelati ac visitores locum capituli intraverint, omnes et singuli, tam praesentes quam absentes, a suis officiis et dignitatibus absolvantur per praesidentem. Quibus absolutis, etiam praesidens dictae congregationis se absolutum nuntiet, et ex tunc incipiant locum suae professionis tenere.

In initio capituli omnes praelati sint absoluti.

§ 9. Et demum in ipso loco capituli eligantur novem definitores per discretos, praelatos et visitores praedictos iam ab-

Definitores novem eligendi ex quibus desumendus sit praesens capituli.

Qui tempore capituli omnimoda fruatur iurisdictione

solutos, vel a maiori parte ipsorum eligentium, et postea per eosdem electores unus ex eisdem novem definitoribus modo supradicto eligatur in praesidentem capituli, qui una cum definitoribus, durante capitulo, habeat auctoritate apostolica omnimodam et plenariam facultatem et iurisdictionem tam in temporalibus quam in spiritualibus super omnia et singula monasteria, loca seu membra, et super omnes et singulas personas dictae congregationis, specialiter praecipienda, arcuanda, moneudi, corrigendi, puniendi, incarcerationandi, excommunicandi, sentiendi, ligandi atque solvendi; ac etiam definitiones dictam congregationem seu loca et personas eiusdem concernentes condendi, et illa sub poenis et censuris ecclesiasticis observari mandandi et faciendi.

Electores in officiali eligi possunt.

§ 10. Ac quod indifferenter omnes praedicti electores possint pariter eligi in definitores, visitatores et praelatos seu etiam officiales.

Quae sit definitorum huiusmodi auctoritas,

§ 11. Et quod praedicti novem definitores, ut praefertur, pro tempore electi habeant plenariam auctoritatem mutandi monachos monasteriorum seu locorum dictae congregationis de loco ad locum, et omnia tractandi et definiendi quae, secundum eorum iudicium, utilitatem et profectum dictae congregationis concernere videbuntur. Ac quod ad ipsos solos definitores vel maiorem partem eorum pertineat et spectet electio praelatorum, visitorum et officialium principalium dictae congregationis; sitque eorum electio firma et valida, dummodo a maiori parte, idest, ex novem quinque concorditer conveniant in eligendo ad praedicta officia seu dignitates personam in aliquo monasterio dictae congregationis expresse professam post biennium completum a sua professione et in sacerdotio constitutam, non excommunicatam vel in publica poenitentia positam.

Prael. triennio terminantur.

§ 12. Ita tamen, quod nullus possit ultra triennium continuum in eodem mo-

nasterio praefici in praelatum vel confirmari; sed, transacto triennio, poterit in alio monasterio dictae congregationis in praelatum eligi seu deputari. Et postquam per annum vacaverit a praelatura prioris monasterii, poterit in eodem monasterio denuo praefici, et in praelatum assumi. Et hoc idem in electione confessorum monialium monasteriorum dictae congregationis observetur.

§ 13. Quodque praedictorum definitorum sententia atque determinatio, tam in praedictis quam in aliis, inviolabiliter observetur. Quodque ab eorum sententia nemini liceat appellare, et si appellatum fuerit, talis appellatio nulla et frivola existat, et illi non deferatur. Et quod quidquid definitores praedicti de solutione aut determinatione quaestionum, de correctione et mutatione monachorum et de modo poenitentiarum, de assignatione et deputatione lectorum ac studentium, et institutione aliorum officialium, et quidquid, tamen Spiritu Sancto donante, ordinaverint seu definiverint, totum capitulum et omnes aliae personae dictae congregationis universaliter et unanimiter, devote et humiliter, absque ulla reclamatione seu murmuratione vel contradictione, suscipere teneantur.

§ 14. Quodque praedictorum definitorum officium, quavis ratione vel causa, seu quovis modo, non possit ultra decem dies protrahi vel differri.

§ 15. Et quod locus capituli anni futuri, per eosdem definitores singulis annis ante resolutionem capituli exprimatur, pronuntiatur et publicetur.

§ 16. Ac quod solum ad ipsos definitores spectet praesidentis totius congregationis electio, quae singulis annis seu de anno in annum debeat celebrari.

§ 17. Et quod non possit superioris anni praesidens, finito anno, pro alio anno immediate sequenti quomodolibet in praesidentem dictae congregationis aut capituli eligi vel confirmari; sed, finito anno,

A decretis definitorum appellatio nulla.

Illorum tamen offic. ultra decem dies non protrahitur.

Debent vero designare locum futuri capituli;

At ipsosq. solum spectat elect. praesidentis capituli.

Qui non possit pro alio capituli confirmari.

alius omnino praesidens in ipso capitulo pro immediate sequenti anno eligatur. Similiter nec praesidens capituli praecedentis possit in praesidentem capituli immediate sequentis eligi.

Quae sit eius auctoritas.

§ 18. Ac quod quamprimum praesidens dictae congregationis per definitores praedictos vel maiorem partem eorum electus fuerit, habeat auctoritate apostolica, infra totum annum usque ad sequens capitulum, omnem illam et prorsus similem auctoritatem et iurisdictionem in omnibus et per omnia, tam in spiritualibus quam in temporalibus, super omnia et singula monasteria et loca, et super omnes et singulas personas dictae congregationis, quam habent definitores capituli, hoc solum excepto, quod non possit monachos de loco ad locum mutare, nec alia gravia et magnae importantiae facere, nisi interveniente consensu visitorum praedictorum.

Visitorum, defuncto praeside, eius vicibus funguntur.

§ 19. Qui visitoros, ipso praesidente infra annum officii sui decedente, eius vices in omnibus et super omnia obtineant.

Ordinatione ante unionem manent in suo robore usque ad primum commune capitulum.

§ 20. Quodque omnes et singulae ordinationes, admonitiones et definitiones haecenus ante praedictam unionem per definitores aut praelatos et visitoros utriusque congregationis factae maneat in ipso suo robore usque ad immediate sequens commune capitulum, et deinde intelligantur et sint nullae, et pro nullis, cassis habeantur, nisi per definitores novae congregationis iterum approbentur.

Poenae contra se oppositas huic unioni.

§ 21. Districtius inhibentes sub excommunicationis poena, quam eo ipso contrafacientes incurrant, et a qua, praeterquam ab Apostolica Sede, nisi in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium nequeant obtinere, ne aliquis praedicti Ordinis monachus, cuiuscumque gradus, dignitatis, praeminentiae et conditionis fuerit, per se vel alium, directe vel indirecte, audeat praedictae unioni sic factae se opponere, aut aliquam pertur-

bationem, scissuram vel dismembrationem domorum, monasteriorum, locorum et monachorum dictae congregationis quoquomodo procurare, quaerere aut facere.

§ 22. Et ne, occasione huiusmodi unionis, monasteria, loca seu monachi et aliae personae dictae congregationis detrimentum aliquod in privilegiis suis patiantur, sed potius ampliores favores et gratias ac praerogativas a praedicta Sede reportent, eadem auctoritate apostolica (firmis tamen remanentibus omnibus et singulis supradictis) omnes et singulas gratias, concessionem, indulgentias et peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia et indulta spiritualia et temporalia, qualiacumque sint, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, habere volumus pro expressis, praedictarum provinciarum congregationibus ac cuilibet earum, tam circa monasteria quam circa praelatos, monachos et personas earundem congregationum, cum diversae et separatae erant, a nobis vel praedecessoribus nostris, aut aliis auctoritatem habentibus, coniunctim vel divisim, vel in genere concessis, praedictae novae congregationi Sancti Bernardi in Italia, de novo ex certa scientia concedimus, et ad illa, quoad illius monasteria, praelatos, monachos et personas extendimus, ac ei suffragari volumus in omnibus et per omnia, perinde ac si praedictae congregationi S. Bernardi in Italia, quoad illius monasteria, praelatos et monachos et personas specialiter et expresse concessa fuissent.

Novae congregationi omnia et singula privilegia ceterarum provinciarum communicantur.

§ 23. Non obstantibus ordinationibus et constitutionibus apostolicis, necnon monasteriorum Thusciae et Lombardiae provinciarum ac Ordinis praedictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, necnon privilegiis et indultis, eisdem Thusciae et Lombardiae congregationibus et illorum monasteriis, quomodolibet per dictam Sedem concessis;

Clausulae derogatoriae.

quibus, quatenus praemissis unioni, statuto, ordinationi, decreto et aliis in praesentibus literis contentis quomodolibet obsistere habeant, specialiter et expresse derogamus, ac pro nullis et non concessis haberi volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 24. Per hoc autem, ordinationibus per nos seu auctoritate apostolica de consensu Ascanii Mariae vicecancellarii, quoad monasterium S. Ambrosii Mediolanensis, factis seu faciendis, nullum praecedens volumus generari.

Nulli ergo etc.

Dat. Romae apud S. Petrum, anno Domini 1497, 10 kal. ianuarii, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 23 decembris 1497, pont. anno vi.

XI.

Quod Pauperes Iesuati, de caetero fratres Iesuati S. Hieronymi nuncupentur, caeteris religiosis eiusmodi denominatione interdicta.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Congregatio ista antiquitus instituta, ecclesias sub invocatione S. Hieronymi construxit, et ipsum in protectorem elegit. — 2. Supplicatque Papae ut de cetero fratres Iesuati S. Hieronymi nuncupentur, et confraternitatibus laicorum in eorum ecclesiis institutis eandem denominationem concedere possint. — 3. Qui Pontifex petita concedit; — Ceteris ea, quae isti fratres faciunt, agere interdicat. — Eosque non Pauperes Sancti Hieronymi, sed Pauperes Iesuatos concedit appellari; — 4. Obstantibus derogat. — 5. Fides transumptorum.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Ad sacram Petri Sedem divina dispositione vocati, piis fidelium, praesertim sub Religionis habitu Domino militantium, votis favorem benevolam impartimur.

§ 1. Sane, exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universorum Pauperum societatis Pauperum Iesuatorum nuncupatorum petitio continebat quod licet iam annis centum et quinquaginta decursis, vel circa, dicta societas instituta, et ab inde usque in praesentem diem omnes eorum domorum ecclesiae seu oratoria sub invocatione S. Hieronymi constructa fuerint, ipsumque in eorum protectorem elegerint, et sub eadem S. Hieronymi invocatione semper vixerint, prout vivunt de praesenti, ipsiusque S. Hieronymi festivitatem devote et sollempniter annis singulis in eorum ecclesiis sive oratorijs celebraverint, et Pauperes societatis Pauperum Iesuatorum nuncupatorum appellati extiterint; nihilominus nonnulli clerici, sive religiosi viri, qui non sub invocatione S. Hieronymi, sed aliorum sanctorum, eorum ecclesias olim construi fecerunt, ad perturbandum et inquietandum dictam societatem, eorum sanctorum invocationes mutare, et se eorumque ecclesias sub invocatione eiusdem S. Hieronymi intulere et denominare, ac huiusmodi S. Hieronymi festivitatem celebrare, et sub eiusdem sancti invocatione quaestus fieri facere in praedictum societatis dictorum Pauperum non verentur.

§ 2. Et sicut eadem petitio subiungebat, cum nonnulli laici, pia devotione deducti, certas confratrias infra circuitum domorum dictorum Pauperum, de ordinarii loci ac ipsorum Pauperum licentia, erexerint et instituerint, et in dies, de eadem licentia, erigere velint; cuperentque dicti Pauperes, quod ipsi dictis confratribus, ut tam per eos haecenus in eorum domorum circuitibus erectas confratrias, quam in posterum inibi erigendas, dicti S. Hieronymi denominandi et eundem S. Hieronymum pro eorum vexillo deferendi, licentiam concedere valeant, eis per nos indulgeri. Quodque etiam ipsi de caetero perpetuis futuris temporibus non

Congregatio ista antiquitus instituta, ecclesias sub invocatione S. Hieronymi construxit, et ipsum in protectorem elegit.

Praesertim. monasterii Sancti Ambrosii Mediolanensis.

Supplicatque Papae ut de cetero fratres Iesuati S. Hieron. nuncupentur, et confraternitatibus laicorum in eorum ecclesiis institutis eandem denominationem concedere possint.

Pauperes societatis Pauperum Iesuatorum, sed fratres Iesuati Sancti Hieronymi appellari debeant, statuere et ordinare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignamur.

Qui Pont. pot. concedit:

§ 3. Nos, qui cunctarum, praesertim religiosarum personarum, pacem et quietem sinceris exoptamus affectibus, ipsosque Pauperes a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnibus et singulis religiosis clericis et laicis, sub virtute sanctae obedientiae et, si non paruerint, excommunicationis latae sententiae poena, quam incurrant eo ipso, ut eorum sanctorum invocationes sub invocatione dicti S. Hieronymi mutare, et illud nomen S. Hieronymi ipsis ecclesiis appropriare; et celebritatem festi eiusdem S. Hieronymi, quando per eosdem Pauperes celebrari contigerit, directe vel indirecte, quo minus populus ad eorum ecclesias sive oratoria confluant; necnon processiones quascumque tempore festivitatis dicti S. Hieronymi per dominos, universitates et communitates civitatum, terrarum et locorum hactenus ad ecclesias seu oratoria dictorum Pauperum fieri solitas, et quas in posterum perpetuis futuris temporibus fieri contigerit, impediri seu perturbare; necnon sub invocatione dicti S. Hieronymi, in praerudicium dictorum Pauperum, aliquas quaestuas facere quoquomodo praesumant, praecipiendo mandamus. Ipsi quoque Pauperibus, ut dictarum confratrarum confratribus, tam per eos hactenus in eorundem Pauperum domorum circuitibus erectas confratrias, quam in posterum ibidem erigendas, confratrias dicti S. Hieronymi

Bull. Rom. Vol. V.

48

denominandi, ipsumque S. Hieronymum pro eorum vexillo deferendi licentiam concedere possint indulgemus. Ac statuimus et ordinamus quod dicti Pauperes de coetero etiam perpetuis futuris temporibus non Pauperes societatis Pauperum Iesuatorum, sed tantum fratres Iesuati dicti S. Hieronymi denominentur et appellentur.

Eosq. non Pauperes S. Hieronymi, sed fratres Iesuatos concedit appellari;

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac societatis statutis ac consuetudinibus coeterisque contrariis quibuscumque.

Obstantibus d. r. 49

§ 5. Et quia difficile foret etc.

Fides transumptum

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, 11 kal. septembris, pontificatus nostri anno 8 (1).

Dat. die 22 augusti 1499, pont. anno viii.

XII.

Privilegia aedificantium in via Alexandrina nuper in Urbe directa a Castro Sancti Angeli ad plateam S. Petri principis apostolorum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iste Pontifex viam directam a porta Castri Sancti Angeli usque ad plateam S. Petri fieri, eamque Alexandrinam appellari mandavit; — 2. Et modo privilegia in ea aedificantibus concedit. — 3. Decretum irritans. — 4. Clausulae derogatoriae.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Etsi universis Romanae Ecclesiae dominio temporali subiectis civitatibus, pro earum statu prospero et incrementis felicibus, apostolica nos deceat provisione consulere, almae tamen Urbi nostrae sanctorum apostolorum Petri et Pauli martyrio consecratae, quae ipsius Petri Sedes,

E. 101

(1) A die electionis supputato (a. r.).

sacerdotii principatus et christianae religionis caput existit, eo nos convenit ampliori cura prospicere, quo ipsam sacerdotalem civitatem cunctis aliis praelatam, nobis quod peculiarem filiam, quadam praecipua et singulari dilectione, in visceribus gerimus charitatis.

Iste Pont. viam directam a porta Castris Sancti Angeli usque ad plateam S. Petri fieri, eamque Alexandrinam appell. mandavit.

§ 1. Sane, cum superiori anno, ex liberatione et commissione nostra, pro incolarum dictae urbis ac curialium in ea commorantium, et peregrinorum ad illam pro tempore, et praesertim hoc sacro anno Iubilaei centesimo, confluentium commoditate, ipsiusque urbis decore, via recta Alexandrina nuncupata, a porta Castris S. Angeli usque ad plateam Sancti Petri de dicta urbe fieri coepta fuisset, ac circa illam domos et aedificia ab utraque parte, pro maiori dictae viae ornamento, extolli et aedificari desideraremus, nos venerabilibus nostris Petro archiepiscopo Reginen. dictae urbis gubernatori etc.

Et modo privilegia in ea aedificantibus concessit.

§ 2. Et ut personae libere in dicta via aedificare valeant, de simili consilio ac ex certa nostra scientia et de apostolicae potestatis plenitudine, statuimus, decernimus et ordinamus ut de domibus in dicta via aedificandis et emendis, alias in omnibus et per omnia, iuxta tenorem literarum Sixti Papae IV, praedecessoris nostri, ac etiam nostrarum, in favorem domos in Urbe aedificantium et ementium editarum, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis et insertis, cum omnibus et singulis in eis contentis privilegiis, indultis, dispensationibus, concessionibus et clausulis, potiori pro cautela innovamus, et ad domos aedificandas huiusmodi ac personas illas aedificantes et ementes extendimus, libere disponere possint; dictaeque domus et personae sub eisdem literis, etiam quoad privilegia, indulta, dispensationes et concessionem huiusmodi, ac omnia et singula alia in illis contenta, sint et esse censeantur.

§ 3. Decernentes irritum et inane, si secus super iis, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§ 4. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, legibus quoque imperialibus, statutis et consuetudinibus dictae urbis municipalibus, ac ecclesiarum, monasteriorum sive regularium locorum, quorum fundi, domus et loca huiusmodi locari, concedi, permutari, sive vendi vel alienari contigerit, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis; necnon omnibus illis, quae nos in nostris, et praefatus Sixtus praedecessor in suis literis praedictis, voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Clausulae derogatoriae

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo, pontificatus nostri anno 8.

Dat. an. 1500, pontif. anno viii.

XIII.

Institutio officii summatoris literarum apostolicarum, in officium perpetuum vacabile, cum indultorum et gratiarum concessione.

SUMMARIUM

Causae huius institutionis officii. — 1. Institutio officii summatoris literarum apostolicarum, vacabilis ad instar aliorum officiorum Rev. Camerae Apost. — 2. Concessio privilegiorum et emolumentorum. — 3. Exequutores harum literarum deputat. — 4. Clausulae derogatoriae.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rel memoriam.

In eminenti Apostolicae Sedis specula Romanus Pontifex dispositione divina constitutus, ad ea libenter intendit, per quae ad recipiendum literas apostolicas, per Cameraam pro tempore expediendas,

Causae huius institutionis officii.

et illarum summaria facienda, eaque referenda, talis persona deputetur, quae ad praemissa peragenda fidelis et idonea habeatur, et postquam in iis instructa laudabiliter versata fuerit, nequeat amoveri, cum ex amotione praedicta, tam propter imperitiam, quam parvam cognitionis literarum praedictarum experientiam, eidem expeditioni non parva scandala et pericula possent faciliter provenire, cum eiusdem Sedis ignominia et gravi partium expeditiones huiusmodi in Romana Curia, ad quam de diversis mundi partibus continuo confluit multitudo, persequentium dispendio et detrimento.

§ 1. Cum itaque officium recipiendi, videndi, summam et referendi literas apostolicas, quae per Cameram Apostolicam pro tempore expediuntur, quod dilectus filius magister Ludovicus de Pannafid., decanus ecclesiae Oveten., scriptor et familiaris noster, ex fel. rec. Innocentii Papae octavi, praedecessoris nostri, et deinde dicto praedecessore (ut Domino placuit) de medio sublato, et nobis divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumptis, ex nostra concessione fideliter et laudabiliter per duodecim annos vel circa exercuit, pro faciliiori literarum earundem in dicta Camera directione et expeditione, admodum necessarium existat expediatque ut officium praedictum, ad instar aliorum dictae Camerae officiorum, perpetuum fiat, quo cum maiori fide, cura et diligentia valeat exerceri; nos, volentes debite providere, praedictum Ludovicum, qui etiam continuus commensalis noster, et literarum apostolicarum de minori parco abbreviator, necnon Cancellariae Apostolicae ostiarius existit, ob grata devotionis et familiaritatis obsequia, quae nobis et Apostolicae Sedi hactenus impendit, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistit; necnon laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam suam, tam fa-

miliari experientia, quam etiam fide dignis testimoniis, invari percepimus: favore prosequi gratioso, ipsamque a quibusvis excommunicationis etc. censentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, officium summatoris literarum per Cameram praedictam expediendarum huiusmodi, ad instar aliorum dictae Curiae officiorum perpetuorum, auctoritate apostolica, tenore praesentium erigimus et instituimus; statuantes et ordinantes quod de dicto officio, tam hac prima vice, quam quotiens deinceps pro tempore illud vacare contigerit, personae ad illud exercendum idoneae, per eam quoad vixerit tenendo et exercendo, per nos et successores nostros Romanos Pontifices canonice intrantes provideri, seu illud concedi et assignari debeat; liceatque dicto Ludovico et officium ipsum pro tempore obtinenti, de illo, prout scriptores literarum apostolicarum de officio scriptoriae literarum earundem disponere possunt, disponere; ac literas per dictam Cameram expediendas more solito recipere, videre et summare; ac nobis et successoribus nostris praedictis seu praesidentibus dictae expeditioni pro tempore deputatis, ut moris est, referre, illasque ad Camerae et Secretariae apostolicarum registra (1) dirigere, qui de salario solito contentari tenentur.

§ 2. Ac omnibus privilegiis, gratiis, indultis, exemptionibus, honoribus, praerogativis et immunitatibus, quibus scriptores literarum earundem utuntur, potiuntur et gaudent, uti, potiri et gaudere. Et nihilominus, de huiusmodi officio sic ac a primaeva eius erectione vacante, cum honoribus, oneribus, salariis, emolumentis consuetis ac aliis praemissis, dicto Ludovico, motu scientia et auctoritate praemissis, providemus; illudque sibi, quamdiu vitam duxerit in humanis, concedimus et

(1) Leg. put. *registratores* (R. T.).

Institutio officii summatoris literarum apostolicarum, vacabilis ad instar aliorum officiorum Rev. Cam. Apostolicae.

Concessio privilegior. et emolumentorum.

assignamus. Decernentes eundem Ludovicum ad officium huiusmodi, eiusque liberum exercitium, necnon honores, onera et emolumenta aliaque praemissa, per dictos praesidentes recipiendum et admittendum fore, prout nos illum ex nunc recipimus et admittimus.

La qua or. ha-
rum liberatum
deputat.

§ 3. Quocirca, dilecto filio magistro Francisco Remulo, clerico Narden., protonotario nostro, pro nobis et Romana Ecclesia Urbis gubernatori, et in Camera praedicta, pro dilecto filio Raphaelo S. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, camerario nostro, locumtenenti, per apostolica scripta, motu simili mandamus quatenus praemissa omnia et singula, ubi, quando et quoties opus fuerit, publicari faciat, auctoritate nostra dictum Ludovicum, ad effectum huiusmodi, eiusque liberum exercitium ac honores, onera et emolumenta, aliaque praemissa recipi et admitti, iuxta dicti decreti continentiam et tenorem, non permittens eum, per dilectos filios secretarios nostros seu quoscumque alios, desuper, quovis modo molestari. *Contradictores etc.*

Clausulae
derogatoriae

§ 4. Non obstantibus *etc.*
Nulli ergo *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo, decimo kalendas octobris, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 22 septembris 1500, pont. anno ix.

XIV.

Minimorum seu Eremitarum Ordinem, a Sancto Francisco de Paula nuper institutum, privilegiis et gratiis donans, approbat; Regulam noviter reformatam confirmat, ad ipsumque Mendicantium Ordinum praerogativas et indulgentias extendit (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. B. Franciscus eremitorium in loco de Paula aedificat, ex concessione (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

archiepiscopi Cosentini. — Haec sedulo examinari, confirmarique mandavit Sixtus IV episcopo S. Marci, — Qui etiam reperit donationem vere factam, locaque iurisdictioni S. Sedis reservata. — Sixtus itaque donationem ceteraque omnia firmavit. — 2. Eremitorium Consentinum, ecclesias, loca et bona omnia et personas soli Apostolicae Sedi immediate subiecta declaravit. — 3. Quam declarationem ad acquirenda in posterum eremitoria extendit. — 4. Haec omnia confirmavit Innocentius VIII. — 5. B. itaque Franciscus nonnulla pro suis heremitis condidit statuta. — 6. Ea confirmavit Alexander. — 7. Ordini vero concedit omnia et singula privilegia Ordinum Mendicantium. — 8. Beatus Franciscus statuta antea efformata reformat, datque fratribus tertii Ordinis, — Eaque Papae porrigit confirmanda, — 9. Quod benigne concedit Pontifex. — 10. Tenor Regulae et capitulorum. — 11. Cap. I. De observantia divinatorum praeceptorum. — 12. Cap. II. De divino officio, sacrificio et laudibus divinis. — 13. Cap. III. De differentia habitus professorum et novitiorum, ac distinctione oblatorum et tertiariorum. — 14. Cap. IV. De recipiendis ad Ordinem et quando fratres orationi et taciturnitati insistere habebunt. — 15. Cap. V. De superioribus Ordinis et de obedientia et reverentia ipsis exhibenda. — 16. Cap. VI. De praedicatoribus ac saecularium confessoribus ceterisque officialibus. — 17. Cap. VII. De paupertate fratrum et rerum expropriatione. — 18. Cap. VIII. De dispensatione eleemosynarum pecuniarum. — 19. Cap. IX. De ieiunio. — 20. Cap. X. De capitulis et electionibus praelatorum. — 21. Cap. I. De officiis erga Deum generatim. — 22. Cap. II. De divino officio et servitio defunctorum. — 23. Cap. III. De confessione et communione facienda. — 24. Cap. IV. De vanitate mundi fugienda. — 25. Cap. V. De ieiuniis, abstinentia et operibus misericordiae. — 26. Cap. VI. De vestimentis, cordone et professione. — 27. Cap. VII. De correctoribus et correctricibus annualibus, ac de pace fraterna et in bono perseverantia. — 28. Clausulae.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. Ad ea, quae circa decorem sacrae Religionis ac statum personarum sub illius suavi iugo in voluntaria paupertate degentium salubriter dirigendarum tendere noseuntur, paterna sollicitudine prospicientes, iis, quae ad hoc tam ex Apostolicae Sedis concessione, quam provida ministrorum eiusdem Religionis ordinatione emanarunt, libenter, cum a nobis petitur, apostolici adicimus muniminis firmitatem, et alia super hoc ordinamus, prout ad Religionis ipsius conservationem et animarum salutem in Domino cognoscimus salubriter expedire.

B. Franciscus eremitarum in loco de Paula aedific. ex concessione archiepiscopi Cusentini.

§ 1. Dudum siquidem, pro parte dilecti filii Francisci de Paula, Ordinis Minimorum ministri generalis, tunc eremitaе Cusentinae dioecesis, fel. record. Sixto Papae quarto, praedecessori nostro, exposito quod olim antea bonae mem. Pyrrhus, archiepiscopus Cusentinus, tunc in humanis agens, eidem Francisco, ut quoddam oratorium sive ecclesiam, sub vocabulo Sancti Francisci, in tenimento de Paula dictae dioecesis aedificare posset, licentiam concesserat; ipse Franciscus oratorium huiusmodi, propriis manibus et expensis, cum dormitorio pro ipsius ac sociorum suorum usu et habitatione, pro magna parte aedificaverat, et nonnullos socios vitam eremiticam ducentes receperat; ipseque archiepiscopus, praefatum oratorium sive ecclesiam, una cum omnibus membris et pertinentiis suis, praefato Francisco et suae congregationi in perpetuum donaverat, et nonnulla alia suae et sociorum praedictorum devotioni et salutis convenientia, salutifera et opportuna concesserat, fecerat et ordinaverat; quodque oratorium ipsum adhuc pro sufficienti habitatione Francisci et eremitarum praedictorum perfectum omnino non erat, illudque christifidelium elemosynis cum necessariis officinis continuo aedificabant, ampliabant et etiam exornabant, praefatus

Sixtus praedecessor, tunc episcopo Sancti Marci, eius proprio nomine non expresso, suis dedit literis in mandatis ut si et postquam vocatis, qui forent evocandi, de praemissis sibi legitime constaret, concessionem et literas dicti archiepiscopi et in eis contenta cum suppletionem defectuum approbaret et confirmaret; ipseque praedecessor in eventum approbationis et confirmationis ac suppletionis huiusmodi, eisdem eremitis, ut omnibus et singulis privilegiis, indultis et gratiis, quibus frater Petrus de Pisis ceterique eremitaе potiebantur et gaudebant, uti et gaudere possent concessit per quasdam primo: et deinde, cum tunc episcopus Sancti Marci praefatus, ad executionem literarum praedictarum legitime procedens, licentiam, donationem, concessionem, ordinationem et literas archiepiscopi huiusmodi, ac in eis contenta cum suppletionem defectuum approbasset et confirmavisset, approbationem, confirmationem et suppletionem huiusmodi eidem Sixto praedecessori; quodque praefatus archiepiscopus, inter alia per cum tunc eidem heremitis concessa, praedictum oratorium sive ecclesiam S. Francisci et alia quaecumque loca et ecclesias per eos imposterum recipienda, cum omnibus membris et pertinentiis suis, eremitisque et personis inibi pro tempore degentibus, ac rebus omnibus ad eos locaque ipsa quomodolibet pertinentibus et spectantibus, ab omni iurisdictione, subiectione et superioritate matrum Ecclesiarum, ac sua suaeque Ecclesiae Cusentinae, ceteraque personarum in perpetuum exemerat et liberaverat, ac sub protectione, submissione et iurisdictione Sedis Apostolicae remiserat et reclamaverat, pro parte Francisci et eremitarum praedictorum expositis, quia a nonnullis asserbatur literas praedictas et confirmationem, approbationem et defectuum suppletionem ceteraque alia et singula per praefatum episcopum Sancti Marci illarum vigore facta et inde secuta quaecum-

Hec sedulo examinari, confirmarique mandavit Sixtus IV episc. S. Marci,

Qui etiam reperit donationem vere factam, locaque iurisdiet. S. Sedis reservata.

Sixtus itaque
donationem re-
teraque omnia
bravit.

que viribus non subsistere, pro eo quod quamplura speciali nota digna sub generalitate verborum in eisdem literis expressa dumtaxat fuerant, idem praedecessor per alias suas donationem, concessionem, ordinationem, constitutionem, remissionem, relaxationem, indulta, gratias et literas praefati archiepiscopi, omniaque et singula in eis contenta, tam circa deputationem praefati Francisci in superiorem, patrem, rectorem et priorem dictae congregationis, et aliorum superiorum et officialium electionem, statutorum editionem, concessionem iurisdictionis in officiales, res et bona dictae congregationis, in spiritualibus et temporalibus, correctionem rebellium, inobedientium ac delinquentium et illorum absolutionem, necnon concessionem altaris portatilis, ministrationem sacramentorum ecclesiasticorum, confessiones audiendas, dispensationes et commutationes votorum, necnon receptionem novorum heremitarum, et nonnulla alia salutiferum statum dictae congregationis concernentia, quae tunc expressa fuerunt, suasque et dicti archiepiscopi literas, necnon approbationem, confirmationem et supplementationem defectuum praefati episcopi Sancti Marci, processusque desuper habitos et inde secuta quaecumque, quae pro expressis haberi voluit, rata et grata habens, illa omnia laudavit, approbavit, confirmavit et communit, cum simili defectuum supplementatione.

Eremitor. Con-
sentin. eccle-
sias, loca et
bona omnia et
person. soli A-
postolicae Sedi
immediate sub-
iecta declara-
vit,

§ 2. Decevit quoque priores literas ac processus huiusmodi, et inde secuta quaecumque valorem et roboris firmitatem obtinere, perinde ac si in eisdem literis, omnia per dictum archiepiscopum concessa, specialiter et singulariter narrata et expressa fuissent, et insuper Franciscum et eremitas praedictos, ac eorum quemlibet, eremitoriumque sive ecclesiam S. Francisci de Paula huiusmodi, ac omnia et singula eremitoria, ecclesias et loca per eos in quibuscumque civitatibus et dioecesibus, ac ubilibet eate-

recepta et in posterum recipienda, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eremitasque et personas in illis pro tempore degentes, ac res et bona quaecumque mobilia et immobilia, ad eas ac eremitas et personas, ac eorum quemlibet, ac loca, eremitoria et ecclesias huiusmodi, quomodolibet, communiter vel divisim spectantia et pertinentia, ab omni iurisdictione, dominio et potestate, visitatione, correctione et superioritate praefatae pro tempore existentis archiepiscopi Cusentini et aliorum archiepiscoporum, episcoporum, ordinariorum, iudicum et superiorum quorumcumque, etiam illorum, in quorum iurisdictione, civitatibus et dioecesibus, eremitoria, loca, ecclesiae ipsae et eremitaee ac personae, res et bona huiusmodi consisterent et consistere poterant quomodolibet in futurum, auctoritate apostolica de speciali gratia prorsus eximit et totaliter etiam liberavit, ac sub beati Petri et Sedis memoratae ac Romanae Ecclesiae et sua protectione suscepit, ac exempta et immunita esse voluit, sibi et successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intransitibus ac dictae Sedi immediate subiecit: ita quod archiepiscopi, episcopi, ordinarii, iudices supradicti, ratione delicti seu contractus, aut rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, vel iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in ea eremitoria, loca et ecclesias eremitasque et personas huiusmodi, ac res et bona praedicta iurisdictionem, potestatem aut dominium possent quoquomodo exercere, sed dumtaxat coram dicta Sede vel eius legatis ipsi et eremitaee et aliae personae in locis, ecclesiis et eremitoriis huiusmodi, pro tempore degentes, tenerentur de iustitia respondere.

§ 3. Et insuper eis omnibus et singulis eremitis ac personis, locis, ecclesiis et eremitoriis, ut omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis, concessionibus, gratiis, indultis ceterisque omnibus et sin-

Quam declarationem ad acquirenda in posterum eremitoria extendit.

gulis in illis ac aliis suis ac ipsius Cusentini archiepiscopi literis saepe dictis, ac per eas habitis processibus praedictis contentis, eis ac eremitoriis, ecclesiis et locis huiusmodi concessis et concedendis, in quacumque civitate et dioecesi et ubicumque et in quocumque loco, auctoritate praedicta uti et gaudere; eaque omnia et singula in suis huiusmodi ac aliis et praefati archiepiscopi praenominatis literis et processibus desuper habitis contenta, cuiusvis superioris super hoc aut aliquo praemissorum licentia minime requisita, a quibuscumque etiam contradictionibus, exceptionibus et impedimentis remotis, auctoritate praedicta libere et licite exercere possent et valerent, concessit et indulsit.

Hæc omnia confirm. Innocentius VIII.

§ 4. Postea vero pia me. Innocentius PP. VIII, etiam per alias suas, in quibus literae Sixti praedecessoris huiusmodi de verbo ad verbum insertae fuerunt, easdem literas ac omnia et singula in eis contenta recens laudavit, approbationem, confirmationem, communicationem, suppletionem defectuum, decretum, exemptionem, liberationem, susceptionem, voluntatem, concessionem et indulta huiusmodi, ac prout illa concernebant omnia et singula in eisdem literis contenta et enarrata auctoritate apostolica confirmavit et approbavit, cum simili defectuum suppletionem.

B. itaque Franciscus nonnulla pro suis eremitis condidit statuta.

§ 5. Postmodum vero, pro parte dictorum eremitarum nobis exposito quod praefatus Franciscus habens ad hoc ab eodem Pyrrho archiepiscopo specialem facultatem per eosdem Sixtum et Innocentium praedecessores successive confirmatam, et ad quaecumque loca, quae eidem congregationi donari contingeret, ampliatam, illarum vigore, pro salubri directione eremitarum societatis eiusdem, nonnulla divini cultus augmentum et animarum salutem et vitae eremiticae huiusmodi perseverantiam et eorum prosperitatis votivae successus concernentia, sacris canonibus non contraria, sub Regula Ordinis fratrum Minimorum Pauperum Eremitarum

dicti fratris Francisci de Paula in tredecim capitulis contenta statuerat et ordinaverat, quae voluerat et mandaverat per eremitas eiusdem societatis perpetuis futuris temporibus observari.

§ 6. Nos tunc, supplicante etiam cl. me. Carolo, Francorum rege, qui ad dictum Ordinem singularem ferebat devotionem, per alias nostras literas statuta et ordinationes huiusmodi, ac omnia et singula in dictis capitulis contenta, quae tunc diligenter inspicere, ac de verbo ad verbum inseri fecimus, etiam cum suppletionem defectuum approbavimus et confirmavimus; postea vero per reliquas nostras in forma brevis literas omnia et singula privilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias et indulta quaecumque ipsis eremitis et eorum Ordini ac domibus, etiam ante erectionem huiusmodi Ordinis, dum eremiticam vitam ducerent, per eosdem Sixtum et Innocentium ac alios Romanos Pontifices praedecessores nostros et nos quomodocumque concessa, quae omnia pro expressis haberi volumus, auctoritate apostolica approbavimus et perpetuae robor firmitatis obtinere decrevimus.

Et confirmavit Alexander.

§ 7. Et quia dicti praedecessores singula privilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias et indulta quaecumque Praedicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini ac Carmelitarum, necnon alii Mendicantium Ordinibus et illorum professoribus ac domibus et eorum ecclesias visitantibus et cuilibet eorumdem Ordinum quomodocumque concessa ad Ordinem Minimorum huiusmodi extenderunt, nos pariter eorum extensionem confirmavimus, et si quae alia indulta, privilegia et gratiae, post datam extensionis huiusmodi, a dictis praedecessoribus vel a nobis eisdem Ordinibus Mendicantium vel alicui eorum concessa essent, illa ad eosdem Eremitas ac illorum Ordinem et domos extendimus et ampliamus, ac ipsis suffragari volumus in omnibus et per omnia, perinde ac si pro eis emanassent, prout in singulis literis et capitulis praedictis plenius continetur.

Ord. vero concedit omnia et singula privilegia Ordinis Mendicantium.

Beatus Franciscus, statuta ad-
teā efformata
reformat datque
fratribus tertii
Ordinis,

§ 8. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Francisci et Eremitarum praedictorum petitio continebat, ipse Franciscus, una cum nonnullis aliis eremitis congregationis eiusdem, tredecim capitula statutorum et ordinationum praedictarum in decem capitula reduxerit; et illorum aliqua, pro salubriori directione fratrum Minimorum eiusdem Ordinis, olim societatis dictorum eremitarum, mutaverit, aliqua etiam addiderit, quae voluit et mandavit per eosdem fratres deinceps perpetuis futuris temporibus observari; et ipsi etiam cupiant Regulam et modum vivendi fratrum utriusque sexus tertii Ordinis, fratrum tertiariorum utriusque sexus fratris Francisci de Paula nuncupatorum, pro personis utriusque sexus poenitentiam, secundum ipsius fratris Francisci salubria monita, facere volentibus, secundum modum vivendi eis per ipsum fratrem Franciscum in septem capitulis redactum, datum ad fratres Minimorum et eorum Ordinem extendi pariter et ampliari, pro parte Francisci et aliorum fratrum dicti Ordinis praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum ut singulis tam Pyrrhi archiepiscopi, quam episcopi Sancti Marci et Sixti ac Innocentii, praedecessorum praedictorum, ac nostris literis praedictis et in eis contentis, necnon reductioni, mutationi, alterationi ac Regulae seu modo vivendi praedictis robur apostolicae confirmationis adiacere, et Regulam huiusmodi in Ordinem Minimorum de novo erigere, necnon Regulam seu modum vivendi fratrum tertii Ordinis huiusmodi ad eosdem fratres extendere et ampliari, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Haec Papae
porrigit confir-
manda,

Quod benigne
concedit Ponti-
fex.

§ 9. Nos igitur, qui amatores regularis vitae libenter fovemus, et pia ac paterna charitate prosequimur, et eis, quantum cum Deo possumus, favorem benevolum impartimur, huiusmodi necnon charissimi in Christo filii nostri Ludovici, Francorum regis illustris, qui, ut asseritur, ad eosdem

fratres Minimorum et eorum Ordinem specialem gerit devotionis affectum, nobis super hoc pro eisdem cum instantia supplicantis, supplicationibus inclinati, Pyrrhi archiepiscopi ac Sixti et Innocentii, praedecessorum praedictorum, ac nostras literas praedictas, necnon omnia et singula in eis contenta, alia quoque privilegia, concessionem, immunitates, exemptiones, indulta quaecumque eisdem fratribus Minimorum, ac eorum Ordini et domibus a Sede Apostolica vel legatis eiusdem, seu alias quocumque modo facta et concessa, quatenus in usu existant; necnon reductionem, mutationem, alterationem dictorum decem capitulorum; ac Regulam seu modum vivendi fratrum tertii Ordinis huiusmodi necnon omnia et singula in decem capitulis ac Regula seu modo vivendi huiusmodi contenta, quae diligenter inspicere, ac praesentibus verbo ad verbum annotari fecimus, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitus; supplementumque omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsitan inter- venerint in eisdem, et pro potiori cautela societatem Panperum Eremitarum huiusmodi in Ordinem fratrum Minimorum dicti Francisci de Paula erigimus; ac singulas literas et in eis contenta, ac privilegia, concessionem, immunitates, exemptiones et indulta quaecumque eisdem fratribus ac eorum Ordini et domibus a Sede Apostolica praedicta vel legatis eiusdem, seu alias quomodocumque facta et concessa, quae hic, ac si de verbo ad verbum inserta forent praesentibus, haberi volumus pro expressis, quatenus sint in usu et observantia, innovantes ac de novo concedentes, ea omnia, quae circa statuta et ordinationes confirmata, per eundem Franciscum reducta, immutata et alterata fuerint, de novo eadem auctoritate reducimus, immutamus et alteramus; Regulamque, seu modum vivendi fratrum tertii Ordinis huiusmodi ad eosdem fratres Mi-

nimorum extendimus; ac volumus illam et illum, necnon contenta in dictis decem capitulis, iuxta eorum continentiam et tenorem, perpetuis futuris temporibus per eundem Ordinis Minimorum fratres, qui nunc sunt et pro tempore erunt, pro eorum regularibus institutis inviolabiliter observari.

Tenor Regulae et capitulorum.

§ 10. Tenores vero dictorum decem capitulorum, necnon Regulae seu modi vivendi fratrum tertii Ordinis huiusmodi de verbo ad verbum sequuntur, et sunt tales.

Incipit Regula et vita fratrum Minimorum fratris Francisci de Paula.

CAP. I.

De observantia divinatorum preceptorum.

§ 11. Fratres Minimorum Minimi, qui vitam et Regulam sanctissimi Evangelii Domini nostri Iesu Christi imitantur, viventes sub voto paupertatis, castitatis, obedientiae et vitae quadragesimalis, promittunt obedientiam et reverentiam sanctissimo Christi vicario Alexandro Papae sexto et eiusdem successoribus canonice electis, et Ecclesiae Romanae, fratrique Francisco de Paula et eius pro tempore successoribus: studeant omnes huius Religionis fratres humiliter obedire, nonquam ab huius vitae et Regulae professione recessuri, quam qui secuti fuerint, pax super illos et benedictio Dei. Suscipientes verum hanc vitam, ac sub hac Regula profitentes, primum divina praecepta cum reliquis eorum saluti congruentibus scire et sedulo observare intendant, Deum ante omnia et super omnia toto corde totisque viribus amantes et proximos sicut semetipsos. Deinde universalia sanctae Ecclesiae praecepta custodire curent, neque his contenti sint, sed ut fervidi ad reliqua Evangelii consilia ascendere libenter et avidè contendant; recordenturque, cum haec omnia fecerint, se esse inutiles servos; et meminerint quod nemo ponens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei.

Bull. Rom. Vol. V.

49

CAP. II.

§ 12. Fratres clerici alacriter instantes horarum canonicarum officium, secundum ritum Curiae Romanae, calendario tamen correcto, ut sint unius moris in domo Domini, per totum Ordinem concorditer observandum, voce quadrata et sine nota persolvant: de festis solemnibus terrae aut loci missa conventualis si dicenda videbitur, dumtaxat fiat cum commemoratione festi, de quo celebrabitur officium. Dedicationis autem ecclesiarum Ordinis, tam praeteritae quam futurae, festum per universum Ordinem dominica prima post octavam Visitationis Virginis Mariae unanimiter solemnizando fiat. In dominicis, in solemnibus diebus, in festis terrae et loci, in quo fratres habitant in praesentia, et in aliis, si videbitur, poterit missa in choro legi voce quadrata, et hoc sine nota ad modum canonicarum horarum. In his etiam missis poterunt unus vel duo et ad plus tres fratres indui; missae autem particulares obligatoriae, seu quaevis alia suffragia perpetua non acceptentur in Ordine, sed tantum in generali, aut saltem aliquo limitato tempore. Praeterea fratres non clerici dicent triginta *Pater noster* cum totidem *Ave Maria* pro matutinis, et ter pro qualibet aliarum horarum, in principio et in fine dicti numeri dicendo *Requiem aeternam dona etc.* Infrascriptis diebus singulis fratres non sacerdotes et etiam oblatores, quos legitima causa non excusat, sacrosanctum Christi Corpus devote suscipiant; in prima videlicet dominica Adventus, in Nativitate Salvatoris nostri, in Epiphania, in Purificatione Virginis, in prima dominica quadragesimae, in Coena Domini, Ascensione, Pentecoste, Corporis Christi solemnitate, in festo dedicationis ecclesiarum Ordinis, in Assumptione et Nativitate Virginis Mariae, in festo Angelorum in fine septembris, et in solemnitate Omnium Sanctorum. Ut autem illud deificum Sacramentum, fratres amantissimi, nobis non

De divino officio, sacrificio et laudib. divinis.

cedat in iudicium, singulis hebdomadis semel ad minus, confessione sacramentali conscientias vestras expiate; et cum dies communicationis advenerit, in capitulo, signo praevio, nisi causa vos excuset, aliqua reconciliatione purgate.

CAP. III.

De differentia habitus professorum et novitiorum, ac distinctione oblatorum et tertiariorum.

§ 15. Indumenta tam praelatorum quam subditorum sine differentia sint de panno ex lana pecorina nigra et sine tinctura: sit autem habitus, ut tibiae tegantur, usque ad collum pedis seu talum longus; caputium vero usque ad femora ante et retro protensum; cingulo laneo coloris habitus nodis quinque nodato, quatuor videlicet pendentibus cingantur; et hic sit habitus professorum, quem, nisi causa necessitatis, mutationis, reparationis vel mundationis, nunquam dimittere licebit, sub quo unam vel plures tunicas de humili et vili panno, etiam camisas canepo et lana simul contextas, ut necessitas exegerit, portare poterunt; chlamide nunquam rugata vel erispata usque ad suram protensa cum cuculla ad caput tegendum apta, retro consuta, intus vel extra, ut libuerit, uti valeant; zoccolis vero ligneis seu sotularibus apostolicis, aut etiam soleis ex pellibus vel funibus, iuxta provinciarum varietates, intus vel extra uti poterunt; de integris autem calcetis, corrector cum fratribus, secundum Deum, maxime itinerrando dispensare poterit: extra tamen uniformitas servetur, humiles ac parvas tonsuras, capillis reliquis, ne defluant, frequenter attonsis. Sanctuario ministrantes ferant caligas usque ad genua et parumper supra longas, ac etiam femoralibus lineis uti poterunt. His omnibus conformes erunt novitii, reservato caputio, quod usque ad cingulum dumtaxat, ita quod cingi non valeat, protendetur, ut intelligant tam qui de saeculo quam qui de quacumque alia Religione ad hanc Religionem canonice transeunt, seu veniunt, se non ligari sed probari, quos omnes per annum probari volumus; cingulum

vero cum tribus nodis, et chlamidem sine cuculla. Oblati autem Ordinis habitum praedicti coloris usque ad medium tibiarum longum sive erurum, cum cordone quatuor nodos habente, deferant; caputium ad modum antiquorum portent cum corneta (1) quadam satis stricta, quae sit talis longitudinis quod a capite usque ad renes protensa sub cingulo possit cingi, aut cum super scapulam portatur, cum eadem ne cadat retineri, quo uti poterunt, nisi in aliqua patria usus talis indecens videretur; non tamen ipsum penitus induant, sed cum caput tegitur, cauda per humeros extendatur. Et si mantello utantur, illud sine cuculla portent, sitque praedicti coloris, et pro capite ac brachiis emittendis dumtaxat apertum ad modum habitus, vel minus longum, quo uti poterunt ad beneplacitum. Pro officio vero matutinali dicent viginti *Pater noster* et totidem *Ave Maria*; pro laudibus, septem; pro vespersis, decem; pro reliquis horis, quinque; et pro defunctis dicant vigesies *Pater noster* et totidem *Ave Maria*, in principio et in fine dicti numeri dicendo *Requiem aeternam... et lux perpetua etc.* Singulis feriis sextis et a festo beatae Catharinae exclusive usque ad Nativitatem Domini, cum ieiuniis Ecclesiae ieiunent; stabilitatem et permanentiam perpetuam in Ordine promittentes, societatem istam exire, nec alium gradum ascendere praesumant, sed voto inhaerentes, subque votis obedientiae, paupertatis, castitatis et quadragesimalis vitae poenitentiam agentes, fratribus humiliter obsequantur: poterunt nihilominus pecuniam tangere et soli ambulare, sed non ad monasteria monacharum, sicut nec caeteri fratres, absque Sedis Apostolicae expressa licentia, praeterquam ad loca communiora, accedere: huiusmodi oblato valebunt, ante vel post professionem, in provisosores seu procuratores eligi, intusque similiter, et fratres in probatione existentes unum vel plura minora officia, iuxta

(1) *Corneta*. Bireti species in cornu formam desinens (ex Ducange, n. 17).

capituli localis ordinationem, exercere poterunt; considerata vero debilitate, tam illis quam fratribus, de consensu correctoris et capituli localis, licebit assignare: hi oblato, calceamentis integris, caligis longis et camisiis canapinis uti poterunt, de licentia correctoris et seniorum consilio; extra vero loca in quibus pro tempore residebunt, nihil, quantumcumque minimum sit, cuiquam dare aut accommodare, nec literas quorumcumque portare aut etiam mittere, sicut nec alii fratres, absque licentia superioris, praesumant; et ut omnia rite et honeste erga fratres fiant, quatuor oblato ad minus in quolibet conventu, si possibile sit, habeantur. Tertiarii autem Ordinis utriusque sexus cordone seu cingulo tribus dumtaxat nodis nodato utantur, habitum portantes, divinumque officium facientes, ut in eorum Regula continetur, qui etiam cum procuratoribus saecularibus Religionis gratiis et indulgentiis Ordinis gaudebunt, de quibus quidem tertiarii fratres non plus se intromittant, quam in eorum Regula exprimitur.

CAP. IV.

§ 14. Recipiendi ad Ordinem istum a saeculi vanitate fugientes, penes generalem et provinciales correctores, aut quibus per eos fuerit commissum, auctoritas resident, qui per se vel alios idoneos fratres de omnibus ad legitimum Religionis ingressum necessariis interrogent, si in fide catholica inveniantur firmi, nullo errore infecti, non uxorati, nullis ratiociniis et debitis obligati, et decimum octavum annum ad minus attigerint; et qui, praevia et matura deliberatione, in clericos vel laicos ac oblatos recipiantur, et in isto statu, in quo recepti fuerint, perpetuo permaneant: si vero testimonium bonum a fratribus et instructore novitiorum habuerint, ad professionem post annum admittantur: omnesque fratres sint benigni, modesti et exemplares, non alios sed seipsum indicantes, orationi, cum eis vacat, incum-

bentes, multiloquium fugientes; si enim de bonis verbis, propter silentii gravitatem, aliquoties est tacendum, eo magis ab illicitis, ob culpam evitandam, erit abstinendum, cum in novissimo die de omni verbo, nedum iniquo sed etiam otioso, strictissima sit reddenda ratio; ideo exhortor atque moneo ut praecipue in ecclesia, dormitorio atque claustro silentium observetur, similiter a completorio usque ad primam, et etiam in refectorio tempore refectionis.

CAP. V.

§ 15. Cum enim Deo consecratorum ab eo, qui tentationis bella non subegerit, curam suscipere non expediat, cumque ad subditorum regimen debitum inter animi dotes necessaria sit experientia, qua dictante certius operetur expertus artifex artifice non experto; ea propter nullus in Ordine isto praeficiatur, nec in electione et depositione superiorum vocem habeat, nisi per triennium professus laudabiliter vixerit, nec post dictum triennium, demptis sacerdotibus primitus hoc in Ordine professis, si tamen vigesimum quintum annum attigissent, nisi consensu capituli provincialis interveniente. Ordinis autem istius superiores quoscumque, correctores nuncupandos censemus, ut se ipsos prius corrigentes, fratrum suorum defectus cum charitate et compassione delere, et emendationem potius quam punitionem praetendentes, communitati in victu et vestitu se conformare debeant, nullumque ex fratribus suis minimis, et ipsi minimi, quacumque gratiae auctoritatisve praestantia, aut de hoc contendere aut concurrere praesumant. Fratres vero subditi correctorem, velut patrem spirituales offendere timeant, nedum arguentes cum eo super quacumque re, nisi sit contra Deum, animam suam, Regulam istam, superba cervice contendere, aut ei arroganter respondere audeant; sed re et verbo, ut filii benevoli eos re-

De superioribus Ordinibus et de obedientia et reverent. ipsis exhibenda

De recipiendis ad Ordinem, et quando fratres orationi et taciturnitati insistere habebunt.

vereantur, et ad quaecumque interrogata prompte respondentes, obedientiam sibi iniunctam cum mansuetudine et charitate perficere non negligant. Proinde generalem patrem et correctorem provinciales, cum ad eos declinaverint, praecipua reverentia recipientes debito honore prosequantur. Nihilominus tamen si correctores contra hanc Regulam aliquid fecerint, liceat cuilibet professo eos benigne et charitative admonere.

CAP. VI.

§ 16. In praedicatorum et confessorum saecularium assumendi sint timorati et boni testimonii, et in capitulo generali ac provinciali circumspice et attente examinati, et qui idonei inventi fuerint, correctoris generalis aut provincialis benedictione approbentur et confirmentur; et a dictis officiis per eosdem (1) usque ad proximum capitulum provinciale aut generale, qui tunc ibi confirmabuntur, aut de aliis providebitur: qui quidem sic ordinati officia praedicta in nomine Domini cum timore exercere poterunt. In lectores ordinarios deputati a curiositate caveant, utilitati magis quam subtilitati intendendo; gradum etiam magisterii assumere fratribus nunquam liceat. Denum quando aliqui fratres sic aegrotaverint, quod communiter sequi non valeant, ad infirmariam conducantur, si videbitur, et infirmaria de oblatis per correctorem et seniores ordinetur: qui quidem oblati de medici, si affuerit, aut in absentia de aliquarum expertarum et timoratarum personarum consilio, primitus de cibis quadragesimalibus charitative et diligenter infirmis subveniat; si autem infirmitas invaluerit, de praedictorum consilio, ut prius tactum est, de cibariis quibuscumque pro sanitate recuperanda opportunis foveatur, illis iuxta loci facultatem subveniendo. Qui quidem infirmi cum convalescere cognoscentur, sic quod consuetis cibis uti pos-

(1) Legendum fors.: et in dictis officiis per eosdem perseveretur usque etc. (R. T.).

sint, ad pristinam felicemque revertantur aut reducantur consuetudinem. Similiter qui diutino seu naturali languore laborant; sed supportentur, ut infra exprimitur, gaudentes de tempore sibi ad poenitentiam faciendam commodato. Infirmaria autem centum pedum intervallo ad minus, si possibile sit, a conventu separetur, et nullo modo in interioribus officinis esse permittatur: carnes vero seu ova, butirum, caseum seu quaevis lacticia aut ex eis confecta per conventum nullatenus portentur, nisi essent candelae aut unguenta, causa necessitatis, ex pinguedine composita; sed corrector, per oblatos aut procuratores, de talibus, secundum medici consilium, providere faciat, eo quod huiusmodi pinguia fratribus sanis intus et extra prohibentur. Fratres autem infirmi, qui se a paschalis cibis abstinere noluerint, nisi forent sensu laesi aut mente capti, ad illa violenter non compellantur, nisi de consilio medici, ac licentia seu mandato correctoris. Ipsi vero oblato infirmis deputati in ipsa infirmaria cum infirmis resideant, nec liceat caeteris fratribus infirmariam intrare tempore quo infirmi in illa fuerint, nisi de licentia correctoris, aut etiam nisi loco oblatorum, aut cum ipsis oblati, de correctoris et seniorum consilio, ad serviendum ipsis infirmis deputati essent. Postremo hospites hilari corde et intuitu placido recolligantur, ac de cibis quadragesimalibus et non aliis illis subveniatur. Fratres vero, qui bini et bini incedere debent, quamdiu cum obedientia extra conventum vadunt, unus eorum vice correctoris fungatur, et in egressu et regressu benedictionem correctoris non omittant. Et quia mulierum familiaritas plurimum obesse noseitur, ideo mulieres quascumque hospitio recipi strictissime prohibemus; poterunt tamen fundatrices et earum natae atque haeredes, et de stirpe regia progenitae cum earum comitiva septa locorum nostrorum intrare, et communiora conventus loca visitare; similiter etiam

ducissae, baronissae et comitissae seu alio nomine nuncupatae, cum a longe, devotionis causa, ad nostra diverterint loca, omni cum honestate et decenti societate, cum Dei benedictione, bis aut ter in anno intrare ac eadem visitare permittamus, diebus tamen et horis ad id per correctorem et capitulum pro tempore statutis, et dummodo dictae mulieres ibi non pernoctent.

CAP. VII.

§ 17. *Qui non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus;* capropter, fratres, fugitiva et velut umbra praetereuntia respicientes, nihil, quantumcumque minimum sit, sibi approprient. Si igitur cuicumque fratrum undecumque aliquid donari contigerit, per correctorem, de scientia conventus, cui necesse fuerit charitative distribuatur; in omnibus tamen, tam vestimentis quam aedificiis, humilitatis nutrix paupertas semper innotescat. Et quoniam nummus animarum est visens multis in perditionem cedens, ideo pecuniarum nedum proprietatem, sed et contactum, ut peccandi tollatur occasio, strictissime interdiciamus; itaque eas tangere, aut supra se quovis modo scienter portare nulli fratrum unquam licebit. Verumtamen, ob fidelium devotionem, divini cultus augmentationem, fratrumque subventionem, cippum seu truncum, ne fratrum mendicitas fidelibus sit onerosa, et vagationis quaestuosae potius quam pietatis materia impendatur, habere toleramus, permittentes quod si qui, devotionis causa pietatisve obtentu, eleemosinas annuales seu perpetuas pro Ecclesiae fratrumque necessitatibus pie relevandis legare voluerint, modo infra-scripto gaudere valeant, ita tamen quod fratres a perfectione et puritate paupertatis promissae non discedant. In proximiori civitate aut villa seu castro, ubi fratres locum et situm habere contigerit, rectores, praesides, scabini, consules, electi, iurati,

aut domini de consilio, seu quovis alio nomine nuncupentur, bonorum annualium, si quae fuerint, veluti tutores et protectores locorum, ac dictas eleemosinas annuales pro Deo largientium et donantium curam habeant, unum vel plures relectores huiusmodi eleemosinarum fratribus, per manus oblatores aut amicorum spiritualium per eosdem fratres conventualiter electorum, iuxta legantium intentionem distribuendarum deputaturi. Idcirco, si a paupertatis professoribus, abdicatis rerum dominiis, dictae eleemosinae annuales et perpetuae in toto vel in parte auferantur, fratres ut filii verae pacis cum hominibus nullo pacto in iudicio vel extra contendant, sed huiusmodi rectoribus, praesidibus, scabinis et dominis praedictis sollicitudinem relinquunt. A contentionibus igitur liberi, non sint modicae fidei, sed in Domino, ostiatim mendicando, spem reponant: praeterea non intendimus per haec quoniam fratres dictos dominos de consilio, seu politicae gubernatores aut in relectores eleemosinarum perpetuarum deputatos benigne monere possint quod eleemosinas legatas, pro conscientiarum suarum exoneratione et animarum ipsorum legantium salute, dignentur, iuxta piam legantium intentionem, fideliter impendere.

CAP. VIII.

§ 18. Quia, fratres charissimi, Regula nostra specialiter prohibet ut fratres nostri nihil sibi approprient, sed sint tanquam peregrini et advenae in hoc saeculo Domino famulantes; et quod nullus inter nos suum quidquam dicere audeat, sed omnia sint de Ecclesia et unicuique a patre distribuatur prout opus est, cuiuslibet aetate et qualitate considerata; et pecunias accipere, aut quovis modo super se portare ipsa Regula nostra perpetuo interdicit; ac superiores pro necessitatibus infirmorum, ac fratribus induendis per amicos spirituales aut locorum procuratores, de scientia conventus pecunias undecumque prove-

De paupertate fratrum et rerum expropriatione.

De dispensatione eleemosinarum pecuniarum.

nientes sine quavis causa accipi facere, et per eosdem in capsâ quatuor clavaturis clausa reponere, et de scientia conventus exponi facere ipsa Regula nostra continet. prout in sexto capitulo dictae Regulae nostrae auctoritate apostolica confirmatae plenius continetur, quoniam panem quotidianum pro corporis necessitate non voluptate petendum Christus paternaliter docuit, pro necessitate ipsorum fratrum; et ne per repositionem eleemosynarum huiusmodi in terranos thesaurizare videamur, quem nec farneque aerugo demoliunt, prae largitione acquiramus, capitulum ipsum in aliquo commutari pro salubriori vita et paupertatis observatione non indecens est; ea propter necessaria tam ecclesiae et aedificiorum reparationi, quam fratribus debita subventioni et legatis procuratis, mendicatis et largitis, pretio opus est et statui nostro communiter convenit ut dividantur; prius tamen singuli fratres notitiam eleemosynarum habeant, ut fideliter orare valeant ad Dominum pro pia intentione donantium. Porro dictae eleemosynae per duos fratres capitulariter electos, oblatores aut amicorum spiritualium ministerio, in Ecclesiae ac fratrum usum, iuxta ordinationem correctorum et capituli, provide convertentur; si vero fratribus de tegumentis et vitae necessariis, aliisque, ut praefertur, rationaliter provisus, ex eleemosinis annualibus seu perpetuis aliquid superfuerit, per praedictos rectores et huiusmodi officiales, de consensu capituli localis, pie et charitative in pias causas distribuatur; correctoribus vero tempore sui correctoriatus non liceat extra conventum exire, propter communitatem praedicare, aut confessiones saecularium audire, nisi iusta de causa et hoc de consensu capituli.

CAP. IX.

De ieiunio § 19. Cum ieiunium corporale vitia comprimere, virtutes acquirere, daemones effugare noscatur, ideo fratres sanctam quadragesimam, a quinquagesima incipien-

tes, iuxta communem ordinationem Ecclesiae, usque ad Domini nostri Resurrectionem, ceteraque ieiunia observantes a festo Omnium Sanctorum exclusive usque ad Nativitatem Domini, cum quartis et sextis feriis per anni circuitum ieiunare solliciti sint, octavis Paschae et Nativitatis Christi, festisque infrascriptis, videlicet Nativitatis S. Ioannis Baptistae, Apostolorum Petri et Pauli, diebusque communionum, si quarta feria occurrerint, exclusis: poterunt nihilominus correctores super praedictis ieiuniis secundum Deum dispensare; in itinere autem fratres astringantur ieiunio corporali, et ut efficacius omnis crapulae tollatur occasio, aliquid comestibile aut potabile in cellis suis, tam praelatis quam subditis, nisi aquam aut quid medicinale, et hoc de licentia correctoris tenere; nec ultra horam prandii solitam, demptis infirmis et maioribus, absque superioris licentia, comedere minime consulimus: qui tamen diutino et naturali languore laborant, in ieiuniis, laboribus et vigiliis charitative et fraternaliter supportentur. Ceterum, fratres in domibus saecularium, cum commode ad conventum suum redire poterint, recumbere non debeant: tria tantum loca refectioni congrua, videlicet refectorium pro sanis, forestariam pro hospitibus, infirmariam, pro infirmis deputamus: necessitate tamen interveniente, corrector cum senioribus de quodam loco, pro fratribus ob Religionis onera fatigatis, secundum Deum dispensare poterit.

CAP. X.

§ 20. Singuli fratres unum ex societatis fratribus triennem patrem et correctorem, servumque omnium fratrum, post praedictum Franciscum, in generalem habere teneantur. De triennio autem in triennium fiat electio generalis et provincialium, quibus tres fratres timorati et capitulariter electi in socios discretos deputentur, cum quibus Ordinis negotia mature tractent; ipse autem generalis corrector gregem sibi

De capitulis et electionibus praetatorum.

commissum diligenter visitet, quem si com-
mode visitare non poterit, unus vel plures
vicecorrectores, quia sic eos mancipari vo-
lumus, unicuique, si videbitur, tribus locis
deputatis ab eodem, de sociorum suorum
consilio, eligantur; si etiam ex causa le-
gitima corrector provincialis totam provin-
ciam visitare non posset, per vicecorrecto-
rem, ut prius, succurratur. Dicti autem
visitatores seu vicecorrect. nulla auctoritate
seu praecipientia, nisi missi in actu visi-
tationum, fungantur. Praeterea, in quolibet
capitulo generali poterit fieri electio alienius
fratris timorati aut plurium, sicut propter
nationum varietates expedire videbitur, qui
in loco nostro Romano, nisi aliqua causa le-
gitima obviet, residens, pro negotiis Ordinis
occurrentibus diligenter invigilet. In dicto
autem capitulo generali praenominati correcto-
res fidelitatem Ordini promittant: eam-
dem promissionem coram capitulo conventus
faciant. Correctores vero generales et pro-
vinciales, officio suo triennali peracto, sint
triennio ad minus subditi; correctores vero
locales singulis annis in capitulo provin-
ciali mutentur, et per annum ad minus
subdantur; poterunt nihilominus visitato-
res et correctores locales assumi in pro-
vinciales, et provinciales in generalem
correctorem. Insuper, omnes, tam prae-
lati quam subditi, in capitulis generalibus
aut aliis vel extra, a quibuscumque sta-
tutis aut ordinationibus novis contra hanc
Regulam et fortalitium, et etiam aliis ab-
his, quae vel quas praedictus Franciscus
de Paula ordinaverit, et in futurum, sua
durante vita, auctoritate apostolica ordi-
nare, iam ordinata augere aut diminuere
poterit, summopere caveant, nec aliquas
litteras contra hanc Regulam impetrare
praesumant. Praeterea petatur a domino
Papa unus de venerabili collegio cardina-
lium, qui sit benignus, amator et fautor
huius Religionis; et ut haec Regula me-
lius observetur, quolibet mense, diebus
capitularibus, coram fratribus, in mensa
refectorii legatur et vulgari lingua expo-
natur, vel ut melius videbitur.

*Incipit Regula, seu modus vivendi tertia-
riorum utriusque sexus fratris Francisci
de Paula.*

CAP. I.

§ 21. *Si vis ad vitam ingredi, serva*
mandata, inquit Christus. Quamobrem ab
universis utriusque sexus fidelibus sub
hac vita et Regula Deo militare cupienti-
bus, divina praecepta summopere sunt ob-
servanda, si frui voluerint vita aeterna. Vos
igitur, qui hanc Regulam intratis, unum
Deum in Trinitate adorantes et super om-
nia diligentes, illi fideliter servite, et cor
vestrum in eo firme reponite, nomen eius
sanctissimum honorate, nec in vanum
illud assumite; in mercantiis et contracti-
bus et in cunctis dictis et factis vos ipsos,
proles vestras, servos et ancillas ab omni
iuramento coercere curate; et dum fratres
aut sorores nostrae congregationis iurare
audieritis, in charitate et mansuetudine
corripite, quia dicit Dominus: *Sit sermo
vester est, est; non, non*: a maledicto et
omni convicio abstinete, non enim rece-
det malum ab eo, qui assuescit iuramento;
diem dominicum et Ecclesiae festa san-
ctificate, et in illis vel bonis operibus et
piis exercitiis, meditando, orando, legendo,
missas, divinum officium, sermones au-
diendo, dedicare Deo pro tempore sata-
gite; patrem et matrem, tam temporalem
quam spiritualem, correctorem, correctri-
cem et superiores ac omnes ecclesiasticos,
veluti ministros et dispensatores mysterio-
rum Dei, colite et honorate; homicidium
fugite, et eum, qui vobis subiicitur, in
bonis operibus instruite; odium, rancorem,
indignationem, appetitum vindictae
declinate; benedicite maledicentibus, et
orate pro persequentibus vos; furtum, rap-
inam, usurarios et illicitos contractus
et omnem avaritiam reperite (1); si quid de
alieno habetis, restituite, quia non remit-
titur peccatum, nisi restituatur ablatum.

CAP. II.

§ 22. *Primum quaerite regnum Dei et
iustitiam*, ait Christus. Sacrificantes igitur

De officio Regula
Deum genera-
tum.

De divino of-
ficio et servitio
defunctorum.

(1) Legimus repellite (n. T.).

Deo sacrificium laudis pro immensis beneficiis, orationes devotas quotidie immolate: pro matutino videlicet, decem *Pater noster* et totidem *Ave Maria*; pro laudibus, quinque; pro prima, tertia, sexta et nona, pro qualibet illarum horarum, tria *Pater noster* et tot *Ave Maria*; pro vespers, septem et pro completorio novem. Et quoniam *saneta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur*, quinquies *Pater noster* et totidem *Ave Maria* pro defunctis, semel in die persolvite. In morte fratris, omnes fratres et sorores illius villae vel oppidi, ubicumque sepeliri contigerit, quos legitima causa non excuset, convenire habeant, et infra octo dies sequentes quinquaginta *Pater noster* et tot *Ave Maria* pro decedente persolvere non omittant; idem faciant pro singulis fratribus nostris decedentibus in proximiori loco, ubi fratrum vel sororum congregatio habetur: in die Commemorationis Animarum idem fiat pro omnibus defunctis: infra sanctam quadragesimam, centum *Pater noster* et tot *Ave Maria*; infra Adventum Domini et qualibet octavarum sequentium, videlicet Pascha, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis Virginis Mariae, Sancti Michaelis, Nativitatis Domini, triginta *Pater noster* et totidem *Ave Maria* persolvere pro fratribus et sororibus, et omnibus defunctis sumopere curent. In laudem Virginis Mariae, in exercitio suae coronae, quae sexaginta tria *Ave Maria* et septem *Pater noster* continet, maxime in diebus festivis, pro gratiis diversis impetrandis, crebro se occupent; ad honorem Trinitatis et beatae Mariae Virginis, ii, qui legere noscunt, dicant antiphonam de Trinitate, videlicet: *Benedicta sit Sancta Trinitas*, etc., cum versu *Benedicamus Patrem* etc., responsorio *Laudemus et superexaltemus* etc., et oratione *Omnipotens, sempiterna Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione* etc.

CAP. III.

§ 25. Quia Iesus Nazareus totus floridus, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum, in virtutum floribus delectatur, ideo decori conscientiae confessionem sacramentalem confessoribus per correctores provinciales deputatis facere, filii charissimi, non negligatis quater, ad minus, in anno, videlicet in Natalis, Resurrectionis Domini, Pentecostes ac beatae Virginis Mariae Assumptionis festivitatibus, saltem semel in anno, Communionem de manu curati devote et reverenter suscepturi, aliis vero temporibus, ab eorum Ordinis ministro, si voluerint, salvo semper iure decimarum et oblationum, secundum morem parochialis ecclesiae, curatis et pastoribus aut eorum vicariis, fideliter persolvendarum. Missas vero quotidie audire sit vobis pro salubri consilio, ut passionis Christi, quae in missa recolitur, armis muniti, fortes sitis et firmi in observantia mandatorum Dei; missas audiendo oretis, et ut mors Christi sit vita vestra, sit mitigatio, lahor vero requies sempiterna.

De confessione et Communione facienda

CAP. IV.

§ 24. *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt*, ait discipulus amoris, verus amator Christi, Ioannes: nam, qui amicus est huius mundi, inimicus Dei constituitur; quapropter, qui hanc vitam accipere desiderant, officia mundalia et publica exequi minime praesumant; arma invasiva, nisi sint pro Ecclesiae tuitione et fidei defensione, non deferant; nuptialia communia, nisi sint consanguineorum, fugiant; vanitates, honores, rumores, pompam, gloriam labentis huius saeculi et perituras opes respuant; ludos publicos prohibitos et scandalosos, ac quoscumque licitos, nisi lucrum erogetur pauperibus, declinent, et immarecensibilis gloriae palmam et regnum decoris de manu Domini percipiant: gloria enim mundi fallax et divitiae fugaces; felix qui plus de bona

De vanit. mundi fugienda.

vita, quam de longa cogitat: felix qui plus de pura conscientia, quam de arca plena curat.

CAP. V.

De ieiunio, abstinentia et operibus misericordiae.

§ 25. *Mortificate membra vestra, quae sunt super terram*, ait Apostolus, quia, *si secundum carnem vixeritis, moriemini; si vero spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*; quapropter, qui Deo sub hac vita militare voluerint, carnem suam domantes, a festo beatae Catharinae usque ad Nativitatem Domini, et ab Ascensione usque ad Pentecosten, dictis singulis festis exclusis, et per novem dies ante dies communionum, ac singulis feriis quartis a carnibus abstineant, sicutque solliciti ieiunare a festo beatae Luciae exclusive, usque ad Nativitatem Domini et singulis feriis sextis, nisi in Nativitate occurrat; in dictis autem feriis sextis, ob memoriam Passionis, dicant quinquies *Pater noster* et totidem *Ave Maria*; a dictis ieiuniis excludentes in puerperio iacentes, lactantes, senes et debiles, et in gravi labore desudantes, licentia a suis superioribus prius postulata, aut a confessoribus, qui quidem confessores dicta ieiunia in aliqua pietatis opera, vel in certas operationes, secundum qualitatem personae, commutare poterunt erga pauperes, orphanos et viduas; potentes et divites opera misericordiae adimplere satagant, ieiuniisque Ecclesiae conformare sese curent.

CAP. VI.

De vestimentis, cordone et professione.

§ 26. Corporis vestimenta et corporis tegumenta, secundum statum uniuscuiusque sint honesta, curiositate vitiosa, colore croceo, viridi aut rubeo demptis; cordonem nostrum duobus nodis nodatum a correctoribus locorum nostrorum et non alias pro cingulo suscipiant, et in eorum manibus praesentem Regulam seu modum vivendi, tam clerici quam laici, etiam coniugati, observare promittant; insuper promittentes emendationem vitae et cor-

Bull. Rom. Vol. V.

50

rectionem morum, et se huic statui et Regulae conformare, mandata Dei observare, et officium divinum et officium defunctorum hic expressum, nisi infirmitas vel alia causa legitima obstiterit, adimplere satagant. Poterunt autem universi utriusque sexus in hac vita a puerilibus annis se exercere, et cordonem de manu correctorum localium susceptum deferre, ac in decimo octavo anno, et non antea, professionem iuxta Regulam et modum vivendi praedictum emittere; si vero, quod Deus avertat, divinatores vel divinatrices essent, aut aliquam magicam et prohibitam artem aut sortilegia quaecumque, aut quomodocumque usuras publicas vel prohibitos contractus exerceant; aut ludos theatrales, choreas, tabernas et ludos publicos frequentarent; aut vitam dissolutam et scandalosam ducerent; vel blasphematores aut assidui iuratores essent, ter canonice moneantur, qui, trina monitione praevia, si se non correxerint et emendaverint, dicto cordone et singulis gratiis ac privilegiis a locorum correctoribus, de fratrum consilio seniorum, priventur: noverint nihilominus, per huiusmodi privationem a votis praesentis Regulae et vita Deo promissa minime fore se absolutos et liberos, sed se cordone et gratiis sentiant et iudicent indignos: poterunt verumtamen ad poenitentiam recipi et ablata eis restitui, si eorum contritio exegerit et humilitas meruerit.

CAP. VII.

§ 27. Cuilibet istius fraternitatis congregationi correctorem vel correctricem correctores provinciales deputent, illos vel illas, cum opus fuerit, mutando; qui quidem correctores provinciales, cum ad loca nostra declinaverint, fratres et sorores fraternitatis in die opportuno convocare poterunt, et eis sermonem per se vel per alium facere, ad observantiam mandatorum Dei et perseverantiam in bono exhortando; correctores autem et correctrices huius

De correctoribus et correctricibus, annuibus ac de pace fraterna et in bono perseverantia.

congregationis, lites inter fratres vel sorores ortas studiose conabuntur extinguere et ad pacem reducere, charitatem mutuam servantes. Fratres et sorores se nuncupare non vereantur, et in tribulatione et adversitate seu infirmitate se mutuo visitent et confortent. Haec sunt, filii charissimi, quae observare curabitis: poenitentiam igitur assumptam et bona opera nolite deserere, quia si fideles fueritis in operando, Deus fidelis erit in remunerando. Et ne oblivio aut ignorantia sint causa delinquendi, semel in mense ad minus, haec Regula vulgariter et intelligibiliter vobis legatur, nisi causa legitima quis impediretur; non enim privabit Dominus bonis eos qui ambulant in via mandatorum suorum et qui ei sub hac Regula militant, sed gratiam et gloriam dabit eis.

Clauulae.

§ 28. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo primo, kalendis maii, pontificatus nostri anno ix.

Dat. die 1 maii 1501, pontif. anno ix.

XV.

Contra offendentes, per se vel alium, litigantes in Curia Romana, eorumque iudices, advocatos, procuratores, notarios, testesque, et alios (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Licet in bulla *Coenae Domini* anathemate feriantur qui, quomodolibet litigantes in Curia Romana, iudices vel advocatos offendunt etc.; — 2. Reperiri tamen ait Pontifex nonnullos, qui huiusmodi anathema spernant. — 3. Huiusmodi itaque anathema ceterasque poenas renovat; — 4. Novas infligit; — 5. Obstantibus derogat; — 6. Hanc constitutionem publicari mandat. — 7. Sanctio poenalis. — Publicatio.

(1) In eosdem Romani Pontifices annis singulis anathematis sententiam promulgant in die et bulla *Coenae Domini*.

Alexander episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In eminenti Sedis Apostolicae specula, divina disponente elementia, licet immeriti, constituti, inter multiplices nostrae sollicitudinis curas, quibus assidue premimur, illam pro nostro pastoralis officio in primis suscipere debemus, per quam nostrae provisionis opera, ad Romanam Curiam (ad quam, veluti fidelium matrem et magistram, ac iustitiae fontem, pro illa consequenda, continue de diversis mundi partibus confluit multitudo) pro eorum causis tractandis confluentes, illasque in eadem prosequentes, sublatis quibusvis impedimentis, iura sua prosequi, et illa prosequendo, in eadem Curia libere, tute et quiete personaliter valeant permanere, prout, personarum et temporum conditione inspecta, id in Domino conspicimus salubriter expedire.

§ 1. Sane, tam dilectorum filiorum causarum Palatii Apostolici auditoris, eiusque locatenentium et aliorum fide dignorum relatione, quam multorum causas suas in dicta Curia prosequentium, gravissimis querelis, non sine maxima mentis nostrae perturbatione, saepenumero accepimus quod, licet nos, fel. record. Innocentio Papa VIII, praedecessore nostro, sicut Domino placuit, sublato de medio, ad summi apostolatus apicem, divina favente elementia, assumpti, tam eiusdem Innocentii quam aliorum Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum, vestigiis iuhaerentes, singulis annis in die *Coenae Domini* per literas nostras, inter cetera, omnes illos, qui, per se vel alium seu alios, quascumque personas ecclesiasticas vel saeculares ad eandem Curiam, super causis et negotiis suis recurrentes, illaque in eadem prosequentes aut procurantes, negotiorum gestores, advocatos vel procuratores ipsarum aut etiam auditores seu iudices super dictis causis seu negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberarent, mutilarent vel occiderent, aut bonis spoliarent; et qui, per

Exordium

Licet in bulla *Coenae Domini* anathemate feriantur qui, quomodolibet litigantes in Curia Romana, iudices vel advocatos offendunt etc.;

se vel alium seu alios, directe vel indirecte, praedicta exequi vel procurare aut eisdem consilium vel favorem praestare non verebantur, cuiuscumque praeminentiae, dignitatis, ordinis, conditionis ac status forent, etiamsi pontificali, regali, reginali vel quavis alia praefulgerent dignitate, publice excommunicare et anathematizare consueverimus, prout alii praedecessores praefati, etiam per eorum literas, singulis annis, dicta die facere consueverant; a quibus quidem sententiis, nullus, per alium quam Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi sub certis modo et forma expressis, absolvi potest.

Reperiri tamen ait Pontif. nonnullos, qui huiusmodi anathema spernant.

§ 2. Tamen, dierum crescente malitia, quamplures iniquitatis filii, perditionis alumni, excommunicationis et anathematis huiusmodi sententias parvipendentes, horrenda inhumanitate detestandaque saevitia, mortem sitientes aliorum, videntes forsasse, in causis per eos vel contra ipsos in dicta Curia pro tempore motis, iustitiam non fovere, suorum salutis, status et honoris inmemores, humani generis hoste procurante, Deique timore postposito, eorum in dictis causis adversarios aut illas pro eis in eadem Curia prosequentes aut procurantes, advocatos vel procuratores eorum testesque, et causarum praedictarum notarios, multoties diversis excogitatis minis afficere, invadere, verberare, mutilare, occidere; seu per alios, etiam assassinos, talia procurare et exequi (proh dolor) ausu temerario non erubescunt, adeo ut plerumque ius suum in ipsa Curia prosequentes, metu et quadam desperatione deducti, causas suas deserere, aut, non sine magno ipsorum praeciudicio et detrimento, ad concordiam seu alias transactiones inhonestas pactionesque illicitas, contra consuetam dictae Curiae libertatem devenire et ab ipsa Curia discedere cogantur, in Divinae Maiestatis offensam, iurisdictionis et auctoritatis apostolicae laesionem, animarum periculum, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum.

§ 3. Nos igitur, qui eandem Romanam Curiam, veluti supremum iustitiae tribunal et saluberrimum oppressorum omnium refugium, liberam, immunem et securam omnibus conservare debemus, considerantes attentius quod plures poenarum gravitas quam Dei timor arcere solet a voluntate peccandi, et propterea tanto periculo volentes occurrere animarum, ac tam nefarios praesumptores et facinorosos homines ecclesiae animadversionis mucrone ferire, ut metus poenae, meta huiusmodi praesumptionis existat, huius perpetuae irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio, praedictas excommunicationis et anathematis omnesque et singulas alias sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, in talia praesumentes, per canonicas sanctiones ac alias apostolicas constitutiones, quomodolibet latas et promulgatas, auctoritate apostolica approbantes et innovantes, ad omnes et singulos praedictos, qui forsitan sub illis comprehensi non essent, extendentes et ampliantes, statuimus et ordinamus:

Huiusmodi haec anathe. ceterasq. poenas renovat.

§ 4. Quod deinceps, perpetuis futuris temporibus, omnes et singulae ecclesiae saecularesve personae, cuiuscumque qualitatis, dignitatis, status, gradus, ordinis et praeminentiae fuerint, quae, earum iu causis, tam beneficialibus quam prophanis ac criminalibus sive mixtis, in dicta Curia nunc et pro tempore pendentibus (etiam super his, quibus literae executoriales iam decretae suum debitum consecratae non fuissent effectum), adversarios vel illas pro eis prosequentes et procurantes, sive advocatos aut procuratores ipsorum, aut auditores et alios iudices quoscumque, testes et notarios praefatos minis afficere, invadere, verberare, mutilare et occidere (sen per alios talia procurare et exequi quomodolibet praesumpserint), quamquam mutilatio vel mors ex hoc forsitan non sequatur, aut tales scienter receptaverint, defende-

Novas inai.it:

rint seu occultaverint; eisque consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte praestiterint; sive qui praemissa, etiam pro aliis, quomodolibet commiserint, ultra sententias, censuras et poenas praedictas (quas etiam ipsi parimodo incurrere noscantur), si ex colligantibus, causam ipsam et omne ius, tam in petitorio quam possessorio, ac in re vel ad rem, causa vel occasione huiusmodi, quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus et amittant; si vero alii fuerint, ab ipsa Curia et omnibus eiusdem Romanae Ecclesiae terris, perpetui exilii, omni spe restitutionis adempta; et si mutilatio membri vel mors (quod Deus avertat) subsequatur, ultra causae et iuris amissionem ac exilii poenam huiusmodi, tam ipsi quam pro eis praemissa exequentes et omnes alii supradicti, depositionis a dignitate, honore, ordine, officio et beneficio, ac laesae maiestatis criminis sententias incurrant ipso facto. Eorumque officia, etiam eiusdem Romanae Curiae, ac beneficia quaecumque ex tunc ipso iure vacare decernimus, et quae, ut praemittitur, vacatura nostrae et Sedis praedictae collationi et dispositioni, de simili fratrum eorundem consilio, reservamus, libere aliis per nos et Sedem praedictam dumtaxat conferentur; inhibentes ne quis, praeter Romanum Pontificem, quaecumque sit super hoc auctoritate munitus, de illis disponere vel circa illa per viam permutationis vel alias innovare quocummodo praesumat. Decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Sintque etiam in suis bonis omnibus, a cunctis perpetuo diffidati nihilominus et bannti, ac infames et inhabiles habeantur. Et postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis et anathematis, amissionis, depositionis seu diffidationis et banni huiusmodi adversus eum sententia requiratur. Et, ut ipsi nefarii praec-

sumptores ac facinorosi homines, a tam execrabili scelere facilius et frequentius reprimantur, omnibus et singulis ecclesiasticis saecularibusque personis, etiam euiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existant, in virtute sanctae obedientiae et sub simili excommunicationis et anathematis latae sententiae poena, a qua non nisi, ut praefertur, absolvi possint, districtius iniungimus ut omnes, quos praemissa commisisse, procurasse aut mediatores fuisse sciverint, Romano Pontifici pro tempore existenti vel alteri, per quem ad eius notitiam facile possit pervenire, per se vel alios, quanto citius revelare non omittant, pro revelatione huiusmodi gratiam et, si complices fuerint, veniam consequenturi.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quae praefati praedecessores in suis, et nos in nostris literis praedictis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantibus derogat;

§ 6. Ut autem praesentes ad communem omnium notitiam deducantur, volumus et mandamus illas in Cancellaria Apostolica et audientia literarum contradictarium (quas ex tunc quoscumque ligare decernimus) et deinde singulis annis prima die, qua per praefatos auditores et locatentes audientia tenetur, in loco dictae audientiae publicari et in dicta Cancellaria, inter alias extravagantes ac etiam inter dictorum auditorum constitutiones, describi, ut hi, quos contigerit, quod ad ipsorum notitiam non pervenerint, aut illas ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum quod tam patenter fuerit publicatum.

Hanc constitutionem publicari mandat.

§ 7. Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo secundo, idibus aprilis, pontificatus nostri anno x.

Sanctio poenalis.

Publicatio

Lecta et publicata fuit Romae in Cancellaria Apostolica, anno Domini 1502, die 14 aprilis, pont. sanctiss. D. N. Papae Alex. VI anno x.

A. de Gottifredis cursor.

Dat. die 13 aprilis 1502, pontif. anno x.

XVI.

Concessio gubernii quarundam terrarum Status ecclesiastici clericis R. Camerae Apostolicae (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Castra quaedam hic specificata, ob guer. turb. etc., maxima damna patiebantur, — 2. Illaque hic Pontif., pro eorum meliori regimine, a superioritate civitatum Spoletan. et Interammen. eximit, — 3. Eorumque gubernium clericis R. Camerae Apost. committit, — 4. Quibuscumque non obstantibus.

**Innocentius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Prooemium.

Etsi ex pastoralis officii nobis, licet imparibus, divina dispositione commisi sollicitudine, de cunctorum christifidelium salubri et pacifico statu iugiter cogitare teneamur, castra tamen et loca temporali dominio Romanae Ecclesiae subiecta, et illorum incolas maiori affectione complectimur, et ut tam pacis tempore suo prospero et felici regimine gubernentur, quam in occurrentibus guerrarum turbinibus, vigilum gubernatorum providentia et sollicitudine insimul facilius defendantur et conserventur illaesa, prout temporum et locorum qualitate pensata, eorumque utilitati et eiusdem Romanae Ecclesiae statui in Domino conspicimus expedire, de remedio providemus opportuno.

(1) De eorum munere, iurisdictione et privilegiis habes sup. in Eug. IV, Constit. xvii, *Inter*, pag. 52; in Callisto III, Constit. i, *Quae laudabili*, pag. 116; Sixto IV, Constit. i, *Dispositione*, pag. 203; ac Innoc. VIII, Constit. vi, *Cum sicut*, pag. 513.

§ 1. Sane Caesarum, Porcariae, Macerimi, Purbani, Colliscampi, Masserani, Cisternae, Florenzolae, Seoppi, Fogliani, Rappiciani, Palatii, Aretii, Cordigliani, Magliani, Buellarii, Mantrellarum, Baluini, Sterpeti, Apollinacii, Poggi, Appecani, Aquae Palumbae et Vallis Perachiae, ac alia castra et loca terrarum speciali commissione Arnulphorum Spoletanae dioecesis S. R. E. immediate subiecta, seu eorum aliqua, quae ab immemorabili tempore patrimoniales et peculiare Apostolicae Sedis et S. R. E. speciali praerogativa habita fuerunt et sunt, prout Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum hactenus munimenta testantur; ac dilecti filii eorum incolae et habitatores, ob dissensiones, differentias, scandala et guerrarum turbines, quae superioribus annis, inter dilectos filios Spoletan. et Interammen. civitatum nostrarum communitates et alias, etiam occasione illarum gubernationis, evenerunt, tot hominum caedes, rapinas, praedas et alia gravissima dispendia pertulisse noscantur, ut nisi super his, ne in posterum similia eveniant, opportunis remediis occurratur, verisimiliter formidandum sit, ne castra et loca huiusmodi vel eorum magna pars, non sine gravi nostra et Camerae Apostolicae iactura, destruantur, desolentur, aut ab eorum habitatoribus deserantur.

§ 2. Nos igitur, qui inter varias curas, quibus continuo premimur, illa praecipue sollicitamur, ut terrae et loca eidem Romanae Ecclesiae subiecta, sub statu tranquillo et pacis amoenitate gubernentur, volentes super his, ut nobis incumbit, de opportuno remedio providere, ac quaestionum, scandalorum et guerrarum huiusmodi fomenta, quantum nobis possibile est, penitus extirpare; ac attendentes quod si castra et loca huiusmodi regimini ac gubernationi dilectorum filiorum clericorum praedictae Camerae praesidentium, quibus omnium terrarum et locorum S. R. E. in temporalibus praecipue cura im-

Castra quaedam hic specificata, ob guerrarum turbines etc., damna maxima patiebantur,

Illaq. hic Pontif., pro eorum meliori regimine, a superioritate civitatum Spoletan. et Interammen. eximit,

minet, subiicerentur, eorum incolae et habitatores praedicti laudabiles se recepisse rectores, cum maximis eorum commodis lactarentur, habita super his cum fratribus nostris eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus deliberatione matura, ac de eorum consilio, omnia et singula castra et loca praedicta, cum omnibus et singulis eorum et cuiuslibet ipsorum incolis et habitatoribus, eorumque bonis et rebus, ac districtibus, territoriis, terminis, villis, arcibus, fortalitiis, casalibus, montibus, vineis, sylvis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, aquarum ductibus, fluminibus et fluminum alveis, torrentibus, piscationibus, molendinis, terris cultis et incultis, iurisdictionibus et aliis quibusvis iuribus et rebus eorundem ab omni superioritate, dominio, gubernio, regimine, potestate Spoletan. et Interamnen. huiusmodi et quarumcumque aliarum civitatum earumque communitatum ac aliorum superiorum et gubernatorum quorumlibet; necnon ab omni iurisdictione, superioritate, potestate ac onere, inferioritate, recommendatione et subiectione, realibus et personalibus quibuscumque, perpetuis sive temporalibus, in quibus castra et loca praedicta et eorum singula, civitatibus et communitatibus praedictis et earum cuiuslibet, etiam ex quibusvis causis quomodolibet obligentur et teneantur, auctoritate apostolica, ex certa nostra scientia, tenore praesentium, penitus eximimus et totaliter liberamus; ac exempta et liberata esse, et Spoletan. et Interamnen. huiusmodi, aut aliquam aliam communitatem et aliquem alium gubernatorem, in castra et loca praefata, vel eorum aliquod, eorumque incolae et habitatores praesentes aut futuros, ac districtus, terminos, bona, iura et res eorundem, aliquam iurisdictionem, superioritatem, gubernationem, arbitrium aut aliam potestatem exercere seu habere nullatenus posse, ex simili scientia decernimus et declaramus.

§ 3. Et nihilominus omnia et singula

castra, loca, incolae, habitatores, districtus, territoria, loca et res huiusmodi, regimini, gubernationi clericorum Camerae huiusmodi, consilio et scientia similibus, specialiter, expresse et immediate subiicimus et subiecta esse volumus, salvis tamen semper ordinariis introitibus praedictae Camerae debitis, ex quibus consueta onera pro custodia arcis dicti castri Caesarum persolvi volumus. Et insuper, collegio clericorum huiusmodi eodem tenore committimus et mandamus quatenus omnia et singula castra et loca, eorumque habitatores, bona, iura et res praedictas sub eorum gubernio et regimine huiusmodi recipiant et habeant, et prudenter regant atque gubernent, ac benigne tractent, sub iustitiae libramine debito, faciendo praemissa omnia inviolabiliter observari, non permittentes ea et eorum aliquod, per communitates praedictas vel quascumque alias, cuiuscumque status, praeminentiae, dignitatis, auctoritatis et conditionis existant, aliquatenus infringi; seu loca, castra et incolae, habitatores huiusmodi contra praesentium tenorem quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet et rebelles, per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo.

§ 4. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non statutis, locorum municipalibus consuetudinibus et praescriptionibus, quibusvis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, donationibus, alienationibus, concessionibus, dispositionibus et litteris, tam per quoscumque Romanos Pontifices quam per nos et Sedem Apostolicam, sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis irritantibusque et aliis decretis; ac etiam motu proprio et simili scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, et ex quibusvis etiam maximis et urgentissimis causis et necessitatibus, etiam de

Eorumque gubernium clericis R. Camerae Apostol. committit,

Quibuscumque non obstantibus.

simili consilio, eisdem communitatibus, gubernatoribus et personis ac quibusvis aliis communiter vel divisim hactenus quomodolibet concessis et factis ac confirmatis, approbatis et innovatis nominatim, specialiter et expresse, et in posterum forsitan concedendis, faciendis, confirmandis, approbandis et innovandis. Quibus etiam, pro illorum sufficiente derogatione, ac si de illis et totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua *etc.*, ac de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quoad praemissa dumtaxat, harum serie, eadem scientia specialiter et expresse derogamus, et illa nemini aliquo unquam tempore suffragari volumus et decernimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae 1502, 5 kalend. maii, pontificatus nostri anno x.

Dat. die 29 aprilis 1502, pontif. anno x.

PIUS III

PAPA CCXVII

Anno Domini MDIII.

Die 22 septembris 1505 electus est in Summum Pontificem Franciscus Piccolominens, cardinalis S. Eustachii, Senensis, qui ab avunculo Pio II, Pius III voluit nuncupari. Die octobris prima episcopaliibus sacris initiatus, octava mensis eiusdem die pontificali thiara redimitus est, ac novem post dies, ulcere eruris, quo iamdiu laboraverat (1), extinctus est, cum Pontificiam Sedem per mensem nondum tenuisset. Corpus eius, autea in basilica S. Petri translatum, ab Alexandro Peretto, cardinali de Monte Alto, translatum fuit ad ecclesiam S. Andreae de Valle vulgo dictam. Vacavit Sedes dies xiv.

(1) Volaterr. lib. II.

IULIUS II

PAPA CCXVIII

Anno Domini MDIII.

Die prima novembris, anno millesimo quingentesimo tertio, Pio III successor datur Iulianus Roboreus, Savoneusis, Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter cardinalis Sancti Petri ad Vincula, Ostiensis episcopus, in pontificatu Iulius II appellatus: qui apostolicis infulis decoratus est die vigesima sexta mensis eiusdem. Sedit in pontificatu annos ix, mens. III, dies xx, temporibus Maximiliani regis Romanorum, et sex promotionibus xxvii cardinales creavit. Obiit die vigesima prima februarii, anno millesimo quingentesimo decimo tertio, et sepultus est in S. Petri ad Vincula. Vacavit Sedes dies xviii.

I.

Contra barones et communitates Status ecclesiastici, eorum territoria non custodientes a bannitis, furibus et aliis delinquentibus.

SUMMARIUM

Antecessores Pontifices plura mandata fecerunt pro quiete Status ecclesiastici. — 1. Ea renovans Iulius, territoria libera custodiri mandat a furibus, sicariis *etc.* — 2. Non custodientes ad damni illati satisfactionem teneri iubet.

Iulius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis baronibus, domicellis, communitatibus et universitatibus terrarum et castrorum eorumdem, necnon aliis civitatibus et universitatibus oppiderum et terrarum, S. R. E. mediate vel immediate subiectis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quia nihil est quod magis expedit nostrae almae Urbis et Curiae ac ceterorum subditorum S. R. E. quieti et regimini, quam quod euntes et redeuntes ad eandem, ac ceteras terras eiusdem S. R. E.

Antecess. Pontific. plura mandata fecer. pro quiete Stat. ecclesiastici.

secure et libere, sine incursione, offensione et invasione latronum, furum ac sicariorum et aliorum male viventium, stare, ire et redire possint et valeant; ac propterea, tam de iure communi quam ex specialibus ordinationibus fel. rec. Pauli II et Sixti IV, nostri, secundum carnem, patru, ac Innocentii VIII et Alexandri VI, praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, statutum fuerit ut omnes barones et domicelli, et Universitates castrorum eorundem, ac civitates et ceterae terrae et oppida S. R. E. mediate et immediate subiecti et subiecta, eorum terras et oppida, villas et territoria quaecumque a dictis latronibus, sicariis, furibus et aliis delinquentibus custodirent, et secure ac libera facerent, alias ad emendationem omnium damnorum et rerum subtractarum tenerentur et obligarentur.

Earenovantibus, territoria libera custodiri mandata a furibus, sicariis etc.

§ 1. Idecirco, praedecessorum nostrorum vestigia insequentes, pro pace et quiete dictae urbis et omnium terrarum praedictarum, omniumque incolarum et venientium ad easdem securitate, vobis omnibus et vestrum cuilibet, tenore praesentium, expresse mandamus ut vestras terras, communitates, universitates, villas et castra, ac territoria omnia a praefatis viris facinorosis, latronibus, furibus, sicariis et aliis delinquentibus, a die intimationis praesentium earundem, secure ac libera teneatis, reservetis et custodiatis: quod si secus feceritis, tam poenas iuris quam alias poenas et censuras a praedecessoribus nostris praedictis, super his promulgatis, ipso facto, vos et quemlibet vestrum incurrere decernimus et declaramus.

Non custodientes ad damni illati satisfactionem tenentur inibi.

§ 2. Mandantes insuper venerabili fratri Raphaeli, episcopo Albanensi, camerario nostro, ac dilectis filiis clericis et praesidentibus Camerae Apostolicae, neonon almae Urbis senatori et aliis officialibus, legatis et gubernatoribus provinciarum, civitatum, terrarum et locorum eiusdem S. R. E., quatenus, ad denunciationem et querelam eorum, qui invasi, spoliati aut

aliquid aliud damnum ab huiusmodi latronibus, furibus et sicariis passi fuerint, pro satisfactione eorum, ad declarationem dictarum poenarum et emendationem dictorum damnorum, iuxta formam et tenorem constitutionum praedictarum, et praesertim constitutionis et ordinationis praefati Alexandri VI, praedecessoris nostri, via executiva procedant et procedere debeant; alioquin, ubi requisiti fuerint et illa exequi neglexerint, tam ipsos quam vos et vestrum quemlibet, ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decernimus et declaramus, non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die octava novembris, anno millesimo quingentesimo tertio, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 8 novembris 1503, pont. anno 1.

II.

Monasterium Cassinense Ordinis S. Benedicti congregationi monachorum Sanctae Iustinae de Observantia eiusdem Ordinis unitur, et dictam congregationem Cassinensem alias Sanctae Iustinae denominari praecipitur, eique privilegia omnia communicantur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Monasterium Cassinense, quod antea erat commendatum, hic modo Pontifex, ad maiorem regularis observantiae profectum, — 2. Unit et annectit congregationi S. Iustinae de Observantia; — 3. Congregationem Cassinensem S. Iustinae vult appellari, — 4. Firmis stantibus singulis privilegiis. — 5. Obstantibus derogat.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Super cathedram pastoralis praeminentiae, dispositione divina, meritis licet insufficientibus, considentes, pio ac sancto desiderio cupimus efficere ut monasteria et loca religiosa quaecumque, per nostrae

Exordium.

operationis diligentiam, gratia cooperante divina, salubriter dirigantur, et in eis regularis disciplinae norma servetur, cultus divinus angeatur, charitas vigeat, humilitas perseveret, et omnis bene vivendi modus teneatur, ut aeternae vitae praemio valeant stabiliri feliciter.

§ 1. Sane, monasterio Cassinense, nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinente, Ordinis Sancti Benedicti nullius dioecesis, quod dilectus filius noster Ioannes S. Mariae in Dominica, diaconus cardinalis, ex concessione et dispensatione apostolica in commendam nuper detinebat, commenda huiusmodi cessante, ex eo quod idem Ioannes cardinalis illi hodie in manibus nostris sponte et libere cessit; nosque cessionem ipsam duximus admittendam, verum et ultimum supradicti monasterii vacationis modum praesente pro expresso habentes, ad provisionem super ipsius monasterii regimine celerem et felicem, ne monasterium ipsum longae vacationis exponatur incommodis, paternis studiis intendentes, post deliberationem, quam desuper cum fratribus nostris habuimus diligentem, denum ad dilectos filios monachos congregationis S. Iustinae de Padua, supradicti Ordinis, sub regulari observantia viventes, direximus oculos mentis nostrae, sperantes quod, sicut congregatio ipsa per universam Italiam, per incrementa temporum, suos palmites dilatavit, sic ubique virtutum radiis iugiter crescat, si monasterium ipsum eidem congregationi perpetuo uniretur, annecteretur, incorporaretur, vigeretque in eo regularis observantia supradicti Ordinis, monasterium ipsum regulari observantia hactenus destitutum (cum tamen caput omnium monasteriorum supradicti Ordinis existat, et in eo corpus sanctissimi Benedicti multa cum veneratione conservetur) exinde votivae reformationis susciperet incrementum, et eorumdem monachorum exemplaris vita nobis, tunc in minoribus constitutis, eorum protectore, nota

Bull. Rom. Vol. V.

51

et accepta, in temporalibus et spiritualibus, speratae prosperitatis successibus, gratularetur, succederetque in ea divini cultus augmentum, cum incolarum et habitatorum ac omnium animarum salute.

§ 2. Quibus omnibus, debita meditatione pensatis, monasterium praedictum, sic ut praefertur, vacans, cum illi annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem congregationi per abbatem temporalem, iuxta eiusdem congregationis laudabiles ritus et mores ac regularia instituta eiusdem Ordinis, et eidem congregationi per Sedem Apostolicam concessa privilegia et indulta, perpetuis futuris temporibus duratura, ad instar aliorum monasteriorum dicti Ordinis eidem congregationi unitorum, annexorum et incorporatorum, per praesidentem congregationis huiusmodi, et definitores pro tempore existentes deputandi tenendum, regendum et gubernandum, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate, tenore praesentium unimus, annectimus et incorporamus; ac volumus, statuimus et ordinamus illud de cetero dictae congregationis esse, ac iuxta mores, ritus et iustitia praedicta perpetuo regi et gubernari debere, Icereque praesidenti et definitoribus ac congregationi praefatae, per se vel alium seu alios, regiminis et administrationis, ac honorum omnium mobilium et immobilium dicti monasterii possessionem, vel quasi, propria auctoritate libere apprehendere ac perpetuo retinere, ac illud, ut praefertur, regere et gubernare, cuiusvis licentia super hoc minime requisita. Ac illos ex monachis dicti monasterii, qui sub dicta observantia vivere nollent, inde amovere, ac ipsi ad alia monasteria dicti Ordinis ubi benevolos invenerint receptores, sese transferendi licentiam habeant, qui tamen beneficia ecclesiastica vel alia, unde vivere, aut donec dictos benevolos invenerint receptores, monachalem portionem, et ex fructibus dicti monasterii accipiant.

Unit et annexit congreg. S. Iustinae de Observantia;

Monaster Cassinense, quod antea erat commendatum, hic modo Pontifex, ad maiorem regularis observantiae profectum,

Congreg. Cassinensem S. Iustinae vult appellari.

§ 3. Ne non congregationem ipsam, propter nomen et dignitatem monasterii huiusmodi (quod aliorum monasteriorum dicti Ordinis caput est, ut praefertur), de caetero Cassinensem congregationem, alias S. Iustinae, nuncupari debere.

Firmis statutibus singul. privilegii.

§ 4. Omnibus tamen et singulis privilegiis et immunitatibus et exemptionibus, concessionibus et indultis hactenus congregationi S. Iustinae huiusmodi concessis, in suo robore et firmitate persistentibus, in omnibus et per omnia, perinde ac si huiusmodi tituli mutatio seu variatio facta non esset, et huiusmodi privilegia a principio congregationis Cassinensis, alias S. Iustinae huiusmodi specialiter et expresse concessa fuissent.

Obstantibus derogat.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio, decimo kalen. decembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 22 novembris 1503. pont. anno 1.

III.

Confirmatio capitulorum circa regimen et gubernationem civitatis Bononien. per legatos et gubernatorem exercen. editorum (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Ex concessione Romanorum Pontificum, legatus Bononien. eiusque locumtenentes in rebus regimen huius civitatis concernentibus consensum magistratum eiusdem requirere debent. — 2. Oratores Bononienses huius legis vigore gesta et nonnulla capitula inde confecta confirmare petunt. — 3. Benigne annuit Iulius: — 4. Supplet defectus; — 5. Eaque servari mandat; — 6, 7. Obstantibus derogat.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Prooemium.

Etsi ex commisso nobis, meritis licet imparibus, pastoralis officio, teneamur
(2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

circa singulos christifideles nostrae curae commissos intendere, illorum tamen, qui nobis et Romanae Ecclesiae immediate subiecti, eorum fide et eximia constantia promeruerunt ut, in praecipuos et peculiare filios eiusdem Romanae Ecclesiae recepti, sub illius et Sedis Apostolicae tutela existerent, cura propensius nos hortatur et urget ut ea, quae pro felici, pacifico et concordii regimine ipsorum eis etiam per praedecessores nostros Romanos Pontifices et Sedem eandem concessa fuerunt, etiam munimine nostro roboramus, ut illa firmiter persistant, quo fuerint saepius Sedis eiusdem protectione circumfusa.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Nicolaus Papa quintus, praedecessor noster dilectis filiis communi et populo civitatis nostrae Bononiensis, pro eorum prospero, tranquillo et felici regimine, nonnulla privilegia, gratias capitulaque concedens, et quasdam eorum petitiones admittens, inter alia voluit et ordinavit quod ex tunc de caetero futuris temporibus omnia et singula regimen civitatis praedictae quomodolibet concernentia per legatum sive gubernatorem et eorum locumtenentes pro tempore, cum consensu magistratum deputatorum ad regimen dictae civitatis, deliberarentur et disponerentur; et deinde pie me. Calixtus tertius et Pius secundus ac Paulus etiam secundus necnon Sixtus quartus ac Innocentius octavus et Alexander sextus, Romani Pontifices praedecessores nostri, praemissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulorum forma eidem Nicolao praedecessori, nomine antianorum communis et populi praedictorum, exhibitis, et ipsius Nicolai praedecessoris ad capitula huiusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento super inde confecto manu quondam Petri de Noleso, eiusdem Nicolai praedecessoris secretarii; necnon Calixti, Pii ac Pauli, Sixti, Innocentii et Ale-

Ex concessione Romanor. Pontificum, legatus Bononien. eiusque locumten. in rebus regimen huius civit. concernentibus, consensum magistratum eiusdem requirere debent.

xandri praedecessorum praedictorum literis apostolicis, et ad capitula exhibita pro parte eorundem eidem Pio praedecessori factis per dictum Pium praedecessorem responsionibus, manu quondam Georgii Lotii dicti Pii praedecessoris annotatis, ac in registris Camerae Apostolicae registratis, quae diligenter inspici fecimus, plenius continetur.

Oratores Bononiensis. huius legis viz. rege- sta et nonnulla capit. inde confecta confirmate petunt.

§ 2. Cum autem, sicut dilecti filii magister Antonius Galeaz. Bentivolus, clericus Bononiensis, noster et dictae Sedis notarius, et Ioannes de Marsiliis, ac Hieronimus de Castro Sancti Petri, cives Bononienses et oratores communis et populi praedictorum, ad nos et Sedem praedictam specialiter destinati, post praestitam per eos nobis debitae fidelitatis et subiectionis obedientiam, nobis nuper exposuerunt quod antiani, commune et populus praefati praemissa omnia, et quae eorum vigore postmodum gesta fuerunt, desiderant, pro eorum subsistentia firmiori, nostrae approbationis munimime solidari.

Benigne annuit Iulius ;

§ 5. Nos, qui praefatam communitatem et illius cives, nostros et eiusdem Romanae Ecclesiae filios peculiare, ob sinceræ devotionis affectum ac fidei constantiam et integritatem, quibus nos et praefatam Ecclesiam reverentur, speciali dilectione prosequimur et paterna charitate confovemus, eorum in hac parte supplicationibus inclinati, praefatorumque praedecessorum inhaerendo vestigiis, concessionibus, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula illa dumtaxat, quae per Nicolaum et Paulum cum additionibus in literis eius desuper confectis contentis, ac alios praedecessores praedictos signata et concessa fuerunt, iuxta concessionibus et moderationes eorundem praedecessorum, ac omnia, quae per bo. me. Angelum, tituli Sanctae, Crucis in Hierusalem presbyterum, Ioannem Baptistam Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum, tum dictae Sedis notarium et ci-

vitatis eiusdem gubernatorem, ac per bo. me. Franciscum Sanctae Mariae Novae, etiam diaconum, cardinales, ac nos, tunc episcopum Ostiensem, necnon dilectum filium nostrum Ascanium Mariam S. Viti in Macello Martyrum diaconum, S. R. E. vicecancellarium, ac etiam bo. me. Ioannem Sanctae Mariae in Via Lata, similiter diaconum, et Baptistam tituli Sanctorum Ioannis et Pauli presbyterum, cardinales, successive in civitate praedicta eiusdem Sedis legatos, et cuiuscumque eorum pro tempore locumtenentes; necnon venerabilem fratrem nostrum Caesarem, episcopum Ameliensem, nunc eiusdem civitatis apostolica auctoritate deputatum gubernatorem, cum his qui praefuerunt officio Sexdecim dictae civitatis, pro bono regimine eiusdem civitatis gesta et facta sunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in praeiudicium Romanae Ecclesiae et ecclesiasticae libertatis ac eorum, quae eidem civitati per Sedem Apostolicam mandata fuissent; necnon omnia et singula privilegia, concessionibus et indulta a praedictis et aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, ac legatis et nunciis Apostolicae Sedis, et a quibuscumque aliis a praefata Sede potestatem habentibus, sub quacumque verborum forma concessa, et prout illa concernunt, omnia et singula in literis et scripturis desuper confectis contenta, et inde secuta quaecumque in simile praedictum non tendentia, auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia, approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, ac volumus observari, quamdiu antiani, commune et populus praefati in nostra et Romanae Ecclesiae obedientia et devotione, nostris mandatis pro tempore parendo, permanserit.

§ 4. Supplentes omnes et singulos defectus tam iuris, quam facti, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

Supplet defectus ;

§ 5. Ac mandantes praefato Caesari,

Episcopo servari
mandat;

episcopo, et pro tempore existenti legato et gubernatori civitatis praedictae, necnon omnibus aliis nostris et dictae Sedis officialibus in eadem civitate existentibus, quatenus praemissa omnia firmiter observent et faciant, quantum in eis est, ab omnibus observari.

Obstat. et
derogat.

§ 6. Ac decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 7. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae praedecessores praefati in dictis eorum literis voluerunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio, pridie kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 30 novembris 1503, pont. anno 1.

IV.

Contra abutentes immunitatibus ecclesiarum in regno Angliae (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Nonnulli immunitate ecclesiastica abutebantur in Anglia. — 2. Nonnullis in rebus hanc immunitatem moderatur; — 3. Obstantibus derogat. — 4. Transumptorum fides. — 5. Clausulae.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Romanum decet Pontificem taliter providere quod immunitates, quae ecclesiis, ob reverentiam divini nominis et ad praesidium innocentium, provida moderatione concessae fuerunt, malis ad peiora perpetranda audaciam non praebeant, sed illas taliter moderari, quod exinde et ecclesiis privilegia conserventur, et delinquentium effraenata temeritas compeccatur.

(1) Ex Collect. Rerum Anglic. Thomae Rymer.

§ 1. Sane, sicut accepimus, in regno Angliae saepe numero contigit quod rei vel suspecti criminis laesae maiestatis, homicidae voluntarii, publici latrones, ac itinerum et publicarum viarum effractores et insidiatores ad loca ecclesiastica, tam saecularia quam regularia, confugiunt, confidentes inter se, propter immunitatem Ecclesiae concessam, extrahi non posse; ac etiam postquam in locis praedictis sunt constituti, de novo etiam crimina ac alia similia vel peiora committere non verentur, inde exeuntes, et deinde pro eorum defensione, ne capiantur, ad dicta loca vel alia quaecumque immunitate gaudentia se retrahentes.

Nonnulli immunitate ecclesiastica abutebantur in Anglia.

§ 2. Nos igitur in praemissis debite providere volentes, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et ordinamus quod deinceps, quoties contigerit in dicto regno huius criminis laesae maiestatis reos vel suspectos ad dicta loca, etiam quovis exemptionis privilegio munita, confugere, quamvis de criminibus huiusmodi aut eorum aliquo convicti non fuerint, custodes ad custodiendum illos in dictis locis, ne inde aufugiant, deputari debeant; et si dicti criminis laesae maiestatis rei vel suspecti, aut homicidae, latrones, vel itinerum et publicarum viarum effractores seu insidiatores, in dictis locis moram trahentes, vel inde exeuntes, de novo praedicta crimina, vel eorum aliqua, aut deteriora, vel alia similia committere praesumpserint, vel inde recedentes ad praedicta vel alia quaecumque loca, etiam quaecumque immunitate gaudeant, confugerint, ab illis licite extrahi et iustitiae committi possint.

Nonnullis in rebus hanc immunitatem moderatur;

Obstantibus derogat.

§ 5. Non obstantibus praemissis, ac bonae memoriae Othonis et Ottoboni, olim in dicto regno Apostolicae Sedis legatorum, in provincialibus quoque et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et statutis, consuetudinibus ecclesiarum et locorum prae-

dictorum et etiam Ordinum, quorum illa fuerint, necnon eiusdem regni iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis ac literis apostolicis generalibus vel specialibus, etiam sub quibuscumque censuris et poenis ecclesiasticis, ipsis ecclesiis et locis, in genere vel in specie; et sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis concessis et concedendis imposteriorum: quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica et expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumpt. fides.

§ 4. Verum, quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca in quibus expediens foret, deferri, volumus et praefata auctoritate decernimus quod illarum transumptis manu publici notarii inde rogati, subscriptione et sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae seu curiae ecclesiasticae munitis ea prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

Clausulae.

§ 3. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quarto, tertio decimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 20 maii 1504, pontif. anno 1.

V.

Damnatio simoniace electionis Summi Pontificis Romani, cum poenarum impositione in electum eligentesque et eorum complices.

SUMMARIUM

Simonia damnabilis, — 1. Quae propterea inficit electionem Papae. — Simoniace au-

tem electus non solum habendus non est pro Papa, sed privationem incurrit cardinalitatis dignitatis et omnium beneficiorum. — 2. Haec autem electio nec per adorationem confirmari valet. — 3. Cardinalium facultas discedendi ab eius obedientia. — 4. Qui nec regimini Ecclesiae se immiscere possit. — 5. Simoniace eligentium poenae. — 6. Complicum quoque poena. — 7. Obligationum omnium simoniacarum annullatio. — 8. Cardinales non complices simoniae alium Pont. eligere, et concilium convocare possint. — 9. Clausulae derogatoriae. — 10. Cardinalium contravenientium excommunicatio. — 11. Decretum irritans. — 12. Iussio publicandi hanc bullam. — 13. Sanctio poenalis.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Cum, tam divino quam humano iure, in spiritualibus praecipue, detestabiliter sit simoniae labe prohibita, et longe magis in electione Romani Pontificis vicarii Iesu Christi D. N. abominabilis sit et universali Ecclesiae perniciosa.

Simonia damnabilis.

§ 1. Nos, qui regimini eiusdem universalis Ecclesiae, meritis imparibus, annuente Domino, praesidemus, cupientes, quantum cum Deo possumus in praemissis pro tanta rei necessitate ac periculi magnitudine, ut tenemur, in posterum salubriter providere, de fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio et unanimi consensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, apostolica auctoritate et de potestatis nostrae plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus et definimus quod si, quod Deus pro sua clementia et in omnes ineffabili bonitate avertat, contigerit, postquam nos vel successores nostros successive ipse Deus ab huiusmodi universalis Ecclesiae regimine absolverit, humani generis inimico procurante, et ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu aliquibus de coetu cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam haeresim, in dando, promittendo vel recipiendo pecunias, bona cuiusque generis, castra,

Quae propterea inficit electionem Papae.

officia vel beneficia, seu promissiones et obligationes, commissam per se vel alium seu alios, quomodocumque et qualiterumque, etiam in duarum partium vel omnium cardinalium unanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam assumptionis unanimiter, nemine discrepante, etiam sine serutinio factae, celebrari vel fieri; non solum huiusmodi electio vel assumptio eo ipso nulla existat, et nullam eidem sic electo vel assumpto administrandi in spiritualibus et temporalibus facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum vel assumptum, de simoniaca labe, a quocumque cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi et excipi possit, sicut de vera et indubitata haeresi, ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimmo ipse sic electus a priori suo cardinalatus et alio quocumque honore, ecclesiis cathedralibus, etiam metropolitanis et patriarchalibus, monasteriis, dignitatibus et aliis quibuscumque beneficiis et pensionibus, quae tunc obtinebat in titulum vel in commendam, aut alias quomodocumque, eo ipso, absque alia declaratione, privatus existat: et idem electus, non apostolicus, sed apostaticus et tamquam simoniacus et haeresiarea et ad praedicta omnia et singula perpetuo inhabilis habeatur et sit.

§ 2. Nec huiusmodi simoniaca electio, per subsequentem ipsius inthronizationem seu temporis cursum, aut etiam omnium cardinalium adorationem seu obedientiam, ullo umquam tempore conualescat.

§ 3. Liceatque omnibus et singulis cardinalibus, etiam illis, qui huic simoniacae electioni seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem et adorationem seu obedientiam, ac etiam universo clero, populo Romano necnon subditis et Sancti Angeli de Urbe ac quarumvis aliarum Romanae Ecclesiae arcium praefectis, castellanis, capitaneis et aliis officialibus, quocumque homagio seu iuramento vel cautione praestitis non obstantibus, a talis electi, etiam inthronizati, obedientia et

devotione impune et quodcumque discedere (ipsis, fidei Romanae Ecclesiae et obedientiae futuri Romani Pontificis canonice intrantis, nihilominus adstrictis permanentibus), et eum, ut magum, ethnicum, publicanum et haesiarcham, evitare.

§ 4. Ad cuius quoque confusionem possint cardinales, qui praefatae electioni se opponere voluerint, si praesumpserit se regimini universalis Ecclesiae, praetextu talis electionis, ingerere, auxilium brachii saecularis contra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia discedentes, tamquam tunicae Domini scissores, aliquorum, propter dictum discessum, poenarum seu censurarum ultioni subiaceant.

§ 5. Cardinales vero, qui eum sic simoniace elegerint, a suis ordinibus et etiam cardinalatus titulis et honore, ac quibuscumque patriarchalibus, archiepiscopalibus, episcopalibus et aliis praefaturis ac dignitatibus et beneficiis, quae in titulum vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quae ius tunc habebant, absque alia declaratione, privati existant, nisi ab illo penitus et eum effectu discesserint, et reliquis cardinalibus, qui huiusmodi simoniae non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se, absque fictione vel fraude, univerint et coniunxerint. Et tunc, si praefatis aliis cardinalibus se univerint et coniunxerint, in pristinum statum et ad pristinos honores et dignitates, etiam cardinalatus, ac ecclesias et beneficia, quibus praerant et quae obtinebant, reintegrati, rehabilitati ac restituti et repositi, ab huiusmodi simoniae labe et censuris ac poenis ecclesiasticis quibuscumque absoluti eo ipso existant.

§ 6. Mediatores vero, proxenetae, trapezitae, tam clerici quam laici, cuiuscumque dignitatis, qualitatis et ordinis fuerint, etiam patriarchali, archiepiscopali vel alia saeculari, mundana sive ecclesiastica dignitate praediti, etiam quorumcumque regum

Simoniace autem electus non solum habendus non est pro Papa, sed privationem incurrit cardinalitatis dignitatis et omnium beneficiorum.

Haec autem electio nec per adorationem confirmari valet.

Cardinalium facultas discedendi ab eius obedientia.

Qui nec regimini Ecclesiae se commisit, possit.

Simoniace eligentium poena.

Complie. quaque poena.

et principum oratores vel nuncii, huius simoniacae electionis participes, sint omnibus suis ecclesiis, beneficiis, praelaturis et feudis, ac aliis quibuscumque honoribus et bonis eo ipso privati et ad similia inhabiles, ac etiam active et passive intestabiles, et eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum laesae maiestatis, fisco Apostolicae Sedis applicentur et devolvantur, si praedicti delinquentes ecclesiastici fuerint vel alias Romanae Ecclesiae subditi. Bona verò et feuda taliter delinquentium, non subditorum saecularium, in partibus existentia, fisco saecularis principis in cuius territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen quod, si infra tres menses a die quo notum fuerit illos simoniam commisisse vel participasse, principes dicta bona fisco suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa fisco Ecclesiae Romanae applicata censeantur et sint eo ipso, absque aliqua similiter declaratione.

§ 7. Promissiones quoque et obligationes, sive sponsiones propterea quando-cumque, etiam ante tempus dictae electionis, etiam extra personas cardinalium, per quoscumque alios quomodocumque factae, cum quavis inexcogitabili solemnitate et forma, etiam iuratae, conditionales sive eventuales et in forma excommisarrum, ex quacumque causa, etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de receptis, donationis, arrendamenti vel venditionis, permutationis vel alterius cuiuscumque contractus, etiam in ampliori forma Camerae Apostolicae factae, sint nullae et invalidae et ad agendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi vel constringi possit in iudicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune, absque aliquo metu sive periurii nota, recedere.

§ 8. Et insuper liceat cardinalibus, qui electioni praedictae simoniacae non interfuerint, et a praefato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis cardinalibus, qui huiusmodi simoniacae electioni consense-

runt, et postea eisdem cardinalibus in dicta simonia non complicibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis, ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria simoniacae electionis huiusmodi, eadem tamen praesente nostra constitutione semper in suo robore permanente, libere, alias tamen canonice devenire et concilium etiam generale indicere et convocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et praecipue fel. rec. Alexandri Papae III quae incipit, *Licet de vitanda discordia*, et aliorum Romanorum Pontificum, praedecessorum nostrorum, etiam in conciliis generalibus editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 10. Inhibentes postremo omnibus et singulis S. R. E. cardinalibus, qui pro tempore erunt, et eorum sacro Collegio, ne, Apostolica Sede vacante, praedictis contravenire vel contra praemissa vel aliquod praemissorum statuere, disponere et ordinare vel aliquo modo facere seu attentare praesumant, quocumque exquisito colore vel causa, sub excommunicationis latae sententiae poena, quam ipso facto incurrant, et a qua non nisi per Romanum Pontificem canonice electum absolvi possint, nisi in mortis articulo.

§ 11. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his vel aliquo praemissorum, a quoquam, scienter vel ignoranter, etiam per nos, contigerit attentari.

§ 12. Ut autem praesentis constitutionis, decreti, statuti, ordinationis ac inhibitionis nostrae huiusmodi tenor ad omnium notitiam deducatur, volumus praesentes literas nostras in valvis basilicae Principis Apostolorum necnon Cancellariae ac acie Campi Florae affigi, nec aliam eandem literarum publicationis solemnitatem requiri aut expectari debere, sed huiusmodi affixionem pro solemnii publicatione et perpetuo robore sufficere.

Clau-sulae de-rogatoriae.

Cardinal. con-
travenien. ex-
communicatio

Decretum tri-
tus.

Fasso publi-
candi hanc bul-
lam.

Obligation. om-
nium simonia-
carum annulla-
tio.

Cardinales non
comple. simo-
niae aliam Pon-
tif. eligere, et
concilium con-
vocare possunt.

Sancto poenali.

§ 15. Nulli ergo etc.
Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinto, decimonono kalendas februarii, pontificatus nostri anno 11.

Dat. die 14 januarii 1505, pont. anno 11.

VI.

Innovatio constitutionum Bonifacii VIII, Alexandri V, Pii II et Innocentii VIII, contra provisos ingerentes se in administrationibus beneficiorum, literis apostolicis non expeditis; et contra non solventes annatas Camerae Apostolicae.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Bonif. VIII iussit provisos in Curia se in beneficiorum administratione non ingerere, literis non expeditis. — 2. Alexander autem poenas eisdem infligit, nisi literas provisionis expedirent. — 3. Alias poenas statuit Pius contra non solventes annatas collectoribus Camerae Apostolicae. — 4. Aliam constituit, edidit quoque Innoc. VIII. — 5. Huiusmodi constitutiones innovat Iulius, quoad praeterita; quo vero ad praesentia et futura, moderatur. — Provisos, si intra statutum in hac constitutione terminum literas expedierint, annatasque solverint, a poenis contra eos in praefatis constitutionibus latis solvit. — 6. Eos vero, qui ultra dictum terminum annatas non solverint, beneficiorum privationi subiicit. — 7. Decretum irritans. — 8. Clausulae derogatoriae. — Mandatum publicationis.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romani Pontificis providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quae animarum periculis, ecclesiarum et monasteriorum dispendiis obviatur, Cameraeque Apostolicae, cui diversa impensarum onera, pro Ecclesiae Romanae statu conservando, quotidie incumbunt, indemnitati debite provideatur.

§ 1. Dndum siquidem ad audientiam felicis recordationis Bonifacii VIII et Alexandri V, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, deducto quod nonnulli ad patriarchales, metropolitanas et cathedrales ecclesias, monasteria et prioratus, tam regulares quam saeculares promoti, seu quibus per eosdem praedecessores seu Sedem Apostolicam, de dictis ecclesiis, monasteriis sive prioratibus hactenus quomodolibet provisum fuerat, in expeditione literarum apostolicarum super provisionibus huiusmodi negligentes existebant; quidam vero ex praedictis, quod deterius erat, absque huiusmodi literis, in suae salutis interitum, ad ecclesias, monasteria et prioratus huiusmodi, praeter et contra stylum et morem Romanae Curiae laudabiliter observatos ac etiam apostolicas prohibitiones, accedere praesumpserant; ac ecclesiarum, monasteriorum vel prioratuum huiusmodi, regimini, gubernationi et administrationi se etiam ingerebant et immiscebant; ac ingerere et immiscere damnabiliter praesumebant, iidem praedecessores, cupientes huiusmodi damnis instantibus et futuris remedium adhibere opportunum, videlicet idem Bonifacius praedecessor noster, unam perpetuo valituram constitutionem, quae incipit *Inimictae*, per quam inter alia sanxit, *Ut episcopi* etc.

Bonifac. VIII iussit provisos in Curia se in beneficior. administr. non ingerere, literis non expedit. 1).

§ 2. Alexander vero praedecessor memoratus, ipsius Bonifacii praedecessoris inherendo vestigiis, ac de consilio tunc venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium, auctoritate apostolica et ex eius certa scientia, aliam, quae incipit *Ex iniuncto*, edidit constitutionem, per quam etiam inter alia statuit et decrevit quod omnes et singuli patriarchae, archiepiscopi, episcopi, electi, administratores, commendatarii, abbates et priores huiusmodi, quibus per eum, auctoritate apostolica, hactenus de aliqua patriarchali, metropolitana vel episcopali, ecclesiis vel monasteriis, seu de prioratibus conven-

Alexander autem poenas eisdem infligit, nisi literas provisionis expedirent.

(1) Extravag. 1, *De elect.*

tualibus, etiam in administrationem vel commendam provisum extitisset, et eorum literas, usque ad totalem expeditionem et receptionem earundem literarum inclusive, expediri non fecissent, sub poena privationis ecclesiarum, monasteriorum et prioratum huiusmodi et omnis iuris ex provisionibus praedictis quomodolibet acquisiti (quam quemlibet negligentem incurere voluit eo ipso, et quod ecclesias et monasteria ac prioratus negligentium praemissa ad effectum perducere, ex ea die, prout ex tunc, praefata auctoritate vacare, et Apostolicae Sedis dispositioni specialiter reservata fore decrevit et declaravit), tenerentur et deberent literas huiusmodi, super provisionibus ipsis per se vel alios, usque ad praefatam earum totalem expeditionem ac receptionem, ut praemittitur, inclusive, expediri fecisse, infra annum a data provisionis factae continue computandum. Illi vero, quibus provideri contingeret quomodolibet in futurum de ecclesiis, monasteriis aut prioratibus huiusmodi, seu aliquo eorumdem, sub poena simili, quam, ut praefertur, incurrerent, etiam infra annum a die provisionis faciendae continuo computandum, similiter tenerentur et deberent literas ipsas, etiam usque ad praedictam totalem expeditionem et receptionem inclusive, expediri fecisse. Et interim, sub eadem poena, per se vel alios, absque literis provisionis in forma, de regimine, gubernatione seu administratione, vel quasi, ecclesiarum, monasteriorum prioratumque praedictorum vel alicuius eorum, seu honorum eorumdem, in spiritualibus vel temporalibus nullatenus se ingerere, vel aliter se immiscere, aut super his vel eorum aliquo, seu dependentibus vel connexis, iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere praesumerent, ceterisque poenis contra praedictos, a iure vel ab homine, etiam ratione negligentiae muneris consecrationis vel benedictionis non suscepti, statutis, inflictis et aliis in suo

robore permansuris, irritum et inane censi ex ea die, si secus vel aliter super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, in posterum contingeret attentari quomodolibet.

§ 5. Successive vero, recolendae memoriae Pius Papa secundus, etiam praedecessor noster, cupiens tam saluti animarum, quam ipsius Camerae Apostolicae indemnitati salubriter providere; ac existimans eos, quos in dicta Camera deinceps pro annata beneficiorum per eos auctoritate apostolica assecutorum, obligari contingeret, infra terminos eis constitutos, omnino Camerae praedictae satisfacturos, si, ultra sententiam excommunicationis, quam, non satisfaciendo in termino sibi praefixo, ipso facto incurrerent, aliqua per eum illis poena fortior infligeretur, praemissis, ac certis aliis rationabilibus causis animum suum moventibus, per quamdam constitutionem suam, quae incipit *Romani Pontificis*, perpetuo providit, et eadem auctoritate apostolica statuit et ordinavit, ac decrevit et declaravit quod omnes et singulae obligationes, quae ex illa die, super annatis quorumcumque beneficiorum, in dicta Camera reciperentur, intelligerentur, quod obligati pro se, si infra eis praefixos terminos, Camerae collectoribus in partibus pro tempore existentibus, satisfacere defecissent, tam ipso facto, lapsa eodem termino, sententiam excommunicationis incurrerent, quam beneficiis suis, pro quibus in dicta Camera se obligassent, omnino essent et censerentur privati; illi vero, qui non pro se, sed pro aliis, ut principales et privatae personae, super huiusmodi annatis se obligarent, ultra incidentiam excommunicationis sententiae praedictae, si in termino constituto dictae Camerae vel collectoribus non solvissent, ipso facto suis omnibus, quae obtinerent, beneficiis similiter intelligerentur esse privati, atque talium beneficia possent in eventum praedictum per quoscumque libere et licite impetrari.

Alia poena statuit Pius contra non solventes annatas collectoribus Camerae Apostolicae.

Aliam constitu-
tut edidit quo-
que Innoc. VIII.

§ 4. Dehinc, felicitis recordationis Inno-
centius Papa octavus, similiter praedeces-
sor noster, per quamdam suam consti-
tutionem, quae incipit *Camerae Aposto-
licae*, etc.

Hanc consti-
tutionem inno-
centius, quoad
praeterita, quo
vero ad praes-
entia et futu-
ra, moderatur.

§ 5. Nos igitur cupientes ne provisio-
nes, concessionis et gratiae Apostolicae
Sedis, et praecipue quae a nobis emana-
runt et pro tempore emanabunt, diu ma-
neant in suspenso, sed perfecte ad actum,
iuxta apostolicas constitutiones, deducan-
tur; et ne ecclesiarum, monasteriorum et
praedictarum dignitatum ecclesiasticarum,
praelati, seu commendatarii et admini-
stratores, absque titulo et literis aposto-
licis, in animarum suarum periculum, re-
gimini et administrationi eorundem se
ingerere, aut alias illis immiscere praes-
sumant; ac ne Camerae Apostolicae red-
ditus minuat, sed damnis eiusdem ob-
vietur, in praemissis omnibus providere,
praedictorum praedecessorum nostrorum
inhaerendo vestigiis, motu proprio et ex
certa scientia, constitutiones praefatas,
earum quamlibet innovantes, praesenti
constitutione perpetuo valitura declara-
mus, decernimus, statuimus et ordinamus
quod constitutiones Bonifacii, Alexandri,
Pii et Innocentii praedecessorum nostro-
rum huiusmodi, etiam quoad poenas et
censuras, etiam privationis, in eis expres-
sas, quoad futura, in omnibus et per
omnia, iuxta illarum tenores, qui omnes
inviolabiliter perpetuis futuris temporibus
observentur; quo vero ad praesentia et
praeterita, constitutiones et ordinationes
easdem moderamus sub hac forma, vide-
licet, quod, quoad patriarchas, archiepi-
scopos, episcopos, electos, administrato-
res, commendatarios, abbates, priores et
alios quoscumque, quibus auctoritate apo-
stolica, de patriarchali, metropolitana vel
cathedrali ecclesiis aut monasteriis, seu
prioratibus conventualibus, etiam in ad-
ministrationem vel commendam, hactenus
provisum extitit, et super his literas us-
que ad totalem expeditionem et receptio-

nem earundem expediri, infra terminum
in constitutione Alexandri, praedecessoris
huiusmodi, praefixum, non fecerunt; vel
etiam sine literis confirmationis, provi-
sionis vel commendae, consecrationis et
benedictionis, ecclesiarum, monasteriorum
vel prioratum administrationem acceperunt
et illi incumbunt; vel etiam quoad
illos, qui pro annatis quorumcumque be-
neficiorum, in dicta Camera Apostolica,
se pro seipsis vel aliis, infra certum tem-
pus, pro solutione obligaverunt, et sta-
tutis terminis non solverunt, ac propterea
sententias et poenas in praemissis consti-
tutionibus et obligationibus contentas in-
currerunt; si citra montes, infra quatuor;
si ultra montes, infra octo menses, a die
publicationis praesentium in Cancellaria
Apostolica computandos, literas huius-
modi totaliter expedierint et ad se rece-
perint, et de his quae debent Camerae
praedictae satisfecerint: ex tunc (dum ta-
men per provisiones, collationes seu alias
quaslibet dispositiones de ecclesiis, mo-
nasteriis, prioratibus, dignitatibus et be-
neficiis praedictis, a praedicta Sede Apo-
stolica, vel alias a quocumque vel quo-
modocumque factas, non sit alteri, ante
datam huiusmodi constitutionis nostrae,
ius quaesitum) eo ipso ab excommunica-
tionis sententia et aliis poenis, quibus per
praedictas constitutiones vel obligationes
respective obligati essent, absoluti, et ad
beneficia quibus propterea privati essent,
plenarie restituti, auctoritate nostra cen-
seantur, perinde ac si praemissa omnia
et singula in ipsis constitutionibus con-
tenta observassent, et poenas praefatas
non incurrissent.

§ 6. Quod si praedictas literas non ex-
pedierint et illis constitutionibus non pa-
ruerint, vel in terminis ipsis non solve-
rint, poenas praedictas, etiam privationis,
eo ipso incurrissent se noverint, quos etiam,
tenore praesentis constitutionis, expresse
poenis et censuris eisdem inmodum, et
privatos declaramus. Et insuper, eadem

Provisos, si in-
tra statutum in
haec constitutio-
ne terminum li-
teras expedie-
rint annatasque
solverint, a poe-
nis contra eos
in praefat. con-
stitutionibus fa-
ctis solvit.

Eos vero, qui
ultra dict. ter-
minum annatas
non solverint,
beneficior. pri-
vationi subiecit.

auctoritate apostolica statuimus et ordinamus quod illi, quos annatis huiusmodi dictae Camerae teneri constiterit, etiam si alias illas solvere nullatenus promisissent, seu ad illarum solutionem non aliter se specialiter obligassent, si literas hactenus desuper apostolicas, aliqua machinatione vel fraude adhibitis, solutione annatae, vel obligatione in eadem Camera minime facta recepissent (dum tamen beneficia ipsa fuissent seu fuerint quomodolibet realiter assecuti), ad solutionem annatae et iurium praedictorum efficaciter teneantur. Et nisi infra quatuor menses, si citramontani; et octo menses, si ultramontani fuerint, a die publicationis praesentium in Cancellaria Apostolica computandos, de annata debita satisfecerint dictae Camerae Apostolicae vel eius collectoribus, de qua solutione appareat per instrumentum publicum, lapso dicto termino, beneficiis, pro quibus de annata solvenda tenentur, omnino sint et intelligantur eo ipso privati.

Decretum irritans.

§ 7. Et sic in omnibus et singulis praemissis, etiam per quoscumque iudices, etiam S. R. E. cardinales et Palatii Apostolici auditores et alios, in Romana Curia vel extra eam, in causis, in quavis instantia, etiam per appellationem, vel alio quovis modo, quomodocumque et qualitercumque pendentibus, indicari debere; ac irritum et inane quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, perpetuo decernimus et declaramus.

Clausulae derogatoriae.

§ 8. Non obstantibus omnibus, quae eadem praedecessores in praefatis suis constitutionibus voluerunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Ut autem haec innovatio, statutum, voluntas, decretum et ordinatio ac declaratio nostra ad omnium et singulorum notitiam deducantur; nullusque possit deinceps aliquam excusationem praetendere, aut ignorantiam allegare, utque perpetuo firma et illibata permaneant, auctoritate et te-

nore praedictis volumus et mandamus ut in valvis nostrae Cancellariae tribus vicibus, diversisque diebus, dum ipsa Cancellaria tenebitur et donec durabit, per aliquem ex cursoribus nostris affigantur et teneantur, exindeque in libris Cancellariae Apostolicae, ubi similia describi et registrari consueverunt, per officiales Camerae praedictae, ad quos pertinet, ad perpetuam rei memoriam, describantur et registrentur.

Instrumentum publicum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinto, quinto kalendas augusti, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 28 iulii 1505, pontif. anno II.

VII.

Privilegiorum congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, deputandi iudices, conservatores bonorum et personarum ipsius congregationis, eorumque conservatorum ampla iurisdictio (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius indulti. — 2. Facultas et iurisdictio conservatorum Ordinis. — 3. Derogatio contrariorum. — 4. Indultum eligendi conservatores. — 5. Ampliatio facultatis conservatorum. — 6. Fides danda transumptis.

Iulius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus patriarchae Aquitaniensis, Neapolitanensis, Mediolanensis, Florentinis, Senensis archiepiscopis, Bononiensis ac Eugubinis episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Militanti Ecclesiae, licet immeriti, disponente Domino, praesidentes, circa curam ecclesiarum et monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa solliciti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, et profectibus, divina

Exordium.

(1) In quamplurimis tamen attendendum Concil. Trid., sess. XIV, *De Reform.*, cap. 5.

cooperante clementia, salubriter intendamus.

Causae huius
indulti.

§ 1. Sane, dilectorum filiorum abbatis generalis et conventus monasterii Sanctae Mariae in Ancona, Ordinis S. Benedicti. Pientinae diocesis, et visitorum congregationis Montis Oliveti nuncupati, et aliorum abbatum, priorum et conventuum, monasteriorum et prioratum praefati Ordinis et congregationis eiusdem conquestionem percepimus quod nonnulli archiepiscopi, episcopi alique ecclesiarum praefati et clerici ac ecclesiasticae personae tam religiosae quam saeculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites, laici, communia civitatum, universale oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac singulares personae civitatum et dioecesium ac aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura, iurisdictiones, necnon census, fructus, redditus et proventus dicti et aliorum monasteriorum, religiosorum locorum, seu membrorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, monasteriis, prioratibus et locis dicti Ordinis et illius congregationi acquisitorum seu alias annexorum, ac illis subiectorum, et ab illis dependentium: ac nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia, ad abbates, priores, conventus et congregationem praedictos: necnon commissos vel oblatos, et oblatas vel commissas, congregationi et membris praefatis, seu sua bona dantes, spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus praestant auxilium, consilium vel favorem; nonnulli etiam civitatum et dioecesium ac partium praedictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem abbatibus, prioribus, conventibus, congregationi, commissis seu oblatas super praedictis castris, villis, locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iurisdictionibus, fructibus, censibus, red-

ditibus et proventus eorundem, et quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, ac aliis rebus ad monasteria, prioratus, loca, membra et beneficia, ac abbates, conventus, congregationem, commissos seu oblatos, commissas seu oblatas huiusmodi spectantibus, multipliciter molestias et iniurias inferunt ac iacturas. Quare generalis, visitatores et alii abbates, priores et conventus ac congregatio praefati nobis humiliter supplicarunt ut, cum eis valde difficile reddatur, pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus.

§ 2. Nos igitur, adversus occupatores, detentores, praesumptores, molestatores, iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem abbatibus, prioribus, conventibus et congregationi remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia praeccludatur, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel sex aut quinque, seu quatuor aut tres, vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis conservatores et indices, praefatis abbatibus, prioribus, conventibus et congregationi, commissis seu oblatas, efficacis defensionis praesidio assistentes, non permittatis eosdem super his et quibuslibet aliis bonis ac iuribus praesentibus et futuris, ad abbates, conventus et congregationem commissos vel commissas, seu oblatos vel oblatas, monasteria, prioratus, membra et loca praesentia et futura dictae congregationi spectantia, ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina seu damna vel iniurias irrogari, facturi dictis abbatibus, prioribus, conventibus et congregationi, commissis sive oblatas, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti, de praedictis et aliis personis quibuslibet, super restitutione hu-

Facultas et iurisdictionis conservatorum Ordinis.

iusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdictionum, inrium et honorum mobilium et immobilium, reddituum quoque, proventuum ac aliorum quorumcumque honorum praesentium et futurorum, necnon de quibuslibet molestiis et iniuriis atque damnis praesentibus et futuris in illis videlicet quae iudicialiter requirunt indagine, summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iustitiae complementum. Occupatores seu detentores, praesumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque vel quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 5. Non obstantibus tam felicitis recordationis Bonifacii Papae octavi, praedecessoris nostri, in quibus cavetur ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diaetam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices et conservatores a Sede deputati praedicta, extra civitatem et dioecesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vices suas committere, aut aliquos ultra unam diaetam a fine suae dioecesis trahere praesumant, dummodo ultra tres diaetas aliquis vigore praesentium non trahatur; aut quod de aliis quam manifestis iniuriis et molestiis atque damnis, et aliis quae iudicialiter requirunt indagine, poenis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores se intromittant; quam *Papiensi, de feriis cognoscendis* primis et secundis causis in terris, locis inibi expressis ac aliis quibuscumque institutionibus a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus

delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quae vestrae possent in hac parte iurisdictioni aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum, religiosorum, civitatum et aliorum locorum, iuramento, confirmatione apostolica aut quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis quibusvis Ordinibus, monasteriis, prioratibus, praepositis, praepositatibus, dignitatibus et personatibus, ac administrationibus et officiis, caeterisque beneficiis ecclesiasticis, abbatibus, prioribus, praepositis et in dignitate ecclesiastica constitutis ac aliis personis quibuslibet, etiam cum quibusvis clausulis, etiam derogatarum derogatoriis fortioribus et efficacioribus concessis, quibus, etiam si de eis specialis, specifica et expressa, non autem per clausulas generales id importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, et in eis caveretur expresse quod in illis, non nisi sub certis inibi expressis modis et formis, aut nullatenus derogari possit, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus; seu si aliquibus communiter vel divisim a Sede praefata indultum existat quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis et Ordinibus ac nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dietae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestrae iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque

toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Indultum e-
gendi conserva-
tore.

§ 4. Caeterum volumus, et apostolica auctoritate decernimus quod omnes et singuli alii patriarchae, archiepiscopi, episcopi et alii locorum ordinarii, praesentes et futuri, eorumque pro tempore vicarii in spiritualibus generales, necnon quaecumque aliae personae in dignitate ecclesiastica constitutae, ac eorum singuli, quando et quotiens, pro parte abbatum, priorum, conventuum, congregationis, commissorum seu oblatorum, vel commissarum et oblatarum praedictorum, vel eorum alicuius, super praemissis vel eorum aliquo requisiti fuerint, ad praesentium literarum executionem procedere possint et debeant in omnibus et per omnia, perinde ac si praesentes literae etiam eis, cum clausula: quatenus ipsi omnes, vel duo aut unus eorum, specialiter directae fuissent.

Ampliatio fa-
cultatis conserva-
torum.

§ 5. Et si per summariam informationem super his per vos aut eos habendam, vobis aut eis constiterit quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, praesumptores, molestatores, iniuriatores huiusmodi ac alios, ad quos praesentes literae pervenerint, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus et citationibus de eis facientibus tutus non pateat accessus, nos vobis et aliis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, ordinariis et personis in dignitate ecclesiastica constitutis, praedictas citationes et monitiones quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis et partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad notitiam citatorum et monitorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi, plenam et liberam earundem tenore praesentium concedimus facultatem. Ac volumus et praedicta auctoritate decernimus quod monitiones et citationes huiusmodi perinde arceant ipsos monitos et cita-

tos, ac si eis et specialiter et personaliter insinuatae et intimatae legitime extitissent; quod quilibet vestrum ac patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, ordinario- rum, vicariorum et personarum in dignitate praefata constitutarum praedictorum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico praepeditus; et, a data praesentium, sit vobis et ipsis et unicuique vestrum et eorum, in praemissis omnibus et eorum singulis, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, perpetua potestas et iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate vos et ipsi possitis, et quilibet vestrum et eorum possit in praemissis omnibus, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, et pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia et singula coram vobis seu ipsis coepta fuissent, et iurisdictio eorum et vestra ac cuiuslibet vestrum, in praemissis omnibus et singulis, per citationem vel modum alium, perpetuata, legitime extitisset.

§ 6. Et quia nihilominus difficile foret praesentes literas huiusmodi ad singula quaeque loca, in quibus de eis forsau mentio facienda fuerat, deferre, eadem apostolica auctoritate decernimus quod earum transumptis, manu alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio et extra, ac ubilibet plena fides adhibeatur, et eis stent in omnibus et per omnia, perinde ac si ipsae originales literae exhiberentur et ostenderentur, constitutione apostolica super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstantibus, praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides danda
transumptis.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae MDV, 8 kal. novembr., pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 25 octobris 1505, pont. anno II.

VIII.

*Contra homicidas et alios capitaliter ban-
nitos, aut sibi ius dicentes, aut caral-
catam facientes etc., eorumque recepta-
tores et fautores.*

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Pius II contra homicidas edidit bullam. — 2. Sixtus IV eam confirmavit. — 3. Ille Pontifex illas innovat. — 4. Extenditque ad quoscunque alios capitaliter condemnatos; — 5. Receptationem eorumdem et favorem prohibet; — 6. Contravenientibus poenas infligit; — 7. Revelationem praecipit; — 8. Obstantibus derogat. — 9. Publicatio huiusce constitutionis.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Prooemium.

Cum homines se invicem, quantum pos-
sunt, ratione et auxilio fovere debeant,
ideo Deo et hominibus abominabiles esse
viros sanguinum avidos propheta testatur,
nec immerito; cum horrenda saevitia, non
solum corporum, sed etiam animarum eo-
rum, quos interimunt, si non sint armis spi-
ritualibus, divina praeveniente gratia, prae-
muniti, mortem procurare noscantur, pro
quibus Dominus noster Iesus Christus mor-
tem subiit temporalem. Ad reprimendum
igitur talium conatus nefarios plurimum
conferre arbitrantes eos, qui huiusmodi
detestabile scelus patrare non expavescent,
iustitia punire, et cupientes latas pro tem-
pore contra eos condemnationes debitaе
executioni demaudari, ea quae, pro talium
condemnationum faciliiori executione et si-
cariorum huiusmodi persecutione, a prae-
decessoribus nostris provide emanarunt, ut
eo firmiter observentur, quo fuerint saepius
apostolica auctoritate munita, libenter ap-
probantes, munimine roboramus; ac alia
pro Urbis nostrae et aliarum civitatum,
terrarum et provinciarum nobis subiecta-
rum, necnon civium et incolarum eorum-
dem commodo, pace et tranquillitate de-
super statuimus, prout in Domino conspi-
cimus salubriter expedire.

§ 1. Dudum siquidem per fel. record. Pium Papam secundum, praedecessorem nostrum, accepto quod, a certis annis tunc elapsis citra, in terris, locis et tenementis R. Ecclesiae mediate vel immediate subiec-
tis quamplura etiam ex levibus causis com-
missa esse reperiebantur homicidia, etc. (1).

Pius II contra
homicidas edi-
dit bullam.

§ 2. Et deinde piaе memoriae Sixtus Papa IV, etiam praedecessor noster, ac-
cepto per eum quod in ipsius Pii prae-
decessoris literis contenta, a certis annis
tunc elapsis citra, non fuerant observata etc,
prout in singulis literis praedictis plenius
continetur.

Sixtus IV eam
confirmavit

§ 3. Cum autem tempore assumptionis
nostrae ad summi apostolatus apicem, pro-
pter guerras, quibus non solum civitates,
terrae et loca temporali dominio eidem
Romanae Ecclesiae subiecta, sed etiam tota
Italia decem fere annis, magno cum om-
nium in eis habitantium incommodo, vexata
fuerunt, in eisdem civitatibus, terris et
locis, praesertim in Urbe nostra, intestina
ac diuturna odia et discordias civilesque
dissensiones vigere, ac furta, latrocinia,
homicidia passim perpetrari cognoverimus,
mente revolventes praefatum Sixtum, prae-
decessorem et avunculum nostrum, qui nos
ad cardinalatus honorem evexit, ad deco-
rem et venustatem Urbis praedictae et il-
lius temporum (2) restorationem, ac per-
sonarum eiusdem Urbis, ac aliarum civita-
tum et locorum eidem Romanae Ecclesiae
subiectorum commoda aciem suae consi-
derationis extendisse, illius exemplo pro-
moti, animum ad sedandum discordias et
odia, tam in dicta Urbe, quam in aliis
civitatis, terris et locis dictae Ecclesiae
subiectis, ad firmandam perpetuam pacem
et quietem, non sine maximis animi et
corporis molestiis et curis, pro subditorum
nostrorum commodis applicavimus, idque
opportunitis iuris remediis omni studio ef-
ficere cupimus. Habita igitur super iis cum
fratribus nostris S. R. E. cardinalibus de-
liberatione matura et de illorum consilio.

Ille Pontif. il-
las innovat.

(1) Caetera legere est in Constit. VII Pii II, pag. 156. (2) Legimus *templorum* (R. T.).

literas Pii et Sixti, praedecessorum praedictorum, et, prout illas concernunt, omnia et singula in dictis literis contenta, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et innovamus, et robor firmitatis perpetuae obtinere debere decernimus.

§ 4. Ac alias ad hannitos, exititios et rebelles aut alios, pro quocumque alio crimine capitali, a quibusvis officialibus, tam in dicta Urbe, quam extra eam et in terris eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectis, ius dicentibus pro tempore condemnatos ac brigosos nuncupatos, pacem, iuxta ordinationes dictae Urbis apostolica auctoritate approbatas, facere recusantes, necnon ius sibi contra alios dicentes, aut cavalcatas, sine Romani Pontificis aut officialium suorum speciali licentia, facientes vel moventes, praefata auctoritate, de eorumdem fratrum consilio, extendimus.

§ 5. Ac universis et singulis, tam laicis quam ecclesiasticis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, excellentiae, dignitatis, ducibus quoque, comitibus, baronibus, domicellis, necnon communitatibus civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum, nobis et eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, districte praecipiendo mandamus et inhibemus, ne aliquis eorum homicidas, hannitos, exititios et rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigosos pacem facere recusantes, seu ius sibi contra alium dicentes, aut cavalcatas facientes vel moventes in eorum civitatibus, castris seu locis aliis quibuscumque recipere et retinere; seu auxilium, consilium vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel alium, praestare, aut in eorum domibus seu castris recipere et receptare praesumant.

§ 6. Et si aliquis contra inhibitionem et mandatum huiusmodi, quovis modo, directe vel indirecte, de cetero venire praesumpserit, nos omnes et singulos sic contravenientes, contra quos per Pium et Six-

tum praefatos, ac alios praedecessores nostros Romanos Pontifices et Apostolicae Sedis legatos, etiam satis est debite provisum, excommunicationis maioris et anathematis sententiam, a qua non nisi a nobis vel eisdem successoribus, praeterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione praemissa, absolvi possint, incurere, eosque omnibus et singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, indulgiis, exemptionibus, immunitatibus realibus et personalibus, ac civitatibus, castris, terris, locis et dominiis eorum, dignitatibus et honoribus, iuribus, officiis, ac etiam feudis et concessionibus quibuscumque, quae a nobis et Romana ac quibuscumque aliis ecclesiis obtinere noscuntur, sub quacumque verborum forma et tenore, ac cum quibusvis fortissimis et insolitis clausulis, immunitatibus, exemptionibus et privilegiis, etiam praeservativis ab incurso poenae privationis ipso iure (quorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent praesentibus, pro expressis haberi volumus) eo ipso privatos et inhabiles, ac indignos ad illa et quaelibet alia in posterum obtinenda, et quoscumque actus legitimos exercendos fore nuaciamus; et illa per nos et successores nostros, absque aliqua declaratione super incurso poenae privationis huiusmodi aut citatione eorum, qui privationis poenam incurrerint, faciendam, aliis personis in feudum seu vicariatum aut alias, ac si per lapsum temporis concessionis aut finitam lineam ad dictam Cameram revertissent, libere concedere, ac alias de illis disponere posse decernimus et declaramus; necnon civitates, terras, castra et loca praedicta Camerae Apostolicae confiscamus, incorporamus, applicamus et appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata et appropriata esse, sicque contravenientes pro rebellibus eiusdem Romanae Ecclesiae haberi et censi debere volumus, eorum subditos et vassallos et arcium, civitatum, terrarum, castrorum et locorum praedictorum castellanos, a quocumque fidelitatis iura-

Extenditque ad quoscumque alios capitaliter condemnatos.

Receptationem eorum, et favorem prohibet.

Contravenientibus poenas infligit.

mento, quo ipsi essent quomodolibet adstricti, penitus absolventes; civitates quoque, terras, castra et loca praedicta, si ad eiusdem Romanae Ecclesiae obedientiam se non reducerint, seu in praemissis quomodolibet deliquerint, et etiam quorumcumque eis consilium, auxilium vel favorem, quovis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte praestantium, etiam quaecumque ecclesiastica vel mundana, etiam si regali praefulgeant dignitate et excellentia, ut praefertur, et ad quae eos declinare contigerit, ecclesiastico subiicimus interdicto, tandiu firmiter observando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum post inde discessum.

Revelationem
praecipit;

§ 7. Illos quoque, qui aliquem seiverint culpabilem in praedictis, et nobis vel successoribus nostris, infra trium dierum spatium, non retulerint vel alieni, per quem ad nos verbum fideliter perferatur, similes poenas incurrere volumus.

Obstantibus de-
rogat.

§ 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, aut si aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; et quibuscumque aliis privilegiis, indultis et literis apostolicis generalibus vel specialibus super recipiendis bannitis et homicidis ac brigosis et aliis praedictis, quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quae, quoad hoc, eniquam volumus nullatenus suffragari.

Publicatio hu-
iusce constitu-
tionis.

§ 9. Ut autem praesentes literae ad omnium notitiam deducantur, volumus et mandamus illas in valvis basilicarum Principum Apostolorum et Sancti Ioannis La-

Bull. Rom. Vol. V.

53

teranensis de Urbe affigi, ut ii, quos literae ipsae concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut illas ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quod ad ipsos remaneat incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quinto, quinto kalendas decembris, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 27 novembris 1505, pont. anno III.

IX.

Prohibitio appellandi in causis criminalibus provinciae Marchiae in Statu ecclesiastico, non facto deposito poenae pecuniariae, in qua rei condemnati sunt.

SUMMARIUM

Causae constitutionis. — 1. Constitutio — 2. Et inhibitio (*de qua in rubrica*). — Decretum irritans.

Iulius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Nicolao provinciae nostrae Marchiae Anconitanae thesaurario, salutem et benedictionem apostolicam.

Accepimus fisco Camerae Apostolicae istius nostrae provinciae damnum non leve inferri, delictaque impunita remanere ex praetextu appellationum, quae in maleficiorum causis, tum ante condemnationem tum post, interponuntur, propter quas, cum aut ad Urbem aut alio causae ipsae transferuntur, indecisae et minus pro ipso fisco defensae remanent.

Causae consti-
tutionis.

§ 1. Quamobrem, volentes damno et impunitati praedictis occurrere, tibi committimus et mandamus ut nullam in aliqua causa alienius maleficii aut fractae pacis, induciarum vel treguae, etiamsi de

Constitutio

nova causa aut de habendo recursu diceret, appellationem admittas, aut admittimas per aliquem iudicem vel officialem, nisi prius effectuale depositum penes te fecerint de poena, in qua appellans condemnatus fuerit aut foret condemnandus, prout in constitutionibus provincialibus et aliis praedecessorum nostrorum et nostris literis, ad quas relationem haberi volumus, plenius continetur.

Et inhibito de qua in rubrica

§ 2. Inhibentes etiam praesentibus gubernatoribus, vicelegatis, locumtenentibus et aliis quibuscumque officialibus ipsius provinciae, quocumque nomine nuncupatis, ut appellationem aliquam in dictis causis admittere nullo modo audeant vel praesumant, nisi per te eis prius constituerit de effectuali deposito, ut praemittitur, facto. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus a quocumque aliquid praesumptum fuerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 16 iunii, millesimo quingentesimo sexto, pontificatus nostri anno 5.

Dat. die 16 iunii 1506, pontif. anno m.

X.

Jurisdictio et auctoritas clericorum Rev.

Cam. Apost. praesidentium aliquot ex se ipsis annis singulis transmittendi ad loca Status ecclesiastici visitanda, officialesque et alios quoscumque delinquentes coercendos.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Causae ferendi decreti. — 2. Constitutio (de qua in rubrica). — 3. Facultates ad reos detegendos et puniendos necessariae. — 4. Obedientia ad hoc deputatis praestanda. — 5. Quibuscumque non obstantibus. — 6. Fides transumptorum huius bullae.

Iulius Papa II ad perpetuam rei memoriam.

Ex inuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quae gregem dominicum, praesertim civitatum et locorum temporali dominio S. R. E. mediate vel immediate subiectorum, divina disponente clementia, nobis commissum, intra iustitiae trames, cum pace et iustitia gubernare, regere et ab oppressionibus liberare possumus.

Prooemium.

§ 1. Sane, fuit fide dignorum testimonio relatum quod nonnulli provinciarum, civitatum et locorum praedictorum gubernatores, locatenentes, vicelegati, thesaurarii, dohanerii, gabellarii, castellani, armorum ductores, camerarii, exactores, priores, antiani, consules, consiliarii, vicarii et ecclesiarum et piorum locorum praelati, rectores et procuratores damnorum datorum et alii cuiuscumque nominis clericalis vel saecularis auctoritatis vel iurisdictionis officiales, executores et aliae privatae personae, qui ministerio iustitiae et negotiis publicis praepositi sunt, non modo illa, ut debent, non servant et servari curant et faciunt, sed quandoque, in populorum praedictorum et fisci nostri apostolici damnum non modicum, et animarum suarum periculum et detrimentum, vel personarum acceptione, vel simoniae, odii seu amoris laebe et aliis mundanis illecebris corrupti, statuta et bonas consuetudines non servando, corrumpunt; tyrannidem exercent et iustitiae ministros impediunt, iustitiam laedunt; populorum, communitatum et privatarum personarum facultates exhauriunt; et fisci introitus auferunt et in rem suam vertunt vel aliter male pertractant: ex quibus peccandi licentia crescit, et usurarii et monetarii multiplicantur; et aliqui abbates, priores, ministri seu quicumque alii monasteriorum et conventuum rectores, praepositi et gubernatores quocumque alio nomine nuncupati; et ipsi et etiam alii clerici saeculares, ecclesiarum praelati, rectores et

Causae ferendi decreti.

beneficia obtinentes suis religiosis extra monasterium morandi facultatem de facto concedunt, et aliunde ad se venientes religiosos transeuntes, contra fel. rec. Martini V, et aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum et nostras constitutiones, recipiunt, et beneficia, etiam saecularia et quibus cura imminet animarum, habere et tenere, etiam sine dispensatione apostolica, consentiunt et permittunt; et bona ecclesiarum, tam coniunctis et amicis quam aliis, variis fictis titulis, non iustis pretiis, alienaverunt et alienare non desistunt; et quidam alii iniquitatis filii, procurante humani generis inimico, Sedis Apostolicae vel alterius auctoritatem habentis indulgentiarum facultatem habere, vel dietae Sedis nuncios seu commissarios esse, licet falso, asserentes et fingentes, ac christifidelibus suadentes, pecunias et alia munera quaestuando extorquere, et falsi crimine committere non verentur; et, quod magis abominabile est, a casibus Sedi Apostolicae reservatis et votorum, etiam perpetuorum, et visitationis sepulchri Dominici, S. Iacobi in Compostella, S. Spiritus in Saxia et liminum Principum Apostolorum de Urbe, absolvere, et huiusmodi ac graviora peccata, praeter omnem eorum auctoritatem, remittere et super illis dispensare animasque illaqueare praesumunt.

Constitutio (de qua in rubrica).

§ 2. Nos igitur, qui inter varias curas, quibus continuo premimur, illa praecipue sollicitamur ut terrae et loca praedicta S. R. E. subiecta sub statu tranquillo et pacis amoenitate gubernentur, et ecclesiarum et locorum piorum bona non dissipentur, et christifidelium ibidem consistentium animae falsis suggestionibus non perdantur, volentes super iis, ut nobis incumbit, de opportuno remedio providere, et malorum praedictorum fomenta de medio tollere, et penitus extirpare; et quia huiusmodi crimina, inconvenientia, ex delinquentium calliditate seu aliquorum potentia, ut praedictum est, ad nos

vel ad dietam Camera Apostolicam non deferuntur, et impunita, utpote ignota, relinquuntur; quodque occurrere non possumus praemissis, nisi aliquis nobis et S. R. E. fidus et probatus, et cui Status praedicti cura incumbat, assumatur; ac attendentes quod dilecti filii clerici Camerae Apostolicae praesidentes, quibus omnium locorum et terrarum S. R. E. in temporalibus praecipue cura imminet, et qui subditorum praedictorum et aliorum ad se recurrentium querelas audiunt et illis remedia tribuunt opportuna, provida deliberatione statuantes et ordinantes, decernimus ac perpetua inviolabili lege ordinamus et sancimus quod dicti clerici praesidentes, anno quolibet, aliquos ex eis deputent, qui ad loca praedicta se conferant, et super praemissis omnibus et singulis diligenter inquirent et investigent, et praedictorum omnium crimina et defectus audiant, et omni meliori modo reperiant, et repertos solemniter adnotatione describant, et communitatibus et particularibus personis ablata restitui faciant aut referant, et in praedicta Camera proponant, ubi, iuxta constitutiones felicis recordationis Sixti IV, praedecessoris nostri, vota reddantur, et causae huiusmodi stylo et more camerale, iustitia mediante, decendantur et terminentur, et reperi culpabiles debitis poenis plectantur, molestentur et puniantur.

§ 3. Volumus insuper quod clerici, quos, ut praemittitur, ad loca praedicta destinari contigerit, ad effectum omnia inveniendi et reperiendi, quascumque personas publicas et privatas, cuiuscumque gradus, praeminentiae, conditionis et dignitatis mundanae vel ecclesiasticae censeantur, etiam communitates, corpora, collegia, tam super facto proprio quam super testimonio ferendo, seu pro libris, scripturis et documentis ad causas praedictas facientibus, seu illas pro arbitrio dicti clerici concernentibus, edendis et exhibendis, cogere, compellere; et, si opus

Facultates ad reus deleg. et puniendos necessariae.

est, mulctare, punire, et sub poenis pecuniariis et censuris ecclesiasticis; et, si eis videbitur, per tormenta, carceres et alios legitimos modos veritatem eruere possunt, taliter quod opera tenebrarum malignantium calumniis et diabolicis versutiis non legantur, sed bene cognita funditus eradicentur.

Quod si in hoc depre-
stano.

§ 4. Mandantes legatis, vicelegatis, gubernatoribus et locatenentibus, archiepiscopis, episcopis, gentium armorum capitaneis, thesaurariis, baronibus, vicariis, domicellis, marescallis, barisellis, armorum ductoribus, iudicibus, communitatibus et omnibus aliis publicis et privatis personis, quomodoque nuncupatis, et singulis antedictis et ipsorum cuilibet, in virtute sanctae obedientiae, ut eisdem clerico praesidenti vel clericis praesidentibus, deputato, deputatis vel deputandis assistant, et omnem obedientiam exhibeant, eiusque mandata inviolabiliter observent, et ab aliis, prout iusserint sen iusserit, observari faciant, eique vel eis, de opportunis favoribus, auxiliis et praesidiis, assistant et provideant.

Quibus inque
non obstat.

§ 5. Praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon statutis et locorum municipalibus consuetudinibus et praescriptionibus, ac quibusvis privilegiis, indultis et immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, dispositionibus et literis, tam per quoscumque Romanos Pontifices vel Sedem Apostolicam, sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis, irritantibusque decretis, etiam ex motu proprio et ex certa scientia, et apostolicae potestatis plenitudine, et ex quibusvis, etiam maximis et urgentissimis causis et necessitatibus, communitate vel divisim haecenus concessis, factis, confirmatis, approbatis et innovatis, nominatim, specialiter et expresse et in posterum forsitan concedendis, facien-

dis, confirmandis, approbandis et innovandis, quibus, etsi pro eorum sufficiente derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specifica et expressa ac individua mentio habenda foret, praesentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quoad praemissa dumtaxat, harum serie, eisdem motu et scientia, specialiter et expresse derogamus, et illa nemini aliquo unquam tempore suffragari volumus et decernimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 6. Volumus autem quod transumpto in Camera Apostolica facto adhibeatur plena fides, quemadmodum propriis originalibus.

Et les transumpt.
de l'original.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima secunda Iulii, millesimo quingentesimo sexto, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 22 Iulii 1506, pontif. anno III.

XI.

Contra clericos et ministros Rev. Cam. Apostol., quomodolibet in contractibus rerum cameralium participantes.

SUMMARIUM

Causa huius prohibitionis. — 1. Prohibitio participandi in contractibus rerum cameralium. — 2. Poena scientium et non revelantium.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
motu proprio, etc.**

Percepimus a fide dignis ac pluries informati fuimus quod in appaltu aluminum, Sanctae Cruciatæ vel concessionum dolanarum, thesaurariae ac salariae et aliarum rerum, quae per nos seu ordine nostro, per praesidentem et clericos Camerae nostrae Apostolicae conceduntur, ad nos et fiscum nostrum spectant, nonnulli se intro-

Causa huius
prohibitionis.

mittunt, immiscent et forsitan pro eorundem interesse participant, in maximum praeiudicium nostrum et rerum fiscalium, viam veritatis non agnoscentes, in eorundem evidens periculum animarum.

§ 1. Quare nos, super praemissis providere volentes et indemnitati nostrae consulere, motu simili et ex certa nostra scientia ac de plenitudine potestatis, per praesentes praecipimus et mandamus, sub excommunicationis latae sententiae poena, necnon privationis omnium et quorumcumque officiorum et dignitatum ac emolumentorum, ex eadem participatione vel alias quomodolibet provenientium et fisco nostro applicau., ne aliqua persona dictorum clericorum et praesidentium, seu thesaurarii fiscalis pro tempore existen. et aliarum personarum, quae negotia nostra gerunt vel ministrant, cuiuscumque gradus vel dignitatis, etiam si cardinalatus existat, audeat vel praesumat, quovis colore vel causa, se intrmittere aut ad partem facere, ut vulgariter dicitur, vel participare quomodo, aut auxilium, consilium vel favorem praestare, quod in eius seu eorundem utilitatem vel commodum quovis modo ex eisdem evenire possit, alicui vel in aliquibus personis, dum appaltus dohanae, thesaurariae, salariae vel aliquae aliae res, quae ad Cameram nostram spectarent vel pertinerent, locata fuissent vel conducta ad vitam vel ad tempus, vel alias quovis modo datae vel concessae.

§ 2. Mandantes propterea, sub eisdem poenis, omnibus et quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam saecularibus, cuiuscumque conditionis existant, quae de praemissis notitiam habuerint vel ad nos vel gubernatorem nostrum pro tempore servientem, per se vel alium, significant et manifestent, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Placet, et ita motu proprio mandamus.

XII.

Approbatio et institutio Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, qui alias Eremitae nuncupabuntur, et confirmatio unius Regulae a B. Francisco pro dictis fratribus et alterius pro sororibus et etiam pro tertiariis editae, cum plurimarum gratiarum et privilegiorum elargitione, quae propterea Mare Magnum appellatur (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1, 2. Sixt. IV et Innocentius Ordinem approbarunt et gratias concesserunt. — 3. Alexander VI Regulam B. Francisci in xiii capit. approbavit. — 4. Ordinisque gratias confirmavit alia bulla. — 5. Ordinum Mendicantium privilegia Sixt. IV et Innocen. VIII ac Alexand. VI ad istum Ordinem extenderunt. — 6. Alexander Regulam pro fratribus a beato Francisco reformatam et aliam pro tertiariis ab eo editam approbavit; — 7. Societatemque istorum eremitarum in Ordinem fratrum Minimorum instituit, et gratias iam concessas confirmavit; — 8. Dictamque Regulam a fratribus Minimis servari iussit; — 9. Tertiariorum quoque Regulam suscipi posse decrevit; — 10. B. Franciscum dicti Ordinis generalem correctorem declaravit; — 11. Indulgentiasque Ordini concessit; — 12. Bona omnia pie elargita retinendi facultatem dedit. — 13. Iulius B. Francisco nova condendi statuta dedit facultatem; — 14. Privilegia quatuor Ordinum Mendicantium communicavit; — 15. Eaque ad portantes habitum et famulos ac eligentes sepulturam in domibus Ordin. extendit; — 16. Clericis Ordinis ut promoverentur ad ordines concessit; — 17. Molestantes hos fratres excommunicavit; — 18. Privilegia Ordinis omnibus eius locis communicavit; — 19. Praelatos Ordinis ornamenta eccles. benedicere posse voluit; — 20. Nova loca construendi fecit auctoritatem. — 21. Ecclesias Ordinis quisque episcopus consecrare potest, recusante ordinario. — 22. Easque praelati Ordinis benedicere, et pollutas re-

(1) Primaevam istorum fratrum institutionem, et alia quae hunc Ord. concernunt. vide sup. in const. vii Sixti IV, pag. 212; Alexan. VI. const. ii. pag. 552; et constitut. xiv. pag. 580.

Prohibitio participandi in contractibus eorum cautelissima.

Poena scientium et non revelantium

conciliare possunt. — 23. Fratres etiam alterius Ordinis iam recepti, in isto permaneant, — 24. Confessoremque eligant, qui eos absolvat. — 25. Privilegia Ordinis matricibus et fundatricibus communicantur. — 26. Statuta et Correctorium Ordinis observanda. — 27. Tres Regulae a B. Francisco efformatae, et a Julio Papa confirmatae. — 28. Quia fratres molestabantur super domo S. Ulfrani de Abbatisvilla Ambianen. diocesis, — 29. Commissum arch. Parisiensi ius sum fratribus reddere. — 30. Quaestio super solutione decimarum et quartae funeralis. — 31. Supplicatio pro parte huius Ordinis fratrum. — 32. Pontifex omnia Ordinis privilegia confirmat; — 33. Facultatem recipiendi quoscumque alios religiosos concedit, — 34. Confessionesque audiendi. — 35. Exemptionem a decimis et quarta funeralium elargitur; — 36. Privilegia data Ordini sub nomine eremitarum, concessa esse Minimis declarat; — 37. Omnes gratias quatuor Ordinum Mendicantium huic Ordini concessa esse decernit; — 38. Ordinem super eius conventibus molestari prohibet; — 39. Confluentibus sacramenta ministrari indulget, — 40. Apostatasque perquirere et punire; — 41. Indulgentias fratribus tutoribus, procuratoribus *etc.* elargitur; — 42. Sororibus etiam et aliis praenominatis privilegia Ordinis communicat; — 43. Contrariis derogat; — 44. Transumptis huius bullae credi iubet.

Julius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Dudum ad sacrum Ordinem Minimorum, olim per fel. rec. Sixtum IV, Innocentium VIII et Alexandrum VI, Rom. Pontif. praedecessores nostros, salubriter approbatum, ac variis privilegiis cum Regulae approbatione multipliciter decoratum, nostrae considerationis aciem dirigimus. Dum etiam intra nostrae mentis abscondita revolvimus fructus uberes, quos, dextera Domini opitulante et Apostolica Sede benedicente, dilectus filius Franciscus de Paula, praedieti Ordinis pater ac institutor et quoad vixerit generalis corrector, exemplo B. Francisci, ardentissimus nostri Re-

demptoris imitator, in agro militantis Ecclesiae producere non desinit; ac etiam salutifera exempla atque imitanda, quibus christifideles ex eiusdem Francisci de Paula et aliorum fratrum dicti Ordinis aretissima vita, quam ipsi, ad obsequendum Altissimo, sub evangelico iugo ac humili habitu et humilitatis spiritu, spreto saeculo ac pompis eius, voluntarie assumpserunt, in perpetua Christi servitute laudes divinas die noctuque summa cum devotione Domino persolventes, quotidie inducuntur; dignum, immo debitum reputamus ut Ordo ipse apud eandem Sedem gratiam liberalitatis inveniat, et gratiae et privilegia illi quomodolibet concessa, per ipsius Sedis approbationem remaneant illaesa.

§ 1. Dudum siquidem praefato Sixto

Sixt. IV et Innocentius Ordinem approbaverunt et gratias concesserunt.

§ 2. Et successive praefatus Innocentius, etiam praedecessor, per alias suas literas, in quibus literae praedicti Sixti praedecessoris de verbo ad verbum insertae fuerunt, easdem Sixti, praedecessoris huiusmodi, literas ac omnia et singula in eis contenta recensens, laudationem, confirmationem, approbationem, communionem, suppletionem, decretum, exemptionem, susceptionem, voluntatem, concessionem et indulta huiusmodi, ac prout illa concernebant, omnia et singula in eis contenta et narrata auctoritate apostolica et scientia praedictis confirmavit, approbavit, sui que scripti patrocinio, cum simili defectuum suppletionem, communicavit, et voluit et dicta auctoritate decrevit quod earundem literarum suarum transumptis, manu notarii publici subscriptis et sigillo alicuius archiepiscopi vel episcopi aut alterius praefati munitis, prorsus, in iudicio et extra, fides plena adhiberetur et illis staretur in omnibus et per omnia, sicut ipsis originalibus literis adhiberetur et staretur, si forent exhibitae vel ostensae. Decrevitque irritum et inane, si seens super a quoquam,

(1) Omittitur narrativa huius bullae, quia eam habes loco citato in praeced. notula.

quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret, communiter vel divisim, attentari.

§ 5. Postmodum vero, pro parte Francisci de Paula et eremitarum praedictorum, eidem Alexandro praedecessori etiam exposito quod ipse Franciscus de Paula, habens ad id ab eodem Pyrrho archiepiscopo specialem per illius literas facultatem, per eosdem Sixtum et Innocentium praedecessores successive confirmatam et ad quaecumque loca, quae eidem congregationi donari contingeret, ampliata, illarum vigore, pro salubri directione eremitarum societatis huiusmodi, nonnulla divini cultus augmentationem et animarum salutem vitaeque eremiticae huiusmodi perseverantiam et eorum votivae prosperitatis successus concernentia, sacris canonibus non contraria, sub Regula Ordinis fratrum Minimorum pauperum eremitarum dicti Francisci de Paula, in tredecim capitulis contenta statuerat et ordinaverat, quae voluerat et mandaverat per eiusdem societatis eremitas et fratres perpetuis futuris temporibus observari. Idem Alexander praedecessor, per aliquas suas, statuta et ordinationes huiusmodi ac omnia et singula in dictis capitulis contenta, quae tunc diligenter inspicere, ac de verbo ad verbum in dictis suis literis inseri fecit, cum supplementatione defectuum, approbavit et confirmavit.

§ 4. Praeterea, idem Alexander praedecessor, per alias suas in forma brevis literas, omnia et singula privilegia, indulgentias, immunitates, exemptiones, gratias et indulta quaecumque Francisco de Paula et eremitis huiusmodi ac eorum Ordini, domibus etiam ante erectionem huiusmodi Ordinis, dum adhuc eremitae nuncupabantur, per eosdem Sixtum et Innocentium suos, et ipsum Alexandrum nostros praedecessores, quomodocumque concessa, quae omnia et singula pro expressis haberi voluit, auctoritate apostolica praefata approbavit et perpetuae robor firmitatis eadem obtinere decrevit.

§ 5. Et quia Sixtus et Innocentius, praedecessores praefati, singula privilegia, exemptiones, immunitates, indulgentias et indulta quaecumque Praedicatorum, Minorum, Eremitarum Sancti Augustini ac Carmelitarum, necnon aliis Mendicantium Ordinibus et eorum cuilibet, ac illorum professoribus et domibus, ac eorum Ecclesiis visitantibus quomodocumque concessa, ad Ordinem Minimorum huiusmodi extendant; idem Alexander praedecessor pariter eorum extensionem confirmavit. Et si quae indulta, privilegia et gratiae, post datam extensionis huiusmodi, a dictis praedecessoribus vel ab ipso Alexandro eidem Ordinibus Mendicantium aut alicui eorum concessa essent, illa etiam ad eosdem eremitas et fratres et ad illorum Ordinem ac domos extendit et ampliavit, ac ipsis suffragari voluit in omnibus et per omnia, ac si pro eisdem eremitis et illorum Ordine huiusmodi emanassent.

§ 6. Et deinde, pro parte Francisci de Paula et eremitarum seu fratrum praedictorum, eidem Alexandro praedecessori similiter exposito quod ipse Franciscus de Paula tredecim capitula statutorum et ordinationum praedictorum in decem capitula reduxerat, et eorum aliqua, pro salubri directione fratrum Minimorum Ordinis huiusmodi, olim societatis dictorum eremitarum, mutaverat; aliqua etiam addiderat, quae voluerat et mandaverat per eosdem fratres deinceps perpetuis futuris temporibus, prioribus omissis, pro salubri eorum Regula teneri et observari; quodque ipse Franciscus de Paula, Regulam seu modum vivendi sui tertii Ordinis, pro utriusque sexus personis, sub eadem Regula seu modo vivendi, quae septem dumtaxat clauderetur capitulis, poenitentiam agere volentibus, per eundem Alexandrum praedecessorem benedici, approbati et confirmari cupiebat. Idem Alexander praedecessor Pyrrhi archiepiscopi, ac Sixti et Innocentii, praedecessorum praedictorum, ac suas literas praedictas, necnon omnia et singula in eis contenta; alia

Ordm. Mendicantium privilegia Sixt. IV et Innoc. VIII ac Alexand. VI ad istum Ordinem extendunt.

Alexander Regulam pro fratribus a beato Francis reformata, et aliam pro tertiariis ab eo editam approbavit;

Alexander VI Regulam beati Franc. in XIII capitulis approbavit.

Ordinisq. gratias confirmavit alia bulla.

quoque privilegia, concessionem, immunitates, exemptiones et indulta quaecumque eisdem fratribus Minimis, ac eorum Ordini et domibus, a Sede praedicta vel eius legatis, seu alias quomodocumque facta et concessa; necnon reductionem, mutationem et alterationem dietorum decem capitulorum, seu Regulam ipsorum fratrum Minimorum, necnon Regulam seu modum vivendi tertii Ordinis pro utriusque sexus personis, et in utriusque Regulae capitulis contenta quaecumque, quae omnia diligenter inspicere, ac de verbo ad verbum inseri fecit, cum supplementatione defectuum approbavit et confirmavit.

Societatemque
eremitarum in Ordine
fratrum Minimorum
instituit, et gratias
tam concessas
confirmavit;

§ 7. Et pro potiori cautela, societatem quondam eremitarum huiusmodi, Ordinem fratrum Minimorum dicti Francisci de Paula, priore cassata et omissa, sub huiusmodi nova Regula erexit, et singulas litteras praedictas ac in eis contenta quaecumque; necnon privilegia et indulgentias, tam generales quam speciales, concessionem, immunitates, exemptiones et indulta quaecumque eisdem fratribus ac eorum Ordini et domibus, a Sede praedicta vel eius legatis, seu alias quomodocumque facta et concessa, quae omnia et singula, ac si in dictis suis literis inserta forent, haberi voluit pro expressis, innovavit et de novo concessit. Ac omnia quae circa statuta et ordinationes huiusmodi confirmata, et per eundem Franciscum de Paula reducta, mutata et alterata fuerant, de novo reduxit, mutavit et alteravit.

Dictamque
Regulam a fratribus
Minimis servari
iussit;

§ 8. Regulamque Minimorum fratrum huiusmodi sic innovatam, et Regulam seu modum vivendi tertiariorum Ordinis eiusdem laudavit, benedixit, approbavit et confirmavit. Ac voluit Regulam ipsam sic innovatam, seu contenta in dictis decem capitulis, iuxta eorum tenorem, perpetuis futuris temporibus et per Ordinis Minimorum huiusmodi fratres, qui tunc erant et pro tempore essent, eo modo pro eorum regularibus institutis custodiri.

§ 9. Regulam quoque seu modum vivendi tertiariorum huiusmodi, per quascumque personas utriusque sexus suscipi posse ac propria in Christo Regula et modo vivendi salutari et commodo, amplecti et observari.

Tertiariorum
quoque Regulam
suscipi posse
decrevit.

§ 10. Ipsumque Franciscum de Paula, non tam religiosissimi Ordinis Minimorum huiusmodi primum patrem ac institutorem, quam etiam praeceptorum beatorum patrum fidelissimum imitorem, suarumque laudabilium institutionum diligentem innovatorem et personarum Ordinis Minimorum huiusmodi praecipuum patrem ac superiorem, et quamdiu viveret, generalem correctorem irrefragabiliter instituit, ac institutum laudavit et confirmavit.

B. Franciscum
dicti Ordinis
generalem
correctorem
declaravit;

§ 11. Ac etiam concessit et indulxit quod omnes et singuli Ordinis Minimorum huiusmodi fratres, praesentes et futuri, qui singulis quadragesimae et aliis cuiuslibet anni stationum temporibus, aliquam ipsorum ecclesiam vel aliam, in qua eos pro tempore, cum obedientiae merito fore contingeret, visitarent et inibi ante illius altare maius quinquies Orationem Dominicam et totiens Salutationem Angelicam devote recitarent, omnes ac singulas indulgentias consequerentur et consequi possent, quas temporibus huiusmodi consequuntur visitantes ecclesias stationum Urbis et alias extra illius muros pro stationibus deputatas, quasque fratres ipsi consequerentur et consequi possent, si ecclesias stationum huiusmodi temporibus personaliter visitarent.

Indulgentiam
Ordini concessit;

§ 12. Instituit etiam atque ordinavit, ob sanctae vitae quadragesimalis observantiam, quod, si quis, devotionis gratia vel pietatis intuitu, perpetuas aut temporales eleemosynas Ecclesiae pauperumque fratrum Minimorum huiusmodi necessitatibus sublevandis pie legare vellent, liceret ipsis fratribus Minimis, a promissae paupertatis perfectione puritateque non recedendo, perpetuas et temporales eleemo-

Bona omnia pie
elarg. retinendi
facultatem
dedit;

synas huiusmodi, utensilia quoque ac oblationes quascumque, cuiuscumque etiam speciei existerent seu existere possent, quarum tamen dominium, ius et proprietatem, idem Alexander praedecessor, penes se ac Ecclesiam Romanam tunc penitus retinuit, nudo dumtaxat illarum usu fratribus Minimis huiusmodi relicto, per suos ac praefatae Sedis et eiusdem Ordinis Minimorum procuratores (ad hoc provida cura paternaque benevolentia deputandos), suo et dictae Romanae Ecclesiae nomine, ad se recipere. Ipsique procuratores eleemosynas huiusmodi fratribus ipsis Minimis, per se vel per alios, iuxta piam largientium devotionem et intentionem suamque constitutionem huiusmodi, fideliter distribuere seu distribui facere deberent. Laudavit etiam et approbavit quod, ubi perpetuae vel temporales eleemosynae huiusmodi fratribus ipsis Minimis legarentur, tunc civitatis, villae, castri, oppidi seu vici, ubi fratres Ordinis Minimorum huiusmodi loca passim habere contingeret, rectores, scabini, praesides, consules, electi, iurati aut domini de consilio vel alii officiales quovis nomine nuncupati, in primis unum vel plures recollectores eleemosynarum huiusmodi, quas fratribus ipsis Minimis, iuxta piam largientium intentionem, haberent distribui per ministerium oblatorum dicti Ordinis Minimorum vel amicorum spiritualium, per fratres Ordinis Minimorum huiusmodi pro tempore conventualiter electorum, qui (dum opus foret) deponi et innovari possent, deputare. Ac de locis et domibus, quae Ordini Minimorum huiusmodi, ac illius personis et fratribus, per quoscumque christifideles ubilibet concederentur, pro fratribus Minimis unum instrumentum publicum vel plura confici facere, ac eleemosynarum huiusmodi specialem curam et sollicitudinem habere deberent. Quodque fratres ipsi Minimi, super eleemosynis huiusmodi, nullatenus eum aliquo, in iudicio vel extra illud, contem-

dere, sed potius, ut veri pacis filii et amatores, rectoribus, praesidibus, scabinis, iuratis et consilibus ceterisque officialibus praelibatis illarum curam relinquere ac, sine aliqua contentione, in Domino (qui non derelinquit sperantes in se) fiducialiter reponere, ac ostiatim mendicare haberent. Possent tamen fratres ipsi praefatos dominos de consilio et policiae gubernatores ceterosque officarios, ad eleemosynas huiusmodi colligendas deputatos seu deputandos, benigne monere ut eis legatas eleemosynas huiusmodi, pro animarum suarum exoneratione, animarumque dictorum legantium salute, iuxta piam legantium huiusmodi deliberationem et intentionem, sibi fideliter impenderent. Quodque eleemosynae huiusmodi scripto redigi et fratribus ipsis Minimis capitulariter declarari, ac scripto taliter redactae seu redigendae infra cuiuslibet conventus Ordinis Minimorum huiusmodi quamlibet conventualem arcam quatuor clavibus claudendam reponi, ac per Ordinis Minimorum huiusmodi oblatorum vel amicorum spiritualium ministerium, in Ordinis huiusmodi ecclesiarum et fratrum usus converti. Et postquam fratribus ipsis Minimis de sibi requisitis vestimentis ac vitae necessariis ceterisque praesertis rationaliter provisum foret, si adhuc ex perpetuis vel temporalibus eleemosynis huiusmodi aliqua superessent, illa charitative per rectores, scabinos, consules, electos ceterosque officarios praefatos, de capituli localis scientia et consensu, in pias causas erogari deberent. Et ipsis fratribus Minimis ac eorum ecclesiis, ut praefertur, competenter proviso, perpetuas aut temporales eleemosynas huiusmodi ullatenus procurare, vel iam procuratas augere eis minime liceret. Si tamen illae fratribus ipsis Minimis ultro largirentur, illarum census, per rectores, scabinos, iuratos et electos ceterosque officarios praefatos, in pias causas similiter distribui deberent. Ipsique fratres Or-

dinis Minimorum huiusmodi, in qualibet ipsorum ecclesia, tam constructa quam construenda, cippum seu truncum, ad quotidianas devotorum eleemosynas commode reponendas, utique habere possent.

Idem B. Franciscus de Paula et ceteri condendi statut. de. dit facultatem:

§ 13. Et deinde, pro parte praefati Francisci de Paula nobis exposito quod, licet olim per praefatum Alexandrum praedecessorem, fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi propria Regula approbata, et per eum ac Sedem praedictam confirmata fuisset; tamen pro salubriori dictae Regulae conservatione, ac ut illa melius et facilius ab eius professoribus, tunc et pro tempore in dicto Ordine degentibus, observari posset, cupiebat idem Franciscus de Paula nonnullas ordinationes et statuta salubria facere, quae fratres dictum Ordinem Minimorum professi servare, et secundum quae contra illa venientes seu facientes, licet alias peccatum secundum praecepta Ecclesiae committere non viderentur, poena corporali seu temporali, in eisdem statutis contenta, per eorum superiores puniri valerent. Quodque, licet alias per Sixtum et Innocentium ac Alexandrum, praedecessores praefatos, eisdem fratribus Minimis, quod, omnibus et singulis privilegiis, gratiis, indultis, immunitatibus, libertatibus et exemptionibus, quibus quatuor Mendicantium Ordines ac illorum personae utebantur et gaudebant, seu uti et gaudere poterant in futurum, uti et gaudere valerent, concessum ac indultum fuisset; nihilominus tamen, eo quod dicti fratres Minimi privilegia et indulta huiusmodi originaliter non habebant, ac de illis fidem facere non poterant, et etiam quia illa per nos adhuc confirmata non fuerant, aliqui partim scrupulosa conscientia, et partim invidia moti, fratres Minimos huiusmodi eisdem privilegiis et gratiis gaudere non debere asseriebant; quo fiebat ut ipsi fratres Minimi eisdem privilegiis et indultis uti posse non sperabant, nisi eis per nos desuper opportune provideretur. Nos per reliquas

nostras literas eidem Francisco de Paula, quascumque ordinationes et statuta salubria et honesta, sacris canonibus non contraria, in perpetuum valitura, quae dicti fratres Minimi servare, ac secundum quae vivere tenerentur, et contra illa venientes seu facientes, licet alias peccatum, iuxta praecepta huiusmodi, committere non viderentur, poena corporali seu temporali, in eisdem statutis contenta per eorum superiores mulctari possent, condendi et faciendi plenam et liberam, praefata apostolica auctoritate, licentiam indulsimus et facultatem.

§ 14. Ac omnia et singula privilegia, gratias, concessionibus, immunitates, libertates, exemptiones ac indulta praedicta, quibus praefati quatuor Mendicantium Ordines et illorum personae in genere utebantur, potiebantur et gaudebant, seu uti, potiri et gaudere poterant quomodolibet in futurum, Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus huiusmodi concessimus, ac ut illis Ordo Minimorum et illius personae et fratres huiusmodi uterentur, potirentur, gauderent, ac uti, potiri et gaudere libere ac licite valerent, approbavimus, et nostri scripti patrocinii communicavimus. Dietsque fratribus Minimis, ut de dictis privilegiis et indultis fidem facere possent, quod, sumpta ex Camera Apostolica super singulis privilegiis, concessionibus, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus et indultis huiusmodi, praefatis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoscumque Romanos Pontifices et Sedem praefatam concessis ac in posterum concedendis, habere; et illa et literas apostolicas eas et ea quomodolibet concernentia, necnon literas nostras huiusmodi, per ipsius Camerae auditorem et quoscumque iudices ordinarios rite transumptari et authenticari facere libere ac licite valerent; et postquam transumptata et authenticata forent, illis ac nostris et aliis literis huiusmodi super dictis privilegiis, concessionibus, gratiis,

Privileg. quatuor Ord. Mendicantium communicavit:

immunitatibus, exemptionibus, libertatibus et indultis, ad instantiam quatuor Ordinum Mendicantium et personarum ac fratrum eorundem aut aliquorum ex eis iam rite factis et transumptis, ea prorsus fides adhiberetur, ubicumque forent exhibita vel ostensa, ac si nostrae etiam aliae literae huiusmodi tunc exhiberentur; ac si privilegia, concessiones, gratiae, immunitates, libertates, exemptiones et indulta praefata, Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus huiusmodi concessa, et in eis Ordo Minimorum ac illius fratres et personae huiusmodi specialiter et nominatim expressae fuissent ac pro eis principaliter emanassent.

Eaque ad portantes habitum et famulos ac eligentes sepulturam in domibus Ordinis extendit;

§ 15. Quodque de caetero famuli domorum Ordinis Minimorum huiusmodi, necnon caeteri eiusdem Ordinis habitum portantes, et in articulo mortis in dietis domibus sepulturam eligentes, omnibus et singulis privilegiis Ordini Minimorum huiusmodi quomodolibet concessis gaudere libere ac licite valerent indulsumus.

Clericis Ordinis ut promoverentur ad ordines concessit;

§ 16. Ac quod fratres Ordinis Minimorum huiusmodi in vigesimo secundo suae aetatis anno, tunc et pro tempore constituti, ad presbyteratus ordinem, alias tamen rite se promoveri facere libere possent.

Molestant, hos fratres excommunicavit;

§ 17. Necnon omnes et singulae personae, cuiuscumque status, nobilitatis et conditionis forent, quae in causis eorundem fratrum Minimorum se immiscerent, aut in ipsos fratres Minimos manus iniicerent violentas, vel alias eos molestarent aut inquietarent, vel eorum bona auferrent, excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent, prout aliis fratribus Mendicantibus erat concessum.

Privilegia Ordinis omnibus eius locis communicavit;

§ 18. Ac omnia et singula privilegia, indulta, gratiae, facultates ac indulgentiae, uni aut pluribus domibus dieti Ordinis Minimorum, in genere, per eundem Sixtum praedecessorem concessa et impostum concedenda, omnibus et singulis

aliis domibus et fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi essent et intelligerentur esse concessa.

Praefatos Ordinis ornamenta eccl. benedicere posse voluit;

§ 19. Quodque generalis necnon provinciales et eorum vicarii eiusdem Ordinis Minimorum corporalia et alia ornamenta ecclesiastica suorum locorum ac domorum, praeter calices et patenas, benedicere valerent, concessimus, statuimus et ordinavimus.

Novi loca construendi fecit iudiciorum;

§ 20. Et successive pro parte praefati Francisci de Paula nobis etiam exposito quod, licet olim Sixtus et Innocentius, praedecessores praefati, Francisco de Paula et aliis personis ac fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi per eorum literas specialem facultatem concessissent recipiendi ecclesias, oratoria et loca, cuiusvis etiam superioris licentia minime requisita, pro perpetuis usu et habitatione fratrum dieti Ordinis Minimorum, et concessionis huiusmodi vigore, a triennio citra, nonnulli Ordinis Minimorum huiusmodi fratres in dioecesi Ispalensi degentes, a dilecto filio, nobili viro, moderno duce, et dilecta in Christo filia, nobili muliere, moderna ducissa de Medina Coeli, aliisque devotis personis in dicta dioecesi Ispalensi degentibus, certum locum eis oblatum recepissent, et inibi unam domum cum ecclesia et aliis officinis necessariis, sub invocatione Sanctae Mariae de Victoria Portus Beatae Mariae, ducis ac ducissae et aliarum devotarum personarum huiusmodi eleemosynis adiuti, construi et aedificari fecissent, ac domum ipsam per biennium pacifice inhabitassent, die noctuque Altissimo serviendo inibi. Quia tamen tunc, ab anno circa, fratres ipsi in eadem domo habitantes et Domino taliter servientes, per venerabilem fratrem nostrum, modernum archiepiscopum Ispalensem et eius officialem impedimenta plurima habuerant, ita quod ipse officialis quibuscumque christifidelibus, sub poena excommunicationis, ne ecclesiam et domum ultimo dictas, pro audiendis eorum-

dem fratrum missis et praedicationibus devotionis gratia, confluerent, per suas certi tenoris literas valvis dictae ecclesiae affixas, prohibuerat, dictisque fratribus impedimenta et incommoda plurima intulerat; ita etiam quod praefatus archiepiscopus praedictam ecclesiam S. Mariae de Victoria benedicere et consecrari noluerat, neque per alium benedici seu consecrari permiserat. Nos, Francisco de Paula et aliis fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi, omnia et singula oratoria, ecclesias, domos et loca eisdem Francisco de Paula et fratribus in posterum concedenda recipere, et illa ac praedictam de Victoria et alias domos seu ecclesias, loca et oratoria quaecumque, eatenus ubilibet recepta, pro eorum perpetuis usu et habitatione, vigore concessionis Sixti et Innocentii, praedecessorum praedictorum, retinere, construere et aedificare seu construere facere, absque alia desuper facienda nova concessionem apostolicam. Et quod deinceps Ordinis Minimorum huiusmodi conservatores, quotiens opus foret, eidem Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus, in praemissis, efficaci defensionis praesidio assistentes, ne dictus archiepiscopus seu eius officialis, aut alii quicumque, cuiuscumque etiam nobilitatis aut dignitatis existerent, Ordinis Minimorum huiusmodi fratres, neque in dicta dioecesi Ispalensi, neque aliqui (1) in aliquo damnificare, molestare, perturbare nec inquietare ullatenus auderent, sub excommunicationis latae sententiae poena, inhibere possent.

Ecclesias Ordinis quisque episcopus consecrari potest, reclusas ordinario.

§ 21. Quodque Ordinis Minimorum huiusmodi fratres, tunc et pro tempore existentes, praedictam ecclesiam S. Mariae de Victoria, et generaliter omnes et singulas alias eiusdem Ordinis Minimorum ecclesias et oratoria quaecumque recepta et recipienda, nondum consecratas seu consecrata, facta prius requisitione ab episcopis locorum, eisdemque recusantibus vel negligentibus, per quemlibet alium

(1) Leg. f. *alibi*, loco *aliqui* (R. T.).

catholicum episcopum, gratiam et communionem dictae Sedis habentem, consecrari facere.

§ 22. Ac quod ipsius Ordinis Minimorum generalis et vigiles ac provinciales eorumque vicesgerentes, omnes et singulas eisdem Ordinis Minimorum ecclesias, coemeteria, capitula et oratoria tam in dicta dioecesi Ispalensi quam ubicumque receptas seu recepta, et recipiendas seu recipienda, solemnem benedictionem benedicere: ac etiam illas seu illa et earum quamlibet sanguinis sive seminis effusione, sive alias quomodocumque pollutas sive polluta, quotiens opus foret, aqua tamen prius per aliquem catholicum antistitem, ut moris est, benedicta, reconciliare.

Easque praedicti Ordinis benedictas, et pollutas reconciliare possunt.

§ 25. Ac quod alterius cuiusvis Ordinis fratres quicumque in dicto Ordine Minimorum, etiam prius non petita, aut, non eo quo decet modo, petita licentia, iam recepti, absque alia provisione apostolica, perpetuo in ipso Ordine Minimorum stare et permanere.

Frater, etiam alterius Ordinis iam recepti, in isto permanente.

§ 24. Ac idoneum confessorem, qui eos a quacumque excommunicationis sententia, quam propterea incurrissent, apostolica auctoritate absolvet, secumque super irregularitate eadem de causa contracta dispensaret, sibi eligere possent.

Confessoremque eligant qui eos absolvat.

§ 25. Quodque singulae Ordinis Minimorum huiusmodi tutrices, prout ipsius Ordinis fundatrices, et cum eorum utriusque sexus liberis procreatis et procreandis, omnibus ac singulis eiusdem Ordinis Minimorum privilegiis, gratiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indulgentiis, concessionibus et indulgentiis uti, potiri et gaudere libere ac licite valerent, licentiam et facultatem concessimus pariter et indulsumus.

Privilegia Ordinis tutricibus et fundatricibus communia. (1).

§ 26. Postmodum vero, pro parte eiusdem Francisci de Paula similiter nobis exposito quod ipse, postquam praefatus Alexander, praedecessor, Sixti et Inno-

Statuta et Correctorium Ordinis observanda.

(1) Vide Concil. Trid. *De Reform.*, sess. xxiv, cap. 41.

centii praedecessorum vestigiis inhaerendo, sibi ut nonnulla sui Ordinis Minimorum statuta componere, ac illa in melius emendare posset, licentiam concesserat, una cum aliquibus eiusdem Ordinis Minimorum patribus, statuta ipsa composuerat ac illa in melius emendaverat. Illaque Correctorium fratrum Minimorum perpetuo nuncupari et per eosdem fratres Minimos perpetuis futuris temporibus observari, ac per nos benedici, approbati et confirmari desiderabat. Nos, per alias nostras, Correctorium ipsum, quod tunc diligenter inspicere, et de verbo ad verbum inseri fecimus, approbavimus et confirmavimus, ac nostri scripti patrocinio, communi-
vimus, illudque per omnes Ordinis Minimorum huiusmodi fratres praesentes ac futuros, pro suo salubri Correctorio, perpetuis futuris temporibus teneri et observari, ipsumque perpetuo Correctorium fratrum Ordinis Minimorum dicti Francisci de Paula nuncupari ac intitulari debere decrevimus et mandavimus.

§ 27. Successive autem pro parte praefati Francisci de Paula etiam nobis exposito quod, licet alias ipse dictum Ordinem Minimorum instituisset, ac decem secundum quae fratres eiusdem Ordinis; septem vero, secundum quae utriusque sexus fideles, Tertiarii nuncupati, vivere deberent, capitula Regulam et modum vivendi concernentia edidisset; illaque per praefatum Alexandrum praedecessorem, de venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium consilio, de quorum numero tunc eramus, licet absentes, confirmari obtinisset: quia tamen per illa Ordini Minimorum huiusmodi et illius personarum directioni non satis videbatur esse consultum, idem Franciscus de Paula, cum nonnullis eiusdem Ordinis fratribus, capitulis praedictis diligenter examinatis, ex novis et emergentibus causis, nonnulla mutanda seu moderanda et emendanda fore prospiciens, ea in melius moderaverat, mutaverat, emendaverat et reforma-

verat; ac sororum eiusdem Ordinis Regulam, ad instar Regulae fratrum Minimorum huiusmodi, in decem capitulis redactam, de novo ediderat et instituerat; quibus sic redactis, ampliatis, et quae superflua erant reseccatis, ac aliis de novo editis, ipse Franciscus de Paula tres Regulas et capitula huiusmodi voluerat et mandaverat per singulas dieti Ordinis Minimorum personas praesentes et futuras, prout eis respective adaptabantur, pro suis salutaribus Regulis perpetuis futuris temporibus teneri et observari; ac earumdem primam, fratrum Ordinis Minimorum, velut antea; secundam vero, sororum etiam dieti Ordinis Minimorum; tertiam autem, utriusque sexus fidelium, similiter Ordinis Minimorum huiusmodi Regulas irrefragabiliter appellari, ac per nos benedici, approbati et confirmari cupiebat: nos, per reliquas nostras, Regulas ac statuta et ordinationes, necnon capitula huiusmodi sic mutata, moderata, ampliata et reformata, quae tunc diligenter inspicere ac de verbo ad verbum inseri fecimus, cum defectuum suppletionem approbavimus et confirmavimus; ac pro potiori cautela, ea omnia, quae per Franciscum de Paula statuta et ordinata ac emendata fuerant, de novo, eisdem modo et forma, statuimus et ordinavimus ac volumus, iuxta eorum seriem et continentiam, ab ipsorum professoribus, qui tunc erant et pro tempore essent, perpetuis futuris temporibus, pro eorum regularibus institutis, prout ipsis respective adaptabantur, inviolabiliter observari. Dictarumque trium Regularum, primam, fratrum Ordinis Minimorum, velut antea; secundam vero, sororum etiam eiusdem Ordinis Minimorum; tertiam autem, utriusque sexus fidelium, similiter Ordinis Minimorum huiusmodi Regulas; ipsumque Ordinem, Minimorum Ordinem perpetuo irrefragabiliter nuncupari.

§ 28. Et deinde, pro parte Francisci de Paula et aliorum fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi, nobis etiam exposito quod,

Tres Regulae a P. Francisco reformatae, et a Julio Papa confirmatae.

Quae factae mo-
restabatur su-
per domo S. Ul-

fratri de Abbatisvilla Ambianensi diocesi.

licet olim praefatus Sixtus praedecessor eis concessisset quod, in quocumque loco et dioecesi, ecclesias et oratoria recipere possint, ac concessionis huiusmodi vigore quamdam domum d. Ordinis Minimorum per dilectum filium modernum dominum de Rambures, infra limites ecclesiae S. Ulfrani de Abbatisvilla Ambianensis dioecesis fundatam et constructam, ac eisdem Francisco de Paula et fratribus, pro eorum perpetuis usu et habitatione, concessam recepissent, inibi per triennium et ultra vixissent, die noctuque Domino famulantes, ac in humilitatis spiritu vota sua persolventes; quia tamen dilecti filii, decanus et capitulum dictae ecclesiae S. Ulfrani, praetextu quarumdam literarum piae memoriae Urbani Papae V, etiam praedecessoris nostri, eis concessarum, quibus inhibuerat ne aliqui regulares vel saeculares infra lines parochiae dictae ecclesiae S. Ulfrani possent ecclesiam vel oratorium de novo construere, sine eorum consensu et dioecesanis episcopi licentia speciali (salvis tamen privilegiis Pontificum Romanorum), Franciscum de Paula et fratres Ordinis Minimorum huiusmodi, quo minus praefatam domum de Abbatisvilla pacifice possidere valerent, diversimode molestare praesumebant; ipsique necnon tunc rector parochialis ecclesiae S. Egidii, etiam de Abbatisvilla dictae Ambianensis dioecesis, corpora defunctorum, qui apud ecclesiam domus Abbatisvillae huiusmodi suam elegerant sepulturam, ad eorum ecclesias deferre et in eis sepelire non verebantur, in animarum suarum periculum ac privilegiorum Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus huiusmodi concessorum non modicum praedudicium et gravamen.

§ 29. Nos venerabili fratri nostro moderno episcopo Parisiensi, per aliquas nostras in forma brevis literas mandavimus quatenus Francisco de Paula et aliis fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi, quod omnia et singula oratoria, ecclesias, domos et loca eis in posterum concedenda reci-

Commissum archiep. Parisiensis suis fratribus reddere

pere, ac dictam de Abbatisvilla et alias domos seu ecclesias et oratoria, eatenus per eos recepta, pro eorum perpetuis usu et habitatione, vigore concessionis Sixti et Innocentii, praedecessorum praedictorum, retinere, absque alia nova desuper facienda concessione apostolica, possent et valerent. Ac quod ipse episcopus Parisiensis dicti Ordinis Minimorum conservator esset, et quoties opus foret, Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus huiusmodi, in praemissis, efficacis defensionis praesidio assisteret, et non permetteret quod decanus et capitulum, aut eorum officialis, aut rector ecclesiae Sancti Egidii huiusmodi, aut alii quicumque, cuiuscumque etiam nobilitatis existerent, fratres Ordinis Minimorum huiusmodi, tam in dicta dioecesi Ambianensi quam alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare aut inquietare ullatenus auderent. Quinimmo corpora quorumcumque defunctorum, qui in ecclesia domus de Abbatisvilla huiusmodi in eorum vita sepeliri elegerant, cum relictis fratribus domus de Abbatisvilla huiusmodi factis, integraliter restituerent; nec ipsi neque alii praedictos et quoscumque alios fratres Ordinis Minimorum huiusmodi, de cetero super sepulturis et corporibus illorum, qui in dictae domus de Abbatisvilla et aliis eiusdem Ordinis Minimorum ecclesiis elegerant pro tempore sepeliri, impedire praesumerent, sub excommunicationis latae sententiae poena, inhiberet: ac ecclesias Sancti Ulfrani et S. Egidii huiusmodi, necnon alias (ad quas corpora defunctorum, qui in dictae domus de Abbatisvilla et aliis Ordinis Minimorum huiusmodi ecclesiis, iuxta ordinationem ipsorum defunctorum, sepeliri deberent, deferrentur) ecclesiastico supponeret interdicto. Necnon corpora ipsa eisdem fratribus Minimis in dicta de Abbatisvilla et aliis ceterarum domorum Ordinis Minimorum huiusmodi ecclesiis restituerent praefata apostolica auctoritate decerneret, ac desuper statueret et ordinaret, prout in singulis literis praedictis plenius continetur.

Quaestio super
solutione deci-
marum et quar-
tae funeralis. I.

§ 50. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Francisci de Paula petitio continebat, a certo tempore circa quaedam domus suorum secundi Ordinis Minimorum huiusmodi in regno Hispaniae, cum ecclesia, campanili, campana, dormitorio, hortis, hortalicis et aliis necessariis officinis constructa et aedificata, ac per illius sorores iam per triennium vel circa inibi, iuxta Regulam per praefatum Franciscum de Paula pro eis institutam, aut saltem iuxta Regulae huiusmodi principaliora, sancte ac laudabiliter viventes inhabitata fuit. Et licet, iuxta privilegia, exemptiones, immunitates et indulta quaecumque singulis Mendicantium Ordinibus et illorum professoribus ac domibus et eorum ecclesiis, per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores ac Sedem huiusmodi quomodocumque concessa, sit unicuique liberum in ecclesiis dictorum Ordinum suam eligere sepulturam; ac fratres Mendicantium Ordinum huiusmodi, de funeralibus quartam funeralem rectoribus parochialium ecclesiarum, in quarum parochiis sepulturam huiusmodi eligentes debebant; et de fructibus honorum immobilium quae, iuxta dicta privilegia, possidere et tenere possunt, decimas aut oblationes aliquas, etiam ex novalibus solvere minime teneantur; ipsorumque quatuor Ordinum Mendicantium privilegia ad Ordinem Minim. huiusm. ac illius professores et domos ac eorum ecclesias, per praefatos praedecessores et Sedem praedictam, extensa et ampliata fuerint, et propterea fratres Ordinis Minimorum huiusmodi dictis privilegiis gaudere et a quarta funeralis et decimarum praedictarum solutione immunes esse debeant; et tamen nonnullae ecclesiasticae personae, praesertim in partibus Gallicanis, contra privilegia huiusmodi venire non formidantes, Francisco de Paula et aliis fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi, super his plurimas molestias, impedimenta et incommoda inferre, aliquando etiam armata manu, per

se vel per alias personas, herbarum et fructuum in hortis domorum Ordinis Minimorum huiusmodi exerescentium decimas violenter capere atque exigere; nonnumquam vero, dum corpora defunctorum ad ecclesias domorum Ordinis Minimorum huiusmodi inhumanda cum intorticiis et aliis luminaribus deferuntur, intorticia et luminaria huiusmodi, etiam in dictis ecclesiis ac earum coemeteriis violenter auferre, et corpora ipsa sic inhumanda, etiam ante ipsorum inhumationem, inibi sine luminaribus relinquere, super funeralibus et decimis, necnon oblationibus fratribus Ordinis Minimorum huiusmodi factis plurima incommoda inferre praesumunt.

§ 51. Pro parte praefati Francisci de Paula, nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi, quod dicti Ordinis Minimorum fratres pro tempore existentes, de hortis ac virgultis et aliis bonis Ordinis Minimorum huiusmodi, domibus et illarum ecclesiis pro tempore relictis, ac super luminaribus et aliis rebus divino cultui pro tempore dedicatis, decimas aut oblationes aliquas, et ex novalibus vel quartam ex funeralibus solvere minime teneantur; nec ad id a quoquam quomodolibet valeant coartari, concedere et indulgere; ac omnibus et singulis, tam Pyrrhi archiepiscopi quam Goffredi episcopi S. Marci et Syxti ac Innocentii necnon Alexandri praedecessorum praedictorum ac nostris literis praedictis, necnon privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, libertatibus, indultis, facultatibus, immunitatibus, favoribus et gratiis quibuscumque in eis concessis, sub quovis nomine ac titulo, Ordini Minimorum huiusmodi ac illius personis et domibus quomodolibet concessis, robur apostolicae approbationis adhaerere, illaque omnia et singula, ac etiam nonnulla alia de novo ad Ordinem Minimorum huiusmodi ac illius personas et fratres, ac eorum ecclesias et domos constructas et construendas sub Minimorum nomine, nec non et ad dictam iam constructam et ad omnes alias ecclesias et domos suorum Ordinis Minimorum ubi-

Supplicatio pro
parte huius Or-
dinis fratrum.

(1) Quoad haec vide Concil. Trid., sess. xxv. *De Reform.*, c. 15 (R. T.).

libet construendas et aedificandas extendere et ampliare, ac alias Ordini Minimorum huiusmodi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Pontifex omnia
Ord. privilegia
confirmat.

§ 52. Nos igitur, qui regularem observantiam in locis religiosis vigere et augeri, ac religiosarum personarum, praesertim sub humili habitu in humilitatis spiritu Deo servientium commodum et tranquillitatem intensis desideramus affectibus, eundem Franciscum de Paula a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Pyrrhi archiepiscopi et Goffredi episcopi Sancti Marci, ac Sixti et Innocentii necnon Alexandri, praedecessorum praedictorum, ac nostras praefatas literas, necnon omnia et singula in eis contenta, auctoritate apostolica praefata, tenore praesentium approbamus, innovamus, et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitus. Illaque omnia et singula Francisco de Paula, et alii Ordinis Minimorum huiusmodi fratribus et personis, ac illorum ecclesiis, domibus et locis constructis et construendis, sub Minimorum nomine et auctoritate et tenore praemissis, de novo concedimus et indulgemus.

Facultatem recipiendi quoscumque alios relic. concedit.

§ 55. Ac pro potiori cautela, omnia et singula in dictis literis quomodolibet contenta et, quoad hoc, ut Franciscus de Paula et alii Ordinis Minimorum huiusmodi fratres pro tempore existentes, tam quatuor Mendicantium quam aliorum quorumcumque, et quantumcumque privilegiatorum Ordinum, quascumque religiosas personas ad se venientes et habitum per eos gestari solitum sumere volentes, primitus verbo vel scripto a suis immediatis superioribus, per se vel per interpositam per-

sonam, petita licentia, quamvis non obtemperata, ad Minimorum Ordinem et habitum huiusmodi recipere.

§ 54. Necnon confessiones quarumcumque personarum, tam religiosarum quam ecclesiasticarum et saecularium, ubilibet audire et, illis auditis, personas ipsas et earum quamlibet, iuxta formam et tenorem privilegii per praefatum Sixtum praedecessorem Ordini Minimorum huiusmodi ac illius personis et fratribus dudum concessi et confirmati, absolvere, ac poenitentiam salutarem illis iniungere valeant.

Confessiones-
que audiendi

§ 55. Necnon Ordinis Minimorum huiusmodi ecclesiae et oratoria, domus et loca, tam recepta quam recipienda, tamquam Sedis et Ecclesiae Romanae huiusmodi specialia oratoria, ecclesiae, domus et loca, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, prorsus ab omni decimarum et oblationum persolutione seu iurisdictione perpetuo libera sint et esse censeantur, ac sub beati Petri et dictae Sedis et nostra protectione immediate subiaceant. Ipsiusque Ordinis Minimorum fratres pro tempore existentes de hortis ac virgultis et aliis quibuscumque bonis Ordinis Minimorum, domibus et illarum ecclesiis huiusmodi pro tempore relictis et legatis, ac super luminaribus et aliis rebus divino cultui pro tempore dedicatis, decimas aut oblationes aliquas etiam ex novalibus vel quartam ex funeralibus solvere minime teneantur, necnon ad id a quoquam, cuiuscumque nobilitatis aut dignitatis existat, valeant quomodolibet coartari.

Exemptionem a
decimis et quarta
funeralium ex-
largitur.

§ 56. Quodque Ordini Minimorum huiusmodi ac illius personis et domibus per Sixtum et Innocentium, praedecessores praedictos, sub eremitarum nomine dudum concessa privilegia, sub novo nomine, mutatis in eis nominibus eremitaee ac eremitarum in Minimi et Minimorum; ac eremitorii et eremitoriorum, in domorum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, caeterisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, innovata et mutata sint et esse censeantur.

Privilegia data
Ordini sub no-
mine eremita-
rum, concessa
esse Minim. de-
clarat.

Omnis gratias
quatuor Ordin.
Mendicant. hinc
Ordini concessa
esse decernit;

§ 57. Necnon super omnibus ac singulis Maris Magni et aliis quibuscumque bullis quatuor Mendicantium Ordinibus et eorum cuilibet quomocumque concessis, unum vel plura transumpta coniunctim aut divisim facere queant perinde ac si illa, mutatis in eis nominibus quorumcumque Romanorum Pontificum praedecessorum et ipsorum Mendicantium in nostrum et fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, caeterisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, concessa forent. Ac quod transumptum seu transumpta huiusmodi taliter facta et manu alienius notarii publici subscripta, ac sigillo alienius praelati ecclesiastici sigillata, Ordini Minimorum huiusmodi ac illius personis et fratribus pro tempore existentibus, adeo ubique locorum suffragentur, ac si singulae praedictae bullae praefatis quatuor Mendicantium Ordinibus per quoscumque praedecessores praedictos quomolibet concessae, quas hic pro expressis et insertis haberi volumus, fratribus ipsis Minimis et eorum Ordini praefato, etiam sub Minimorum nomine specialiter et expresse indultae fuissent ac pro eis principaliter emanassent.

Ordinem super
eis conventi-
bus molest. pro-
hibet;

§ 58. Quodque Sanctae Trinitatis, tunc ad ecclesiam Sancti Stephani Gjemmi, et aliam Sancti Rocchi, tunc etiam ad monasterium Sancti Saturnini Tholosani, Ordinis S. Augustini, pleno iure spectantes ecclesias ac illorum domos nec non reliquam Sancti Blasii, per dilectam in Christo filiam nobilem mulierem modernam dominam de Borbon, ac venerabilem fratrem nostrum modernum episcopum Gratianopolitanum, etiam tunc dicti monasterii abbatem; necnon omnia et singula alia oratoria, ecclesias, reliquas domos, loca, conventus et bona in Galliae, Calabriae, Siciliae, Hispaniae, Bohemiae et aliis regnis, ac Italiae, Picardiae, Aquitaniae, Patrimonii, Paulensis et Paternae, aliisque provinciis, civitatibus et locis qui-

Bull. Rom. Vol. V.

55

buseumque Ordini Minimorum ac illius personis et fratribus et praefatis quomocumque concessa, et per Franciscum de Paula et alios fratres Ordinis Minimorum huiusmodi, vigore privilegii Sixti, praedecessoris praedicti, recepta, et per eos catenus possessa, absque alia nova concessione apostolica, perpetuo, pacifice possidere valeant, ac super illis aut aliquo eorum, a quoquam molestari nequeant.

§ 59. Et quod fratres ipsi Minimi, in eorum ecclesiis constructis et construendis, curialibus, mercatoribus, peregrinis ac transeuntibus et aliis quibusvis personis Eucharistiae sacramentum, quotiens opus fuerit, ministrare ac ministrari facere.

Confluentib. sa-
cramenta notot-
strari indulget;

§ 40. Necnon eiusdem Ordinis Minimorum apostatas et gyrovagos quoscumque ubilibet repertos, et quibuscumque literis ac provisionibus apostolicis, etiam quascumque derogatoriis derogatorias clausulas in se continentibus munitos, quas eis nullatenus suffragari posse decernimus, invocato etiam ad id, quatenus opus fuerit, auxilio brachii saecularis, capere, incarcerare ac punire, seu capi, incarcerari et puniri facere, libere ac licite valeant.

Apostatas que
perqui. et pu-
niri;

§ 41. Et praefati Ordinis Minimorum fratres, sorores et oblatores, necnon utriusque sexus christifideles tertii Ordinis Minimorum huiusmodi ac eiusdem Ordinis conservatores per fratres Minimos huiusmodi pro tempore capitulariter electi; ac tutores et tutrices, fundatores et fundatrices, procuratores et procuratrices ac eorum utriusque sexus liberi, procreati et procreandi, semel in vita et ita in morte, sic et quaecumque personae in dicto Ordine Minimorum de caetero recipiendae, in earum ingressu plenariam omnium peccatorum suorum veniam et indulgentiam consequi: ac quinque Orationem Dominicam et toties Salutationem Anglicam recitando, omnes ac singulas

Indulgent. fra-
tribus tutoribus,
procurator. etc.
largitur;

indulgentias, quas diebus indulgentiarum omnium ecclesiarum dictae Urbis et extra illius muros pro stantibus (1) deputatarum, consequuntur, ecclesias Urbis et extra muros huiusmodi visitantes, plene ac integre consequantur et consequi possint, ac si indulgentiarum huiusmodi diebus ecclesias Urbis et extra muros huiusmodi et earum quamlibet personaliter visitarent.

Sororibus etiam et aliis praenominatis privilegia Ordin. communit;

§ 42. Ac tam praedicta iam constructa quam aliae quaecumque sororum secundi Ordinis Minimorum huiusmodi de caetero ubicumque construendae et aedificandae domus ac ecclesiae, omnesque praenominatae personae ad eundem Ordinem Minimorum quomodolibet spectantes, omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, liberatibus, indultis, exemptionibus, favoribus et gratiis Ordini Minimorum huiusmodi ac illius fratribus et domibus per praefatorum praedecessorum ac nostras literas huiusmodi quomodolibet concessis uti, potiri et gaudere libere possint et valeant, ac si illa omnia et singula eis expresse concessa fuissent, auctoritate apostolica ac tenore praemissis de novo indulgemus, extendimus et ampliamus.

Contrarius derogat;

§ 43. Non obstantibus sauctae mem. Innocentii IV contra exemptos, quae incipit *Volentes*, et Bonifacii VIII, quae incipit *Cum ex eo*, ac Clementis V, quae incipit *Religiosi*, et Alexandri IV, quae incipit *Ut abbates*, ac etiam quae incipit *Viam ambitiosae cupiditatis* Martini V, Romanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Ordinum praedictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis quoque et consuetudinibus, necnon omnibus illis, quae praefati praedecessores in suis ac nos in nostris literis praedictis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 44. Caeterum, quia difficile foret praesentes literas ad quaecumque loca, ubi

(1) Leg. *stationibus loco stantibus* (R. T.).

illae necessariae fuerint, deferre, volumus et praefata apostolica auctoritate decernimus quod earundem praesentium transcriptis, manu notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius praelati ecclesiastici munitis prorsus, in iudicio et extra, fides plenaria adhibeatur, ac illis stetur in omnibus et per omnia, sicut ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Transumpt. huius bullae etiam habet.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sexto, quinto kalendas augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Dat. die 28 Iulii 1506, pontif. anno III.

XIII.

Sequitur alia concessio eorumdem et aliorum privilegiorum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1 Correctoris generalis auctoritas quae sit, et a quibus ipse amoveri possit. — 2. Electoribus in remotis partibus degen. non currit tempus a iure statutum. — 3. Praelati statim post electionem administrationem habent. — 4 ad 10. Privilegia et exemptiones. — 11. Generalis correctoris auctoritas in fratres inquisitioni aut Crucis praedicationi deputatos. — 12. Et in discedentes ab Ordine post emissam professionem. — 13. Et etiam in apostatas. — 14. Expulsi ab Ordine, praedicare, confessiones audire aut docere non possint; — 15. Ad alium autem Ordinem, transire possint. — 16. Prohibet cuicumque habitum huius Ordinis deferre. — 17 ad 21. Exemptiones et privilegia. — 22. Fratres continentur praelatis Ordinis. — 23. Praelati ecclesiastici non molestant fratres super hic expressis. — 24. Exemptio a solutione canonica portionis de Ordine relictis. — 25. Fratres possint loca Ordinis dimittere etc. — 26. Exemptio ab omni praestatione et onere. — 27. Praelatorum Ordinis facultas absolvendi fratres et cum eis dispensandi. — Qui sint ad Sedem Apostolicam remittendi. — 28 ad 31. Aliae exemptiones. — 32. Derogatio contrarium.

Iulius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Francisco de Paula, generali, et provincialibus correctoribus ac universis fratribus Ord. Minorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Virtute conspicuos sacri Ordinis vestri professores, qui contemplationi coelestium ferventer invigilant, et piae vitae studio sine intermissione desudant, decet per apostolicae circumspectionis auxilium sic provide et solícite confoveri ut, alicuius praetextu calumniae, nullum internae pacis excidium nullumque religiosi status perferant detrimentum, sed in his robur et vigorem habeant, per quae circa cultum divini nominis devotis et quietis mentibus invalescant.

§ 1. Hinc est quod cum, sicut nobis exponere curastis, tu, fili generalis corrector et praedecessores tui, iuxta eiusdem Ordinis consuetudinem observatam hactenus, et a Sede Apostolica toleratam, statim postquam electi secundum praedicti constitutiones Ordinis extitistis, fratrum ipsius curam gesseritis, correctoris officium plene ac libere in omnibus exercentes, iidemque fratres vobis devote et humiliter obedierint et intenderint reverenter, et in eadem Regula sit expressum ut generalis corrector, qui pro tempore fuerit, a correctoriatu officio amoveri valeat a vigilibus, provincialibus et aliis fratribus in generali capitulo congregatis; nos, volentes ambiguitatis scrupulum in hac parte de vestris cordibus amputare, ac Ordinem ipsum praefatae Sedi immediate subiectum, a Sede approbatum, eadem honestate floridum, praeclarum scientia et virtute foecundum, privilegio apostolicae gratiae attollere singulari, vestris supplicationibus inclinati, devotioni vestrae successores tui (fili generalis corrector), qui erunt pro tempore, statim postquam electi secundum Regulam et constitutiones fuerint supradictas, eo ipso veri eiusdem Ordinis generales correctores effecti, curam animarum fratrum ipsius

Ordinis plene habeant, libereque gerant, ipsosque fratres auctoritate propria ligare et absolvere; necnon in eodem Ordine agere valeant, quae ipsi praefati (1) et definitores ad hoc electi, iuxta praedictas constitutiones, eidem Ordini et fratribus secundum Deum videbitur expedire, aliasque possint officium generalis correctoris licite in omnibus exercere; iidemque fratres tibi, corrector, et successoribus ipsis devote ac humiliter obediant et intendant. Ac praefati successores et tu, generalis corrector, a provincialibus correctoribus et vigilibus, secundum Regulam et constitutiones ipsius Ordinis, absolvi et amoveri possitis, auctoritate apostolica indulgemus. Ratum habentes et firmum quicquid super praemissis per te, generalis corrector, dictosque praedecessores fratres et discretos factum et observatum est hactenus, concessa tibi exequendi officium generalis correctoris, quoad praemissa omnia, libera facultate.

§ 2. In electionibus quoque generalis et provincialium correctorum ipsius Ordinis fratribus, qui debent electionem huiusmodi celebrare, cum eos frequenter de remotis partibus oporteat convenire, tempus super hoc a iure statutum non currat, nec ipsi in parte iuris huiusmodi Regulis coarcentur.

§ 3. Vigiles vero, provinciales et correctores locales aut delegati visitatores seu vicesgerentes, qui, secundum statuta eiusdem Ordinis, per electionem vel alias instituuntur, post ipsam institutionem seu provisionem de ipsis factam, curam animarum fratrum sibi subditorum ipsius Ordinis habeant, ipsosque ligare ac solvere possint, iuxta ipsius Ordinis instituta.

§ 4. Fratres autem de Ordine vestro, quos, secundum constitutiones ipsius Ordinis, conventibus vestris deputandos duxeritis in lectores, sine cuiusquam alterius licentia, libere in domibus praedicti Ordinis legere ac docere valeant in theologica facultate; illis locis exceptis, in

(1) Deest forte *correctores* (R. T.)

Exemplum.

Correctoris generalis auctoritas quae sit, et a quibus ipse amoveri possit.

Electio in remotis partibus, degen. non currit tempus a iure statutum.

Praelati statim post electionem aditum habent.

Lector, in theologia quando habere leg. possint.

quibus viget Studium generale, ac etiam quilibet in facultate ipsa docturus, ut magister solemniter incipere consuevit.

*Sicut ordines
a quocumque an-
tistite suscipian-
tur.*

§ 5. Et quia eiusdem Ordinis fratres de locis ad loca ipsius Ordinis saepius transmittuntur, propter quod stabilem et perpetuam in certis et determinatis eiusdem Ordinis domibus non faciunt mansionem; quia etiam bonos et idoneos et approbatos a vobis fratres facitis ad ordines promoveri, liceat vobis ordinandos fratres eiusdem Ordinis quibuscumque malueritis catholicis pontificibus, communionem et gratiam Sedis Apostolicae habentibus, praesentare; ipsisque pontificibus praesentatos fratres, sine qualibet examinatione per eosdem pontifices facienda et absque omni promissione vel obligatione ipsorum ordinandorum fratrum, ad ordines promovere.

*Ubique orato-
ria habere pos-
sunt, et sacra-
menta recipere.*

§ 6. In locis quoque, in quibus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus cum altari portatili possitis missarum solemnias et alia divina officia celebrare, ac etiam ecclesiastica recipere sacramenta.

*Morat possunt
in locis inter-
dictis.*

§ 7. Et quia vos extremam patientes pro Christi nomine paupertatem, exhortationis piae studio bonos ad potiora dirigitis, et errantes in rectitudinis semitam laudabiliter revocatis, concedimus ut in excommunicatorum terris libere commorari, ac alias et etiam quando per ipsas transire vos contigerit, necessaria vitae deponere ac recipere valeatis, nisi id vobis fuerit interdictum.

*Facultas prae-
latorum Ordinis
absolvendi fra-
tres, et cum eis
dispensandi sine
per irregulari-
tate etc.*

§ 8. Generalis quoque et singuli vigiles ac provinciales et correctores et eorum vicarii, in provinciis et vigilantibus sibi commissis, praedictis fratribus constitutis ibidem, necnon et fratribus aliis eiusdem Ordinis interdum ad eos declinantibus undecumque, absolutione et dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint Ordinem, sive post, in casibus excesserit (1), pro quibus excommunicationis vel interdicti aut suspensionis incurrunt sententias a iure vel a iudice generaliter

promulgatas; et huiusmodi sententiis innodati, aut suppositis (1) ecclesiastico interdicto divina officia celebrantes, vel suscipientes Ordines sic ligati notam irregularitatis incurrunt, absolutionis et dispensationis beneficium valeant impartiri, nisi adeo gravis et enormis excessus fuerit, quod sint ad eandem Sedem merito destinandi. Fratres etiam vestri, quos pro tempore vos, generalis, vigiles et provinciales correctores, necnon et vices vestras gerentes, in proprios habueritis confessores, absolutionis et dispensationis beneficium vobis, cum expedierit, valeant impartiri, iuxta formam concessionis super absolutione ac dispensatione fratrum eiusdem Ordinis superius vobis factam. Ad haec, volentibus vestro aggregari consortio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationis sententiis a iure vel a iudice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium (observata forma canonica) impartiri; ipsosque in fratres recipere, ac eos qui, post assumptum habitum vel professionem emissam, recognoverint se talibus in saeculo fuisse sententiis innodatos, secundum formam ipsam, vos, generalis, vigiles et provinciales correctores ac vices vestras gerentes, valeatis absolvere et cum irregularibus dispensare, si forsitan talibus innodati sententiis, vel in locis interdicto suppositis divina praesumpserint officia celebrare vel ordines recipere. Ita tamen, quod si alicui ex huiusmodi sententiis propter debitum sint adstricti, satisfaciant, ut tenentur. Volumus autem nihilominus quod huiusmodi volentes vestro aggregari consortio, nisi mox, postquam fuerint absoluti, Ordinem vestrum intraverint, etiam si super hoc eis induciae a praelatis Ordinis eiusdem concedantur, eo ipso, in pristinas sententias, a quibus eos taliter absolvi contigerit, relabantur. Caeterum vestra discretio caute provideat ut Apostolicae Sedis, legatorum ipsius et ordi-

(1) Leg. fors. *excesserit*, loco *excesserit* (R. T.)

(1) Legi fortasse debet: *aut in locis suppositis ecclesiastico interdicto etc.* (W. T.).

nariorum locorum in absolutionibus huiusmodi scandalum evitetur.

Exemptio a cura monialium et abis. Lic. enarrat.

§ 9. Porro quieti vestrae providere volentes, quod per literas Apostolicae Sedis aut legatorum seu subdelegatorum ipsius conveniri a quoquam minime valeatis; et quod ad pecuniam colligendam cogi non possitis inviti per literas ipsius Sedis de caetero impetrandas; quodque nullus vestrum correctionis seu visitationis vel inquisitionis officium monasteriis vel ecclesiis seu quibuscumque personis impendere, vel ad cognitiones causarum, citationes partium et denunciationes sententiarum interdicti vel excommunicationum procedere, aut recipere curam monialium seu religiosarum quarumlibet personarum, illis dumtaxat exceptis, quae in vestris Regula vel constitutionibus continentur, aut quae fuerint de mandato Apostolicae Sedis exceptae, teneatur, per literas apostolicas impetratas vel impetrandas in posterum, nisi huiusmodi apostolicae literae de hoc indulto et Ordine vestro expressam fecerint mentionem, auctoritate apostolica vobis indulgemus. Concedimus etiam ut ad visitanda aliqua monasteria monialium, cuiuscumque Ordinis, illis exceptis quae (sicut praemititur) in vestris Regula vel constitutionibus continentur, aut quae fuerint de mandato Apostolicae Sedis excepta, vel audiendas confessiones earum compelli ullatenus non possint, aut ad recipiendum commissiones causarum seu sententiarum executiones vel alia contingentia causas ipsas per literas praefatae Sedis, in quibus facta non fuerit de indulgentia huiusmodi mentio specialis, sive per legatos vel delegatos ipsius. Nullus insuper archiepiscopus vel episcopus, nec alius praelatus ecclesiasticus vel eorum vicarii vel officiales ad portandum seu deferendum literas, vel exequendum aut denunciandum sententias contra principes saeculares, communitates, populos seu quoscumque benefactores vestros, nullusque delegatus vel ordinarius index ad faciendum citationes vel com-

missiones recipiendas; sive quod sitis in causis aliquibus assessores, seu ad alia lites vel controversias contingentia in causis, quae coram ipsis tractantur, quemquam vestrum compellere valeant, sine praedictae Sedis mandato et licentia speciali, expressam faciente de hac indulgentia mentionem: nec quisquam vestrum parere vel intendere teneatur, super iis, monitionibus, mandatis aut iussionibus eorundem, aut facere vel implere quod in hac parte duxerit iniungendum.

§ 10. Caeterum generalis ac provincialis correctores ac ipsorum vicarii, illos ex fratribus, de quibus, auctoritate literarum Sedis Apostolicae vel legatorum, ab ipsis archiepiscopis et episcopis ac aliis quibuscumque provisum extitit vel in posterum contigerit provideri, corrigere, ac etiam, non obstante conditione aliqua, possint ad suum Ordinem revocare, nec per literas eiusdem Sedis seu legatorum ipsius iam obtentas vel de caetero obtinendas, aliquos de fratribus ipsius Ordinis praefatis archiepiscopis et episcopis aut aliis teneantur in socios deputare, nisi dictae literae apostolicae obtinendae de indulto huiusmodi et Ordine ipso expressam fecerint mentionem, et alias id honestati Ordinis et illorum saluti viderint expedire. Nullus autem legatus, nisi de latere nostro missus, auctoritate literarum Sedis apostolicae specialem de hoc indulto et ordine nostro facientium mentionem; nullusque praelatus, etiam cardinalis Romanae Ecclesiae, nec aliqua persona religiosa vel saecularis, de fratribus eiusdem Ordinis, ad sua seu Ecclesiae negotia procuranda, vel secum manendum aliquos assumere valeat, nisi quos generalis vel provincialis corrector ipsorum, tamquam idoneos et discretos sibi duxerint assignandos, quos etiam subiaccere volumus Ordinis disciplinae.

§ 11. Illos vero ipsius Ordinis fratres, qui ad praedicandum Crucem, vel inquirendum contra pravitatem haereticam, seu

Frates Ordinis non possunt, absque speciali mandato Papae, aliis deservire; et sic deserv. ad Ordinem revocari possunt l.

Gener. lic. correctoris auctoritas in fratre inquisitioni aut causis praedicantium deputatus

(1) Conc. Trid., sess. xxv, *De Regular.*, cap. 4.

ad alia huiusmodi negotia sint vel fuerint ubicumque a Sede Apostolica deputati, tu, fili generalis corrector, tuique successores removere seu revocare, penitusque transferre, ipsisque quod supersedeant iniungere, aliosque substituere (cum expedire videbitur) licite ac libere valeatis, et in eos, si contravenerint, censuram ecclesiasticam exercere; ac quilibet corrector provincialis vel eius vicarius eiusdem Ordinis, id ipsum in sua provincia, circa fratres ipsius Ordinis, quibus ab eadem Sede similia contigerit in illa committi, facere possit, non obstantibus aliquibus literis vel indulgentiis apostolicis impetratis vel etiam in posterum impetrandis, quae de hoc non fecerint mentionem.

Et in discre-
tes ab Ordine
post emiss. pro-
cessum. 1.

§ 12. Inhibemus quoque ne quis, post professionem in Ordine vestro factam, sine generalis vel sui provincialis licentia, discedat ab ipso. Discedentem vero, absque cautione literarum alterius ipsorum, praetextu privilegii alienius Apostolicae Sedis, nullus audeat retinere; quod si forte retinere praesumpserit, vobis, generalis et provinciales correctores dumtaxat, et vestris seu provinciarum vicariis licitum sit in ipsos discedentes fratres excommunicationis sententiam promulgare: detinentes vero eosdem secum vel in monasteriis aut ecclesiis suis (nisi eos reiecerint, postquam eis denuntiatum fuerit) excommunicationis sententiae volumus subiacere, non obstante quod excommunicari, suspendi vel interdicti non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Si vero aliqui de fratribus vestri Ordinis, post obtentam licentiam a Sede praedicta aut a nobis ad Religionem aliam transeundi, infra duos vel tres menses, ad illam Religionem suae salutis congruam se non contulerint et ipsius non susceperint habitum regularem, licitum sit vobis, generalis ac provinciales correctores, et vices

(1) Vide Concil. Trident., sess. XIV, *De Reform.*, cap. 11, et sess. XXV, *De Regular.*, cap. 19.

vestras gerentibus contra ipsos, tamquam alios Ordinis vestri apostatas, procedere, secundum quod honestati ipsius Ordinis videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de illis qui, post susceptionem habitus alterius Religionis, infra tempus probationis (nulla professione facta), inde praesumpserint resilire, aut etiam si, post professionem huiusmodi, ad Religionem laxiorem seu mitiorem Ordinem transierint, vel, quod absit, ad sacculum revertantur, volumus vos contra ipsos rigorem vestri Ordinis exercere.

§ 13. Apostatas quoque vestri Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarceratione, et alias subdere disciplinae rigori possitis per vos ac etiam alios, in quocumque habitu eos contigerit inveniri, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Et etiam in apostatas.

§ 14. Inhibemus etiam, ne fratres, quos ab Ordine vestro pro suis culpis per generalem seu provinciales correctores aut vigiles expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, praedicare, confessiones audire, seu docere praesumant, nisi ad alium Ordinem, in quo licite huiusmodi officia exercentur, transierint, de vestra vel dictorum correctorum licentia speciali. Quod si forte ipsi contra huiusmodi inhibitionem nostram aliquod super praemissis temere attentare praesumpserint, provinciales correctores et vigiles ac eorum vicarii in illos, quos infra fines suarum provinciarum, iuxta consuetudinem Ordinis vestri, distractos invenerint talia praesumentes (monitione praemissa), auctoritate nostra, excommunicationis sententiam valeant promulgare.

Expulsi ab Ordine, praedicare, confess. audire aut docere non possint.

§ 15. Eiectos autem de Ordine vestro vel egressos, qui receptione in eodem Ordine, suis culpis exigentibus, reddiderunt se indignos, et alios fratres eiusdem Ordinis, ex rationabili causa, ad quoscumque Ordines approbatos, praeterquam ad B. Augustini, Templariorum, Hospitalariorum et aliorum religiosorum arma portantium, ad vitandam occasionem evagandi, gene-

Et ad alium Ordinem, ut hic, transi. possint.

ralis vel provinciales correctores, cum suis testimonialibus literis, auctoritate nostra, licentiam liberam habeant facultatem. Nos enim districtius inlibemus, ne tales ad alium Ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere seu retinere praesumant, absque licentia speciali Sedis Apostolicae, faciente de hoc plenariam mentionem.

Prohibet enim cumque habitum huius Ordinis deferre.

§ 16. Inhibemus etiam, ut nulli, sive sit in Religionis Ordine sive extra Ordinem constitutus, habitum vestrum vel ita consimilem, quod propterea frater Minimus credi possit, deferre liceat, absque mandato Sedis Apostolicae speciali. Et ut dicta inhibitiō maiorem consequatur effectum, statuimus ut ii, qui habitum vestrum, vel sibi praedicto modo consimilem deferre praesumpserint, ad deponendum ipsum per dioecesanos locorum, cum a vobis requisiti fuerint, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur.

Exemptio a solutione decimarum.

§ 17. Ceterum, cum humilitas vestra sibi de latitudine orbis terrae nihil, praeter domos et hortos cum virgultis, ad simplicem tantummodo fratrum usum, praemiorum obtentu coelestium, duxerit reservandum; nos, pie volentes quod illorum fructus integrae vestrae paupertatis usibus applicentur, ut de dictis hortis et virgultis vestris nulli decimam teneamini exhibere, vobis auctoritate praesentium indulgemus, districtius inhibentes ne quis a vobis de praemissis aliquid exigere vel extorquere praesumat.

Ingressum Ordinem bona certorum dominorum possint portare.

§ 18. Quia vero nonnulli vestrae Religionis habitum assumentes diversis personis, quae sciri et inveniri non possunt, aliqua bona interdum restituere tenentur, vobis provincialibus, vigilibus ac vicariis praedictis concedimus ut singuli vestrum, in locis sibi commissis, bona ipsa in pios usus convertere valeant, prout secundum Deum videbitur expedire.

Sepultura in locis Ordinis est omnibus libera.

§ 19. Sepulturam quoque in locis, coemeteriis et ecclesiis vestris concedimus, et eam liberam esse censemus, ut eorum

devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint (nisi excommunicati vel interdicti, aut etiam publice usurarii fuerint), nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

§ 20. Districtius inlibentes, ut nulli, religiosi vel saeculares, vobis invitis, aliorum corpora defunctorum in vestris coemeteriis sepelire, aut in ecclesiis vestris missarum solemniam, vel pro animabus eorum, qui ad loca vestra tumulandi fuerint, ibidem exequias celebrare, sine vestro assensu aut voluntate, praesumant.

Exequias celebrari et mortui sepeliri non potest, ex his fratibus, in eorum locis.

§ 21. Et cum generale interdictum fuerit, in ecclesiis et oratoriis vestris et aliis quibuscumque, vel cum ad loca perveneritis ecclesiastico supposita interdicto, clausis ianuis (interdictis et excommunicatis exclusis), non pulsatis campanis et submissa voce, liceat vobis celebrare divina, et ecclesiastica recipere sacramenta, dummodo causam non dederitis interdicto, nec contingat vobis specialiter interdici, neque ecclesiae vel oratoria ipsa fuerint specialiter interdicta. His vero, qui vestris morantur obsequiis, cuncta libere ministrare poteritis ecclesiastica sacramenta, et ipsos, cum decesserint, in vestris oratoriis sepelire. Si quando autem in terris, in quibus residetis, vel eorum personis excommunicationis seu interdicti sententias contigerit promulgari, pueri vestris servitiis deputati negotiorumque vestrorum procuratores et operarii, qui in vestris locis eorum operibus personaliter continue institerint, huiusmodi sententiis obnoxii minime habeantur, ibique possint audire divina, iuxta formam quae locis ipsis eo casu a Sede Apostolica est concessa, nisi eidem causam dederint, vel excommunicari specialiter seu interdici contingat eosdem.

Tempore interdicti quomodo fratres celebrare valeant (1)

§ 22. Inhibemus insuper universis fratribus Ordinis, ne aliquis eorum (nisi necessitatis urgente articulo) aliis quam pra-

Fratres continentur preclatis ordinis.

(1) Vid. Conc. Trid., sess. xxv, *De Regular.* cap. 12.

latis suis peccata sua confiteri praesumat, vel aliis eiusdem Ordinis sacerdotibus, secundum Regulam et ipsius Ordinis instituta.

Frateri ecclesie
sustentationem non
debent fratres
super hoc ex-
pressis.

§ 25. Universis autem ecclesiarum praelatis et aliis inlibemus, confessiones vestras, vobis invitis, audire, vel compellere vos ad synodos seu convocaciones suas accedere, vel cum eis, extra civitates vel intra, processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiacere, vel capitula, sermone et inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere, aut fidelitatem iuramento firmatam, annualem obedientiam a provincialibus, vigilibus et correctoribus localibus vestris exigere, aut de ipsorum institutione vel destitutione, sive de statutis vestri Ordinis se aliquatenus introumittere, seu prohibere ne ad civitates vel villas, ubi religiose ac honeste commorari possitis, a populis evocati audeatis accedere, ibique pro vestris usibus construere aedificia, ecclesias seu oratoria, aut in accedentes fratres seu confluentes huiusmodi vel acceptatores ipsorum excommunicationis sententias ferre praesumant.

Exemptio a so-
lutione canonica
a portione de
Ordini relictis.

§ 24. Concedimus quoque vobis, ut de iis, quae in ornamentis vel pro eis aut libris, fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo sive aliis, ad perpetuum cultum divinum, seu pro pitanciis aut victu ad sustentationem vestram, vel indumentis, necnon pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquae domus vestri Ordinis obligatae noscuntur, vel de domibus praedictis et hortis aliisque locis vobis, secundum instituta vestri Ordinis, opportunis; aut de iis quae pro huiusmodi domibus, praediis et locis emendis vobis legantur (dummodo praemissa non convertantur in usus alios, sed in illos dumtaxat pro quibus relinquuntur, aut alios etiam qui in hac concessione vel indulgentia continentur), nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne quis a vobis

(1) Quoad processiones, vido Conc. Trid., sess. XXV, *De Regular.*, cap. 13.

ultimarum executoribus voluntatum, seu decedentium haeredibus, de praemissis, aut de iis, quae vobis in ultimis voluntatibus absolute legantur, vel alia pro vestris necessitatibus conferuntur, aliquid exigere vel extorquere praesumat, districtius inlibemus.

§ 25. Ad haec, liceat fratribus vestri Ordinis, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam aedificia seu omnem aedificiorum materiam locorum, quae dimittunt (dedicatis ecclesiis dumtaxat exceptis), libros, calices et paramenta secum ad alia loca transferre: ac aedificia ipsa cum solo et aliis ad eadem loca pertinentibus, praeter ecclesias, per personas ad hoc a Sede Apostolica deputatas, vendere; ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quae dieti fratres se transferunt, aedificationem seu alias in eorum utilitatem convertere, secundum quod melius videbitur expedire, cum ipsa priora et alia loca fratrum ad nos et Apostolicam Sedem specialiter et immediate pertinere noscantur. Et ne aliqui archiepiscopi vel episcopi aut alii ecclesiarum praelati, seu quaevis alia persona ecclesiastica vel saecularis praedicta loca seu bona occupare, accipere vel usurpare aut quoquomodo sibi vindicare praesumant, absque dictae Sedis licentia speciali, districtius inlibemus.

Frateri possint
loca Ordini di-
mittere etc.

§ 26. Indulgemus vobis ut ad praestationem procuracionum, legatorum praedictae Sedis vel nunciorum ipsius, seu dioecesanorum locorum, aut erectionum vel collectarum, seu subsidiorum vel provisionum quarumcumque minime teneamini; nec ad ea solvenda, per literas dictae Sedis aut legatorum vel nunciorum eiusdem seu rectorum terrarum Ecclesiae Romanae impetratas seu imposterum impetrandas, cuiuscumque tenoris fuerint, in perpetuum compelli non possitis, nisi dictae Sedis literae impetrandae plenam et expressam de huiusmodi indulto et dicto Ordine fecerint mentionem.

Exempt. ab om-
ni praestatione
et onere.

Praelat. O. di-
nis facultas ab-
solvendi fratres
et cum eis dis-
pensandi

§ 27. Praeterea, cum fel. record. Gregorius XI praedecessor, in dictis suis literis, generali, vigilibus et provincialibus, necnon correctoribus localibus et eorum vicariis, absolvendi fratres eiusdem Ordinis; ac etiam fratribus dicti Ordinis, quos ipsi huiusmodi superiores habuerint pro tempore in confessores, absolvendi ipsos superiores ab excessibus et censuris, nisi talia forent, propter quae essent ad Sedem Apostolicam merito destinandi, ac cum eis desuper dispensandi, concedit: et praeterea, qui sint destinandi, persaepe revocetur in dubium; ut absolveantur et absolvendorum, dispensantium et dispensatorum, pro parte, puritati conscientiae consulamus, declaramus haereticos, re-lapsos, schismaticos, et qui literas apostolicas falsificassent aut ad infideles prohibita detulissent, dumtaxat esse ad Sedem praedictam merito destinandos, reliquis vero omnibus, etiam simonia qualitercumque irretitis, posse, per illos quibus inibi conceditur, absolutionis beneficium et dispensationis, iuxta casum indigentiam impartiri. Et ut in dicti Ordinis professoribus omnis vagandi tollatur occasio, et ad Apostolicam Sedem recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, omnibus superioribus et eorum vicariis, defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu et quovis alio nephario et illicito coitu proveniente; necnon cum his, qui ex quavis causa, praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae et mutilationis membrorum irregulares forent, dispensandi cum dicti Ordinis Minimorum professoribus, postquam ipsum Ordinem professi fuerint, ut, defectu et irregularitate huiusmodi non obstante, irregulares ipsi ad quoscumque etiam sacros ordines promoveri, et in illis etiam altaris mysterio ministrare, et tam ipsi irregulares quam defectum natalium patientes, ad quascumque administrationes et officia eligi, recipi et assumi, illaque gerere et exercere libere et licite valeant, motu, scientia et auctoritate praedictis, concedimus per praesentes.

Bull. Rom. Vol. V.

56

§ 28. Indultum vero praedecessoris, de decimis non solvendis, ad quaecumque bona dictorum fratrum et quascumque decimas (etiam quas vulgus papales appellat, et Apostolica Sedes, pro christianae fidei defensione, aut aliis imminentibus persaepe necessitatibus, indulsit) et quaecumque alia onera, motu et scientia praedictis, extendimus; decernentes fratres ipsos Minimos, etiam per quoscumque exemptos, etiam Mendicantes, solvi mandarentur, cum quibusvis derogatoriis et fortioribus clausulis, ab illarum solutione cessando, censuras et poenas aliquas non incurrere, nisi praesentibus nostris, per particulares aut alias clausulas specialem mentionem importantes, non alias, sit derogatum, specificè earum de verbo ad verbum inserto tenore.

§ 29. Ceterum, cum felicis recordationis Innocentius Papa IV, praedecessor noster, olim duxerit statuendum, ut exempti, quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen, ratione delicti seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi, quoad hoc, suam in ipsos iurisdictionem (prout ius exigit) exercere, nos vobis (ut occasione constitutionis huiusmodi nullum libertatibus et immunitatibus vobis et Ordini vestro, per privilegia et indulgentias, ab Apostolica Sede concessis aut in posterum concedendis praedictum generetur) auctoritate praesentium indulgemus, decernentes vos seu personas vestri Ordinis, in praedictis casibus ordinariis, ipsis minime subiacere. Decernimus ergo irritum quicquid contra tenorem concessionum et inhibitionum huiusmodi, per quoscumque fuerit attentatum; et interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, si quis contra concessionem, constitutionem et inhibitionem easdem in vos vel vestrum aliquos, aut loca vestra, seu benefactores vestros vel executores aut haeredes praedictos in posterum promulgari contigerit, penitus non tenere.

Exemptio a de-
cimis

Exemptio a iurisdictione ordinariis in non-nullo casibus

Facultas prae-
latorum Ordinis
coercendi fra-
tres iuxta eius
ordinationem, ap-
pellati ne re-
mota.

§ 50. Et quia Bonifacius VIII, praedecessor noster, olim, ad augmentum continentiam Religionum et Ordinum, quos Romana suscepit et approbavit Ecclesia, paternis studijs intendit et consideravit attentius quod non intermissa sedulitas disciplinae Religiones et Ordines supradictos statusque regulares salubriter dirigit et conservat; quodque, si eam perire vel remitti contingeret, Ordo quilibet collabi necessario cogeretur; pensando etiam quod si regularium personarum correctio rimas iuris et apices sequeretur, huiusmodi rigor lenesceret, ac multiplicata laxatione torperet, nos auctoritate apostolica vobis indulgemus ut, ad correctiones et punitiones fratrum vestri Ordinis delinquentium infligendas, generalis, vigiles et provinciales, nec non correctores locales et eorum vicesgerentes, ad quos eadem spectare noscuntur (rimulis et apicibus ipsis postpositis), libere procedere valeant secundum consuetudines approbatas et generalia, facta et etiam facienda, ipsius Ordinis instituta. Nec volumus eisdem licere fratribus, ab eisdem correctionibus et punitionibus aliquatenus appellare, provida in hoc deliberatione ac maturitate debita observatis.

Exemptio a sa-
bellis et impo-
sitionibus

§ 51. Quodque fratres et sorores ac gubernatores praefati, ratione domorum, locorum ac monasteriorum praedictorum, aut quorumcumque aliorum honorum aut possessionum, quae in praesentiarum habent et iustis modis, praestante Domino, habebunt in futurum, seu alia quavis occasione, decimam vel aliam portionem, aut annuos redditus seu censum vel procuracionem aliquam vel aliam subventionem legatis vel nunciis dietae Sedis, aut ordinariis locorum vel aliis quibuscumque; aut pedagia vel telonia et alias exactiones, quibusvis regibus seu aliis personis, ecclesiasticis seu saecularibus, dare et solvere minime teneantur, nec ad illud compelli possint, vel super hoc alias a quoquam quomodolibet conveniri per literas Sedis praedictae, aut legatorum vel delegatorum seu nunciorum ipsius, aut dioecesanorum loco-

rum vel rectorum terrarum Ecclesiae Romanae, aut quorumcumque aliorum, etiam si in eiusdem Sedis literis contineatur expresse quod ad quaevis exempta vel non exempta monasteria se extendant, et aliqua eis, cuiuscumque tenoris existat, ipsius Sedis indulgentia non obsistat, nisi forsandictae literae apostolicae de dicto Ordine et praesentibus, de verbo ad verbum, ac etiam monasteriis, locis et domibus, ipsorumque rectoribus ac gubernatoribus et personis praedictis, plenam et expressam, ac etiam specialiter et nominaliter fecerint mentionem.

§ 52. Felicis recordationis Innocentii Papae IV, praedecessoris nostri, et aliis constitutionibus apostolicis, legibus imperialibus, statutis et consuetudinibus, per quae praemissa possent quomodolibet infringi vel impediri, et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Nos enim, quaslibet excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias et quoscumque processus, quasvis poenas et sententias continentem, quas et quos contra generalem, fratres et sorores, domos, monasteria, personas et alia supradicta, contra tenorem et formam praesentium et exemptionis huiusmodi promulgari et haberi contigerit, irritas decernimus penitus et inanes.

Derogatio con-
tractuorum.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, quinto kalendas augusti, millesimo quingentesimo sexto, pontif. nostri anno tertio.

Dat. die 28 iulii 1506, pontif. anno iii.

XIV (1).

Facultas duorum ex praelatis congregationis monachorum Beatae Mariae Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti, circa alienationem eius bonorum, si huiusmodi alienatio in evidentem utilitatem cedat.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Paulus II bona ecclesiastica quaecumque alienari aut locari prohibuit.

(1) Haec sub num. xv in Rom. Edit. est (n. r.).

— 2. Causa huius concessionis. — 3. Petitio capituli. — 4. Facultas duorum ex praelatis congregationis circa alienationem bonorum stabilium. — 5. Quibuscumque non obstantibus. — 6. Pretium ubi deponendum.

In Iulio episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati generali et visitoribus congregationis monachorum Beatae Mariae de Monte Oliveto, Ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex iniuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quae monasteriorum et aliorum religiosorum locorum quorumlibet utilitas valeat procurari.

Paulus II bona ecclesiast. quocumque alienari aut loc. prohibuit.

§ 1. Dudum siquidem a felicis recordationis Paulo Papa II, praedecessore nostro, emanarunt literae tenoris subsequentes (1).

Causa huius concessionis.

§ 2. Et deinde nobis nuper exhibita, pro parte dilectorum filiorum capituli generalis congregationis monachorum Beatae Mariae de Monte Oliveto Ordinis S. Benedicti, petitio continebat quod saepe contingit quod monasteriis, prioratibus et aliis religiosis locis dictae congregationis, necnon membris ab illis dependentibus expediret aliqua ex eorum immobilibus bonis, quae eis parum utilia seu minus commoda existunt, vendere, et precium inde proveniens in alia immobilia bona utiliora et commodiora convertere, seu pro aliis possessionibus aut immobilibus bonis utilioribus et commodioribus permutare, aut in feudum vel emphiteusim sive livellum et affictum perpetuum vel ad tempus, sub canone condecienti, locare et concedere, ex quo profecto monasteriorum et prioratuum ac locorum necnon membrorum praedictorum conditio, cum eorum evidenti utilitate, melior efficeretur.

Petitio capituli § 3. Quare, pro parte eorundem capituli, nobis fuit humiliter supplicatum ut

(1) Omittitur insertio bullae, quia legitur sup. pag. 194.

vobis singulis abbatibus et aliis praelatis et prioribus ac conventibus monasteriorum, locorum, prioratuum et membrorum praedictorum pro tempore existentibus, quascumque possessiones et alia bona immobilia minus utilia minusque commoda huiusmodi vendendi, alienandi et permutandi, aut in feudum seu emphiteusim vel livellum et affictum perpetuo vel ad tempus locandi et concedendi quoties expedierit, licentiam largiri, committere et mandare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 4. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel maior pars, aut ad minus duo vestrum, bonis, de quorum venditione, permutatione, locatione in feudum seu in emphiteusim vel livellum pro tempore agatur huiusmodi, prius coram vobis, specificatis de omnibus et singulis, quae super obtinenda licentia huiusmodi per eosdem abbates, praelatos, priores et conventus vobis pro tempore exponi contingerit, et eorum circumstantiis universis, auctoritate nostra, vos coniunctim, servata forma literarum Pauli, praedecessoris huiusmodi, procedendo diligenter informetis; et si per informationem eandem ea vobis sic pro tempore exposita vera esse, ac venditiones, alienationes, permutationes, locationes et concessionem praedictas, si fiant, in evidentem monasteriorum, prioratuum, membrorum et locorum praedictorum, quorum illa fuerint, utilitatem cedere repperitis, eisdem abbatibus, praelatis, prioribus et conventibus id petentibus, quoties expediens fuerit, possessiones et bona quaecumque huiusmodi pro precii competentibus vendendi et alienandi, seu illa pro aliis possessionibus et bonis immobilibus utilioribus et commodioribus permutandi, aut quibusvis personis, etiam saecularibus, eadem in emphiteusim vel livellum et affictum perpetuo

Facultas duorum ex praelatis congregationis circa alienationem bonorum stabilium

vel ad tempus, pro condecanti annuo canone seu censu, locandi et concedendi dicta auctoritate licentiam largiamini, facultatem concedimus.

Quilibet cumque
a... s. autib.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasteriorum, prioratum, locorum, membrorum congregationis et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia rohoratis; quodque uni de personis in dignitate ecclesiastica constitutis, quibus literae apostolicae dirigi consueverunt, non sitis, cacterisque contrariis quibuscumque.

Preterea ubi
de, auendum

§ 6. Proviso quod, si possessiones et alia bona huiusmodi vendi contigerit, ut praefertur, precium seu precia ex illis proveniens seu provenientia, penes aedem sacram, etiam dietae congregationis aut fide et facultatibus idoneam personam, cum obligationibus et recognitionibus ac cautelis in talibus apponi solitis, reponantur, et in emptionem aliorum immobilium honorum eisdem monasteriis, prioratibus, locis et membris, quorum erant bona vendita huiusmodi, commodiorum et magis utilium, et non in aliam causam omnino convertantur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septimo, pridie nonas iunii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 4 iunii 1507, pontif. anno iv.

XV (1).

Ordinationes pro bono regimine congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, eiusque gratiae et immunitates.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1 ad 3. Confirmatio gratiarum et communicatio privilegiorum. — 4 ad 10.

(1) Haec sub num. xvi in Rom. Edit. legitur (R. T.).

Regulae congregationem spectantes. — 11. Apostatarum receptio vetatur. — 12. Transcuntes ad loca conventualium, pro conventualibus habeantur. — 13. Indulta prosunt si congregationis ordinationibus non obstant. — 14 ad 19. Aliae pro monasteriorum administratione constitutiones. — 20. Impedientes eos, qui in congregationem intrare volunt, excommunicantur; — 21. Similiter, assumentes praelatum vel monachum congregationis ad propria servitia. — 22. Praelati congregationis revocent extra eam divagantes. — 23 ad 28. Exemptiones et alia privilegia. — 29. Quomodo recipienda sint sacramenta tempore interdicti. — 30. Indultum ordines suscipiendi a quolibet antistite absque examine. — 31 et 32. Facultates praelatorum circa eos qui congr. ingrediuntur; poenitentes absolventi etc. — 33. Participatio cum excommunicatis quando ligat monachos. — 34 ad 39. Nonnullae aliae facultates conceduntur et indulgentiae. — 40. De conservatoribus. — 41. Derogatio contrariorum. — 42. Fides danda transumptis huius bullae.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Etsi ad universos regulares Ordines in militanti Ecclesia institutos, ut loca sanctimoniae dedita, personasque voto Religionis adstrictas, pro inunctae nobis apostolicae servitutis officio, crebris vigiliis et indefessis studiis intendere nos deceat; ad dilectos tamen filios abbates et monachos Ordinis S. Benedicti, congregationis Beatae Mariae Montis Oliveti, eo diligentius aciem nostrae considerationis convertere nos convenit, quo ipsi sub eiusdem Beati Benedicti regularibus institutis ac patrocinio Beatae Mariae Virginis, qua mediante, eius intercessionibus ad Dominum indefessis, ad salutem praebeatur accessus, et ad instar Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, qui in Monte Oliveti, monte utique sancto, apostolis salutis documenta praebeuit, per eorum sanctimoniae vitam et sollicitudinem in eodem Monte Oliveti Pientinae diocesis, ubi primum ipsa congregatio suae vitae

Prooemium.

solitariae exordium sumpsit, vigiliis et orationibus assiduis intenti, ac cogentes carnem ab illecebris abstractam spiritui obedire, eorum exemplis caeteris ad salutem et salutaria praebeant documenta, et illa eis favore benevolo concedere, per quae possint, in eorum sancto ac pio proposito, Altissimo in eius beneplacitis gratum reddere famulatum.

Confirm. gratiarum congregationalis.

§ 1. Sane cum, sicut accepimus, alias plures immunitates, exemptiones ac diversa privilegia, gratiae, favores et indulta spiritualia ac temporalia, per diversos Romanos Pontifices praedecessores nostros, praefatae congregationi, illiusque monasteriis, locis, personis, bonis et rebus concessa fuerint; nos cupientes ut dilectus filius modernus ac pro tempore existens abbas generalis dictae congregationis ac monaci praefati eo quietius possint Domino in eius beneplacitis famulari, quo cognoverint huiusmodi privilegia et immunitates, pro illorum subsistentia firmiori, etiam nostrae approbationis robore communiari, ac etiam abbatis et monachorum et congregationis huiusmodi commoditatibus et augmento, statuique prospere et felici, quantum eum Deo possumus, salubriter consulere; ipsosque generalem abbatem et monachos et congregationis huiusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolutos fore censentes. Ac omnia et singula privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones, indulta quaecumque tam spiritualia quam temporalia eidem congregationi ac illius monasteriis, locis, personis, sub quibuscumque tenoribus concessa, illorumque omnium tenore, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, eisdem praesentibus pro expressis habentes, motu

proprio, non ad abbatis et monachorum praedictorum vel alienius alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones et indulta huiusmodi, auctoritate apostolica, tenore praesentium, approbamus et innovamus, ac perpetuae firmitatis robur obtinere, eaque omnia et singula inviolabiliter observari debere decernimus.

§ 2. Ac volumus quidquid dubii in dictis privilegiis sen aliquo eorum pro parte emerit, id, data verborum ambiguitate et varia peritorum interpretatione, in favorem dictae congregationis et locorum particularium eiusdem interpretari debere.

§ 3. Et cuiusvis particularis monasterii dictae congregationis privilegia, ipsi toti congregationi et aliis particularibus monasteriis esse communia, et ad illa ea extendi et extendimus per praesentes, quando ipsa privilegia aliis monasteriis et locis dictae congregationis adaptari possint.

§ 4. Et insuper etiam, ultra praedicta privilegia eidem congregationi, ut praefertur, concessa, hac perpetua atque irrefragabili constitutione, motu et scientia similibus, sancimus quod omnes et singuli dictae congregationis monachi Ordinem ipsum professi, praesentes et futuri, quamvis in diversis monasteriis sive locis pro tempore maneant, unum tamen corpus et una congregatio existant; ipsaque congregatio, ab Apostolica Sede merito approbata, ab universis christifidelibus in reverentia et devotione habeatur.

§ 5. Et dictae congregationis capitulum generale, sive in ea vocem pro tempore habentes, pro felici dictae congregationis successu, statuta, constitutiones, ordinationes, ac omnia et singula, quae in spiritualibus et temporalibus ipsius congregationis ac eius regularis disciplinae statum, observantiam, indemnitate et circa divini officii directionem et ordina-

Interpret. de dictis gratiis fiat ad favorem dictae congregationis.

Communio privilegiorum inter loca congregationis.

Congregatio sit una communis monachorum.

In capitulo generali statuta si capi possunt, quae postea debent observari.

tionem, absque tamen ipsius Regulae, in substantia vel effectu, variatione, interpretationem vel declarationem quoquomodo concernere poterunt, auctoritate praedicta, instituendi, ordinandi, interpretandi et declarandi; ac ea quae sic instituta, ordinata, interpretata vel declarata fuerint, in toto vel in parte, prout rerum vel temporum qualitas exegerit, tollendi, alterandi et in melius commutandi, plenam et liberam in omnibus habeant facultatem. Quibus institutis, ordinationibus, declarationibus et correctionibus singuli de congregatione huiusmodi cuiuscumque dignitatis, status, gradus seu conditionis existant, efficaciter parere omnino teneantur; ita tamen, quod ad peccatum, nisi contra fiat ex contemptu, aliquem non obligent.

Praelatos quo-
modo monaste-
rium reformare
possit

§ 6. Et quotiens praelatus aliquis monasterium, cui prae fuerit, reformare et ad ipsius congregationis observantiam reducere decreverit, reformationem ipsam, iuxta instituta, decreta et ordinationes congregationis eiusdem, prout convenientius poterit, exequatur. Et eius acta, conventiones et modi, eo ipso quod de consensu dictae congregationis seu ad id deputatorum in formam publicam redacta fuerint, apostolico sint robore communita.

Praelati obed-
dunt abbati, et
alii obed. prae-
latis

§ 7. Universi vero eiusdem congregationis praelati, sub praefati generalis abbatis, et alii monachi ac conversi et commissi, sub praelatorum, in quorum monasteriis aut locis ipsi monachi, conversi et commissi morantur, obedientis vivant, et eas illis humiliter praestent.

Appell. i prae-
latis, capitulo
et abbate de-
votum.

§ 8. Et nulli praelatorum vel monachorum praedictorum, ab institutis, ordinationibus, correctionibus et mandatis capituli sive abbatis generalis, aut aliorum praelatorum ipsius congregationis, ad quaecumque, etiam ad nos et Sedem praedictam, nisi de speciali indulto Summi Pontificis, liceat appellare; appellationesque desuper pro tempore interpositae et inde secutae irritae habeantur.

§ 9. Et cum contra aliquem praelatorum vel monachorum dictae congregationis civiliter vel criminaliter agi contigerit, secundum consuetudines et statuta praedicta, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis et litium anfractibus omisis, procedi debeat.

Iudicia iuxta
constitut. hant.

§ 10. Et ipsius congregationis praelati, suos monachos, qui licentiam a Sede praefata habere dixerint se ad aliud quodcumque monasterium sive locum transferendi, obtentu literarum apostolicarum transferri non sinant, nisi in ipsis literis specialis, specifica et expressa de congregatione et nostra ordinatione huiusmodi mentio fiat, eisque sufficienter derogetur; ac tunc, si infra tres menses id non compleverint, contra eos tamquam contra apostatas agi possit, nisi in ipsis literis apostolicis expressum fuerit tempus, infra quod se debeant ad huiusmodi monasteria sive loca transtulisse, eoque casu non prius contra eos agi liceat, quam dicta tempora sint elapsa.

Translatio ad
Iam Relig. de
legentia Papae
tantum permi-
tatur.

§ 11. Ac congregationis huiusmodi praelati, quarumcumque literarum apostolicarum praetextu, nisi in illis praesentibus specialiter et expresse derogetur, ad recipiendum monachos, qui alias ab eorum propriis monasteriis, absque suorum superiorum licentia, contumaciter recesserunt, a quoquam nequeant quomodolibet coartari.

Apostatar. re-
ceptio vetatur.

§ 12. Illi vero ex eisdem monachis, quos de prioribus, in quibus professi fuerint, monasteriis sive locis, ad alia dictae congregationis monasteria sive loca, iuxta dicti capituli ordinationem, transferri contigerit, aut alias, pro conventualibus, quomodolibet ex tunc ab ipsis prioribus monasteriis atque locis, realiter absoluti extiterint, aliorum monasteriorum locorumque, quamdiu ibi steterint, monachi et suppositi reputentur, et pro conventualibus inibi habeantur, ac in illis professionem suam emisissent.

Transcuntes ad
loca conventua-
liam, pro con-
ventualibus ha-
beantur.

§ 13. Ac omnia monasteria et loca praedicta, et eorum praelati atque perso-

Indulta prosunt
si congregatio-
nis ordinationi-
bus non obsta-
nt.

nae, quibuscumque eis a dicta Sede vel alias qualitercumque concessis, ac de iure seu concessione debitis, iuribus, praeminentiis ac dignitatibus inconcusse gaudeant et utantur, dummodo illa praemissis et aliis dictae congregationis institutis et ordinationibus non obstant.

Monasteria non
sunt ad invicem
subiecta, sed
congregat. tantum.

§ 14. Nec propterea ex monasteriis ipsis unum alteri censeatur esse subiectum, sed eis in sua pristina libertate manentibus et vicissitudinis adminiculo copulata, sub felici dictae congregationis regimine, sibi uniformi regularis observantiae gressu invicem suffragentur.

Monasteria a
praelatis regantur
a capitulo
vel abbatis
lectus

§ 15. Monasteria autem et prioratus quae nunc sunt et pro tempore erunt, etiam nuda, praefatae congregationis, per praelatos dumtaxat eiusdem congregationis regantur et gubernentur. Et quotiens illa ubicumque, etiam apud Sedem praedictam et qualitercumque vacare contigerit, etiam si quaevs speciales vel generales de illorum provisionibus seu dispositionibus per dictam Sedem reservationes factae fuerint, generale capitulum si tunc celebretur; alioquin abbas generalis, cum per ipsam congregationem ad id deputatis, illos ex eiusdem congregationis monachis praesentibus et futuris, etiam defectum natalium ex quibusvis personis patientibus, quos ad id idoneos fore crediderint, in praelatos tunc vacantium monasteriorum et prioratum huiusmodi, alias, secundum consuetudines, ordinationes et statuta praedicta, eligere seu nominare.

Ad quos quae-
que nutum re-
moveantur.

§ 16. Et ad eorum nutum et beneplacitum, taliter electos seu nominatos a regimine et administratione dictorum monasteriorum et prioratum, quibus tunc praefuerint, et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere et amovere.

Electi statim
administrent.

§ 17. Praefatique sic electi seu nominati, absque alicuius dictae Sedis vel alterius provisionis vel dispensationis adminiculo, etiam praeter hoc quod eis munus benedictionis impendatur, ipsi mo-

nasteriis et prioratibus, ad quae sic electi vel nominati fuerint, praesse, ac illa in spiritualibus et temporalibus regere et gubernare, ac omnes actus ibidem exercere et insignia deferre ac si munus huiusmodi suscepissent.

§ 18. Et si contingat praelatos dictae congregationis a monasteriis et prioratibus, ad quae, ut praemittitur, electi seu nominati fuerint, aliqua legitima causa abesse, atque pro dictorum congregationis et monachorum, ac illorum praesentium et futurorum monasteriorum ac prioratum conservatione et statu prospero et felici, (quod, absente praelato, ne monasterium sibi commissum ex eius absentia damna sustineat, alius qui monasterium seu prioratum ipsum regat et gubernet durante absentia huiusmodi deputetur) utile videatur et expediat, quod, quotiens id contigerit, capitulum seu generalis abbas eum deputatis huiusmodi, alias iuxta eorum consuetudines et statuta, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii seu prioratus, praelati sui praesentia carentis, in spiritualibus et temporalibus, dicta absentia durante, alteri committere libere et licite possint:

Ipsis absentibus, alteri datur administratio ab eis legit. praelatis

§ 19. Et quod aliquod ex dictis monasteriis vel prioratibus, aut aliis dictae congregationis locis, per quascumque literas apostolicas, etiam motu simili et cum reservationibus ac quibuscumque derogatoriis, per quas effectus praesentium quomodolibet impediri vel differri possit, clausulis, concessas hactenus et in posterum concedendas, per aliquem de dicta congregatione vel extra eam, cuiuscumque status, gradus, ordinis seu conditionis sit, etiamsi cardinalatus honore aut pontificali vel alia quavis dignitate praefulgeat, in titulum aut commendam sive administrationem vel alias obtinere, seu ei super aliquibus eorum fructibus, redditibus et proventus, aliqua pensio reservari, concedi vel assignari, vel ius sibi desuper acquiri, vel aliquis contra praesentium

Priorat. collatio ad quos spectat.

tenorem, quovis quaesito colore, quempiam de dicta congregatione, super aliquo ex monasteriis, prioratibus et locis praedictis, ratione tituli sive commendae vel administrationis, aut personis huiusmodi, vel alias impedire seu molestare valeat. Quodque deinceps nulla ex beneficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem abbatum vel priorum, ac conventuum, monasteriorum et aliorum dictae congregationis, communiter vel divisim pro tempore pertinentibus, etiam qualitercumque beneficia ipsa, et ubicumque, praeterquam apud Sedem praedictam vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolicae generaliter reservata non fuerint, sub gratis, expectativis aut provisionibus seu aliis dispositionibus dictae Sedis facultatibus seu indultis de conferendis beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, et quavis etiam pontificali dignitate praefulgeant, ab eadem Sede quomodolibet concessis et in antea concedendis, quomodolibet cadant seu comprehendantur. Sed ipsorum beneficiorum collatio, provisio, praesentatio, electio et dispositio, illorum occurrente vacatione, praemissis non obstantibus, ad abbates, priores ac conventus praefatos, libere et absque aliquo etiam praefatae Sedis praeventiois impedimento, pertineant et spectent; ac de beneficiis ipsis nullus alius quam abbates seu priores et conventus praedicti, quorumcumque facultatum et indultorum sibi a Sede vel legatis praefatis, qualitercumque et sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, etiam motu simili concessorum et concedendorum vigore vel praetextu, disponere valeant quoquomodo. Ac omnes et singulae gratiae expectativae et acceptationes, provisiones, dispositiones, collationes et literae Sedis ac illius legato-

rum huiusmodi, facultatesque et indulta super collationibus beneficiorum ecclesiasticorum vacantium seu vacaturorum quibusvis, etiam, ut praefertur, qualificatis personis, et cum praedictis clausulis pro tempore concessa, processusque desuper pro tempore habiti, etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et poenas in se continentes, quoad beneficia ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem aut aliam dispositionem abbatum et priorum ac conventuum praedictorum respective spectantia huiusmodi, ac totum id et quidquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentare contigerit, omni prorsus careant firmitate.

§ 20. Nec quispiam personas, quae de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex saeculo fugientes et ad dictam congregationem venire affectantes verberibus aut molestiis quibuslibet impedire vel prohibere, aut a monasteriis vel locis congregationis eiusdem, praesentibus vel futuris, divertere, aut super hoc illis vel eas recipientibus iniuriam vel molestiam aliquam irrogare praesumant; contrafacientes vero, praesentium notitiam habentes vel qui eas ignoraverint, et postquam ad eorum notitiam devenerint, a praemissis iniuriis et violentiis non destiterint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, nisi a Sede praefata absolutionis beneficium nequeant obtinere.

§ 21. Ac nullae ecclesiasticae vel saeculares personae, quaecumque auctoritate vel dignitate praeditae, aliquem ex praelatis vel monachis congregationis praedictae, obsequiorum vel servitorum propriorum vel monasteriorum suorum praetextu, etiamsi absque licentia suorum superiorum ad eas divertere, vel alia quavis causa, etiam arctioris vitae Ordinis vel observantiae, a dicta congregatione educere vel sponte venientes recipere et penes se retinere audeant, etiam

Impedien. eos, qui in congregatione iniuriam vident, excommunicantur;

Suaviter assumentes praelatum vel monachum congregationis ad propria servitia.

auctoritate literarum apostolicarum, in quibus de huiusmodi praelato vel monaco et congregatione nominatim expressa mentio non fiat, absque consensu capituli seu abbatis generalis vel maioris partis visitatorum dictae congregationis pro tempore existentium. Quod si recipientes, infra tres dies, postquam eis praesentes innotuerint, praelatum seu monacum extra ipsam congregationem existentem huiusmodi eidem congregationi non restituerint cum effectu, vel a se realiter non abiecerint, excommunicationis sententia innodati existant eo ipso, a qua, nisi in mortis articulo aut a Sede praedicta, absolvi non possint.

§ 22. Generalis autem et alii abbates et priores dictae congregationis pro tempore existentes, seu ab eis deputati, possint omnes et singulos eiusdem congregationis monachos, ab illa vagos et fugitivos, aut suis superioribus non obediens et rebelles, et qui, habita licentia, conditionem eis impositam non impleverint, aut lapsa licentiae termino ad propria monasteria non redierint, vel alia loca seu monasteria, absque speciali apostolico privilegio praesentibus deroganti, aut sine superiorum suorum licentia se transtulerint, vel aliquarum personarum, quacumque dignitate, etiam cardinalatus honore fulgentium, servitiis, in Romana Curia vel extra eam, se addixerint, vel ab eis literas familiaritatis aut cappellanatus obtinuerint, capere et in carceribus detinere, aut per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione remota, etiam invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, ad solitam et debitam obedientiam compellere.

§ 23. Et ut dictae congregationis monachi divinis beneplacitis quietius et liberiorius insistant, eandem congregationem et illius generalem abbatem, ac visitatores et alios praelatos, ac monachos, conversos, commissos, novitios et cappellanos, etiam habentes curam animarum, necnon personas familiares et servitores ipsorum nunc

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, *De Regul.*, cap. 11 et 14.

Bull. Rom. Vol. V.

57

et pro tempore existentes, ac ipsius congregationis monasteria, prioratus et loca, etiam quae in posterum eidem congregationi quaecumque uniri vel incorporari seu subici vel alias quomodolibet aggregari contigerit; omniaque et singula dictorum monasteriorum, prioratum et locorum, praesentium et futurorum, ecclesias, cappellas, etiam si in ipsis curam animarum immineat, oratoria, manualia, membra, castra, fortalicia, aedificia, villas, grangias, vineas, oliveta et hortos, silvas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, praedia, possessiones et bona quaecumque, quae in praesentia sunt et in futurum erunt dictae congregationis, et quae omnia et singula, per eorum vocabula, fines, valores, qualitates et quantitates, hic haberi volumus pro sufficienter expressis, a quorumcumque legatorum, etiam de latere, et subdelegatorum, necnon nunciorum dictae Sedis, ac vicariorum, rectorum et quorumvis officialium Romanae Ecclesiae, necnon patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, electorum, administratorum et aliorum quorumcumque iudicum, ordinariorum, quavis auctoritate et potestate fulgentium, dictorum auctoritate, potestate, dominio, visitatione, reformatione et correctione, ita quod in dictam congregationem, vel in eius singulares personas seu benefactores, occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subditi eorum cum eisdem monachis conversentur, seu ab ipsis recipiant absolutionis et Eucharistiae sacramentum; necnon in monasteria, prioratus, loca et personas in eis degentes, ratione delicti, excessus seu contractus aut rei de qua agitur, ubicumque incatur contractus, committatur delictum, aut res ipsa consistat, excommunicationis, suspensionis et interdicti, aut alias quasvis sententias, nisi de speciali Sedis praedictae commissione, quomodolibet, directe vel indirecte, proferre, seu promulgare non possint, prorsus eximimus et totaliter liberamus. Eaque om-

Praelati congregationis re-
voc. extra eam
divacantes.

Exemp. ab or-
dinar. et qua-
cumque alia iu-
risdictione (1).

nia et eorum quodlibet in ius et proprietatem Beati Petri et Sedis eiusdem et sub eorum et nostra protectione suscepimus, ac nobis et dictae Romanae Ecclesiae annuum censum unius unciae auri per eandem congregationem in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, annis singulis Camerae Apostolicae persolvendum, in signum perceptae perpetuae libertatis et exemptionis assignamus. Quod si legati, subdelegati aut ordinarii seu aliae personae praedictae contra exemptionem et libertatem nostram huiusmodi quaequam attentare quoquomodo praesumpserint, ac requisiti vigore praesentium per ipsius congregationis praelatos vel monachos, infra tres dies, a die requisitionis huiusmodi, non destiterint, excommunicationis sententiae ipso facto noverint se subiectos, et nihilominus quod aliter factum fuerit eo ipso sit irritum et inane nulliusque roboris vel momenti.

Ad iudicia, concilia, processiones etc. vocari nequeant (1).

§ 24. Volumus insuper quod dictae congregationis praelati vel monachi, literas apostolicas super administranda iustitia, executione facienda, visitatione exercenda, aut alio quovis negotio peragendo, ad eos pro tempore impetratas vel directas, acceptare, et illis contenta exequi, et iuramentum de calumnia vel veritate dicenda subire, aut testimonium perhibere, seu extra ius, civitatem et dioecesim trahi, et ad quaevis concilia, generalia vel synodalia, aut congregationes, quovis nomine censeantur, ecclesiasticarum vel laicarum personarum, cuiuscumque dignitatis aut status existant, etiam apostolica auctoritate indicta, praeterquam ad ipsius congregationis capitulum generale celebrandum, aut alias iuxta eorum ordinationes ire vel mittere, aut processiones publicis vel funeralibus interesse inviti minime teneantur. Seu quod in eorum locis missae vel alia divina officia celebrentur, ordines conferrantur, vel agitentur causae civiles seu criminales, processiones convocentur, aut synodus, conventus, seu quaevis congrega-

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, *De Regul.*, cap. 15.

tiones tam ecclesiasticarum quam laicarum personarum fiant. Sive quod huiusmodi congregationis loca, ad usum hospitem, habitationem, detentionem et incarcerationem ecclesiasticarum et laicarum personarum deputentur, adstringi seu cogi nullo modo possint. Testimonia vero praelatorum, monachorum, conversorum, commissorum et novitiorum dictae congregationis in causis ipsorum civilibus et criminalibus, in iudicio et extra, legitima seu iuridica sint.

§ 25. Nulli quoque reges, principes, milites, nobiles, laici, communitates, universitates, magistratus, rectores et officiales civitatum, terrarum, castrorum et dioecesium diversorum, monasteriis, prioratibus, locis, cappellis, ecclesiis, manualibus, grangiis, castris, possessionibus et honis, nec non praelatis et monachis ipsius congregationis gabellas, talias, datia, collectas, etiam pro pontium refectionibus aut viarum reparationibus, aliave onera seu gravamina inferre, indicere et imponere, aut indicta et imposita exigere, sub excommunicationis et maledictionis aeternae poenis, quas, nisi praesentium habita notitia prorsus destiterint, ipso facto incurrant, non audeant vel praesumant.

Exemptio a gabell. principum,

§ 26. Nec aliquod ex dictae congregationis monasteriis, prioratibus, grangiis, membris, manualibus et locis praedictis addandum seu solvendum aliquam canonicam portionem sive decimas aut quid aliud, quod eorum loco solvi consueverit, archiepiscopis, episcopis, capitulis, parochianis, collegiis, universitatibus, communitatibus, fabricis et aliis quibuscumque personis, de iure vel consuetudine, aut statutis vel privilegiis quibuscumque, vel ex quacumque causa hactenus ab eis forsitan debita, seu quae deberi praetenderentur quomodolibet in futurum, etiam de relictis, legatis et donatis, tam in ultimis voluntatibus, quam etiam inter vivos, seu alias quacumque occasione concessis et concedendis, quomodolibet teneantur. Ipsaque monasteria, prio-

Decimisq. ordinat. etc. (1).

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, *De Reform.*, cap. 12 et 15.

ratns, loca, manualia, grangiae, possessiones et bona, ac praelati, monaci et personae congregationis eiusdem, ab omni impositione, exactione, collecta, decima, caritativo subsidio aut alio quocumque reali et personali vel mixto onere vel gravamine, quovis nomine censeantur, per nos et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore indictis. Necnon ab omnibus censibus, redditibus, resolutionibus, ratione, visitationibus (1), quocumque iure, quibuscumque ordinariis, capitulis et congregationibus, universitatibus aut aliis quibusvis personis haecenus debitis, quae nos eidem congregationi de apostolicae potestatis plenitudine, gratiose remittimus, et in futurum debendis, ab illorumque solutione et praestatione sint esseque debeant libera penitus et exempta atque immunia. Ita quod, ad illorum praestationem et solutionem per quoscumque et quarumvis apostolicarum literarum vigore cogi, aut alias desuper inquietari nequeant. Nullasque ab eisdem, de quibuscumque possessionibus ubilibet constitutis, quae in praesenti vel in futurum erunt monasteriorum, prioratuum vel bonorum dictae congregationis, quae illius praelati, monaci vel personae colunt seu coli faciunt, et in futurum colent seu coli facient, ex hortis, virgultis, piscationibus vel de nutrimentis animalium, primitias, decimas, quartenas, aut quocumque nomine nuncupata, alia iura exigere vel extorquere praesumant; nec ipsi illa cuiquam solvere sint adstricti.

§ 27. Et quod praefatae congregationis monasteria et loca haereditates, legata et fideicommissa, per medias personas monachorum, aut alias qualitercumque ad ea delegata bona, mobilia et immobilia, in quibuscumque civitatibus et locis, quovis titulo acquirere, ipsi monaci et personae illa pro se eorumque monasteriis petere et exigere possint, undecumque vel qualitercumque eis debeantur, et quae petendi et exigendi, si in saeculo remansissent, ius habent.

(1) Leg. forsan: *redditibus, solutionibus ratione visitationis, quocumque iure etc.* (R. T.).

§ 28. Et contra praefatae congregationis monasteria, loca, personas et bona, tam in praeteritis quam in futuris, aliqua non currat praescriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum.

Præscriptio 60 annor. tantum in alio congregationi non obstat.

§ 29. Cupientes insuper quod dictae congregationis personae, sublatis obstaculis quibuscumque, sedulum et devotum Domino exhibeant famulatum, motu et scientia similibus, statuimus et ordinamus quod si contingat civitates, terras vel loca, in quibus monasteria sive loca dictae congregationis consistant, ecclesiastico supponi interdicto, ipsius congregationis praelati, monaci, conversi, commissi, novitii et cappellani, necnon laici, intra septa ipsorum monasteriorum seu locorum pro tempore habitantes, a praefatae congregationis monachis ad id deputatis, ianuis clausis, interdictis exclusis, et submissa voce, missas et alia divina officia audire et ecclesiastica sacramenta suscipere, ipsique monaci sic deputati illa celebrare et administrare.

Quomodo recipienda sunt sacramenta tempore interdicti.

§ 30. Et quod eiusdem congregationis monaci praesentes et futuri, omnes, etiam ad sacros ordines, ad quos per eorum superiores praesentati fuerint, a quocumque maluerint catholico antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente, recipere, et huiusmodi antistitem in ipsius congregationis monasteriis et locis dumtaxat advocare; ipseque antistes monachos dictae congregationis a suis superioribus ad id sibi pro tempore praesentatos, apostolica auctoritate, absque aliqua licentia et contradictione dioecesani, et absque eo quod aliquod alias illi propterea praedictum generetur, nulla examinatione praemissa, statutis tamen a iure temporibus ordinare, missas inibi celebrare, ecclesias, altaria et vasa consecrare, vestes benedicere et alia pontificalia exercere.

Indultum ordines suscipiendi a quolibet antistite, absq. examinatione

§ 31. Necnon quod generalis et alii abbates, priores et praelati dictae congregationis pro tempore existentes (in omnibus casibus, in quibus de iure communi praelatis et monachis dictae congregationis an-

facultas praelatorum congregationis dispensandi cum monachis et congregationem mutare volentibus.

(1) Concil. Trid., sess. xxv, *De Regular.*, cap. 12.

etoritas sive licentia seu dispensatio ordinariarum, si ab eis exempti non essent, foret necessaria) cum eis auctoritate praedicta dispensare, eisque licentiam et auctoritatem concedere indulgemus ac concedimus. Ac personas volentes eidem congregationi sociari, etiam si Religionem, locum vel Ordinem alium quemcumque, etiam aeterniorem, ingredi vovissent, tali voto non obstante, ad approbationem, professionemque recipere, et eos dicta auctoritate a dicto voto absolvere et cum ipsis, dummodo in tali Religione vel Ordine, quem vovissent, professionem non emiserint et ante professionem emissam ab ipsa congregatione non recedant. Super omnibus votis, Religionis voto dumtaxat excepto, dispensare, ac omnibus quocumque excommunicationis vinculo inuodatis congregationem ipsam Altissimo famulaturis ingredi volentibus, inimicis eis, iuxta eorum facultates, restitutione et poenitentia salutari, tamquam nix ex monacis congregationis huiusmodi, absolutionis beneficium impendere, eosque etiam ad approbationem recipere; ita tamen quod si inde ante professionis emissionem discesserint, in eandem ipso facto inciderint.

Facult. audiendi confessiones et poenitentes absolvendi etc.

§ 52. Et cum saepe contingat quod, ob singularem devotionem quam nonnullae personae ad monachos huiusmodi congregationis habent, ad eosdem monachos pro eorum salute animarum recurrant, eiusdem congregationis praelatis sive monacis a suis superioribus ad audiendum huiusmodi personarum confessiones deputatis, quod personas ipsas accedentes audirent, ac personae ipsae eis, absque alia suorum superiorum licentia, confiteri; necnon dictis praelatis sive monacis confessiones huiusmodi audientibus, dictos confitentes, poenitentia et satisfactione praemissis, quotiens opus fuerit, ab omnibus et singulis peccatis Sedi Apostolicae non reservatis, et a quibuscumque suspensionum, excommunicationum et interdicti sententiis, aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, quas a

iure vel ab homine latas incurrisse quomodolibet constiterit, absolvere, et vota per eos pro tempore emissa in omnibus et singulis casibus locorum ordinariis etiam per synodales seu provinciales constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, et desuper cum eis votibus dispensare, exceptis tamen censuris, poenis, votis et casibus super quibus esset Sedes praefata merito consulenda; ipsisque confitentibus ac aliis omnibus, qui ad praefatos monachos ob huiusmodi devotionem recurrent, Eucharistiae sacramentum ministrare libere possint.

§ 53. Necnon praelatis, monacis et personis congregationis huiusmodi, quocumque nomine censeantur, ne propter participationem, etiam in divinis, cum excommunicatis, suspensis et interdictis a iure vel statutis ordinariarum, aliquam excommunicationis seu censurae aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati.

Particip. cum excom. quando ligat monachos

§ 54. Ac quod illi ex praefatis monacis, qui adeo monasteriorum suorum officiis occupati, ut in choro interesse, ac officium divinum vix sine labore et taedio dicere, ac ipsa eis, ratione officiorum huiusmodi, incumbentia caritatis opera implere nequeant, et qui ad divinum officium huiusmodi dicendum adeo vel non docti vel minus experti pro tempore existunt (dummodo in sacris non sint ordinibus constituti), licet professionem emiserint, tamen ad persolvendum totum integrum officium divinum minime teneantur; sed eorum praelati, habita suppositorum suorum consideratione, ultra officium Beatae Mariae Virginis, ad quod obligati remaneant, iuxta dispositionem eis creditam, si eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod eum animi alacritate valeat adimpleri.

Facultas praelatorum dispensandi a divino officio recitando

§ 55. Praeterea omnibus christifidelibus, exceptis excommunicatis et interdictis vel publicis usurariis, ut in locis vel monasteriis congregationis huiusmodi, praesenti-

Inibi sepultura elici potest.

bus et futuris, eligere suam possint sepul-
turam, salvo tamen iure illarum ecclesia-
rum, a quibus ipsorum decedentium cor-
pora assumuntur.

Simonia bene-
ficialis quando
non incurritur.

§ 56. Neenon generali et aliis abbati-
bus, prioribus vel praelatis praelatis, aut
aliis per congregationem huiusmodi ad id
pro tempore deputatis, in unionibus, an-
nexionibus, incorporationibus ac reforma-
tionibus seu receptionibus monasteriorum,
prioratum vel aliorum beneficiorum ec-
clesiasticorum, pro ipsa congregatione fa-
ciendis, cum praelatis et personis mona-
steria seu beneficia huiusmodi per eos
obtentia, in congregationis huiusmodi seu
alicuius particularis monasterii commodum,
dimittere volentibus, conventiones et pacta,
quae illicita et, quando apostolica confir-
matione carerent, expresse prohibita cen-
serentur, inire; ac monasteria, prioratus et
alia beneficia quaecumque, quae haecenus
conventionibus et pactis huiusmodi inter-
venientibus acquisiverunt, retinere, ipsas-
que conventiones et pacta observare, abs-
que eo quod aliquam simoniae labem in-
currant, libere et licite valeant.

Praeserv. in-
trum congrega-
tionis a quibus-
cumque derogati-
onibus

§ 57. Et si quandoque per aliquem aut
plures actus contra ea, aut ipsorum ali-
quod, a quocumque, cuiuscumque condi-
tionis, dignitatis, gradus seu status fuerit,
ex negligentia vel ignorantia praesentium,
quibus haec conceduntur, aut alia quavis
causa scienter vel ignoranter attentari vel
pro tempore observari contingat, nullum
tamen propterea exemptionibus, immuni-
tatibus, libertatibus, gratiis, indultis et
privilegiis huiusmodi praedictum generetur,
sed ea omnia et singula in suis robore et
firmitate permaneant. Ac quod deinceps
per quascumque revocatorias seu alias apo-
stolicas concessionem vel literas, sub qui-
buscumque verborum formis et tenoribus
aut clausulis derogatoriis, etiam si illa motu
et scientia similibus emanaverint, nulla ex
praedictis concessis, et quae eidem con-
gregationi pro tempore conceduntur, exem-
ptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis,

privilegiis et concessionibus, quomodolibet,
revocari, cassari vel annullari censeantur,
seu revocari, cassari vel annullari, seu ipsis
vel (1) ipsorum, seu quibusvis in eis conten-
tis particulis aut clausulis derogari valeat,
nisi in derogatoriis vel aliis literis seu
cassationibus huiusmodi illa vel illi ex lite-
ris, quae revocari aut cassari vel annullari
videtur, aut eui vel quibus derogari appa-
reret, eorumque totus tenor de verbo ad
verbum integre inseratur, et de omnibus et
singulis congregationis huiusmodi mona-
steriis nominatim et specificatim mentio
fiat; ac in eisdem revocatoriis, cassatoriis
vel aliis literis manifeste et expresse appa-
reat quod Romanus Pontifex privilegiis,
indultis et literis, de quibus tunc actum
fuerit, voluerit specialiter derogare, vel illa
revocare aut cassare seu annullare, ac tunc
demum urgens, sufficiens et rationalis,
propter quam derogatio, revocatio, cassatio
vel annullatio ipsa merito fieri debeat, causa
exprimatur; alias derogationes, revocatio-
nes, cassationes, irritationes et annullatio-
nes quaecumque, siquas, aliter quam ut
praefertur, a quoquam, etiam Romano Pon-
tifice fieri contigerit, ac quaecumque ex
inde subsequuta nullius sint roboris vel mo-
menti, ipsis concessis literis, privilegiis,
indultis, gratiis et exemptionibus et liber-
tatibus, in suo pristino, plenario atque
integro robore duraturis. Et quod per quas-
cumque revocationes, cassationes seu an-
nullationes quarumcumque unionum, an-
nexionum, incorporationum et approbatio-
num de quibusvis monasteriis, prioratibus,
ecclesiis sive locis ecclesiasticis per nos
seu successores nostros Romanos Pontifi-
ces, aut eorum aliquem in genere vel in
specie, sub quibusvis verborum formis vel
expressionibus de cetero forsitan faciendis,
nullum dictae congregationi, super unio-
nibus, incorporationibus, approbationibus
et innovationibus quorumcumque mona-
steriorum, ecclesiarum, prioratum aut
aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, per
nos et Sedem praedictam eidem congre-

(1) Addendum. s. alicui (R. T.).

gationi vel in eius favorem faciendis, praeiudicium inferatur. Sed illae omnes, etiam post revocationes, cassationes et annullationes praedictas, in suo robore inconcussae persistent, in omnibus et per omnia, ac si, quoad eas vel ipsarum singulas, aliqua revocatio, annullatio vel cassatio nullatenus emanasset: nisi dum et quando ipsae super unionibus, concessionibus et approbationibus seu donationibus confectae litterae in revocationum et annullationum literis et constitutionibus et ordinationibus huiusmodi de verbo ad verbum insererentur, ac in eis specialis, expressa et individua de ipsis monasteriis et locis ac congregatione mentio fieret. Necnon irritum et inane totum et quicquid in contrarium, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

In indulgentia pro
monachis.

§ 58. Necnon generali et aliis abbatibus, prioribus et monachis, conversis, commissis et novitiis praesentibus et futuris congregationis huiusmodi, ut eorum devotio amplius propagetur et eorum animarum saluti uberius consulatur, ut confessores idonei, quos de suorum voluntate superiorum, aut ipsi superiores pro libito elegerint, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et quae ore confessi fuerint, plenam semel tantum in mortis articulo remissionem eis in sinceritate fidei, unitate sanctae Romanae Ecclesiae, ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate praefata concedere valeant. Sic tamen quod ipsi confessores de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam congregationis huiusmodi personis, prout ad illas pervenerit, per se vel alios fiendam iniungant, quam illi facere, prout poterunt, omnino teneantur. Quodque singuli ex eisdem personis clerici quam primum concessionis absolutione huiusmodi gaudere voluerint, septem psalmos poenitentiales cum letaniis et orationibus consuetis; conversi vero et commissi, aut qui praefatos psalmos dicere commode non pote-

rint, quinquagesies Orationem Dominicam et totiens Salutationem Angelicam singulis hebdomadis recitare; idque, legitimo cessante impedimento, per annum integrum, etiam si totidem plus minus, aut ex alia quavis causa eos dixisse aut dicere oportere contingeret, prosequi et complere teneantur; occurrente vero impedimento praedicto et postea cessante, quam primum poterint commode, impositionem huiusmodi reficiant et adimpleant. Necnon quod diebus quibus nonnullae Urbis ecclesiae pro stationibus consequendis a christifidelibus visitari solent, quinque altaria ecclesiae monasterii seu alterius loci congregationis huiusmodi, ubi singulos ex eis morari contigerit, aut pauciora, si tot ibi non fuerint, devote visitando, semelque psalmum incipientem *Miserere mei Deus etc.*, apud quodlibet altare pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae dicendo, easdem indulgentias et peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si ipsas Urbis ecclesias tunc personaliter visitarent. Si vero aliqua ex personis congregationis huiusmodi, pro ipsius congregationis negotiis aut aliis legitimis causis, extra propria monasteria moram traxerint, ubicumque commode poterint, totidem altaria in quacumque ecclesia, cum dicti psalmi apud quodlibet ex ipsis altaribus recitatione, ut praemittitur, visitaverint; et si conversi sive commissi, forsitan dictum psalmum dicere nescientes, fuerint, ter Orationem Dominicam et totiens Salutationem Angelicam, apud quodlibet altare huiusmodi recitando, eandem etiam indulgentiam consequantur.

Indulgen. con-
greg. ecclesiarum
necessaria.

§ 59. Quodque huiusmodi congregationis sacerdotes in itinere constituti aut alia causa subsistente, ante diem usque ad nonam inclusive missam celebrare valeant, motu, scientia et auctoritate praemissis, de speciali dono gratiae concedimus pariter et indulgemus.

Missam itinere
aut ante diem
celebrare possunt (1).

§ 40. Volumus etiam quod universae et singulae personae, quibus causae au-

De conservatoribus.

(1) Vide Concil. Trid., sess. XXI, *Decret. de observandis et recitandis in celebr. missae.*

etoritate literarum apostolicarum delegari possent, dum aut quotiens, pro parte generalis et aliorum abbatum, priorum et conventuum ac monachorum congregationis huiusmodi vel alicuius eorum, fuerint legitime requisiti, ad executionem quarumcumque literarum dictae Sedis conservatoriarum nuncupatarum praefatae congregationi vel eius monasteriis, prioratibus, membris, abbatibus, prioribus, conventibus, contra illis inferentes molestias, iniurias, gravamina atque damna concessarum haecenus et in posterum concedendarum, perpetuis futuris temporibus procedant per se vel alios. Alias, iuxta earundem conservatoriarum literarum continentiam atque formam, in omnibus et per omnia, ac perinde si ipsae conservatoriae literae eis a principio directae, eisque ut, quamvis alias conservatores esse non possent, illas exequerentur expresse mandatum, et super hoc concessa facultas fuisset.

Derogatio con-
trariorum.

§ 41. Non obstantibus natalium defectu ac Picemnen. concilii et piae memoriae Innocentii IV contra exemptos edita, quae incipit *Volentes*, et Martini V, necnon Bonifacii VIII, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum et alii constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon monasteriorum, prioratum et aliorum regularium locorum, etiam dictae congregationis unitorum, et illorum ac praedicti et quorum ipsa unita monasteria, prioratus et loca extiterint, Ordinum iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis quibusvis communitatibus, universitatibus, collegiis, ecclesiis, monasteriis, Ordinibus et aliis locis, capitulis, conventibus et personis, etiam motu et scientia similibus et cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibusque decretis, concessis haecenus et in posterum concedendis, quibus omnibus, etiam si pro eorum

sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, eisdem motu et scientia, specialiter et expresse derogamus, necnon omnibus illis quae praefati praedecessores in singulis per eos congregationi huiusmodi concessis literis voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 42. Ceterum, quia difficile foret praesentes literas ad singula quaecumque opportuna loca deferri, motu et scientia praedictis volumus, et praefata apostolica auctoritate decernimus quod transumptis super praesentibus conficiendis manu publici notarii subscriptis, et sigilli alicuius curiae ecclesiasticae impressione munitis, ea prorsus fides adhibeatur indubia, quae ipsis originalibus literis adhiberetur, ubicumque essent exhibitae vel ostensae.

Files danda
transump. hu-
ius bullae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septimo, pridie nonas iunii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 4 iunii 1507, pontif. anno iv.

XVI (1).

Approbatio gratiarum et privilegiorum a Pontificibus, imperatoribus et aliis concessorum congregationi monachorum Vallis Umbrosae, Ordinis S. Benedicti, et communicatio quarumcumque gratiarum et indultorum quoquomodo congregationi Cassinen. monachorum eiusdem Ordinis concessorum et concedendorum (2).

SUMMARIUM

Exordium. — I. Urban. II et alii Pontifices diversa privilegia congregationi Vallis Un-

(1) Bullam hanc in Rom. Edit. sub num. xvii reperies (v. t.). (2) Istam congregationem approbavit Urbanus II in eius Const. viii, *Cum universis*, pag. 155 tomi ii.

brosae concesserunt. — 2. Abbas generalis et definitores modo supplicant pro eorum confirmatione, et etiam pro communicatione omnium gratiarum congreg. Cassinensis. — 3. Hic modo Pontif. approbat omnia privilegia congregationis Vallis Umbrosae a praedecessoribus, imperatoribus, regibus et praelatis ac aliis concessa, et iterato eadem concedit; — 4. Gratiasque omnes congregationi Cassinen. concessas et concedendas eidem congregationi Vallis Umbrosae communicat; — 5, 6. Contrariis derogat.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.**

EXORDIUM.

Militanti Ecclesiae regimini, disponente Domino, praesidentes, ex commisso nobis pastorali officio inducimur ut his, quae pro religiosorum quorumlibet in humilitatis spiritu Domino pie famulantium felici successu a Sede Apostolica concessa sunt, nostrae approbationis munimine favorabiliter robaremus, ut eo firmiter subsistant, quo Sedis eiusdem auctoritate saepius fuerint circumfusa, ac etiam alia de novo ex Sedis eiusdem benignitate concedamus, prout eisdem religiosis, et alias in Domino conspicimus salubriter expedire.

Urban. II et alii Pontif. diversa privilegia congreg. Vallis Umbrosae concesserunt.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum Blasii, abbatis monasterii B. Mariae Vallis Umbrosae, Fesulanen. dioecesis, et defintorum Ordinis et congregationis eiusdem Vallis Umbrosae, nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias felicis recordationis Urbanus II, Urbanus III, Pasqualis II, Innocentius II, Innocen. III, Innocentius VII, Coelestinus II, Coelestinus III, Gregorius VIII, Bonifacius VIII et quamplures alii Romani Pontifices praedecessores nostri monasteriis Ordinis Religionis seu congregationis praedictorum, illorumque membris ac monacis et personis eorundem, multa et diversa privilegia, indulta et immunitates concesserunt, prout in literis ipsorum praedecessorum plenius dicitur contineri.

§ 2. Quare, pro parte Blasii abbatis, qui, ut asseritur, etiam generalis Ordinis et congregationis praedictorum existit, ac defintorum praedictorum asserentium quod monasteriorum Religionis seu congregationis huiusmodi abbates et monaci, iuxta eandem Regulam et observantiam regularem dilectorum filiorum monachorum congregationis S. Iustinae, alias Cassinensis Ordinis S. Benedicti, reguntur, nobis fuit humiliter supplicatum ut, pro eorum subsistentia firmiter, robur nostrae approbationis adiacere ac illa innovare, eisdemque modo et forma, quibus concessa sunt de novo concedere; necnon infrascriptorum tenorem et quaecumque alias pie memoriae Eugenii IV et Alexandri VI ac quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum literas eidem congregationi S. Iustinae, alias Cassinens., concessas, et in illis contenta ac alia privilegia, immunitates, indulgentias et indulta quaecumque eidem congregationi S. Iustinae seu Cassinensi et illius monasteriis, monacis et personis per Sedem eandem quomodolibet concessa, ad Ordinem et congregationem Vallis Umbrosae huiusmodi ac ad illius monasteria et loca et personas et bona extendere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur, qui Ordinem et congregationem Vallis Umbrosae huiusmodi, propter uberes fructus, quos in militanti Ecclesia in divinis contemplandis et assiduis orationibus ac precibus ad Deum producere noscuntur, in visceribus caritatis et dilectionis nostrae complectimur, Blasium abbatem et defintores, necnon Ordinem et congregationem Vallis Umbrosae huiusmodi, ac eiusdem Ordinis seu congregationis singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quo-

Abbas generalis et definitores modo supplicant pro eorum confirmatione, et etiam pro communicatione omni. gratiarum congregationis Cassinensis.

Hic modo Pontif. approb. omnia privil. congregationis Vallis Umbrosae a praedecess., imperatoribus, regibus et praelat. ac aliis concessa, et iterato ead. concedit;

modolibet innodati existunt, ad effectum dumtaxat praesentium consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes; necnon privilegiorum, libertatum, immunitatum et indultorum, tam per dictos praedecessores, quam imperatores, reges et alios principes saeculares ac praelatos quoscumque eisdem Ordinibus et congregationibus, ac illorum monasteriis, locis, bonis et personis concessorum tenores, qui praesentibus non sunt inserti, ac si de verbo ad verbum insererentur eisdem praesentibus, pro expressis habentes, privilegia, indulta, immunitates et libertates Ordinis seu congregationis Vallis Umbrosae per praedecessores, ac quatenus sint licita et honesta, per imperatores, reges et principes et praelatos praedictos concessa, ac prout concernunt omnia et singula in literis pontificum, imperatorum, regum et principum saecularium et praelatorum praedictorum desuper confectis contenta, innovamus, approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, suppletentes omnes et singulos defectus, si qui forsitan in privilegiis per imperatores, reges et principes saeculares et praelatos praedictos concessis intervenerint, illaque omnia, eisdem modo et forma, quibus concessa sunt, de novo concedimus.

§ 4. Necnon literas Eugenii et Alexandri infrascriptas, ac quasvis alias ipsorum ac quorumcumque aliorum praedecessorum nostrorum literas huiusmodi et in illis contenta; necnon privilegia, immunitates, indulgentias et indulta, quaecumque et qualiacumque sint, congregationi Sanctae Iustinae et illius monachis praedictis, tam per dictos quam quoscumque alios Romanos Pontifices quomodolibet in genere concessas et concessa, ac in posterum concedendas et concedenda, ad Ordinem et congregationem Vallis Umbrosae ac illius monasteria et monialium loca ac personas et bona praedicta, eadem auctoritate, extendimus, ac statuimus et ordinamus quod Ordo et congregatio Val-

lis Umbrosae huiusmodi illis, absque ulla penitus differentia, uti, potiri et gaudere, eaque omnia et singula inter ipsos communia esse, et eis suffragari debere in omnibus et per omnia, perinde ac si illa eisdem Ordini et congregationi Vallis Umbrosae communiter a principio concessa fuissent et in futurum concederentur.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis; necnon congregationum et Ordinum praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ac privilegii et indultis Ordinibus ac congregationibus praedictis, forsitan sub quibuscumque tenoribus, concessis, quibus, tenores huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie, specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 6. Et insuper, quia difficile foret *etc.* Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septimo, idibus iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 15 iulii 1507, pontif. anno iv.

XVII (1).

Contra occultantes vel retinentes scripturas ad Reverendam Cameram spectantes.

SUMMARIUM

Causa huius constitutionis. — 1. Excommunicatio detinentium libros et scripturas R. Cam. Apostol. — 2. Et in futurum eas amovendum et non reportantium.

Iulius Papa II ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, in nostra Camera Apostolica saepe contingat ut libri,

(1) In Rom. Edit. haec bulla sub numero xviii ponitur (R. T.)

Gratiasque omnes congregationi Cassinensi concess. et concedend. eidem congregationi Vallis Umbrosae communicat;

Contrariis derogat.

Fides transcriptum

Causa huius constitutionis.

codices et scripturae ipsius Camerae, diversas res et negotia concernentes, per ministros et officiales ipsius Camerae et alios recipiantur, et per eos videantur et examinentur, qui et quae ad ipsam Cameraam et loca in ea deputata non reportentur, ex incuria sive negligentia vel alia quavis causa, ita ut libri et scripturae huiusmodi aliter reperiri non possint, in grave damnum et praeiudicium ipsius Camerae.

§ 1. Super iis igitur providere intendentes, dilectis filiis dictae Camerae praesidentibus et clericis ac notariis, et officialibus ac ministris, omnibusque aliis et singulis, eniuscumque gradus et dignitatis fuerint, sub excommunicationis poena latae sententiae, a qua nisi a nobis et successore nostro, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi non possint, praesentibus praecipimus et mandamus quatenus omnes et singulos libros, codices, registra, bastardello (1) et alias quascumque scripturas et documenta, tam publica quam privata, ad ipsam Cameraam quomodocumque spectantia, a dicta Camera vel aliunde quomodolibet habita et extracta, debeant, infra octo dies proxime sequentes, in dictam Cameraam reportasse, ac in eadem restituisse, dedisse et assignasse, coram notario et duobus sive uno ex dictis clericis ipsius Camerae, et illa sic reportata et assignata describi et annotari in dictis libris Camerae fecisse.

§ 2. Necnon ex nunc in antea, nullus ex praedictis aut aliis quicumque, ullos libros sive scripturas, quae in dicta Camera reservari debent, apud se ullatenus habere et retinere, ultra terminum decem dierum postquam a dicta Camera illa receperit, absque speciali mandato et licentia dictorum praesidentium et clericorum, audeant vel praesumant; de qua quidem licentia sive mandato speciali particularis notatio in libris Camerae fieri debeat. Alio-

(1) Vox hispanica *bastardelo*, unde *bastardellus* in infima latinitate, charta fugitiva est et delectilis (n. T.).

quin, elapso dicto termino, non parentes sive contrafacientes, sciant se maioris excommunicationis sententiam incurrisse, quos ut tales, ex nunc prout ex tunc, auctoritate apostolica per praesentes declaramus. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Placet, et ita motu proprio mandamus.
(*Subscriptio Papae*).

Datum Romae apud Sanctum Petrum, decimo quinto kalendas septembris, anno quarto.

Dat. die 18 augusti 1507, pont. anno iv.

XVIII (1).

Institutio collegii scriptorum archivii Romanae Curiae notariorum in causis commissariis in Urbe apud iudices proprios notarios non habentes; et concessio facultatis creandi alios notarios, ac legitimandi bastardos.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Causa huius constit. — 2 ad 8. Institutio collegii scriptorum archivii Romanae Curiae eiusque munera. — 9. Correctores decem instituantur ex praefatis scriptoribus, qui alios admittendos examinent etc. — 10. Collegium creat notarios; — 11. Legitimant bastardos in dominio Papae; — 12. Interpretes testium etc. sint, — 13. Notarii omni iudicium non habentium proprios notarios, exceptis cardinalibus; — 14. Statuta condere pro se possint; — 15. Familiarium Papae privilegio fruantur. — 16. Officia eorum resignabilia sint. — 17 et 18. Decretum irritans. — Papae subscriptio. — Cardinalium subscriptiones.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Sicut prudens paterfamilias ad laudabilem dispensationem gloriosumque regimen familiae suae domus, rectitudinemque vivendi operosis virtutum studiis intendit, ac cuncta quae profutura sunt attentae considerationis iudagine perscr-

(1) Legitur haec bulla sub numero XIX in Edit. Rom. (n. T.).

Excommunicatio detinentium libros et scripturas R. Cam. Apostol.

Et in futurum excommunicationem et non reportantium.

Proemium

tatur, et sani maturitate consilii circum-
scribit diligenter, normam praebens illi
semper et ordinem cum honestate, insti-
tia et sincera ratione vivendi, ut, exclusis
vitiis erroribusque undique evulsis, in ea
splendidae virtutes plantentur et inseran-
tur, quae assiduum fructum afferant ho-
noris, laudis et famae; ita Romanus Pon-
tifex, qui dominici gregis, superna sibi
praeordinatione commissi curam agere stu-
det, ad quae, certa ratione iubente, actus
dirigens, in primis Ecclesiam Dei univer-
sam, cuius caput Romana Ecclesia esse
dignoscitur, legibus, constitutionibus, mo-
ribus et decretis, summa diligentia, vigi-
lantia indefessa et ordinatione irreprehen-
sibili ac stabili, dirigere, instituere et sta-
bilire conatur, ut prolapsa reducantur,
excessiva corrigantur, defectus suppleantur,
errata emendantur, et deinde quae-
que aliae ecclesiae, praesertim in beati
apostolorum Principis, cuius successor est,
honorem dicatae, instaurentur et deoren-
tur; ac, expulsa infidelium nefandorum
Turcarum rabie, eorumque temeritate re-
pressa, fides orthodoxa vigeat, propage-
tur, omniaque, Eo concedente a quo om-
ne datum optimum et omne donum per-
fectum affluit, ad probatissimum ordinem
et semitam rectam perducantur.

Causa huius
constitutionis.

§ 1. Sane, non sine maxima animi dis-
plicitia, ex diversorum fidelium querelis
ac iudicium et aliorum officialium relatione
pluries accepimus quod in Romana Urbe,
ad quam velut ad communem periclitan-
tium portum christianus orbis confluit, pro-
pter notariorum et aliorum scripturas confi-
cientium diversitatem sive dolum aut igno-
rantiam et incuriam, vel eorum a Ro-
mana Curia recessum, quam plurimae
falsitates et fraudes committuntur, res
aliter scriptae quam actae reperiuntur,
protocolla et originalia deperduntur, ulti-
mae voluntates non exequuntur, damna
et incommoda fidelibus irrogantur, alia-
que scelera, inimico humanae naturae in-
stigante, perpetrantur; ac super fraudi-

bus, falsitatibus instrumentorum et alia-
rum scripturarum huiusmodi aut eorum
suspicionem lites et controversiae, in iudi-
ciis et tribunalibus euriarum dictae Urbis,
assidue vertuntur, in Divinae Maiestatis
et Apostolicae Sedis offensam, ecclesia-
rum, pupillorum et viduarum spoliatio-
nem, fideliumque praedictorum ac totius
reipublicae detrimentum et iacturam:

§ 2. Nos igitur eiusdem pastores, licet im-
meriti, divina dispositione effecti, cupien-
tes huiusmodi fraudibus, damnis et erro-
ribus obviare, ecclesiarum opportunitati-
bus consulere et infidelium praedictorum
immanitati resistere; considerantes quod
si aliquis officialium certus numerus, sub
certis et honestis conditionibus, habita
personarum consideratione, institueretur,
per quos instrumenta et scripturae prae-
fatae conficerentur seu alias expedirentur,
et illa sic expedita publice in archi-
vio et monumentis authenticis redigeren-
tur, ordo debitus in illorum confectione
rectius observaretur; scandalis, fraudibus
et sceleribus huiusmodi obviaretur, et se-
curitati contrahentium, testantium et alia-
rum disponentium ac litigantium salubriter
consuleretur; ipsique officiales, honore et
praemio allecti, adhibita exercitatione pe-
riti efficerentur, et quae ad eorum officium
spectarent, diligenter exercerent; super
his cum fratribus nostris sanctae Roma-
nae Ecclesiae cardinalibus communicato
consilio, matura deliberatione ac eorum
assensu, ex certa scientia ac de aposto-
lica potestatis plenitudine, collegium cen-
tum et unius virorum, qui scriptores ar-
chivii praefatae Romanae Curiae nuncen-
pentur, perpetuo creamus, erigimus et in-
stituimus, qui exercitium et officium eis
commissum per se ipsos exercere debeant,
non autem per substitutos, cum illorum
sit electa persona, ut desiderio nostro et
eorum officio satisfiat.

Institutio col-
legii scriptorum
archivii Roma-
nae Curiae.

§ 3. Et in primis, omnia confessiona-
lia, quae a nobis vel a successoribus no-
stris Romanis Pontificibus pro tempore

Qui confessiona-
lia conceden-
da scribant.

existentibus, aut de nostro vel illorum mandato, de cetero quibuscumque personis, cuiuscumque gradus, status, ordinis aut praecminentiae fuerint, per solam signaturam conceduntur, propria eorum manu scribant.

Notario publici
sunt

§ 4. Ac eo ipso quod ad huiusmodi officia assumpti fuerint, absque alia creatione, notarii legitimi existant et pro talibus habeantur, qui de omnibus contractibus et ultimis voluntatibus per quoscumque et inter quoscumque, et super quibusvis spiritualibus, beneficialibus aut profanis rebus deinceps faciendis, rogari, et super eis instrumenta conficere possint, eorumque rogitis plena et indubia fides adhibeatur, perinde ac si legitime, ut moris est, notarii creati forent, praestito prius iuramento consueto in manu defensoris vel unius ex correctoribus de eo fideliter exercendo.

Archivium ha-
bent et locum
in Palatio et re-
gistr. notas in-
strumentor. ad
eos deferenda-
rum a notariis
Curiae.

§ 5. Habeantque archivium publicum et locum decentem in Palatio Apostolico. Et in eorum libris authenticis omnes notas acceptationum, compositionum, transactionum, testamentorum, codicillorum, arrendamentorum, locationum, permutationum, venditionum, compromissorum, arbitramentorum, donationum, processuum et aliorum contractuum et instrumentorum, aliarumque scripturarum, tam inter vivos quam in ultima voluntate, quae tam per quoscumque alios notarios et tabelliones in praefata Romana Curia inter curiales, vel curiales et Romanos tantum, etiam per notarios Romanos, de contractibus curialium rogatos. His expresse dumtaxat exceptis, quae inter cives Romanos originarios et Romanis parentibus ortos, non autem ex privilegio ascitos, et quae in curiis Urbis et eorum tribunaliis vel auditorio nostro et Camerae nostrae per ipsorum notarios perpetuos, qui etiam officiales Sedis Apostolicae existunt, in pertinentibus et spectantibus ad eorum officium, vel apud eos acta, et vigore causarum coram eis vertentium, per se vel eo-

rum substitutos, per eorum tamen principales notarios et auditores approbatos, quod causas et iudicialia acta, et ab ipsis dependentibus tantum, vel alias per originarios notarios proprios in rebus et negotiis et materiis, in quibus, ratione sui officii vel alias, rogari soliti sunt et consueverunt, non autem in diversis et insolitis, ac testamentis, donationibus et ultimis voluntatibus quibuscumque, de quibus, si in posterum rogati fuerint, teneantur portare notas, ut ceteri notarii non officiales perpetui, quibus officiales supra dictos in praemissis omnibus, ad tollendum causas querelarum, aequales fore censemus, scribere debeant et ad verbum registrare, et notas ipsas originales sic registratas a tergo per correctores infra scriptos parti restituere.

§ 6. Teneanturque omnes alii notarii legitime creati et pro legitimis habiti, qui in Urbe et Curia existunt, cuiuscumque conditionis fuerint, qui officium tabellionatus exercere intendunt, quibus licere volumus de quibusvis instrumentis posse rogari, dummodo antea per dictos correctores examinati et in archivio velut in materia descripti, et pro legalibus et authenticis approbati fuerint. Alias, nisi examinati, descripti et approbati extiterint, ut praefertur, de aliquibus contractibus in Urbe vel eius suburbiis, ad decem miliaria circa Urbem aut Curiam, praefatis rogari nequeant et, si rogati fuerint, ut falsarios puniri volumus, et eorum notis nullam fidem in iudiciis aut extra adhiberi. Infra octo dies, notas testamentorum et aliorum instrumentorum omnium, de quibus rogati fuerint, a die rogitus numerandos, manu eorum subscriptas, cum vero protoecollo concordantes, cum testibus et loco, ad huiusmodi registrum seu archivium deferre aut deferri curare, ut quoecumque tempore veritas constare possit et, cum oportuerit, de illa doceri, nisi partes contrahentes vel alias disponentes contractus, testamenta aut instrumenta

Alii quam ma-
triculati a col-
legio in Urbe
instrumenta ro-
gare non pos-
sunt

alia publicari noluerint, sed secreta teneri; quo casu fieri debeat per dictos correctores liber secretus, in quo tales notae registrentur per aliquos ex dictis scriptoribus per eosdem correctores eligendos magis idoneos, fideles et approbatos; dictusque liber remaneat penes unum ex dictis correctoribus totius collegii iudicio approbatum, vel, si magis parti videbitur, deferatur ad archivium nota vel instrumentum clausum et signatum per dictos scriptores, inviolabiliter conservandum usque ad tempus quo illius publicatio fieri debebit.

§ 7. In quo etiam archivio protocolla notariorum sine filii paternum exercitium exercentibus vel exercere volentibus defunctorum in futurum, tam contractuum et ultimarum voluntatum quam actorum iudicialium, testium et sententiarum in Urbe, tam Romanorum quam curialium officialium, deponi et signari debeant pro conservatione iurium et indemnitate partium, et ne pereat memoria gestorum, possitque veritas quandocumque reperiri; de quorum protocollorum et inbreviaturarum lucris et emolumentis inde provenientes medietas haeredibus fideliter assignari debeat infra mensem per receptorem dicti officii, qui pro tempore erit, si certum habent haereditatem tales defuncti. Exceptis tamen protocollis et inbreviaturis causarum vel processuum aut contractuum officialium notariorum, quae una cum officiis vendi consueverunt et vendita fuerunt, quae in emptores libere transeunt, ut prius; et, quoad ipsos, nil novatum intelligatur, ne officiorum conditio deterior fiat per praemissa.

§ 8. Similiter, cum in dicta Urbe totius orbis causae agitentur, expediatque decissarum causarum, una cum processibus de illis habitis et iuribus originalibus productis, memoriam fideliter conservari; cum de illarum perditione continuaae querelae oriantur, et partibus irreparabilia damna quandoque inferantur, teneantur

et debeant omnes notarii Palatii Curiae causarum Camerae Apostolicae, gubernatoris, vicarii, commissariorum ac Camerae Apostolicae, omnia et singula registra in quacumque forma causarum, quae coram eorum dominis et auditoribus versae et agitatae fuerunt, decisarum et finitarum per sententiam definitivam et transitum in rem iudicatam quomodolibet, super quibus causae restitutionis non pendant vel declarationis, et in quibus per biennium post rem iudicatam vel datas executoriales literas nil factum reperiatur in iudicio, sub poena excommunicationis latae sententiae, a qua non possint nisi a nobis, praevia satisfactione, vel successoribus nostris absolvi, et privationis officii, in dicto archivio Romanae Curiae fideliter conservanda et eustodienda deponere, et assignare praefatis correctoribus et aliis deputatis officialibus. De quibus quidem iuribus et registris per dictos scriptores fidele inventarium fieri et teneri debeat, et ad mandatum dominorum auditorum vel aliorum iudicum, ad quos spectat ex officio, vel ad partium habentium interesse instantiam, absque aliqua solutione a partibus exigenda, libere et absque mora in iudicio vel extra restituere.

§ 9. Ex quibus quidem scriptoribus praedictis, decem magistros, correctores nuncupatos, institimus, de quorum numero, ratione iurisdictionis ordinariae Romanae Curiae, sint et esse intelligantur auditor causarum Camerae Apostolicae generalis (qui etiam dicti officii defensor existat post camerarium et vicecancellarium nostros, quos principales defensores et protectores dicti officii esse volumus) pro tempore existentes, si dictum officium exercere voluerint, et unus ex dilectis filiis dictae Camerae clericis. Reliqui vero octo, praelati aut in dignitate ecclesiastica constituti et graduati in aliquo iurium ecclesiastici existant, ad quorum officium spectet scriptores ipsos ad huiusmodi onus assumendos examinare, et negligentes cor-

Protocolla notariorum defunctorum, etiam Romanorum, non habentium filios notarios assignentur in archivium.

Regist. et process. causarum in Curia finitarum ad archivium pertinentur.

Corrector. decem instituntur ex praefatis scriptoribus, qui alios admittendos examinent et.

rigere, ac processus omnes gratiarum expectativarum, quae non sunt in forma *Pauperum* vel in forma *Dignum*, quantum executio de necessitate in partibus committitur, atque processus quoscumque aliarum provisionum, vigore literarum apostolicarum, etiam Poenitentiariae nostrae faciundo, fulminent et decernant, expresse mandantes dilectis filiis abbreviatoribus et scriptoribus apostolicis, ut in confectione literarum apost. super ipsis processibus, unus ex eis ad minus iudex adhibeatur, et quatenus in bulla non fuerit nomen alicuius ex eis expressum, ex tunc in antea intelligatur appositum; possitque et debeat dictos processus, perinde ac si expresse adhibitus esset, fulminare et decernere, qui non nisi in loco officii vel coram aliquo ex dictis scriptoribus processum decernere possit. Nec liceat cuiquam alteri in dicta Curia processus decernere, quin per aliquem ex dictis scriptoribus subscribatur et publicetur cum signo et subscriptione propria ac appensione sigilli officii. Illis processibus dumtaxat exceptis, quorum literae gratiam seu iustitiam concernentes diriguntur alicui ex dilectis filiis causarum Palatii nostri et Camerae praefatae auditoribus seu eorum locatenentibus, aut aliis ordinariis vel delegatis iudicibus non inferioribus episcopis, in Romana Curia residentibus, quibus etiam licere volumus processus decernere, dummodo, quoad ipsos episcopos et praelatos, processus huiusmodi per unum ex dictis scriptoribus subscribantur. Necnon copias sive notas instrumentorum ac sumpta ex ipso archivio extrahenda auscultare et approbare cum subscriptione manus propriae, iuxta morem habens, verbis videlicet *Sumptum ex registro scriptorum, archivii Romanae Curiae, et auscultatum per me N., illius magistrum correctorem, et concordat.* Quae notae et sumpta extendi nihilominus debeant per proprios notarios, si superfuerint, vel dictae Camerae auditorem Ro-

manaee Curiae iudicem ordinarium, vel etiam per unum ex dictis notariis sive scriptoribus archivii, cum approbatione correctoris, prout partibus videbitur. Ipsi-que instrumentis vel sumptis stetur, et eis fides indubia adhibeatur in iudicio et extra, quoad contenta in eis, perinde in omnibus et per omnia, ac si per notarios originarios inde rogatos data fuissent.

§ 10. Possitque collegium ipsum per eorum correctores et clericos deputandos per eum, creare notarios undecumque venientes, cuiuscumque nationis, et creatos per alios, exceptis officialibus perpetuis, volentes tabellionatus officium in Urbe et districtu eius exercere, examinare; et reprobos insufficientes ab exercitio dicti officii perpetuo vel ad tempus suspendere vel privare; et idoneos approbare et in matricula et archivio describere, ita quod per eos non approbati neque descripti officium tabellionatus huiusmodi exercere, et in Urbe vel eius districtu minime possint, et si temere se immiscuerint, eorum rogitis et instrumentis nulla fides adhibeatur, ut supra dictum est, et poenis subscriptis subiacent.

Collegium creat notarios;

§ 11. Valeat etiam dictum collegium legitimare manseres et bastardos in Urbe et toto dominio Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiecto, ac ubicumque nos ac successores praedictos residere contigerit, cum clausula consueta, *Sine praeiudicio etc.*

Legitimant bastardos in dominio Papae;

§ 12. Adhibeanturque interpretes testium, processuum, instrumentorum et scripturarum in omnibus causis et negotiis, quae in Romana Curia geruntur, in quibus interpretes assumuntur ad electionem partium, et pro dictis convenientem mercedem, arbitrio auditoris sive iudicis causae moderandam, accipiant. Ita tamen quod inter dictos scriptores sint aliqui, qui idioma, de quo fieri debet interpretatio, intelligant, et explanare et interpretari valeant intelligibiliter.

Interpretes testium etc. sint,

Notarij. om-
nium iudic. non
habentium pro-
prios notarios,
exceptis cardi-
nalibus;

§ 15. Sintque dicti scriptores notarii omnium iudicum commissariorum in Urbe, exceptis iudicibus Romanae Curiae, ordinariis vel delegatis, qui habent notarios proprios, officiales perpetuos; et sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, quoad causas coram eis vertentes et commissas, in quibus notarios eorum deputare valeant, dummodo sint authentici et legitime creati qui etiam cardinales, quoad omnia eorum personas concernentia, intelligantur excepti ab observatione praemissorum; necnon auditores sacri Palatii nostri et Camerae Apostolicae et eorum locatenen., in eorum personas tantum concernentibus. Faciantque et constituent ipsi scriptores inter se collegium cum communi arca seu bursa; ac omnia emolumenta, ratione dicti officii quomodolibet provenientia, ponant in communi, et in fine mensis cuiuslibet seu alterius temporis per eos ordinandi, huiusmodi emolumenta inter se communiter dividant, exceptis decem magistris correctoribus, quorum unusquisque portionem unam cum dimidio accipiat, tam de emolumentis massae quam de his proventus, quae, ex admissione et receptione novorum scriptorum, inter scriptores receptioni interessentes dividuntur.

Statuta conde-
ro pro se pos-
sint;

§ 14. Constitutionesque et statuta inter se iusta et honesta condere valeant, etiam cum poenarum adiectione, dum tamen in gravamen Curiae non tendant vel curialium iacturam et detrimentum.

Familiar. Pa-
pae privil. fru-
antur.

§ 15. Sintque ipsi et successores eorum nostri et successorum nostrorum praedictorum veri familiares, continui commensales palatini, et in quibuscumque scripturis, literis apostolicis ac actibus tales se scribere et nominare, ac ab aliis scribi et nominari possint et debeant, nec propterea possint de subreptione notari vel argui tales literae; nec, quoad eas, regula de mentientibus, *si familiares*, locum habeat; et pro eorum personis dumtaxat, quascumque literas apostolicas, gratiam seu iusti-

tiam concernentes, in omnibus officiis, etiam sollicitatorum earundem literarum, gratis expediant, gaudeantque omnibus et singulis antelationum praerogativis, privilegiis, favoribus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, concessionibus, facultatibus et indultis, quibus literarum apostolicarum abbreviatores et scriptores, necnon nostri et successorum nostrorum eorundem familiares, continui commensales pro tempore descripti, etiam in quorumcumque beneficiorum, quae vigore gratiarum expectatarum eis concessarum pro tempore spectant, assecutione, utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter et absque ulla differentia. Sine tamen abbreviatorum et scriptorum, ac familiarium descriptorum ac auditorum causarum Palatii et clericorum ac referendariorum praeiudicio. Mandantes, in virtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis latae sententiae poena, quam, nisi parviter (1), eo ipso incurrant, rescibendario et aliis literarum apostolicarum scriptoribus, abbreviatoribus, sollicitatoribus praedictis, plumbi et registri magistris, ac secretariis nostris, nunc et pro tempore existentibus, ac quibuscumque aliis ad quos pertinet et in posterum pertinebit, quatenus literas apostolicas personas dictorum scriptorum archivii dumtaxat concernentes huiusmodi, in omnibus eorum officiis gratis expediant, ponendo videlicet: *Gratis pro scriptore archivii Romanae Curiae*.

§ 16. Volentes et eadem auctoritate stantentes quod liceat dictis scriptoribus de eorum officiis et emolumentis, ad instar aliorum scriptorum, disponere, illaque resignare; et illi, quibus eadem officia concessa fuerint, pro concessione huiusmodi officii, quam a nobis et successoribus praefatis obtinebunt, dum huiusmodi officia per resignationem vacabunt, nobis et successoribus eisdem quinquaginta ducatos auri de Camera persolvere teneantur; quodque ad huiusmodi

Officia eorum
resignabil. sint

(1) Legi fort. debet *paruerint* (v. T.).

officia per solam supplicationem desuper, per nos et successores praedictos, ac de nostro et successorum praedictorum mandato signatam, absque aliarum apostolicarum desuper expeditione, si illas expedire noluerint, admittantur.

Decretum irritum

§ 17. Decernentes ex tunc, tam confessionalia, quam omnes contractus et instrumenta huiusmodi, quae super quibuscumque negotiis et rebus, per quascumque personas, cuiuscumque dignitatis et conditionis fuerint, aliter quam, ut praefertur, acta gestave fuerint, nullius roboris vel momenti existere, nullamque eis fidem adhiberi, et falsitatis vitio subiacere; nec contrahentes ipsos ad eorum observantiam ligare, aut alicui ius tribuere; sicque per quoscumque iudices, tam ecclesiasticos quam saeculares, etiam auditores et sanctae Ecclesiae cardinales praefatos, ac quoscumque alios iudicari, interpretari et decidi debere, sublata eis et cuilibet eorum quavis alias iudicandi et interpretandi et decidendi facultate, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, etiam per nos, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Solitae iurisdictione

§ 18. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septimo, kalendis decem., pontificatus nostri anno quinto.

Papae subscriptio.

Ego Iulius, Catholicae Ecclesiae episcopus, manu propria subscripsi.

Cardinalium subscriptiones.

Ego Oliverius, episc. Ostien., manu prop. subscripsi.

Ego Georgius, episc. Portuen., card. Portugalliae, manu prop. subscripsi.

Ego Raphael, episc. Sancti Georgii, camerarius.

Ego Io. Antonius, episc. Praenestinus, manu propr. me subscripsi.

Ego G., episc. Albanen., manu propr.

Ego Dominicus, tit. S. Marci presb. card., manu propr. subscripsi.

Ego Iacobus, tit. S. Clementis presbyter card., manu propr. subscripsi.

Ego Petrus, tit. Sancti Cyriaci in Thermis card. Reginus, manu propria subscrip.

Ego F., tit. Ss. Nerei et Achillei presb. card. Cusentin., manu propria subscripsi.

Ego Antonius, tit. S. Stephani in Coelio Monte presbyter card., manu propria subscripsi.

Ego Franciscus, tit. S. Susannae presb. card., manu prop. subscripsi.

Ego Nicolaus, tit. S. Priscae presb. card. de Flisco, manu prop. subscripsi.

Ego Melchior, tit. S. Nicolai inter Imagines presbyter card. Brixien., manu prop.

Ego F., tit. S. Adriani presbyter card. de Claromonte, manu prop.

Ego G., tit. S. Petri ad Vincula presb. card., vicecancellarius, manu prop.

Ego M., tit. Sanctae Mariae in Transiberim presbyter card., manu propria subscripsi.

Ego R., tit. S. Anastasiae presbyter card. Nanneten.

Ego F., tit. S. Cacciliae presb. card. Papien., manu prop.

Ego Gabriel, tit. S. Praxedis presb. card., manu prop.

Ego F., tit. S. Sabinae presb. card., manu prop.

Ego Io., S. Mariae in Aquiro diac. cardin. de Columna, manu prop.

Ego Ioannes, S. Mariae in Domnica diac. card. de Medicis, manu prop. subscripsi.

Ego F., S. Theodori diac. card. de Sancto Severino, subscripsi.

Ego Iulius, S. Angeli diac. card. de Caesarinis, manu prop. subscripsi.

Ego A., S. Eustachii diac. card. de Farnesio, manu prop. subscripsi.

Ego M., S. Mariae in Porticu diac. card. Cornelius, manu prop. subscr.

Ego S., S. Mariae Novae diacon. card. de Gonzaga, manu prop. subscripsi.

Dat. die 1 decembris 1507, pont. anno v.

XIX (1).

*Sequitur declaratio praedictae
constitutionis.*

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Declaratio quod iudices commissarii in Urbe aliis notariis uti non possint, — 2. Et quod nemo alius possit in Curia notarios creare, aut bastardos legitimize; — 3. Quibuscumque non obstantibus. — 4. Forma et effectus huius bullae.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Apostolatus officium, licet immeriti, gerentes in terris, ad ea libenter prospicimus, per quae christifideles inter se secure versari ac fideliter contrahere possint; et ad ea peragendum operosis studiis intendimus, ut, sublatis vitis et erroribus eliminatis, iusti mores in Ecclesia sponsa nostra instituantur, qui verae et sempiternae laudis fructum afferant etc.

Declaratio quod iudices commissarii in Urbe aliis notariis uti non possint,

§ 1. Ac volumus quod iudices commissarii praedicti, ad scribendum in causis et litibus eis auctoritate apostolica commissis et committendis quibuscumque et coram eis vertentibus, scriptoribus ipsis notariis actuariis deinceps utantur, nec alios ad scribendum in illis coram se admittere possint, scripturaeque acta, processus et instrumenta in causis huiusmodi coram eis facienda, si per alios quam scriptores praedictos subscripta erunt, nullius sint roboris vel momenti, nullaque penitus fides his adhibeatur. Quodque tam ipsi commissarii, quam dilecti filii sacri Palatii causarum auditores cappellani nostri, ceterique ipsius Curiae iudices, alios interpretes, praeter ipsos scriptores, ad interpretandum testes vel scripturas coram se adhibere nequeant.

Et quod nemo alius possit in Curia notarios creare, aut bastardos legitimize.

§ 2. Ac quod nulli omnino hominum liceat, vigore quorumcumque privilegiorum eis auctoritate apostolica vel alias quomodolibet concessorum et concedendorum, in

(1) Declaratio haec numerum habet xx in Rom. Edit. (R. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

59

dicta Curia et infra unam diacetam legalem ab Urbe seu loco ubi ipsum Romanum Pontificem cum sua Curia pro tempore residere contigerit, tabelliones et notarios creare, ac notios et illegitime conceptos natalibus restituere, aut creari vel restitui committere, ac processus praedictos fulminare, decernentes irritum et inane quicquid in contrarium contigerit attentari per quosenunque etc.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis, generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quae, praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus praedictarum vel praesentium literarum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret in nostris literis mentio specialis, quae, quoad hoc cuiquam volumus nullatenus suffragari.

Quibuscumque non obstantibus

§ 4. Ut autem praesentes et aliae nostrae literae praefatae ad omnium notitiam deducantur, ac per omnes inviolabiliter observari debeant, volumus et mandamus illas in Cancellaria Apostolica ac audientia literarum contradictarum nostrarum legi et publicari, ac in basilicae Principis Apostolorum et Cancellariae praefatae, necnon audientiae causarum nostri sacri Palatii valvis sive portis et in acie Campi Florae de Urbe affigi, ut hi, quos literae ipsae concernunt seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, quod ad ipsorum notitiam non pervenerint vel illas ignoraverint, quominus eos aretent, perinde ac si eis personaliter intimatae forent, nullam possint excusationem praetendere vel ignorantiam allegare; cum non sit verisimile quoad

Forma et effectus huius bullae

ipsos remanere incognitum, quod tam patienter fuit publicatum. Nos enim irritum decernimus et inane quicquid contra praemissa vel aliquod eorum a quoquam, quavis auctoritate, directe vel indirecte contigerit attentari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septimo, idibus decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 13 decembris 1507, pont. anno v.

XX (1).

De portionibus fructuum ex beneficiis militiae de Calatrava, Cisterciensis Ordinis, communi thesauro debitis, certis dumtaxat casibus expendendis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Leges nonnullae pro indemnitate huius militiae latae; — 2. Certa portio reddituum benefic. thesauro addicta; — 3. Dati depositarii; — 4. Et in quos usus converti debeat, praefinitum; — 5. Secus agentes poenis addicti. — 6. Quid agendum sit, pluribus eodem anno vacationibus eiusdem beneficii occurrentibus, declaratum. — 7. Aucto thesauro ad certam summam, quomodo expendenda sit. — 8. Ferdinandus rex dic. militiae administrator, praedicta statuta approbavit. — 9. Qui eadem approbari et alia hic enunciata concedi supplicat huic Pontifici. — 10. Iulius illa omnia approbat atque concedit. — 11. Privilegia Ordinis Cisterciensis communicat; — 12. Contrariisque omnibus derogat; — 13. Transumptis fidem dari decernit.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium. Romani Pontificis, in quo divina dispositione plenitudo consistit, providentia circumspecta statum personarum religiosarum quarumlibet, praesertim sub regu-

(1) Leges hanc bullam sub num. XXI in Rom. Edit. (n. T.).

laribus militiis pro fidei catholicae defensione continue insudantium, diligenter attendens, ad ea libenter intendit, per quae earundem militiarum et personarum paci, quieti et tranquillitati valeat provideri; et iis quae propterea provide statuta et ordinata fuisse dicuntur, ut firma perpetuo et illibata persistent, cum ab eo petitur, apostolici adiecit muniminis firmitatem, aliasque desuper ordinat et disponit, prout catholicorum principum exposcit devotio, idque, personarum et temporum qualitate pensata, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

§ 1. Sane, pro parte charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi, Aragonum et Siciliae regis illustris, qui militiae de Calatrava, Cisterciensis Ordinis, Toletanae diocesis, per Sedem Apostolicam perpetuus administrator deputatus existit, nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias dilectus filius Guterrius de Padilla maior nuncupatus, ac dicti Ferdinandi regis administratoris, etiam in spiritualibus vicarius generalis, et nonnulli alii praeceptores, priores et fratres dictae militiae, ad hoc in unum congregati, provide attendentes quod ipsa militia et illius personae in suis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus et aliis gratiis, tam per Sedem Apostolicam quam per diversos Castellae et Legionis reges eis concessis, magna quotidie a circumvicinis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, communitatibus civitatum, universitatibus, oppidorum dominis temporalibus et personis aliis ecclesiasticis et saecularibus, sustinebant damna, iniurias et iacturas; ac dicta militia, pro praemis-
sorum et aliorum suorum iurium defensione adversus iniuriatores huiusmodi, nullos habebat speciales proventus; ac mature considerantes quod, si ex mensae magistralis et officiorum ac praeceptoriarum, prioratum et aliorum beneficiorum dictae militiae pro tempore vacantium

Leges nonnullae pro indemnitate huius militiae latae;

fructibus, redditibus et proventibus aliqua portio ad effectum huiusmodi deputaretur, possent militia eiusque personae privilegia et alia iura huiusmodi ab iniuriis et damnis protegi atque defendi.

Certa port red-
ditum benefic-
thesauri addi-
cta;

§ 2. Volentesque praemissis opportune providere, statuerunt et ordinarunt quod ex tunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, quarta mensae magistralis, tertia vero maioris nuncupatae ac aliarum praepceptoriarum necnon officiorum, prioratum et aliorum beneficiorum dictae militiae in praedictis ac Aragoniae et Valentiae regnis consistentium, quoties illa et ipsius militiae magistratum, simul vel successive, per cessum vel decessum sen quamvis aliam dimissionem illa obtinentium, praeterquam ex causa permutationis, pro tempore vacare contigeret, fructuum, reddituum et proventuum cuiusque primi anni partes, in praedictos et alios licitos et honestos usus tunc expressos et non alias convertendae, eidem militiae sive eius thesauro deberentur et illius propriae essent et esse censerentur.

Dati deposita-
tium;

§ 5. Ac per duos dictae militiae praepceptores seu priores vel fratres, fide et facultatibus idoneos, in capitulo generali dictae militiae ad id eligendos, percipi et colligi, et sub eorum custodia conservari, et de illis, sub certo modo et forma tunc expressis, ratio reddi deberet; ac illis vel eorum altero decedentibus, alius seu alii idonei eorum loco, per magistrum seu administratorem dictae militiae pro tempore existentem vel eius vicarium generalem, in capitulo particulari ad id congregando, donec per dilectos filios generale capitulum dictae militiae aliter provisum et ordinatum fuerit, substitui et subrogari possent.

Et in quos usus
conver. debeat,
praefactum;

§ 4. Ipsaque bona penes dictos custodes pro tempore existentia, per eosdem custodes in alios quam praedictos usus, cuiusvis, etiam magistri et aliorum superiorum dictae militiae pro tempore existentium, mandati et correctionis pra-

textu, aut vi vel metu, etiam qui in constantem cadere posset, vel alia quacumque occasione exponi, etiam in dictae militiae magis utiles usus (nisi bona thesauri huiusmodi summam quinque millium et quingentorum ducatorum auri excederent), converti, aut magistro vel superioribus suis praefatis assignari non possent.

Senus agentes
poenis addicti

§ 5. Ac bona praedicta ab eisdem custodibus aliter petere vel extorquere praesumentes, aut ad id auxilium, consilium vel favorem praestantes, cuiuscumque status et praeminentiae forent, excommunicationis latae sententiae poenam eo ipso incurrant, a qua, nisi plena et integra solutione et restitutione praevia, absolvi non possint.

§ 6. Ac magistratus, praepceptoriarum, prioratum, officiorum vel aliorum beneficiorum praedictorum, pluribus vacationibus eodem anno occurrentibus, quoad partium fructuum huiusmodi solutionem vel appropriationem, pro una dumtaxat vacatione censerentur, et annus a prima vacatione eorumdem computari debeant.

Quid agendum
sit, pluribus eo-
dem anno vaca-
tionibus eius-
dem beneficii
occurrentibus,
testaturum

§ 7. Cum vero dictus thesaurus summam quinque millium et ducentorum ducatorum huiusmodi excederet, totum id, quod ultra dictam summam ibidem esset, in emptionem possessionum et aliorum honorum immobilium aut liberationem aliorum bonorum dictae militiae, quae alias pignorata vel hypothecata fuissent, expendi; ipsa bona sic empta aut alias liberata et recuperata mensae magistrali seu praepceptorii, prioratibus, officiis et aliis beneficiis dictae militiae, pro tertia et quarta partibus respective, ad dispositionem capituli generalis huiusmodi applicari deberet.

Aucto thesauro
d certam sum-
mam, quomodo
expendenda sit

§ 8. Ipseque Ferdinandus rex et administrator statutum et ordinationem huiusmodi approbavit et confirmavit, prout in instrumentis publicis desuper confectis dicitur plenius contineri.

Ferdinand. rex,
dic. militiae ad-
ministr., praed-
dicta statuta ap-
probavit,

§ 9. Quare, pro parte dicti Ferdinandi regis administratoris, asserentis curam

Qui eadem ap-
probavit et alia

hic etiam con-
cedi cupit huic
Part. 6. c. 1.

animarum parochianorum ecclesiarum infra limites patrimonii praefatae militiae consistentium, haecenus per presbyteros saeculares, ad nutum pro tempore existentis magistri seu perpetui administratoris seu praeceptorum eiusdem militiae, in singulis ecclesiis domorum seu locorum, praeceptoriarum respective, amovibiles, exerceri; ipsosque presbyteros, ad curam huiusmodi suscipiendam et exercendam, per magistrum seu administratorem vel praeceptores praefatos locorum ordinariis praesentari; et dictos ordinarios dietae curae exercitium sic praesentatis presbyteris committere consuevisse, nobis fuit humiliter supplicatum ut statuto, ordinationi, approbationi et confirmationi praedictis, pro illorum subsistentia firmiori, robor apostolicae confirmationis adiacere, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Italis illa omnia approbat at
que concedit;

§ 10. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, statutum, ordinationem, approbationem et confirmationem praedicta ac, prout illa concernunt, omnia et singula in dictis instrumentis contenta, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac perpetuae firmitatis robor obtinere debere et inviolabiliter observari decernimus, suppletes omnes et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Ac, pro potiori cautela, ea omnia et singula, de novo etiam, sub excommunicationis latae sententiae poena eo ipso incurrenda huiusmodi; necnon quod de caetero, perpetuis futuris temporibus, nonnisi fratres presbyteri dietae militiae in cappellanos ad exercitium curae animarum parochianorum praedictorum deputari possint; ipsique fratres presbyteri pro tempore deputati curam animarum dictorum parochianorum exercendi et ab eis confessiones audiendi, et illis Eucharistiae sacramentum et alia ecclesiastica sacramenta ministrandi, et nuptias benedicendi, prout haecenus pra-

nominati presbyteri saeculares facere consueverunt; et alia omnia et singula, quae ad rectores parochialium ecclesiarum de iure vel consuetudine spectant, et quae ipsi facere possent, faciendi, absque aliqua praesentatione seu dictorum ordinariorum deputatione, licentia vel consensu, plenam et liberam facultatem habeant. auctoritate praefata, tenore praesentium statuimus et ordinamus.

§ 11. Ac omnia et singula privilegia, indulta, exemptiones, immunitates spiritualia et temporalia, dicto Cisterciensi Ordini illiusque personis et locis, in genere haecenus per Sedem praedictam concessa, approbata et confirmata ac etiam iteratis vicibus innovata, quae in usu sint, ad eandem militiam illiusque magistrum, priores, praeceptores, personas ecclesiasticas et loca, familiares et vassallos praesentes et futuros extendimus et ampliamus, eaque illis expresse concedimus.

Privilegia Ordinis Cisterciensis communicat;

§ 12. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus, stabilimentis, usibus et naturis militiae et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis; necnon quibusvis privilegiis, indultis et literis apostolicis militiae et Ordini praedictis, sub quibusvis verborum formis concessis, confirmatis et pluries innovatis; quibus, etiam si, pro eorum sufficienti derogatione, de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales ill importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret; tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Contrar. omnibus derogat;

§ 13. Caeterum, quia difficile foret regi administratori ac prioribus, praeceptoribus, fratribus et aliis personis pra-

Transumptis illidem d. r. d. ceteris.

dictis singulas literas apostolicas super privilegiis et aliis gratiis dicto Ordini concessis, et per nos ad eos, ut praefertur. extensis, ut illis uti possint, apud se habere et ad loca, ubi expediens foret, deferri facere, volumus et praefata apostolica auctoritate decernimus quod ipsarum literarum singularium transumptis, publici notarii subscriptione, et alicuius curiae ecclesiasticae seu archiepiscopi vel episcopi sigilli impressione munitis, ea ubique fides adhibeatur indubia, quae eisdem literis originalibus adhiberetur, ubi essent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo octavo, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 1 aprilis 1508, pontif. anno v.

XXI (1).

Quod totalis obedientia Ordinis Cartusienensis perpetuo sit sub priore maioris domus Cartusiae et defnitorum capituli generalis (2).

SUMMARIIUM

Prooemium. — 1. Universus Ordo subest obedientiae prioris maioris domus Cartusiae et defnitorum capituli generalis; et, si aliter fieret, ad laxiorem vivendi modum Ordo declinaret. — 2. Supplicatur ergo Pontifici ut desuper providere dignetur, — 3. Qui propterea id, poenis adiectis, prohibet, — 4. Et praedictis priori et capitulo generali dat facultatem dispensandi cum fratribus Ordinis, etiam ex aliis Ordinibus ad eum translatis; — 5. Derogat Clementis V *De regularibus* constitutioni, et ceteris contrariis.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Dum ad fructus uberes, quos Cartusienensis Ordo in agro militantis Ecclesiae

Prooemium.

(1) Vigésimum secundum locum obtinet haec in Rom. Edit. bulla (R. T.). (2) De huius Ordinis confirmatione et aliis ipsum concernentibus inspicere notata supra in Alexandro III, Constit. LXXXVIII. *Cum vos*, pag. 798 tom. II.

plantatus, velut arbor bona, produxit haec tenus et producit, considerationis nostrae oculos extendimus, et attendimus quod dicti Ordinis professores, mortui mundo, sed Christo, qui est vera vita, viventes, pro universali salute fidelium incessanter ad Dominum preces effundunt, dignum et congruum existimamus illa provide concedere, per quae illius professores, omni dissensionis et inobedientiae fomite semoto, sinceris valeant Domino mentibus inservire.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum Francisci, prioris maioris domus Cartusiae, Gratianopolitanae dioecesis, ac defnitorum capituli generalis dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat quod, licet omnes domus dicti Ordinis, citra et ultra montes ac ubilibet existentes, illarumque fratres sub una obedientia, videlicet prioris praedictae domus Cartusiae et defnitorum dicti capituli generalis pro tempore existentium, existant, ut quos una Religio et professionis vinculum alligavit, nulla aemulatio, nulla praesidendi ambitio aut quaevis alia causa ab invicem dividere debeat, sed charitatis vinculum in unitate pacis eos conservare: tamen, quia humani generis inimico, qui propter invidiam inter primos parentes superbiae fomitem et aemulationem seminavit, procurante et instigante, contingere posset quod aliqui fratres dicti Ordinis tentarent aliis obedientiis subici, et ab eorum vero superiore et capite discedere; ex quo, eorum desiderium, si effectum sortiretur, non solum eorum sed aliorum fratrum dicti Ordinis animarum periculum immineret et eveniret, ac etiam ipsa Religio in dies scissuram pateretur, et successu temporis ipsa Religio, quae inter ceteras asperioris seu strictioris observantiae existit, paulatim ad laxiorem vivendi modum declinaret, in ipsius Religionis vilipendium et depressionem.

Universus Ordo subest obedientiae prioris maioris domus Cartusiae et defnitorum capituli generalis; et, si aliter fieret, ad laxiorem vivendi modum Ordo declinaret.

§ 2. Quare, pro parte Francisci prioris et defnitorum praedictorum, nobis fuit

Supplicatur ergo Pontifici ut desuper providere dignetur.

humiliter supplicatum ut omnes et singulas personas dicti Ordinis, cuiuscumque gradus, status, conditionis vel praeminentiae, in ipso Ordine nunc et pro tempore existentes, metu censurarum a praemissis coecere; et cum ex diversis aliis Ordinibus, etiam Mendicant., quamplures ad ipsum Ordinem Cartusiensem, utpote strictioris observantiae et Religionis, transeant, quod ipsi sic transeuntes parem cum ipsis fratribus dicti Ordinis Cartusienensis statum et fructum habere possint, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Qui propterea id poenis adiectis, prohibet.

§ 5. Nos igitur, qui Ordinem praedictum et illius personas, non cessantes in humilitatis spiritu et contemplatione sublimium Domino famulari, in visceribus gerimus charitatis, Franciscum priorem et definitores praefatos ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod omnes et singulae personae dicti Cartusienensis Ordinis, cuiuscumque gradus, status et conditionis vel praeminentiae sint vel fuerint, nunc in ipso Ordine et pro tempore existentes, quae per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte procuraverint aliquam divisionem in ipso Cartusiensi Ordine, seu exemptionem aliquarum domorum dicti Cartusienensis Ordinis et ipsius Ordinis fratrum a communi obedientia prioris et capituli generalis praedictorum, eo ipso omnibus obedientiis et officiis in ipso Cartus. Ordine perpetuo privati, et ad similia obedientias et officia perpetuo inhabiles existant; ac omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis et indul-

tis, eidem Cartusiensi Ordini et illius personis in genere vel in specie quomodolibet concessis et concedendis, sine spe rehabilitationis ad illa, perpetuo careant; literaeque apostolicae desuper impetrandae, gratiam sive iustitiam concernentes, nullius sint penitus roboris vel momenti, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo statuimus et ordinamus. Decernentes ex nunc irritum et inane quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 4. Ac eidem priori et capitulo generali, dum pro tempore celebrabitur, seu illius definitivis pro tempore existentibus, quod, ipso capitulo generali durante, cum quibusvis personis et fratribus dicti Ordinis Cartusienensis, etiam si ex aliis Ordinibus, etiam Mendicantibus, ad ipsum Ordinem Cartusiensem transiverint, si alias ad hoc habiles fuerint, usque ad quascumque dicti Ordinis Cartusien. obedientias, etiam curam animarum fratrum dicti Ordinis Cartus. habentes (si aliud impedimentum canonicum non obstat), assumi, et illas exercere, ac locum et vocem activam et passivam, tam in dicto capitulo generali, quam omnibus aliis tractatibus et negotiis in ipso Ordine expediendis, cum aliis fratribus eiusdem Cartusienensis Ordinis habere possint et valeant dispensandi, eadem auctoritate, licentiam et facultatem concedimus per praesentes.

Et praedictis priori et capitulo gener. dat facultatem dispens. cum fratribus Ordinis, etiam ex aliis Ordinib. ad eum translatis;

§ 3. Non obstantibus felicis recordationis Clementis Papae quinti, praedecessoris nostri, super hoc in concilio Viennensi edita, quae incipit *Ut professores*. et aliis apostolicis constitutionibus, necnon Cartusienorum et aliorum Ordinum praedictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ac illis sub quibuscumque tenoribus concessis privilegiis, indulgentiis, indultis ac literis apostolicis, quibus, quatenus in aliquo praemissis obstant, illis alias in suo ro-

Derogat Clementis V. De regularibus constitutioni et ceteris contrariis.

bore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo octavo, decimo sexto kalendas iulii, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 16 iunii 1508, pontif. anno v.

XXII (1).

Quod Ordo fratrum eremitarum Sancti Augustini gratiis et privilegiis aliorum Ordinum Mendicantium perfruatur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Licentia nova loca pro Ordine acquirendi, non obstante cap. primo, *De excess. praelat.* in 6. — 2. Privilegia, quae in Mari Magno et alibi sunt, confirmantur, et dantur gratiae aliorum Mendicantium. — 3. Facultas benedicendi vestes et vasa sacra. — 4. Prohibitio exeundi ab Ordine. — 5. Prohibitio desuper litigandi. — 6. Fides transumptorum.

Iulius Papa II dilecto fratri Ægidio Ordinis Erem. S. Augustini priori generali.

Etsi ad benemerendum cum de universa religione, tum praecipue de Angustiniana, cui tu praees, propensi magno perere sumus, libellus tamen, quem de Ecclesiae incremento edidisti, fecit nos ad res vel tuas vel tui Ordinis longe propensiores.

§ 1. Cum igitur superiore anno per nostras literas quaedam Religioni tuae concesserimus, inter quae id erat, ut loca oblata, tu fratresque tui, tam qui sunt quam qui erunt, capere pro Religione possitis; nunc per has nostras ea, quae concessimus, clarius declaranda duximus. Eandemque locorum suscipiendorum facultatem, ad alia quaecumque loca, domos, ecclesias, etiam parochiales, ac cu-

(1) Haec bulla legitur sub num. xxiii in Edit. Rom. (R. T.).

insecumque sint Ordinis aut conditionis, suscipiendas extendimus; damusque proprio tam motu quam scientia atque de plenitudine potestatis, ut haec omnia capere possitis, facta vobis potestate, tam per literas, quas supra memoravimus, quam per harum concessionem declarationemque literarum. Licere igitur vobis perpetuo decernimus, haec omnia posse capere, absque alia Sedis Apostolicae concessione, non obstante pia memoriae Bonifacii octavi constitutione prohibente nova loca aedificari.

§ 2. Confirmavimus etiam privilegia Religionis vestrae per easdem literas, quod plane, tam de iis omnibus intelligimus, quae vestrum mare magnum continet, quam de aliis omnibus apostolicis concessionibus, quarum apud vos aut apostolicae literae aut authentica exempla servantur. Confirmamus et privilegiorum communionem, quam felix recordationis Sixtus praedecessor noster fecit inter vos Mendicantesque alios. Decernimusque ac volumus, quicquid usque in hunc diem Ordini Minimorum aut Praedicatorum aut Carmelitarum aut Servorum concessum ab Apostolica Sede est, et quicquid in futurum concedetur, vobis concessum esse, fratresque tuos eisdem concessionibus perpetuo uti posse, perinde ac si vobis nominatim concessa essent.

§ 3. Dedimus praeterea tibi potestatem sacrandi benedicendique corporalia, vestes et ea quae sacris usibus necessaria sunt. Quo quidem munere, tam te quam qui pro tempore erunt, aut generalis aut vicarius fungi posse decernimus.

§ 4. Ut vero exeuntium ab Ordine tuo motibus occurramus, confirmamus in primis felix recordationis Martini praedecessoris nostri decretum, ut nemo e tuo Ordine ad aliquem aliorum Ordinum, occasione arctioris Regulae, transire possit. Volumusque ut quisquis in tua Religione

Privilegia, quae in Mari Magno et alibi sunt, confirmantur, et dantur gratiae aliorum Mendicantium.

Facultas benedicendi vestes et vasa sacra.

Prohibitio exeundi ab Ordine.

Licentia nova loca pro Ordine acquirendi, non obst. cap. I De excess. praelat. in 6.

Exordium.

professus, sive ad sacros ordines promotus in ea fuerit, quam rem professionis loco et esse et haberi statuimus, habitum dicti Ordinis relinquere aut mutare non possit, nisi missionem literasque a generali Ordinis obtinuerit. Quod tam de iis, qui haecenus exierint, intelligi volumus, quam de his qui in posterum exituri sunt, etiamsi apostolicas literas obtinuerint.

*Prohibito de-
super lit. a. 71.*

§ 5. Ne vero protervis relinquatur litigandi repugnandive locus, si quis eorum exeuntium causam in Romana Curia super ea recommitti haecenus obtinuerit aut in posterum obtinebit, ubi ad inhibendum aut alia huiusmodi agendum itum fuerit, motu, scientia et potestate praedictis, lites huiusmodi ad nos advocamus atque omnino extinguimus. Statuentes aequale valere hoc decretum nostrum ac si iudicium nomina, atque alia omnia quae supra commemorata sunt hic satis expressa essent, etiam si sacri Palatii Apostolici auditores existerent. Volumusque ut quicquid super hac re fiat aut factum sit, etiam si causam aut nos aut Apostolica commiserit Sedes, pro infecto omnino haberi; irritum praeterea esse atque inane quicquid super his, apostolica sive alia quavis auctoritate, secus contigerit aut agi aut attentari. Fratres vero, qui ita exierint, quocumque induti habitu sint, mandamus ut capi eures, ad Religionemque vestram redire quaecumque ratione compellas.

*Fides transum-
ptorum.*

§ 6. Denique, fidem adhiberi mandamus non modo nostris his literis, verum etiam et earum exemplis, modo praelati aut notarii alicuius signo obsignatae fuerint.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub auno Piscatoris, die decima septima iunii, millesimo quingentesimo octavo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 17 iunii 1508, pontif. anno v.

XXIII (1).

Ne religiosi Ordinum Praedicatorum et Minorum commorentur extra coenobia, etiam occasione studiorum (2).

SUMMARIVM

Exordium. — 1. Diplomatis causa. — 2. Ordinum Praedicatorum et Minorum praelati Papae supplicant pro huiusmodi obtinendo decreto. — 3. Quod religiosi, absque superiorum licentia, extra suorum Ordinum domos commorari non possint. — 4. Praelatis eosdem coercendi data facultas; — Rectoribusque universitatum, ne fratribus vagandi praebeant occasionem, interdictum. — 5. Exequutores harum literarum deputati. — 6. Obstantibus derogat.

Iulius episcopus servus servorum Dei universis et singulis praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

In supremac dignitatis specula, meritis licet insufficientibus, constituti, inter curas multiplices, quibus rerum negotiorumque varietatibus obruimur, illa potissimum nos sollicitant, per quae suave regularis Mendicitatis iugum, sub quo dilecti filii fratres Praedicatorum et Minorum Ordinum degunt, in dies magis prospere, de bono in melius dirigatur; ac, ut regularis vitae et ecclesiasticae disciplinae norma, sublatis quibusvis obstaculis, praevaldeat, id salubriter statuimus et ordinamus, prout in Domino conspiciamus rationabiliter expedire.

Exordium.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum modernorum magistri sive prioris generalis, ac priorum et vicariorum provincialium Ordinis Praedicatorum, necnon ministrorum et vicariorum tam generalium quam provincialium Ordinis fratrum Minorum, iuxta morem dictorum Ordinum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet tam secundum canonica, quam etiam dietorum Ordinum instituta, fratres

*Diplomat. cau-
sa.*

(1) Haec bulla in Rom. Edit. sub num. xiv legere est, temporum abrupta serie (R. T.). (2) Ex Bullar. Ord. Praed., tom. iv, pag. 254.

eorumdem Ordinum, quacumque causa, etiam studii seu alia occasione, vel recedere, absque licentia superiorum suorum, vel post eiusdem licentiae revocationem extra domos dictorum Ordinum morari non possint; nihilominus nonnulli ex fratribus dictorum Ordinum, occasione et praetextu studii, ad studiorum, praesertim Salmanticensium, Universitates, obedientiae regularis laxatis habenis, absque licentia superiorum huiusmodi, seu eadem licentia revocata, accedere et inibi morari praesumunt; ac, quod deterius est, privilegiis Universitatibus huiusmodi illarumque scholaribus concessis, ut liberius in sua damnata praesumptione permanere possint, se tueri nituntur, excommunicationis et alias sententias, censuras et poenas, iuxta canonicas sanctiones ac regularia instituta contra inobedientes huiusmodi promulgatas, damnabiliter incurrendo.

§ 2. Quare, pro parte magistrorum ac priorum, ministrorum et vicariorum praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum ut de caetero, perpetuis futuris temporibus, ne fratres eorumdem Ordinum extra domos huiusmodi, quacumque causa vel occasione aut respectu, etiam studii huiusmodi in Salmanticensium vel quacumque ex praedictis Universitatibus, absque licentia superiorum huiusmodi et, illa durante, etiam de licentia Sedis Apostolicae et praetextu quarumcumque facultatum, indultorum, aliarumque literarum apostolicarum eisdem Salmanticensium et aliis Universitatibus pro tempore concessorum, commorari possint statuere et ordinare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§ 3. Nos igitur, attendentes quam gratus Deo sit et acceptus obedientiae fructus, quodque, inter alia Religionis merita, abnegatio proprietatum voluntatum praecipuum est, ac quod praelati ipsi optime scire praesumuntur, qui fratres literarum studio et quanto tempore, et qui aliis Religionis occupationibus vacare debent, omniumque, praesertim religiosarum persona-

rum tranquillitatem, ac illis evagandi materiam occasionemque praeccludi, eorumque excessibus obviari supremis optantes affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de caetero, perpetuis futuris temporibus, fratres praedicti extra dictas domos, cuiuscumque causae occasione vel respectu, etiam studii, sive in Salmanticensium sive in aliis Universitatibus et locis, quibus literarum studia vigeant, praeter et absque licentia provincialium, priorum ac ministrorum vel eorum vicariorum respective et, illa durante, etiam de licentia Sedis Apostolicae praedictae, etiam praetextu quarumcumque facultatum, indultorum et aliarum literarum apostolicarum Salmanticensium et aliis Universitatibus praedictis (1) pro tempore concessorum invitari commorari non possint.

§ 4. Quodque superiores praedicti, dum et quoties opus fuerit, fratres extra domos modo praedicto commorantes, ut ad eorum domos huiusmodi redire debeant, compellere valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus et ordinamus. Praeterea rectoribus et scholaribus dictarum Universitatum, ne, praetextu facultatum et indultorum ac aliarum literarum apostolicarum eis concessarum, superioribus seu praelatis Ordinis huiusmodi, quominus fratres praedictos illis respective subiectos, aut sub eorum obedientia professos, extra dictas domos commorantes, ad domos huiusmodi vocare et reducere, ac prout secundum Deum et eorum conscientias expedire viderint, mutare et convocare possint, prohibere; nec eisdem fratribus ad habitandum seu commorandum in eisdem Universitatibus, contra voluntatem superiorum huiusmodi, auxilium, consilium vel favorem, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, praestare praesumant, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, eisdem auctoritate et tenore districtius inhibemus.

§ 5. Et nihilominus venerabilibus fratribus Salmanticensium et Zamorensium episcopis,

(1) Ripoll. in Bullar. Dominicano hic addit *praelatis* (R. T.).

Praelatis eisdem coercendi data facultas.

Rectoribusque universitat. ne fratribus vagandi praebent occasionem. intendit.

Exequatur. harum literarum deputat.

Ordinum Praedicator. et Minorum praelati Papae sup. pro huiusmodi oblinend. decreto.

Quod religiosi, absque superiorum licentia, extra suorum Ord. domos commorari non possint.

ac dilecto filio priori monasterii Sancti Vincentii, per priorem soliti gubernari Salmantini., per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, praesentes literas et in eis contenta quaecumque, ubi, quando et quoties opus fuerit, ac pro parte magistrorum, priorum, ministrorum et vicariorum praedictorum vel eorum cuiuslibet desuper acquisiti (1) fuerint, solemniter publicantes, ac eis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eos auctoritate apostolica praefata pacifica possessione, vel quasi, statuti et ordinationis et inhibitionis ac literarum huiusmodi gaudere, non permittentes eos, per fratres extra domos commorantes, ac rectores et scholares praedictos seu quoscumque alios, contra literarum huiusmodi tenorem quomolibet molestari aut impediri. Contradictores, per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saeculi.

obstantibus
derogant.

§ 6. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri, de una, et in concilio generali edita de duabus diactis, necnon de personis ultra certum numerum ad iudicium non evocandis, ac quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus Universitatum huiusmodi, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque et indultis ac literis apostolicis illis concessis, quibus omnibus et singulis, etiam si ad illorum sufficientem derogationem, et de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, harum serie

(1) Ripoll. hic legit *requisiti*, loco *acquisiti* (R. T.).

specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die octavo augusti, millesimo quingentesimo octavo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 8 augusti 1808, pont. anno v.

XXIV.

Contra pugnantes in duello, aut illud permittentes in Statu Ecclesiastico.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Causae istius prohibitionis. — 2. Prohibitio duellorum in Statu ecclesiastico. — 3. Prohibitio illa permittendi. — 4. Tempus publicationis praefinitur.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici qui regnat in caelis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorum fidelium statui, prout ex susceptae servitutis tenemur officio indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obviare cupientes, ad ea per quae ubique, praesertim in terris Romanae ecclesiae sponsae nostrae subiectis, inter fideles eosdem caedes, rixae et contentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, pax et concordia vigeant, prosperisque eorum successibus consulatur, opportunae provisionis operam impendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Proemium.

§ 1. Sane, non sine maxima animi nostri perturbatione, accepimus quod nonnulli fidelium praedictorum, inimico humani generis instigante et aliquibus causis occurrentibus, et plerumque minimis, et inhonestis ac levibus verbis, ad contumelias, contentiones et diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine satietur, ad temporales principes et dominos, maxime civitatum, terrarum et locorum Sedi Apostol. subiectorum, confugiant, ut eis locum tutum, sive campum ad duellum seu pugnandum assignent. Et quam suis (1) principes et domini praefati, duellum sive pu-

Causae istius
prohibitionis.

(1) Legimus *quamvis* loco *quam* suis (R. T.).

gnam eis dissuadere et prohibere deberent, tamen plerumque locum aut campum tutum huiusmodi assignant, malevolumque altercantium propositum ad executionem augent, magisque uni quam alteri favent: ex quo hominum mortes repentinae, et nisi divina gratia praeveniantur, animarum perditiones, mutilationes et vulnera, inter astantesque pugnantium amicos odia et altercationes, et ex uno inconvenienti plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum et corporum periculum, generisque humani praefati iacturam, perniciosum exemplum et scandalum plurimorum.

Prohibit. duellorum in Statu ecclesiastico

§ 2. Nos igitur, qui fidelium praedictorum tranquillitatem et pacem sinceris desiderii exoptamus, saluberrimis christianae religionis documentis et exemplis Deum tentandum non esse praemoniti, Salvatorisque Domini nostri Iesu Christi, qui Petro apostolorum principi, ut gladium mitteret in vaginam mandavit, praeceptis edocti, attendentes hominem homini, inter quem cognationem quamdam natura constituit, insidiari nefas; et gladiatoria munera et purgationes huiusmodi vulgares a religionis nostrae pietate damnari, eruentaque spectacula a sacris canonibus et imperialibus legibus inhibita et improbata; sieque pugnantes infamia notari et diversis poenis puniri, et cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili et domestica quiete et publica detestanda esse; motu proprio, non ad alienius super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione. duellorum et gladiatorum huiusmodi usum damnamus et improbamus, et in terris Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectis, per quoscumque, quavis auctoritate et potestate ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, e quacumque causa, etiam a legibus permessa, fieri omnino prohibemus: dietosque pugiles taliter pugnantes, ubique impune capi posse et puniri pro homicidio vel vulnere,

iuxta iuris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statuimus: corporaque in duello in terris Ecclesiae mediate vel immediate subiectis facto mortuum in sacro sepeliri prohibentes.

§ 3. Sub simili excommunicationis poena et interdicti ecclesiastici, omnibus et singulis utriusque sexus duceibus, comitibus, marchionibus, domicellis, baronibus et aliis temporalibus dominis, vicariis, communitatibus et universitatibus civitatum, terrarum et locorum, praefatae Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, mandantes ne de cetero, perpetuis futuris temporibus, aliquibus, cuiuscumque dignitatis et nobilitatis fuerint et ex quacumque causa, etiam a legibus non improbata, locum seu campum liberum ad duellum, seu alias ad pugnandum tutum, quomodolibet assignent, concedant seu tradant, aut assignari, concedi seu tradi faciant vel permittant, sub excommunicationis latae sententiae et quatuor millium ducatorum Camerae Apostolicae applicandorum poena, pro qualibet vice incurrenda. Et si huiusmodi constitutionis violatores ultra dietam primam vicem fuerint, ultra dietas poenas, feudo seu vicariatu, quem a dicta Romana Ecclesia obtinuerint, privatos fore apostolica auctoritate tenore praesentium, praecipimus, mandamus atque decernimus, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus, privilegiis, indultis et concessionibus quavis auctoritate editis et quibusvis concessis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Prohibito illa permittendi.

§ 4. Volumus autem quod praesentes literae nostrae, postquam in valvis basilicae Principis apostolorum et in Campo Florae in Urbe affixae fuerint, omnes et singulos cives Romanos et alios in Urbe commorantes, affixis quindecim diebus; alios vero duces, comites, marchiones, domicellos, barones et alios temporales dominos, vicarios, communitates et universitates praefatas civitatum, terrarum et locorum, Sedi praefatae mediate vel immediate subdito-

Tempus publicationis praedictur.

rum, decurso mense aretent, contrafacientes poenas praefatas incurrant, in omnibus et per omnia, perinde ac si eis omnibus et singulis contrafacientibus, personaliter et particulariter intimatae fuissent.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo nono, sexto kalendas martii, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 24 februarii 1809, pont. anno vi.

XXV.

Prohibitio occupandi bona naufragantia in locis maris S. R. E.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae constitutionis ferendae. — 2. Consuetudo occupandi bona naufragata ad littora maris locorum S. R. E. improbat. — 3. Poenae in contravenientes imponuntur. — 4. Indulgentia pro dantibus auxilium. — 5. Executores deputantur. — 6. Obstantia tolluntur.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium.

Romanus Pontifex, pacis et iustitiae praecipuus conservator et auctor, ac pietatis amator, quae in christifidelium praedictum temere attentari intelligit, ne graviores tendant in noxam, opportunis et variis remediis providet, ac perversorum temeritatem compescit, bonorum vero operum sectatores spiritualibus praemiis remunerat, prout id in Domino conspici salubriter expedire.

Causae constitutionis ferendae.

§ 1. Sane plurimorum nautarum lamentabili querela didicimus quod ipsi maris periculo se et eorum merces exponant, ut Curiae Romanae et illius curialium commodis, ex mercibus per eos ad eandem Curiam mare advectis, provideatur. Quia tamen quandoque eorum naves, vegetibus vini et aliis mercibus, rebus et victualis

omustae, contrariis ventis impulsae et tempestatibus actae, miserabiliter naufragium patiuntur; ac fluctibus maris violenter eictae, integrae quandoque ad litus perveniunt, aut terram alicuius domini, etiam temporalis, attingunt; nonnumquam etiam aliquarum mercium et rerum iactum faciunt, alleviandae navis gratia, ne naufragium patiuntur, animo illa recuperandi non pro derelictis habentes; et cum ab incolis et habitatoribus ac gubernatoribus civitatum, terrarum et locorum, iuxta quorum littora naves ipsae naufragium huiusmodi patiuntur vel bona iactata perveniunt, sperent eorum calamitati auxilia meritoria praestari, ac in re tam luctuosa ac pietate et miseramine digna opem ferri, propriis oculis cernunt, et in calamitatum suarum emulatione, se ipsos mercibus ac vegetibus, quae beneficio Dei e maris periculo ad litus salvae pervenerunt, damnabili et execranda cupiditate spoliari et privari; ipsique spoliantes et rapientes et locorum domini illa ad eos ex antiqua consuetudine spectare, eaque licite retinere posse affirmare praesumunt; quo fit ut nautae ipsi ab huiusmodi mercium ad Urbem nostram ventione retrahi cogantur, non absque Curiae Romanae et Urbis iactura, nisi de super opportune provideatur.

§ 2. Nos, considerantes, tam civili quam canonica lege, licere unicuique naufragium suum impune colligere, ac iacta in mari alleviandi oneris causa recuperare, illaque deripientes furtum committere et graviter delinquere, ac christianos naufragium patientes rebus suis spoliantes diversis poenis puniri, et propterea consuetudinem praedictam, tamquam contra regulam fidei, quam unus alteri auxilio esse tenetur, merito corruptelam appellari, neminemque suffragari debere, cuiuscuque temporis cursu munitam. Volentesque, sicut nostro incumbit pastorali officio, omni mari terraque ad almam Urbem nostram venientium securitati et tranquillitati providere, periculumque huiusmodi obviare, ac venientium

Consuetudo occupandi bona naufragata ad littora maris locorum S. R. E. improbat.

ad aliam Urbem ex omnibus mundi partibus, tamquam ad matrem, de necessariis cum opulentia providere. necnon animarum eorundem christifidelium saluti consulere, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia, consuetudinem capiendi et retinendi bona per naufragium vel iactum, leviandae navis gratia aut alia necessitate urgente, factum, ad littora maris civitatum, terrarum et locorum Romanae Ecclesiae mediate et immediate subiectorum pervenientia, tamquam corruptelam, allegari non posse, illamque nulli, in iudicio vel extra illud, suffragari debere, auctoritate apostolica, tenore praesentium decernimus et declaramus.

Poenae in contravenient. imponuntur

§ 5. Et ultra poenas tam a lege quam a canone in tales spoliantes bonis suis christianos naufragium patientes et raptores in littore maris civitatum, terrarum et locorum, Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum huiusmodi, hactenus inflictas, quas pro potiori cautela innovamus et confirmamus, talium spoliantium, cuiuscumque auctoritatis et dignitatis fuerint, bona et iura quaecumque, auctoritate et tenore praemissis, confiscamus et publicamus, illaque Camerae Apostolicae confiscata et publicata, et locorum dominos et vicarios id fieri permittentes, excommunicatos eo ipso fore decernimus et etiam declaramus; dictosque raptores in flagrante crimine repertos, ut latrones et grassatores puniri posse, alias ut fures, praeterquam si nautis in manifesto naufragii et submersionis periculo constitutis, eorum opem et auxilium implorantibus et exposcentibus, non absque vitae discrimine, in personarum et rerum conservatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentis et praesentanei naufragii periculis ipsorum labore et animo liberaverint et salvos reddiderint, aut bona iam deperdita recuperaverint, iis enim casibus, eos statuta consuetudine iuvare, illaque allegari posse, ac illis stari debere decernimus.

Indulgentia iudicibus auctoritatibus

§ 4. Et ut fideles ad praemissa alliciantur, ac ab eis naufragium huiusmodi patientibus promptiora subsidia praebeantur, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui auxilium, consilium et favorem naufragium patientibus in recuperatione et conservatione honorum suorum praestiterint, decem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus.

Executores dantur

§ 5. Et nihilominus camerario, clericis et praesidentibus et auditori Camerae praedictae, earundem tenore praesentium committimus et mandamus quatenus vel duo aut unus eorum, per se vel per alium seu alios, praemissa, ubi, quotiens et quando opus fuerit, publicantes, faciant, auctoritate nostra, illa a quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis, etiam cardinalatus honore fulgentibus, inviolabiliter observari, ac pro illorum subsistentia firmiori etiam scripturas necessarias desuper expediant. Contradietores per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo.

Obstantia tolluntur.

§ 6. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo nono, sexto kalend. martii, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 24 februarii 1509, pont. anno vi.

XXVI.

Renovatio privilegii monialium et fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de novis monasteriis circa eorum domos infra spatium CCC annorum non aedificandis (1).

SUMMARIUM

Clemens IV privilegium concessit Ordini S. Francisci, — 1. Quod fuit communicatum

(1) Alias hoc privilegium huic Ordini concessit Clemens IV. Const. XII, tom. III, pag. 759.

Ordini S. Dominici. — 2. Clem. IV illud reduxit contra dic. Ordinem S. Dominici ad can. CXL. — 3. Unde fuit dubitatum si reductio esset etiam contra Ordinem S. Francisci. — 4. Hic ideo Pontifex idem privilegium dicto Ordini S. Francisci iterato concedit. — 5. Quibuscumque non obstantibus.

Iulius Papa II dilecto filio vicario generali ultramontano Ordinis fratrum Minorum regularis observantiae.

Clem. IV privileg concessit Ordini S. Francisci.

Exponi nuper nobis fecisti quod, inter alia privilegia a Summis Pontificibus praedecessoribus nostris Ordini fratrum Minorum concessa, ac per fel. record. Sixtum IV, etiam praedecessorem nostrum, ac per nos respective confirmata, ac de novo concessa a fel. recordat. Clemente Papa IV praedicto Ordini, eius pauperimo statu considerato, ut idem Ordo in eadem arctissima paupertate ac professionis suae puritate et integritate, ad Dei servitium et eius Ecclesiae fructum tranquille conservetur, concessum fuit ut, prope domos fratrum praedicti Ordinis, certi utriusque, maxime foeminei, sexus religiosi in eodem privilegio contenti, infra spacium trecentarum annarum, domos seu monasteria aedificare minime possint, sub certis censuris et poenis in eodem privilegio contentis.

Quod fuit communicatum Ordini S. Dominici.

§ 1. Quod quidem privilegium fratribus Ordinis Praedicatorum etiam concessum fuit, ut omnia privilegia omnibus aliis Mendicantium Ordinibus, praedicto maxime Praedicatorum Ordini concessa, Ordini fratrum Minorum fuissent communia, et huiusmodi Minorum Ordinis fratres illis uterentur, potirentur et gauderent, ac si illis specialiter et expresse concessa fuissent.

Clem. IV illud reduxit contra dic. Ordinem S. Dominici ad can. CXL.

§ 2. Praeterea Clemens IV, praedecessor praenominatus, ob nonnullas causas animum suum moventes, privilegium praedictum, quod praedicti Ordinis Praedicatorum fratribus concesserat, ad spatium centum quadraginta annarum reduxit.

prout in omnium Summorum Pontificum praefatorum literis desuper confectis plenius continetur.

§ 3. Sed quia a nonnullis haesitatur an ex eo quod praedictorum fratrum Praedicatorum privilegia praefatis fratribus Minoribus communicata sunt, privilegium praefatum trecentarum annarum praedictarum eisdem fratribus Minoribus specialiter concessum, ad praedictas centum quadraginta annas, sine alia speciali coartatione seu reductione, esset coartatum vel reductum. Quare, pro parte tua, nobis fuit humiliter supplicatum ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Unde fuit dubitatum si reductio esset etiam contra Ordinem S. Francisci.

§ 4. Nos igitur, sacrae Religionis fratrum Minorum praedictorum honestatem, paupertatem ac puritatem considerantes, merito induemur ut eam specialibus favoribus et gratiis prosequamur, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, praedictam coartationem seu reductionem contra praedictum fratrum Praedicatorum privilegium factam, praefatis fratribus Minoribus nocere non debere, nec praefatam privilegiorum communicationem in damnum, sed in favorem praedictorum fratrum Minorum esse concessam. Et ideo confirmationem et novam concessionem per praedictum Sixtum IV et per nos respective factam in suo robore permanere debere auctoritate apostolica declaramus, ac potiori pro cautela idem privilegium et inde secuta quaecumque praedictis fratribus Minoribus confirmamus et approbamus. Et quatenus opus sit, praedictarum trecentarum annarum privilegium, tenore praesentium, auctoritate praefata, eisdem fratribus Minoribus de novo concedimus.

Hic ideo Pontifex idem privilegium dicto Ordini S. Francisci iterato concessit.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus apostolicis, privilegiis quoque et indultis ac quibuscumque literis apostolicis in contrarium concessis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima prima maii, millesimo quingentesimo nono, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 21 maii 1509, pontif. anno vi.

XXVII.

Extensio constitutionis a Pio II editae contra appellantes a Romano Pontifice ad futurum concilium, eorumque complices et fautores.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Pius II prohibuit appellari ad futurum concilium. — 2. Veneti tamen, moniti ab isto Pontifice ut bona Sedis Apostol. occupata dimitterent, ad futurum concil. provocarunt. — 3. Bentivolii etiam Bononiae occupatores itidem appellarunt. — 4. Et nonnulli praetendunt non contravenire, si actuali appellationi et scripturae se non immiscent. — 5. Declaratio bullae Pii II. — 6. Alias addit poenas. — 7. Venetorum et aliorum appellationes nullas esse declarat. — 8. Loca, ad quae contravenientes declinant, interdicto supponit. — 9. Derogatio contrariorum.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Suspecti (1) regiminis nos cura sollicitat ut eorum malitiis et audaciae, quorum sceleris caecitas et damnandae ambitionis improbitas animas occupantes (discordiarum fautore ac schismatum inventore et alumno, humani generis inimico proerante), eos in illam temeritatem impellant, ut quae sibi a iure interdicta et a sanctis patribus, etiam in congregatione fidelium, pro huius sauctae Sedis dignitate et Ecclesiae unitate servandis, ad schismatis occasionem tollendam (quo in Dei Ecclesia perniciosior morbus inveniri vix potest), Spiritu Sancto cooperante, non minus provide et salubriter quam necessarie decreta et statuta esse noverint, damnata audacia et exquisitis artibus et

(1) Legimus suscepti (R. T.).

fraudibus attentare temere conentur, et eis contravenire contendant, nunc novorum editione iurium, nunc antiquorum innovatione et declaratione, nunc vero extensione et novarum poenarum adiectione, prout salubriter expedire conspiciamus, sollicitis studiis obviare curemus.

§ 1. Sane, licet olim fel. rec. Pius Papa II, praedecessor noster, de fratrum suorum S. R. E. cardinalium cunctorumque praelatorum ac divini et humani iuris interpretum Curiam Romanam sequentium, in diaeta seu congregatione Mantuana existentium approbatione, matura prius et gravi praemissa discussione, et de eorumdem congregatorum unanimi consilio et assensu, ac ex certa scientia, provocaciones ad futurum concilium, efficacissimis et palpabilibus rationibus, tamquam erroneas et detestabiles damnaverit, ac sub excommunicationis latae sententiae et interdicti poenis praeceperit ne qua persona, cuiusvis dignitatis, sive etiam universitatis aut collegium, quovis quaesito colore, ab ordinationibus, sententiis seu mandatis quibuscumque suis ac successorum suorum appellationem huiusmodi interponere auderet, et contrafacientes, una cum fautoribus suis, et consilium auxiliumve praestantibus (sive hi tabelliones essent, sive testes, sive advocati, sive alii quicumque), non solum poenis et censuris praedictis, sed etiam iis quae laesae maiestatis et haereticae pravitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuerit.

§ 2. Leonardus tamen Lauredanus, dux, rogati ac generale consilium et commune Venetiarum, omnesque et singuli patritii et cives communis eiusdem, una cum provisioribus, potestatibus, commissariis et reliquis officialibus suis (quorum auctoritate, industria, consilio, opere aut favore, civitates, oppida, castra et arces ad nos et Sanctam Romanam Ecclesiam legitime pertinentes, occupatae fuerant aut detinebantur), de fratrum nostrorum consilio, a nobis requisiti et moniti, ut intra

Pius II prohibuit appellari ad futurum concilium

Veneti tamen, moniti ab isto Pontifice ut bona Sedis Apostol. occupata dimitterent, ad futurum concil. provocarunt.

certum terminum, sub poenis tunc expressis, nos et sanctam Apostolicam Sedem plene et omni ex parte, in concessa sibi auctoritate et libertate, cum obedientia recognoscerent et reintegrarent, ac Ravennam, Cerviam, Ariminum, Faventiam, Sarsinam, civitates, cum oppidis, castris, terris et districtu ipsarum, cumque Caesenaten., Forolivien. ac Imolen. territoriis, castris, oppidis, terris et locis, quae occupabant integre et expedite nobis et dictae Romanae Ecclesiae, cuius iuris esse noscebantur, relaxarent atque inde recederent, nec impedirent quo minus illorum cives et habitatores ad pie matris suae Romanae Ecclesiae obedientiam reverterentur, omnes eorum fautores ab auxilii in talibus praestatione deterrendo, ita quod requisitioni, monitioni et mandato nostro huiusmodi non parentes, maioris excommunicationis sententia, de simili consilio, eo ipso, innodati censerentur, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, per alium, quam per Romanum Pontificem, etiam praetextu cuiuscumque facultatis, cuiuscumque pro tempore concessae, absolvi non possent (quam quidem excommunicationis sententiam in huiusmodi non partitionis eventum, iteratis etiam vicibus aggravavimus), paternis monitis et salutaribus iussis obsequi, prout debebant, indebite recusantes, seu qui iuri proprio diffidunt, et superioris mandata contumaciter obaudiunt, ut quae minus iuste usurparum, indebite etiam, cum animarum suarum detrimento, retineant, ad prohibitum atque damnatum remedium confugientes, a requisitione, monitione et mandato, ac sententiis, censuris et poenis praedictis, nulla constitutionis Pii praedecessoris, hoc expresse vetantis, habita ratione, ad futurum concilium temere, ut accepimus, provocarunt.

Bentivoli etiam
Bononiae occupa-
tores, eisdem
appellarunt.

§ 3. Prout etiam perditionis filii, quondam Ioannes Bentivolus et eius nati, cum eos a tyrannica oppressione dilectae ci-

vitatis nostrae Bononiae expellere decrevissemus, damnabiliter fecisse dicuntur, videlicet ad futurum concilium praedictum appellasse et provocasse.

§ 4. Nos igitur, quam detestanda sit perversitas attendentes, qui propriis in-nixi commodis, et nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta patrum et superiorum iussa spernentes, inconsultem Christi tunicam scindere ac etiam seissionis causam habere contendunt, et Ecclesiae unitatem dividere, praelictae sanctae Sedis Apostolicae principatum tollere, et contra tot sanctorum patrum et sanctorum conciliorum decreta temere et damnabiliter magna audacia venire non erubescunt, et contrafacere non verentur, asserentes, inter caetera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interessentes sola consilii praestatione seu persuasione, deliberatione, quod aliquibus casibus a Romano Pontifice, seu eius sententia vel decreto, ad futurum concilium generale appellari possit, dicta Pii praedecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione et illius interpositione vel scripturae compositione se immisuerint, de caetero tali assertione se excusare, ac tale quid in posterum praesumere impune valeant, opportunam tam immani et periculoso morbo medelam adhibere volentes:

§ 5. Hac generali et in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia et potestatis plenitudine, de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio promulgata, sancimus constitutionem Pii praedecessoris praefatam, tam citra quam ultra montes, et ultramontanis partibus, quoad omnes, tam ecclesiasticas quam saeculares personas, etiam regali dignitate ac cardinalatus honore fulgentes, capitula, universitates, communitates et collegia, congregationes et synodos ac parlamenta valuisse, valere et perpetuo valituram declaramus, cum suppletionem solemnitatis

Et nonnulli prae-
tendunt, non con-
travenire, si ac-
tualiter appella-
tioni et scripturae
se non immiscent.

Declaratio bul-
lae Pii II.

cuiuslibet, etiam publicationis omissae (cuius, in illa edenda vel publicanda, defectus praetendi posset, quae iuxta illam fieri requirebatur), eamque ex praeterito, nunc et in posterum inviolabiliter observari mandamus, ipsius violatores, cuiuscumque dignitatis existant, poenis et censuris in eadem expressis, quocumque tempore subiacere statuentes, contraria consuetudine seu potius corruptela non obstante.

Alias addit poenas.

§ 6. Decernentes et declarantes, ultra poenas impositas (quas ipso facto dictos violatores et contravenientes incurrere volumus), ipsos et eorum quemlibet, pro veris et indubitatis schismaticis, et inconsutis tunicae Domini Nostri Iesu Christi violatoribus et dissipatoribus, ac de catholica fide male sentientibus, habendos et reputandos, poenisque canonicis et legalibus, contra tales impositis, subiacere, et cum Dathan et Abiron partem et damnationem habere; ipsasque etiam poenas et earum quamlibet omnes illos incurrere volumus, cuiuscumque conditionis existant, et gradus praerogativa fulgeant, qui in senatu, consiliis, parlamentis, congregationibus, etiam synodalibus et provincialibus vel alias quomodolibet, tacite vel expresse, voce vel scripto, per se vel alium (cuiuscumque timoris vel reverentiae velamine, vel praetensa excusatione et superioris mandato non obstantibus), decreverint, consulerint seu deliberaverint, vel aliorum dicta approbaverint, consilium aut vocem dederint ut ad futurum universale concilium, a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, contra praedictam constitutionem, appellare liceat, possit vel debeat; dictas poenas ad ipsos et eorum quemlibet contravenientem in praemissis, tenore praesentium extendentes et locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante.

Venetorum et aliorum appellationes nullas esse declarat,

§ 7. Et nihilominus, provocationes et appellationes, tam per Leonardum ducem, rogatos, consilium et commune Venetia-

Bull. Rom. Vol. V.

61

rum factas huiusmodi, quam per quoscumque alios praedictos pro tempore faciendas, et inde secuta quaecumque (utpote contra Pii praedictam ac praesentem constitut. attentatas), nullas, prout sunt, et invalidas, nulliusque roboris vel momenti fuisse et pro tempore fore, auctoritate, scientia et potestate similibus, statuimus, decernimus et declaramus, ac pro potiori cautela cassamus et annullamus.

§ 8. Et ultra supradictas poenas (quas contra constitutionis huiusmodi violatores in suo robore permanere decernimus), loca quaecumque, ad quae violatores ipsos declinare, et in quibus scienter stare permitti contigerit, ecclesiastico supponimus interdicto, decernentes illud, quamdiu ipsi violatores inibi scienter steterint, ut praefertur, et per triduum post eorum inde discessum, firmiter observari. Ac praesentes literas in quinterno Cancellariae etiam describi mandamus.

Loca, ad quae contravenientes declinant, interdicto supponit.

§ 9. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo nono, kalendis iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 4 iulii 1509, pontif. anno vi.

XXVIII.

Facultates et privilegia commissariorum fabricae Sancti Petri principis apostolorum de Urbe.

SUMMARIUM

Petrus apostolorum princeps est. — 1. Hic ideo Pontif., eius successor, volens B. Petri basilicam in Urbe magnificentius reaedificare, — 2. Pro subventionem fabricae, his, qui infra annum operam vel pecuniam darent vel promitterent, — 3. Concessit facultatem confessorem eligendi, qui cer-

lis tunc expressis casibus eos absolvet. — 4 ad 6. Deputatio commissarii ad eleemosynas colligendas et alia ad ipsum spectantia; — 7. Eleemosynasque largientibus plenariam peccatorum remissionem concedit, — 8. Licentiamque eligendi confessorem, qui absolvat *etc.*, eisdem impartitur; — 9. Facultatem dat eidem commissario componendi super male ablatiis incertis, vel prave quaesitis, — 10. Debitis aliis ecclesiis cui Romana succedat, — 11. Restituendis iis, quorum persona ignoratur vel dubia est; — 12. Legatis locis vel personis incertis, — 13. Inexactis ante publicationem bullae, etiam ordinariis donatis, *etc.* — 14 ad 20. Facultates variae commissario concessae. — 21. Inhibitio contra quoscumque dicti commissarii perturbatores, et aliis quaestoribus licentiam dantes. — 22. Facultas dicti commissarii alios subdelegandi *etc.* — 23. Declaratio quod praedictae indulgentiae suffragentur animabus in purgatorio existentibus. — 24. Derogatio contrariorum.

Iulius episcopus servus servorum Dei, universis et singulis praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Petrus apostolorum princeps est.

Liquet omnibus christianae fidei cultoribus beatum Petrum ab ipso Salvatore nostro Domino Iesu Christo apostolorum principem fuisse constitutum, eique ligandi atque solvendi animas coelesti privilegio traditam esse potestatem, cum ei dicitur: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni coelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis.*

Hic ideo Pontif. eius successor, volens R. Petri basilicam in Urbe magnificen. re-aedificare,

§ 1. Unde nos, qui, licet imparibus meritis, eiusdem coelorum clavigeri successores sumus, et eius loco in sancta Dei Ecclesia residemus, considerantes quod diffusis per orbem terrarum ecclesiis, ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio providere teneamur, ut ecclesiae ipsae, quae domus Dei sunt, in suis structuris et aedificiis non solum conserventur, sed etiam, si opus fuerit, reparen-

tur, circa tamen basilicam de Urbe ipsius Petri principis apostolorum maiorem curam et diligentiam adhibere nos convenit, ut, sicut ipse beatus Petrus ab ipso Salvatore nostro princeps apostolorum est constitutus, ita etiam ipsius basilica, quae non parva reparatione indiget inter ceteras Urbis et orbis ecclesias, congruentibus ac etiam necessariis aedificiis reaedificetur, construatur et ampliatur, ac reaedificata et ampliata conservetur.

§ 2. Et cum nuper, ex praemissis et certis aliis rationabilibus causis, iuxta nostri cordis desiderium, ad dictae basilicae restorationem manus operarias apposuissimus, cognoscentes fabricam huiusmodi, absque piis et largis fidelium erogationibus, ad finem optatum perducere non posse, per quasdam primo universis christifidelibus utriusque sexus, qui, infra annum a die publicatione earundem computandum, in capsula ad hoc in dicta basilica collocanda per seipsos mitterent, vel per alios mitti et poni facerent, tantum quantum eorum pia devotio eis dictaret, in pecunia numerata aut rebus aliis ad opus ipsum convertendis, vel circa opus se personaliter exercerent, seu bonae memoriae Henrico archiepiscopo Tarentino, generali thesaurario nostro, se ad pie erogandum aliquid ad opus ipsum, iuxta eorum piam devotionem, efficaciter obligarent,

Pro subventionem fabricae, his, qui infra annum operam vel pecuniam darent vel promitterent,

§ 3. Ut idoneum possent eligere confessorem, qui eos a certis tunc expressis casibus absolvere, et super certis etiam tunc expressis, in foro conscientiae dumtaxat, dispensare posset concessimus facultatem.

Concessit facultatem confessorem eligendi, qui certis tunc expressis casibus eos absolvet.

§ 4. Et deinde provide attendentes difficile fore praedictas, infra annum a die illarum publicationis, ad notitiam christifidelium ultra montes consistentium pervenire posse, ipsas, per alias nostras literas, ad nostrum beneplacitum prorogavimus, et cunctorum christifidelium salutem, praecipue illorum, qui in viginquinque provinciis, in quibus vicarius

Postea, ut huius concessionis etiam ultramontani participes essent, d. annum ad eius beneplac. prorogavit, et commissarium in illis partibus deputavit ad colligendas dictas eleemosynas.

generalis Ordinis fratrum Minorum, de Observantia nuncupatorum, citra montes existit, iuxta morem dicti Ordinis nuncupandis, et sub quibus etiam tota Italia, Sicilia ultra Pharnum, Corsica, Creta, Cyprus, Rhodus usque ad Hierosolimam, Dalmatia, Croatia, Bosnia, Ungaria, Austria, Bohemia et Polonia, ac insulae Maris Mediterranei continentur, degunt, affectantes; ac considerantes quod, licet christifideles huiusmodi, in dictis provinciis et insulis habitantes, devote cuperent dictarum indulgentiarum pro dicta fabrica concessarum participes fieri; tamen, quoniam ob locorum distantiam personaliter ad dictam fabricam se conferendi, aut per alium pias eleemosynas, pro huiusmodi fabrica in dictam capsam transmittendi omnimodam commoditatem non habeant, aeternae animarum suarum saluti et dictae fabricae opportuna subventioni consulere cupientes, exemplo ipsius Salvatoris nostri, qui ad diversas mundi partes, ad praedicandum sanctum Evangelium, ut animas Patri lucrificeret, suos apostolos misit, quantum ex alto conceditur, universis eiusdem christifidelibus utriusque sexus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis et praeminentiae existerent, etiam ecclesiasticis religiosiis ac aliis saecularibus, per universas provincias et insulas praedictas constitutis, vere poenitentibus et confessis, qui, infra annum et deinde ad beneplacitum nostrum a publicatione priorum litterarum nostrarum praedictarum in dictis provinciis et insulis facienda computandum, ecclesias in dictis provinciis et insulis, quas quondam Hieronymus de Tornello, Ordinis fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum professor, tunc in humanis agens, et qui dicti Ordinis vicarius generalis citramontanus tunc existebat, et cui, propter vitae integritatem, curam indulgentiarum praedictarum in dictis provinciis et insulis singulariter commisimus, et quem ad haec ac infrascripta

et alia tunc expressa peragenda, in dictis provinciis et insulis nostrum et Apostolicae Sedis nuncium et commissarium ad dictum annum et beneplacitum fecimus, constituimus et deputavimus, nominaret, iuxta eiusdem nuncii et commissarii, seu deputandi et deputandorum aut subdelegandorum ab eo, providam ordinationem super hoc faciendam, devote visitarent, et in capsis, ad hoc in subsidium dictae fabricae per nuncium seu commissarium aut deputandum vel subdelegandum praedictos deputandis, iuxta nuncii et commissarii ac deputandorum vel subdelegandorum praedictorum ordinationem et arbitrium, pias eleemosynas effectualiter ponerent, peccatorum remissiones et alia spiritualia dona ad animarum suarum salutem consequendam concessimus et indulgimus, prout in singulis literis praedictis, quarum tenores ac facultates in praemissis eidem Hieronymo, etiam in forma brevis concessas, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, haberi volumus pro expressis, plenius continetur.

§ 5. Cum autem dictus Hieronymus vita functus, et deputati ab eo in praemissis fidelem et sollicitam diligentiam et curam adhibuerint, et plene eidem fabricae dictae basilicae provisum non existit, et piis fidelium subventionibus pro praemissis pie erogatis satisfactum non sit, neque satisfieri possit, propter ipsius fabricae quodammodo intolerabilem impensam propterea necessariam, sed sint eorundem et aliorum christifidelium pia suffragia plurimum opportuna.

§ 6. Nos cupientes, prout nobis et inter cetera nostra desiderabilia cordi est, praedictae basilicae fabricam ad debitam perfectionem deduci, et de fidelitate, diligentia et sollicitudine in praemissis dilecti filii Francisci Zeni de Mediolano, d. Ordinis fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum professoris, et provinciarum citramontan. dicti Ord., secundum illius ordinem, vicarii generalis, propter eius bo-

710 commissario vita functo,

Hic idem Pontifex alium commissarium deputat cum eisdem facultatib;

nitatem et experientiam rerum, in Domino plurimum confidentes, ipsum, in dictis provinciis et insulis, indulgentiarum huiusmodi nostrum et Apostolicae Sedis nuncium et commissarium cum omnibus et singulis facultatibus et auctoritatibus et etiam inhibendi quibusvis quaestuariis, alias eidem Hieronymo, quoad praemissa, etiam per literas nostras in forma brevis, etiam ultra in praesentibus contentas facultates, auctoritate apostolica, tenore praesentium facimus, constituimus et deputamus; ipsasque et omnes et singulas facultates eidem Hieronymo et ab eo subdelegatis commissariis in praemissis quomodolibet concessas, praefato Francisco Zeno, vicario generali, eiusque subdelegandis commissariis concedimus.

Eleemosynasque clarigentibus plenariam peccatorum remissionem concedit.

§ 7. Et nihilominus universis christifidelibus utriusque sexus, tam saecularibus quam regularibus Ordinum quorumcumque provinciarum et insularum praedictarum, qui, iuxta eiusdem Francisci Zeni commissarii et nuncii aut deputati seu subdelegati aut deputandorum seu subdelegandorum, ad eorundem providam ordinationem super hoc faciendam, in capsis, ad hoc in subsidium dictae fabricae, per nuncium et commissarium seu deputandum vel deputandos aut subdelegandum vel subdelegandos ab eis, deputandis, iuxta nuncii et commissarii ac deputandorum et subdelegandorum praedictorum ordinationem et arbitrium, pias eleemosynas effectualiter posuerint, plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequantur.

Licentiamque eligendi confessorem, qui absolvat etc. eisdem impartitur.

§ 8. Et qui cum praefatis commissario seu delegandis et subdelegandis praedictis convenerint, ut idoneum possint eligere confessorem, presbyterum saecularem vel cuiusvis Ordinis, etiam Mendicantium, regularem, qui, eorum confessione diligenter audita, pro commissis per eligentem delictis et excessibus ac peccatis quibuslibet, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis casibus

ac censuris ecclesiasticis, etiam ab homine ad alienius instantiam latis, de consensu partium, etiam ratione interdicti incursis et quarum absolutio dictae Sedi esset reservata (praeterquam machinationis in personam Summi Pontificis, occisionis episcoporum aut aliorum superiorum praelatorum, et iniectiois manuum violentarum in illos aut alios praelatos, falsificationis bullarum et literarum apostolicarum, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, ac sententiarum et censurarum occasione aluminum Tulphae nostrae, ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum, incursarum), semel in vita; et in non reservatis casibus, totiens quotiens id petierint, et in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere, ac poenitentiam salutarem iniungere et Eucharistiae sacramentum, praeterquam in die paschatis et in mortis articulo aliis anni temporibus ministrare; necnon per eos emissa vota quaecumque (ultramarino, ingressu Religionis et castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare. Ac cum simoniae in ordinibus vel beneficiis commissae labe polluti, ad ipsum opus contribuentibus, super irregularitate si quam censuris huiusmodi ligati; missas et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut alias divinis se immiscendo, seu alias quomodolibet, etiam beneficia ecclesiastica, praemissorum occasione vel alias, indebite occupando, praeterquam ratione homicidii voluntarii et bigamiae, contraxerint, dispensare, eosque absolvere, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam ex his provenientem abolere; et ut in susceptis ordinibus ministrare, ac si acquisita beneficia ecclesiastica, quae ex tunc eis de novo collata censeantur, et perceptos ex eis fructus, etiam ratione omissionis horarum canonicarum et divinorum officiorum, facta aliqua compositione cum eis, concedere.

Facultatem lat
eidem commis.
componendi su-
per male abla-
tis etc.

§ 9. Necnon super male ablatis incertis, vel per usurariam pravitate quaesitis, etiam certis, quae foenerator ab alio foenatore extorsisset, et quae ipse requisitus usuras restituere paratus non esset.

Debitis aliis
ecclesiis, cui
Romana succe-
dat

§ 10. Vel alicui privatae Ecclesiae de iure communi succedere posset.

Restituend. iis,
quorum perso-
na ignoratur vel
dubia est,

§ 11. Ut etiam bonis, quae ad alicuius manus pervenissent, et illa habentes quibus restitui deberent ignoraverint vel dubitaverint, quamquam male ablata per eos non existant, seu illa ad eos pervenerint.

Legatis locis
vel personis in-
certis,

§ 12. Et similiter de his quae pauperibus et aliis piis locis, in genere et absque ulla speciali determinatione et propriis nominibus personarum non expressis, relicta forent, tam pro praeterito quam pro futuro temporibus, componere: ita ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eidem nuncio vel commissario seu deputando vel subdelegando ab eo dumtaxat, in capsis ipsis ponenda, a reliquorum sic relictorum et male ablatorum, ac per usurariam pravitate extortorum, seu quae ad eos alias pervenerint et cui ea restituere debeant dubitant vel ignorant, ut praefertur, restitutione absoluti existant, et ultra restituere minime teneantur, concedere.

Inexactis ante
publication. bul-
lae, etiam ordi-
nar. donatis etc.

§ 13. Ac illa, quae ante publicationem dictarum nostrarum indulgentiarum inexacta, etiam si illa ordinariis, pro ipsis tamen incertis, quoquomodo relicta, donata, et quae eis quovis modo obvenerint, necnon quae ab ipsis ordinariis vel eorum nomine post ipsam publicationem exacta, et eis quoquo modo soluta, ac etiam quae ante ipsam publicationem pro ipsis incertis, aut incertis personis et locis, non debeantur, sed post publicationem praedictam deberi coeperunt, etiam si ea ordinariis, ut praemittitur, relicta, donata aut obventa, tamquam eis indebita, per ipsum commissarium et delegandos ac subdelegandos ab ipso, nomine dictae fabricae, libere exigi ac expeti et assequi posse et debere, etiam sub censuris ecclesiasticis ac poenis pecunia-

riis, aliisque iuris remediis opportunis; invocato etiam ad hoc, si opus ferit, auxilio brachii saecularis.

§ 14. Ac quoscumque, qui ante aetatem legitimam ad sacros etiam praesbyteratus ordines, absque aliqua dispensatione se promoveri fecerunt et in susceptis ordinibus, etiam ministrarunt, ac qui ex quavis licita aut illicita cognatione proveniente, affinitate et consanguinitate, aut cognatione carnali vel spirituali, inter levatum et levantem, excepto simplici aut multiplici gradu, ac quoscumque, qui publice honestatis, iustitiae impedimento, seu alias quomodolibet impediti, matrimonium, scienter vel ignoranter, in quarto vel tertio, ac per copulam fornicariam, non tamen publicam, etiam in primo affinitatis gradu contraxissent, et carnali copula consumassent, si impedimentum huiusmodi in iudicium deductum non fuerit, vel scandalum generare non possit, ab excessu huiusmodi ac excommunicationis sententia, quam propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpa poenitentia salutari, quae ad fabricam huiusmodi dirigatur, et quod de cetero talia non committant, nec committentibus praestent auxilium, consilium vel favorem, et aliis quae de iure fuerint iniungenda, absolvere; et ut de novo invicem matrimonium contrahere, et in illo sic contracto similiter remanere, libere et licite valeant, prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio, si qua sit, et suscipiendam legitimam decernendo, in foro conscientiae dumtaxat, tam quoad alios, quam quoad illos, qui, in tertio vel quarto consanguinitatis gradu existentes, matrimonium contraxerunt, ut praefertur, quos in utroque foro absolvi, et matrimonium de novo, etiam publice contrahere posse volumus; et cum eisdem promotis, super irregularitate, quod etiam in dictis ordinibus ministrare possint, dispensare.

Facultatem ei-
dem commissario
conced. dispen-
sant. in mul-
tis casibus,

§ 15. Ac cum quibuscumque, qui bona ecclesiarum, monasteriorum et ecclesiasticorum beneficiorum quorumlibet habe-

Componendiq-
cum occupato-
ribus honorum
ecclesiae, aut
beneficiorum.

rent et iudicialiter, deficientibus probationibus, ad illorum restitutionem compelli non possent, etiam si per eos probari posset.

Relie pro bono
ablati vel per
locos aut per
sonas incertis vel
ignoratis vel ho-
nis restituendis
et cui receptio
non competat.

§ 16. Et bona omnia ac quaecumque legata et alias quomodolibet, etiam haereditatis titulo pro male ablati restitutione relicta haecenus, et quae relinqui et largiri contigerit in futurum, durante deputatione nuncii et commissarii per praesentes facta, in quibuscumque testamentis, donationibus causa mortis, codicillis aut aliis ultimis voluntatibus per quoscumque et ubiennque factis, et quae, durante huiusmodi deputatione, sicut quibuscumque incertis ecclesiis et piis locis, aut personis similiter incertis vel absentibus, taliter quod, propter ipsorum absentiam, merita ab eis notitia haberi non posset; ac etiam quae restitutioni subiacerent, sed in eis vel ad ea personis, quibus illae fieri deberent, receptio non competeret.

Relictis pro redem-
ptione captivorum,
vel propter ablati,

§ 17. Nec non quaecumque in testamentis, donationibus causa mortis, codicillis aut aliis ultimis voluntatibus, pro redemptione captivorum, etiam si Beatae Mariae de Mercede, et Ss. Trinitatis Redemptionis captivorum Ordinibus, et Sanctae Eulaliae Barcinon. relicta fuerint, ac haereditates et bona decedentium ab intestato clericorum et laicorum, etiam indulto apostolico, aut alias ad Redemptionem praedictam captivorum dedicata pertinere deberent, facultate nuncii et commissarii concessa huiusmodi durante.

Rebus exponendis in
conviviis ac publicis
spectaculis,
tempore festivitatum;

§ 18. Nec non omnes et singulas pecunias et res alias, quae in prandiis et conviviis ac publicis spectaculis, in aliquibus celebritatibus, ex voto et statuto, seu consuetudine, in quibusvis locis exponi consueverint, et facultate nuncii et commissarii huiusmodi durante, exponi deberent, ad fabricam huiusmodi applicamus; et sub restitutione honorum ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum huiusmodi, competentem receptam portionem vel quantitatem, pro eis in fabricam huiusmodi convertenda,

ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione libere absolvere, et quod illa retinere libere possint in posterum eis etiam concedere.

§ 19. Ipseque nuncius et commissarius, et quibus vices suas in genere vel in specie duxerit committendum, possint dubietates quascumque, tam super qualitate personarum, quibus facultas eligendi confessorum concedi possit, etiamsi comprehendantur communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum, ac collegia, quae et illorum singulares personae absolute a praemissis vel aliquo praemissorum, ac dispensatione super eis vel aliquo eorum indigerent, quam cetera alia dubia decidere, et summam pecuniariam pro consequenda indulgentia huiusmodi et aliis praemissis limitare et taxare.

Declarandi etiam
dubietates
circa praemissa
sortas;

§ 20. Ac facultatem eligendi confessorum huiusmodi concedere; ac quascumque indulgentias, tam a nobis, quam a praedecessoribus nostris et a Sede praedicta vel eius auctoritate quibuscumque ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, etiam nostro S. Spiritus in Saxia de Urbe, Ordinis Sancti Augustini, et aliis piis locis, universitatibus, confraternitatibus cuiuscumque qualitatis, et ad quemcumque usum, etiam laicorum et clericorum institutis, et singularibus personis, etiam plenarias in vita, ac quascumque facultates quibusvis personis, cuiuscumque dignitatis, etiam cardinalatus honore aut legationis fungentibus super praemissis vel aliquo praemissorum haecenus concessas (praeterquam ratione sustentationum pauperum et miserabilium personarum in Parisiensi et Sancti Iacobi de Galitia ac Portugalliae regnis hospitalibus degentium, quas, quoad illorum usum, in provinciis, in quibus dicta hospitalia respective sita sunt, secundum Cancellariae nostrae morem terminandis, et non in aliquibus aliis locis durare volumus; ac expeditionis contra Turcas et haereticos concessis), etiam quas-

Dandi facultatem
eligendi confes-
sores, et suspen-
sionem propter locorum
indulgentias.

eumque clausulas praeservativas adversus revocationes et suspensiones earumdem in se continentes, quando et quotiens et ad quod tempus nuntio et commissario praefato vel deputandis vel subdelegandis ab eo videbitur opportunum, suspendere; quas omnes et singulas, nos praesentibus ad dictum beneplacitum nostrum suspendimus, et suspensas fore decernimus et declaramus. Prohibentes omnino quaestuas quascumque, illarum occasione fieri solitas.

§ 21. Ac mandantes universis et singulis locorum ordinariis, abbatibus et aliis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis vel praecminentiae existant, sub excommunic. latae sententiae, ac quingentor. ducat. auri fabricae praedictae applicandorum poenis, ipso facto incurrendis, ne publicationem et praedicationem dictarum nostrarum indulgentiarum, et suspensiones aliarum huiusmodi in eorum ecclesiis, civitatibus, dioecesibus, ubi et quoties opus fuerit faciendam impedire, et aliquid, praetextu publicationis, petere, et etiam a sponte offerentibus recipere et exigere, aut in praemissis vel circa ea fraudem aut dolum committere, neque procurantes huiusmodi indulgentiar. participes fieri et sua pia sulfragia erogare ab huiusmodi eorum proposito, in toto vel in parte, directe vel indirecte, tacite vel expresse retardare, aut per se vel eorum vicarios vel officiales, licentiam faciendi quaestuas aliquibus quaestoribus alicuius Ordinis vel Religionis aut fraternitatum vel hospitalium, aut quomodolibet deputatis, verbo vel in scriptis concedere. Quinimmo, quaestores omnes et singulos, quos in eorum iurisdictione repererint, cum eorum rebus et bonis, quae dictae fabricae applicata esse decernimus, et ad Cameram Apostolicam fideliter deferri mandamus, retinere valeant; nec modo aliquo audeant aut praesumant, per se vel alium, dispensatos, aut illos, cum quibus, praesentium vigore, ab ipso

Inhibitio contra quoscumque dicti commissarii perturbatores, et aliis quaestoribus licentiam dantes.

commissario vel delegandis aut subdelegandis praedictis contigerit dispensari, molestare vel impedire, aut poenas aliquas, pro casu in quo, ut praefertur, dispensatum fuerit ex statuto vel ex consuetudine, exigere. Quaestoribus vero supra nominatis sub similibus poenis inhihemus ne quaestuas modo aliquo facere praesumant; neve bona ipsorum, per praefatum commissarium aut delegatos vel subdelegatos, etiam vigore aliarum literarum nostrarum, eorum exigentibus demeritis, arrestata, applicata et a praedicta fabrica vendita, sibi modo aliquo vendicare vel ab emptoribus vel detentoribus, aut commissario delegatis vel subdelegatis praedictis repetere. Ac sub similibus sententia et poena mandamus quibuscumque praedicatoribus verbi Dei quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, ut requisiti a praefato commissario, vel delegandis vel subdelegandis ab eo, praefatos christifideles ad contribuendum dictae fabricae exhortentur; et a praemissis commissario vel delegandis aut subdelegandis praefatis admoniti, a praedicationibus, diebus quibus dictae indulgentiae et suspensiones ab ipsis vel de ipsorum commissione publicantur, abstineant.

§ 22. Liceatque nihilominus commissario et delegandis aut subdelegandis praedictis, praemissa omnia et singula, etiam omnibus et singulis praedictis, sub eisdem poenis, totiens quotiens eis vel eorum alieni visum fuerit opportunum, mandare et iniungere; necnon iuramenta quaecumque a quibusvis laicis utriusque sexus, de stando in aliqua societate, fraternitate vel numero personarum, et de solvendo ratam aliquam in perpetuum vel ad tempus, occasione fraternitatis, societatis et numeri, ratione dictarum indulgentiarum, privilegiorum et quaestuarum quomodolibet praestita, relaxare et eosdem ab illis absolvere. Contradictores quoslibet et rebelles, etiam per censuram ecclesiast. et alia iuris opportuna remedia, in-

Facultas dicti commissarii alius subdelegandi etc.

vocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, compescere et compellere; et processiones publice ad effectum praemissum fieri, et populum pro huiusmodi operibus peragendis ad sonum campanae convocari facere, et a censuris et poenis praedictis, satisfactione praevia, absolvere, et illas remittere, ac suspensiones huiusmodi indulgentiarum relaxare. Quodque etiam transumptis et confessionalibus in dictis provinciis, insulis et finibus, quibusvis personis per praefatum nuncium et commissarium vel deputandos aut subdelegandos ab eo, subscriptis et suo sigillo dumtaxat munitis fides adhibeatur, auctoritate apostolica, tenore praesentium licentiam et facultatem concedimus atque volumus et mandamus.

Declaratio quod praedictae indulgentiae suffragan. animabus in purgatorio existentibus.

§ 25. Et ut animarum salus eo potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragiis, et quo minus sibi ipsis proficere valent, auctoritate praefata, de thesauro Sanctae Matris Ecclesiae animabus in purgatorio existentibus, quae per charitatem ab hac luce Christo unitae decesserunt, et quae, dum viverent, sibi, ut huiusmodi indulgentia suffragaretur, meruerunt, paterno compatientes affectu, quanto cum Deo possumus, succurrere cupientes, de divina misericordia ac apostolicae potestatis plenitudine, volumus et concedimus ut, si qui parentes, amici aut certi christifideles pietate commoti, pro ipsis animabus in purgatorio pro expiatione poenarum eisdem, secundum divinam iustitiam debitaram retentis, durante commissione nuncii et commissarii, ad opus fabricae huiusmodi aliquam eleemosynam, iuxta nuncii et commissarii ac deputandi et subdelegandi ab eo, quibus vices suas commiserint, ordinationem, erogaverint, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragii animabus ipsis in purgatorio existentibus, pro quibus dictam eleemosynam pie erogaverint, ut praefertur, pro poenarum relaxatione suffragetur. Ac omnes et singulos christifideles utriusque

sexus, tam ecclesiastici quam saeculares, de similis potestatis plenitudine et liberalitate, qui manus adintrices ad opus fabricae huiusmodi porrexerint, ac omnes et singulos eorumdem parentes defunctos benefactores, qui cum charitate decesserunt, in omnibus precibus, suffragiis, eleemosynis, ieiuniis, orationibus, missis, horis canonicis, disciplinis, peregrinationibus et ceteris omnibus spiritualibus bonis, quae sunt et fieri poterunt in tota universali sacrosancta Ecclesia militante et omnibus membris eiusdem, participes in perpetuum fiant.

§ 24. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus apostolicis etc. Verum, quia difficile foret etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc. Si quis autem hoc attentare etc. Derogatio contrariorum.

Datum Romae, die undecima ianuarii, pontificatus nostri anno septimo.

Dat. die 11 ianuarii 1510, pont. anno vii.

XXIX.

Homicidae et aliorum rei criminum, quorum poena in provincia Marchiae esset capitalis vel sanguinis, non audiantur nisi prius in carceribus constituti. Et homicidae attingentes annum vigesimum pro maioribus vigesimoquinto habeantur.

SUMMARIUM

Causa huius constitutionis. — 1. Delati in provincia Marchiae de crimine cuius poena sit capitalis vel sanguinis non audiantur extra carceres; — 2. Et ex causa auditi semper ad carceres revocari possint. — 3. Gratiati de homicidio debent coram praeside comparere et gratias iustificare. — 4. Homicida, attingens annum 20, habetur pro maiore. — 5. Derogatio contrariorum. — 6. Iussio publicandi hanc bullam.

Iulius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Antonio Flures archiepiscopo Avinion. provinciae nostrae Marchiae gubernatori. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Fide digna relatione nuper percepimus multa homicidia ab octo praecipue annis

Causa huius constitutionis.

citra, in ista nostra provincia Marchiae Anconitanae perpetrata, ex eo praesertim quod ipsi tam atrocis criminis rei, per procuratores defendi solent, et subdolis cavillationibus absolvi; quod etiam tam a nobis quam ab antecessoribus nostris Romanis Pontificibus, per commentitias et minus veras narrationes, ac etiam sub praetextu obtentae pacis, literas in forma brevis per Cancellariam et absolutionem sententiarum ac processuum desuper habitorum impetraverunt. Quo exemplo, plerique ad huiusmodi homicidia perpetranda procliviores redduntur, adeo ut non tantum in privatos et inimicos homines, sed in fratres et alios propinquos, praetores et officiales populorum, et (quod non minus grave est) a sacerdotibus minus impias non abstant.

§ 4. Nos igitur, qui eandem nostram et sanctae Romanae Ecclesiae peculiarem provinciam paterna charitate prosequimur, eiusque quietem et incrementum desideramus, attendentes quod ex facilitate veniae frequentius huiusmodi homicidia committuntur, salutareque remedium his rebus adhibere volentes, hae firma, stabili, incommutabili, perpetuoque duratura constitutione sancimus et decernimus ut nullus in causa criminali, ex qua capitalis vel sanguinis vel alia quaevis gravior arbitrio iudicis poena infligenda esset, maxime in causa homicidii, per procuratorem, excusatorem, defensorem, vel quemlibet de populo quovis pacto admittatur, nec pater pro filio, nec abbas pro monacho, nec praelatus aut dominus pro subdito vel contra audiatur, nisi reus seipsum prius in carcere constituerit.

§ 2. Et si forte iudex, aliqua ratione inductus, ad excusandum rei huiusmodi absentiam vel innocentiam, vel aliam ob causam, aliquem ex praedictis duxerit admittendum, possit in quocumque iudicii statu et instantia causae, etiam ad conclusionem deductae, ac etiam si post sententiam reus supplicavit, et in carcere

constitutus innocentiam suam patefacere vellet (nisi forte extaret statutum in loco quod contumax habeatur pro confesso, quo casu non audiatur, nisi ex liquidissimis probationibus constet iudici praetensum reum non commisisse maleficium, super quo habitus fuit pro confesso in vim fictae confessionis statutariae), huiusmodi criminis reum aut conventum, eorum se ad parendum personaliter vocare, et tamquam veritatis conscium in carceribus audire: quod si forte venire distulerit, processus et sententia pro ipso reo lata et inde sequuta quaecumque, etiam fisco vel parte non agente, nullius sicut roboris aut momenti, prorsusque pro infectis habeantur; quinimo reus poenis iuris et constitutionum dietae provinciae, quemadmodum ante processum et sententiam huiusmodi erat, sit obnoxius; quaecumque ipsius provinciae consuetudine, quae corruptela dici rectius potest, non obstantibus; quod ipsum volumus extendi ad causas criminales praedictas, tam in curia Maceratense quam in aliis locorum provinciae tribunalibus, in quacumque instantia, etiam per appellationem pendentes.

§ 3. Dietae praeterea constitutioni et sanctioni adiciamus quod si quis, a nobis vel Sede Apostolica vel a legato de latere pro tempore dietae provinciae vel camerario nostro, homicidii veniam et remissionem, sententiarum et processuum desuper habitorum abolitionem, cancellationem, cassationem, in integrum restitutionem seu in primum statum repositionem impetraverit, etiamsi in literis super huiusmodi absolutione confectis, certae scientiae et proprii motus aut quaevis aliae insolitae clausulae fuerint, teneantur et debeant literas ipsas legato seu gubernatori seu locumtenenti seu rectori vel cuicumque ipsius provinciae praesidi exhibere; illisque exhibitis, de earum veritate vel subreptione docere; ipseque in carceribus vel in alio loco pro carceribus

Delati in provincia Marchiae de crimine cuius poena sit capitalis vel sanguinis non audiatur extra carceres;

Et ex causa auditum semper ad carceres revocari possint.

Gratum de homicidii debent coram praeside compar. et gratias iustificare.

assignato, vel superioris arbitrio datis fideiussoribus, vocatis vocandis, audiri, de veritate precum docere legitime, ac narrata in brevibus et literis ad gratiam obtinendam et principem leniendum et facilius inducendum verificare et super subreptione vel obreptione impetratae gratiae in iudicio stare. Quibus non observatis vel in probatione deficientibus, veniam, remissionem sententiarum, et processum desuper habitorum abolitionem, cancellationem et cassationem, restituit in integrum, seu in pristinum repositionem pro nullis nullisque stabilimentis habendas esse; reosque ipsos iuris dictarumque constitutionum poenis adstrictos remanere volumus et mandamus, dictis obtentis gratiis et brevibus non obstantibus. Et non solum remissiones deinceps faciendas, sed etiam literas apostolicas in forma brevis aut alias iam obtentas, quae nondum effectum cancellationis et cassationis sortitae fuerint, sub eadem forma et praesenti constitutione nostra pariter comprehendi.

Homicida attin-
gens annum 20
habetur pro ma-
iore.

§ 4. Statuimus insuper, quod nec aetas minor annis **xxv**, homicidas ipsos excuset, et homicida sic delinquens, qui **xx** annum pro maiori in omnibus praemissis delictis. Nec propterea poenis iuris et constitutionum vel statutorum eximantur vel liberentur, nec apud iudicem minoris aetatis huiusmodi consideratio alienius sit momenti. Decernentes irritum et inane quicquid contra praemissa seu eorum aliquod attentabitur, vel quicquid, etiam a de latere legato, seu quovis alio dictae provinciae rectore, in derogationem, modificationem vel quamlibet dispensationem omnium et singulorum praemissorum in posterum contigerit attentari, sine nostra expressa licentia, quae in scriptis ostendi possit. Nec literas apostolicas, a nobis vel Sede Apostolica praedicta pro tempore conceden. contra praemissa aut eorum aliquod, cuiquam suffragari volumus, nisi per trias literas interpellate emanatas huic nostrae

constitutioni in specie de verbo ad verbum et specialiter fuerit derogatum; illasque contra mentem nostram et dictae Sedis fore concessas ex nunc, prout ex tunc, declaramus.

§ 5. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque et statutis, etiam comprehensis in volumine constitutionum **bo. mem. Aegidii cardinalis Sabinen.**, dictae provinciae legati, de procuratoribus etiam in criminali causa admittent. vel non, a dicta Sede confirmatis, de quorum tenore specifica et individua, specialis ac de verbo ad verbum mentio habenda esset, ceterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Derogatio
contrarioium.

§ 6. Postremo, ut huiusmodi nostrae constitutionis, decreti et voluntatis nulla deinceps allegari possit ignorantia, volumus has nostras literas per totam ipsam provinciam publicari, easque inter alias ipsius provinciae constitutiones locorumque statuta conscribi, et in earum constitutionum volumine redigi, prout tibi, ut ab ipsis publicari, conscribi redigique facias, committimus et mandamus; aliis legibus apostolicis et dictae provinciae constitutionibus et sanctionibus, contra homicidas eorumque receptatores et defensores editis, quibus nihil intendimus derogare, in suo robore permausuris.

Iussio publi-
candi hanc bul-
lam.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die vigesima nona decembris, millesimo quingentesimo decimo, pontificatus nostri anno octavo.

Dat. die 29 decembris 1510, pont. anno viii.

XXX.

Anathematizatio haereticorum et aliorum contravenientium contentis in constitutione, quae Bulla in Coena Domini nuncupatur.

SUMMARIUM

Causa ob quam singulis annis Romani Pontifices publice haereticos excommunicant.
— I. Excommunicatio omnium haereticorum

rum ipsorumque fautorum, — 2. Piratarumque maritimorum, — 3. Pedagia nova imponentium vel prohibita exigentium, — 4. Falsificantium literas apostolicas, — 5. Arma et alia deportantium ad christiani nominis inimicos, — 6. Victuariorum delationem ad Urbem impediendum, — 7. Et capientium *etc.* venientes *etc.* ad Sedem Apostolicam, — 8. Praelatos carcerantium et offendendum, eorumque mandatores, — 9. Recurrentes ad Romanam Curiam aut in ea litigantes offendendum, — 10. Impedientium executionem literarum apostolicarum, — 11. Romipetas et peregrinos impediendum, — 12. Civitates S. R. E. et alia loca invadendum, — 13. Derogatio quorumcumque privilegiorum aut aliorum obstantium. — 14. Publicatio praesentium literarum Romae. — 15. Iussio publicandi easdem extra Urbem.

Iulius episcopus servus servorum Dei.
ad futuram rei memoriam.

Consueverunt Romani Pontifices praedecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis christianae et ipsius unitatem, quae in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum videlicet eiusque vicarium, principaliter consistit, et sanctam fidelium societatem ab offensione servandam, arma iustitiae per ministerium apostolatus in praesenti celebritate exercere.

§ 1. Nos igitur, vetustum et solemnem hunc morem sequentes, excommunicamus et anathematizamus, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli ac nostra, omnes haereticos, Catharos, Patrenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagenos, Vicleffistas seu Ussitas, Fraticellos de Opinione nuncupatos et quoscumque alios haereticos, quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores eorundem.

§ 2. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes piratas, cursarios, latrunculos maritimos et alios, qui mare nostrum, a Monte Argentario usque ad Terracinam discurrere, et navigantes in illo depraedare, mutilare, interficere, ac rebus

eorum spoliare hactenus praesumpserunt et praesumunt, ac omnes receptatores eorundem, ac eis auxilium dantes, consilium vel favorem.

§ 5. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

§ 4. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios bullarum seu literarum apostolicarum et supplicationum gratiam vel iustitiam continentium, per Summum Pontificem vel vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut officium vicecancellarii S. R. E. de mandato eiusdem Summi Pontificis seu vicecancellarii, vel gerentium vices praedictorum, signantes supplicationes easdem.

§ 5. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina et alia prohibita deferunt Saracenis, Turcis et aliis Christi nominis inimicis, quibus christianos impugnant.

§ 6. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes impediendum seu invadendum victualia seu alia ad usum Romanae Curiae necessaria adducentes, vel ne ad Romanam Curiam ipsa adducantur vel deferantur impediunt seu perturbant, et qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscumque ordinis, praeminentiae, conditionis et status, etiam si pontificali, regali et reginali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate.

§ 7. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes et recedentes ab eadem, necnon omnes illos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habent in eadem Curia morantes, eos temeritate propria capiunt, spoliunt, detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare vel interficere praesumunt, et qui talia fieri faciunt seu mandant.

§ 8. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes temere mutilantes, vulnerantes et interficientes, capientes, car-

Pedagia nova imponent. vel prohib. exigentium.

Falsificantium literas apostolicas.

Arma et alia depor. ad christi ni nominis inimicos.

Victuariorum delationem ad Urbem impediendum.

Causa ubi quam sing. annis Romani Pontifices publice haereticos excommunicant.

Excommunicatio omnium haereticorum ipsorumque fautorum.

Piratarumque maritimorum.

Et capientium *et.* venient. *etc.* ad Sedem Apostolicam.

Praelatos carcerantium et offendendum, eorumque mandatores.

cerantes et detinentes patriarchas, archiepiscopos, episcopos eorumque mandatores.

Recurrentes ad Romanam Curiam aut in ea litigant offendentium.

§ 9. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui, per se vel alium seu alios, quascumque personas ecclesiasticas vel saeculares, ad Romanam Curiam super eorum causis et negotiis recurrentes, illa in eadem Curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos vel procuratores ipsorum vel etiam auditores seu iudices super dictis causis seu negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt, seu bonis spoliunt.

Impedientium executionem litterarum apostolicarum.

§ 10. Ac illos, qui ne literis et mandatis Apostolicae Sedis, et legatorum ac nunciatorum, et iudicum delegatorum eiusdem, gratiam vel iustitiam concernentibus, decretisque super illis et re iudicata, processibus et executorialibus, non habito prius eorum beneplacito et assensu, ne pareatur; neve tabelliones et notarii litterarum et processuum executiones, instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere, sub gravissimis poenis, prohibere, statuere seu mandare; quive, in animarum earumdem periculum, se a nostra et Romani Pontificis pro tempore obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere praesumunt; quive iurisdictionem seu fructus ad ecclesiasticas personas pertinentes usurpant vel arripiunt; vel qui, per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte praedicta exequi vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium vel favorem praestare non verentur, cuiuscumque praeminentiae, dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint, etiam si pontificali, regali, reginali vel quavis alia praefulgeant dignitate.

Rompetas et peregrinos impedientium.

§ 11. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes et interficientes, seu capientes et detinentes, seu depraedantes rompetas et peregrinos ad Urbem, causa devotionis seu peregrinationis accedentes et in ea morantes vel recedentes ab ipsa, vel in his dantes auxilium, consilium vel favorem.

§ 12. Item, excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui, per se vel per alium seu alios, directe vel indirecte, sub quocumque titulo vel colore, occupant, detinent vel hostiliter destruunt seu invadunt, aut occupare, detinere vel destruerre aut invadere hostiliter praesumunt, in totum vel in partem, almam Urbem, regna Siciliae vel Trinacriae, insulas Sardiniae et Corsicae, terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, ducatum Spoletanum, comitatum Venusinum, Sabinen., Marchiae Anconitanae, Massae Trebariae, Romandiolae, Campaniae et Maritimae provincias, illorumque terras et loca, et terras specialis commissionis Arnulphorum, Bononien., Ferrariensis, Beneventan., Perusii, Avenionen., Civitatis Castelli, Tuderitii et alias civitates, terras et loca vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam spectantes et pertinentes, et adhaerentes ac fautores et defensores eorum, seu in his dantes eisdem auxilium, consilium vel favorem.

Civitates S. R. Eccl. et alia loca invadentium.

§ 13. Non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus, eis vel eorum alicui vel aliquibus, cuiuscumque ordinis, status, gradus vel conditionis, dignitatis vel praeminentiae fuerint, etiam si, ut praemittitur, pontificali, regali, reginali seu quavis alia ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate, a praedicta Sede, sub quavis forma vel tenore concessis, quod excommunicari vel anathematizari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus et dignitate eorum mentionem; necnon consuetudinibus et observantiis, scriptis et non scriptis et aliis contrariis quibuscumque, per quae, contra nostros processus huiusmodi ac sententias, quominus includantur in eis, se iuvare valeant et tueri, et quae, quoad hoc, penitus tollimus et omnino revocamus. Et

Derogatio quocumque privilegiorum aut aliorum obstantium.

a quibus quidem sententiis, nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, absolvi possit; nec etiam tunc, nisi de stando S. R. E. mandatis, et satisfactione vel sufficienti cautione praestitis, etiam praetextu confessionaliu[m] seu quarumvis facultatum, verbo, literis aut quavis alia scriptura, etiam in qua, quod sola signatura sufficeret, concessae; et quaevis derogatoriae, fortiores et efficaciores et insolitae clausulae apparerent, quibusvis personis, cuiuscumque praecminentiae, dignitatis, conditionis aut status fuerint, etiam si, ut praemittitur, pontificali, regali, reginali aut quavis alia praefulgeant dignitate, religiosis et saecularibus utriusque sexus, capitulis, collegiis, conventibus, Ordinibus, etiam Mendicantium et Militiarum, hospitalibus, confratribus et universitatibus concessarum a nobis vel a praedicta Sede, et quas concedi quomodolibet contigerit in futurum. Illos autem, qui contra tenorem praesentium tabulis vel alicui eorum seu aliquibus absolutionis beneficium impendunt, de facto, excommunicationis et anathematizationis sententia innodamus; eisque praedicationis, lectionis, administrationis sacramentorum et audiendi confessiones officia, interdicens, praedicantes et declarantes aperte transgressoribus et contemptoribus praedictis nos gravius contra eos spiritualiter et temporaliter, prout expedire cognoverimus, processuros. Et nihilominus quidquid egerint absolvendo, vel alias, nullius sit roboris vel momenti.

§ 14. Ut autem huiusmodi nostri processus ad communem omnium notitiam deducantur, chartas seu membranas processus continentes eisdem in valvis basilicarum Principis apostolorum et Sancti Ioannis Lateranensis de Urbe affigi seu appendi faciemus, quae processus ipsos, suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio, publicabunt, ut hi, quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non

pervenerint aut ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere seu ignorantiam accosare, cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum quod tam patenter omnibus publicatur.

§ 15. Verum, ut praesentes literae ac omnia et singula in eis contenta, eo magis fiant notoria, quo in plerisque civitatibus et locis fuerint publicata, venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis et locorum ordinariis ubilibet constitatis, per haec scripta committimus et in virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus quatenus, per se vel alium seu alios, praesentes literas, postquam eas receperint seu earum habuerint notitiam, saltem semel in anno aut pluries, prout expedire viderint, in ecclesiis suis, dum maior in eis populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent et ad christifidelium mentes deducant et declarent.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo undecimo, kalend. martii, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 1 martii 1511, pont. anno viii.

XXXI.

Quod decisio causarum Bononiensis civitatis et districtus, in quacumque instantia agitari contingat, iuxta statutorum et ordinamentorum formam praefatae civitatis habeatur (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Per alias suas literas mandaverat Iulius omnes lites civium Bononien. ab ordinariis iudicibus cognosci. — Nonnullis vero sensum constitutionis et praxim illius tribunalis eludentibus, — 2. Pro opportuno remedio eidem supplicatur. — 3. Praecipit itaque edita alias super (1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

his ordinamenta servari. — Forma iudiciorum Rotae Bononiensis. — 4. Obstantibus derogat.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Ex librum

Sincerae devotionis affectus et inconcussae fidei constantia, quibus dilecti filii communitas, cives ac incolae et habitatores civitatis nostrae Bononiensis et in illius districtu habitantes erga nos et Romanam Ecclesiam haecenus laudabiliter claruerunt, et adhuc de bono perseverantes in melius fulgere noscuntur, spem nobis praestantiorum pollicentes, merito nos inducunt ut petitiones eorum, in his praesertim quae in ministrando iustitiam, procul exclusis fraudibus, eiusdem civitatis pacem et quietem ac commodum producere valeant, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.

Per alias suas literas mandaverat Iulius omnes lites civium Bonon. ab ordinariis iudicibus cognosci

§ 1. Sane, pro parte communitatis, civium, incolarum ac habitatorum et districtualium praedictorum nobis nuper exhibita petitio continebat quod, licet nuper per alias nostras literas, pro utilitate, pace, commodo et quiete eorumdem communitatis, civium et incolarum, inter alia statuerimus et ordinaverimus quod omnes lites, causae et controversiae dictae civitatis per ordinarios, secundum statuta ipsius civitatis, deputatos indices cognosci et decidi deberent; tamen a nonnullis quaerentibus subterfugia, et adversarios sumptibus et expensis fatigare, et eos ita cogere ut a prosecutionibus iniuriam suorum desistant, non valentes in Curia inopia et aliis diversis de causis litigare, et etiam in prima quam ulterioribus quandoque instantiis protrahi nituntur causarum commissiones, et etiam ab interlocutoriis et processu ad ulteriora et aliis quandoque fictis gravaminibus appellantes, indices suspectos accusantes, advocaciones causarum et citationes cum inhibitionibus a nobis et in Curia ac etiam in sacro auditorio Rotae fieri, et quandoque adversarios eorum supplantantes, et

Nonnullis vero sensum constitutionis et praxim illius tribunalis eludentes,

quandoque praecurrentes causas in partibus illis minus peritis et inexpertis, ac aliis impetrantes favorabilibus iudicibus committi, obtinere procurant; atque nonnulli, praetextu absolutionis a iuramentis per eos in instrumentis apposis, de instrumentorum fictione et simulatione, et quod in fraudem usurariae pravitate, vel quod sub spe futurae traditionis vel munerationis submissae confessi fuerint, ab ecclesiastica inhibitione, decreto obtento, instrumentorum executiones per laicos iudices fieri debitas protelare et evitare nituntur; quodque instrumenta, quae, secundum provisiones superinde editas, registrari debent, ob temporum calamitates et aliis diversis de causis, registrata et praesentata non fuerunt, et de illorum invaliditate propterea deduci possit, et quamvis ex superinde editis statutis et provisionibus in causis ad sententias deveniri non debeat, nisi authentico registro processus iudicibus per notarium dato, quod in desuetudinem abiit, quo fit, ut inde multa scandala oriantur, cum saepe numero occultentur et deperdantur originalia processuum, et facilius detur materia falsitatum committendarum, iudicibus quoque de mandatis causarum et validitate processuum, ita liquide, sicut decet, constare non possit in gravissimum eiusdem populi damnum et detrimentum.

§ 2. Quare, pro parte dictorum communitatis, civium et habitatorum et incolarum, nobis fuit humiliter supplicatum ut eis super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Pro opportuno remedio eidem supplicatur.*

§ 3. Nos igitur, ad quos spectat providere ne fraudes et detrimenta, praesertim in eadem civitate nostra et illius comitatu fiant, talium personarum audaciam comprimere, ac communitatem, cives, incolas et homines praedictos, quos, ob eorum singularem erga nos et S. R. E. statum fidem et devotionem, peculiari dilectione prosequimur, ab huiusmodi fraudibus, damnis et incommodis relevare volentes; ac

Praecipit itaque edita alias super his ordinamenta servari.

eorum singulos, a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati existunt, harrum serie dumtaxat, absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica, tenore praesentium, perpetuae constitutionis edicto statuimus et ordinamus quod omnia et singula statuta et ordinamenta, de quibus in aliis dietis nostris literis sit mentio, legitime tamen haecenus dumtaxat edita et facta, de caetero inviolabiliter observentur, et, secundum in illis disposita per ius dicentes, de quibus in eisdem tantum iustitia ministretur, etiamsi contractus vel instrumenta contra alicuius eorum dispositionem et formam ad illorum validitatem iuramentis firmata et roborata reperirentur; quodque nullus civis, incola vel habitator civitatis et comitatus eorumdem, tam in prima quam in secunda instantiis, coram alio iudice vel aliis iudicibus, quam a statutis ipsis deputatis ad iudicium, sive actor, sive reus fuerit, nullatenus trahi, et per iudices ipsos secus vel alias quam per statuta ipsa disponitur, procedi, decidi et iudicari possit, sub poenis in ipsis statutis comminatis, et sic tractos ad comparandum non teneri, et contra vel praeter praedicta facta quaecumque nullitatis vitio subiacere et de nullitate huiusmodi quaecumque, etiam si de executione tractaretur, obiici posse; et, ut causarum commissiones, quae a vobis vel successoribus vestris et aliis quibuscunque a Sede Apostolica potestatem habentibus et habituris, vel alias quomodocumque eucumque Bononiae commoranti factae, censeantur, et sint et habeantur ipso iure profectis, commissis et devolutis ad priorem collegii doctorum iudicum dietae civitatis, cum quatuor per eum de doctoribus dieti collegii eligendis consultoribus, datis a partibus suspectis et confidentibus et partibus non concordantibus per ipsum prio-

rem, per eosdem audientes et decedentes, perinde ac si literae et commissiones ipsae eisdem priori et consultoribus directae et factae fuissent; et quod laici iudices ad instrumentorum executionem, alias, secundum iuris et statutorum praedictorum dispositiones, reiecta quacumque inhibitione, per ecclesiasticum iudicem sibi facienda, occasione petite a iuramento absolutionis et deductae fictionis, firmo tamen manente processu, et illius prosecutione coram ipso ecclesiastico, et in eventum sive in favorem absolutionem petentis et fictionem seu non munerationem deducentis cum exequenda fuerit, debitae executioni demandetur, praestita tamen per executiones instrumentorum petentes, si, non obstante inhibitione ecclesiastici iudicis ad executionem per laicos procedere voluerint, idonea cautione de parendo et exequendo quidquid per dictum iudicem ecclesiasticum postea iudicabitur; quodque iudices in aliquibus causis summam librarum viginti quinque Bononien. excedentibus sententias ferre non possint, nisi habito prius a notario processus registro authentico, cui notario de competenti mercede a statutis ipsis ordinata a partibus satisfieri debeat, et ab altera ex partibus vera et integra mercede soluta, habita cedula ab ipso notario de eo quod solutum fuit, parte ipsa non solvente, ipsi parti, quae solvit, infra decennium postquam de mandato iudicis, coram quo causa ventilatur, interpellata fuit, statim seenturum, pars ipsa non solvens partem suam dieti registri realiter et personaliter ad partis solventis instantiam, de mandato eiusdem iudicis, gravari et compelli possit; necnon per quaecumque ecclesiasticam iurisdictionem habentem excommunicari, ac donec solverit, audiri non debeat, et in eius favorem sententia fieri non possit; et insuper correctori et consulibus societatis notariorum, ac superstiti registri eadem apostolica auctoritate potestatem et facultatem con-

cedimus providendi quod non registrata instrumenta registrentur et validentur, et pro futuris etiam statuendi, ita et taliter quod omnino registrentur, sine tamen alicuius praecedentis, et, quoad futura duntaxat, quodque concessionibus et literis huiusmodi derogari non possit decernimus et declaramus.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus et singulis quae in praefatis aliis nostris literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Ravennae, anno Incarnationis dominicae, millesimo quingentesimo decimo (1), octavo idus martii, pontificatus nostri anno octavo.

Dat. die 8 martii 1511, pont. anno viii.

XXXII.

Reintegratio congregationis monachorum S. Bernardi in Italia Ord. Cisterciensis, ab Alex. VI institutae, in provinciis Heretruriae et Lombardiae, regularis observantiae; ordinationesque circa electionem ac munus praelatorum eiusdem congregationis.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Refertur tenor constitutionis Alexand. VI, qui congregationes Tusciae et Lombardiae univert, — 2. Et quod idem Alexand. dictam unionem revocavit et deinde eadem unio revocata fuit, ut in capitulis subseq.; — 3. Quod bulla Alex. VI super dicta unione sit restituta. — 4. De capitulo, eius forma in eoque peragendis. — 5. De praelatorum electione, — 6. Alternativa in electione praesidentis, — 7. Visitoribus et visitatione faciendis, — 8. Monialibus, earumque monasteriis visitandis. — 9. Priores conventuales vocem habent in capitulo. — 10. Monachus in una provincia professus ad aliam transferri

Legendum forsitan undecimo ut cum anno pontif. viii congruat (n. τ.).

non potest. — 11. Monasteria a sua respective provincia reformanda. — 12. Praesidentis auctoritas circa electiones et privationes monachorum. — 13. Privilegia concessa provinciae, alteri sunt communia. — 14. Literae contra praemissa obtentae nullae sunt, aliquibus exceptis. — 15. Supplicatum Papae pro dictorum confirmatione. — 16. Eam concedit Iulius. — 17. Obstantium derogatio.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Ex paternae caritatis officio, ad ea libenter intendimus, per quae congregationum et personarum, praesertim religiosarum, paci et concordiae consuli possit, et ea quae super his, pro concordia et pace eorum provide facta fuisse dicuntur, ne in recidivae contentione scrupulum relaxantur, sed firma et illibata persistent, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum abbatum, praelatorum et conventuum et monasteriorum Cisterciensis Ordinis, congregationis Lombardiae, regularis observantiae, nobis nuper exhibita petitio continebat quod orta dudum inter ipsos ex una, et abbates, praelatos et conventus monasteriorum dicti Ordinis, congregationis Tusciae, etiam dictae regularis observantiae (1), super eo, quod postquam fel. rec. Alexander Papa VI, praedecessor noster, per quasdam suas literas earundem Tusciae et Lombardiae provinciarum etc. (2).

§ 2. Idem praedecessor ad supplicationem pie memoriae Pii Papae III, etiam praedecessoris nostri, tunc in minoribus constituti et S. Eustachii diaconi cardinalis, et congregationis S. Bernardi in Italia, ac bonae memoriae Io. Baptistae tit. Ss. Ioannis et Pauli, presbyterorum cardinalium, totius Ordinis eiusmodi protectorum, nonnullis monachis congregationis Tusciae procurantibus, per alias suas priores literas praedictas Tusciae et Lombardiae pro-

(1) Desunt fortasse verba ex altera parte, quaestio (n. τ.). (2) Vid. Alexandri VI Const., quae incipit *Plantatus*, num. x, pag. 572.

Prooemium.

Refertur tenor constitut. Alexandri VI, qui congregationes Tusciae et Lombardiae univert.

Et quod idem Alex. dictam unionem revocavit, et deinde eadem unio revocata fuit, ut in capitulis subseq.;

vinciarum et congregationum unionem; ac ex illis sic invicem unitis congregationem monasteriorum et conventuum dicti Ordinis, in Thusciae et Lombardiae provinciis existentium, S. Bernardi in Italia huiusmodi creationem; necnon omnia et singula decreta, statuta et ordinationes in illis contenta revocaverat et cassaverat et annullaverat, ac viribus evacuaverat; ipsamque congregationem S. Bernardi in Italia dissolverat, et quamlibet earundem congregationum, quoad monasteria, loca, monachos et personas, privilegia et indulta quaecumque, etiam quoad monasteriorum et locorum quorumlibet uniones eis respective factas, in pristinum et eum statum in quo ante unionem huiusmodi quomodolibet existebant, restituerat et reposuerat, ac plenarie redintegruerat, in Romana Curia orta fuisset materia quaestionis, et coram certo causarum Palatii Apostolici auditore, forsitan aliquandiu pependisset, praefati abbates et praelati, suadentibus venerabilibus fratribus Raphaelae episcopo Portuensi, camerario, et totius Ordinis, ac dilecto fratri Francisco, basilicae XII Apostolorum presbytero cardinali, nostris, congregationis Sancti Bernardi in Italia huiusmodi protectoribus, pacem et concordiam inter eosdem abbates, praelatos et conventus vigere cupientes, ad infrascriptam devenerunt concordiam, videlicet.

§ 5. Quod causa ipsa a dicto auditore advocaretur, et lis huiusmodi penitus extingueretur; ac literae revocationis, creationis dictae congregationis S. Bernardi in Italia annullarentur; ac priores literae creationis congregationis S. Bernardi huiusmodi in pristinum et eum statum, in quo ante illarum revocationem erant, restituerentur, cum infrascriptis tamen conditionibus et declarationibus, videlicet.

§ 4. Quod dictum capitulum, alternatis vicibus, in dictis provinciis celebrari debeat, videlicet uno anno in uno monasterio unius provinciae, videlicet Thusciae; alio vero anno, in alio monast., videlicet Lombardiae,

celebrari debeat. Et praesidens capituli illius provinciae, in qua celebraretur capitulum, esse non posset; et duo scrutatores et septem definitores, ex unaquaque provincia, per praelatos et visitatores iam absolutos et discretos uniuscuiusque dictarum provinciarum separatim eligi; ipsique quatuordecim definitores sic electi totam congregationem S. Bernardi Italiae huiusmodi repraesentarent; et gesta ac terminata per duas partes omnium definitorum firma et valida essent, ac si per omnes facta et gesta fuissent.

§ 5. Electiones vero praelatorum et visitat. uniuscuiusq. provinciae, quae fiunt per duas partes ex tribus omnium definitorum illius provinciae, cuius praelatus electus fuerit, validae existant. Ac quod discreti illi dumtaxat, qui sacerdotes essent, per sortem eligere possent, praeterquam in proximo futuro capitulo, in quo unaquaque provincia, in electione discretorum huiusmodi, sive per electionem sive per sortem, suas ordinationes, quoad modum illos eligendi, dumtaxat servare, et ad futurum capitulum huiusmodi habentes vocem in capitulo tamquam praelati hac vice dumtaxat accedere possent.

§ 6. Quodque unus praesidens capituli et anni alternatis vicibus ex dictis provinciis, videlicet uno anno de una, et alio de alia provincia huiusmodi, eligi per duas saltem partes omnium quatuordecim definitorum huiusmodi.

§ 7. Duo vero visitatores ex unaquaque provincia eligi, qui monasteria monachorum congregationis visitare deberent hoc modo, videlicet: visitator provinciae Thusciae, dignitate vel professione maior, cum iuniore provinciae Lombardiae illius; et maior visitator provinciae Lombardiae cum iuniore visitatore provinciae Thusciae illius monasteria visitare.

§ 8. Monialium vero monasteria per visitatores congregationis provinciae, cuius illa fuerint, visitare, et tam illa quam monachorum monasteria, quae de praesenti re-

De praelatorum electione,

Alternative in electione praesidentis,

Visitatoribus et visitatione facienda,

Monialibus et monachis visitandis.

Quod bulla Alexand. VI super dicta unione sit restituta.

De capitulo, eius forma, in eoque peragendis.

gantur per quamlibet congregationum praedictarum, etiam si literae apostolicae super illis adhuc obtentae non fuerint, perpetuo per monachos expresse dictum Ordinem professos et moniales professoas illius congregationis, cuius illa existerent, regerantur et gubernabuntur, in futurum similiter regi deberent.

Priores conventualium vocem habent in capitulo.

§ 9. Et quia nonnulli S. R. E. cardinales ac alii clerici saeculares monasteria, etiam aliorum Ordinum, in commendam obtinentes, monachos dictarum congregationum in eorum monasteriis, ut ibidem perpetuo remaneant et divina officia celebrent, certam partem fructuum suorum monasteriorum pro eorum sustentatione assignando, introduxerant, et cum eisdem monachis certas conventiones fecerant, et super aliquo praemissorum confirmationis literae a Sede praefata adhuc obtentae non fuerunt, quod tam priores praedicti in eorum monasteriis, iuxta conventiones huiusmodi, existentes, etiam si dictae literae confirmationum obtentae non sint, quam Cistelli et Bonisolatii monasteriorum membra in dicto monasterio Septimi existentium priores, licet non sint praelati, ad capitulum una cum illorum discreto accedere, ac in electionibus vocem, una cum aliis praelatis et discretis aliorum monasteriorum, habere deberent, ac si ipsi priores praelati essent.

Monachus in una provin. professus ad aliam transf. non potest.

§ 10. Quodque monachus in una dictarum provinciarum professus ad aliam dicti Ordinis provinciam transmitti non posset, nisi forsitan ob eius demerita vel ob gratiam et ad instantiam petentis.

Monasteria a qua respective provincia reformanda.

§ 11. Monasteria quae in posterum reformari contingeret, ac illius provinciae, cuius dicti Septimi et Claraevallis monasteria respective existunt, secundum quod illorum alteri magis propinqua essent et per illius congregationis provinciae monachos regi et gubernari deberent.

§ 12. Et si contingeret per hunc praesidentem, ad quem, una cum visitoribus, praelatorum et aliorum officialium prin-

cipalium electio, et monachorum deputatio, ac illorum monasteriorum receptio et acceptatio, ac praelatorum et visitorum privatio pertinet, quod infra annum aliqua electio seu deputatio, aut receptio vel privatio fieri deberet, quod praesidens et visitores tunc in provincia Thusciae, praemissa seu aliquid praemissorum, sine tunc abbatis Septimi interventu, etiam si ex visitoribus praedictis non existat; et si tunc praesidens unus ex visitoribus huiusmodi esset, absque abbatis monasterii S. Bartholomaei Ferrariensis dicti Ordinis interventu, id facere et expedire non posset. Et e contra praesidens pro tempore, una cum visitoribus praedictis, omnia et singula, quae infra annum in provincia Lombardia fieri deberent, per ipsum tunc praesidentem et etiam una cum visitoribus praedictis et absque dicti abbatis monasterii Claraevallis tunc existentis, etiam quod ex dictis visitoribus non esset; et si forsitan praesidens seu aliter ex visitoribus huiusmodi esset, sine abbatis monasterii S. Ambrosii Mediolanensis eiusdem Ordinis assensu seu interventu fieri non possent, ex tunc saltem duae ex tribus eorumdem partes praemissa expedire deberent. Et quod tunc in locum alterius electus sive subrogatus ex eadem congregatione, in cuius locum eligeretur, esse deberet. Si vero praesidentis electio vel privatio, aut desuper literarum apostolicarum totam congregationem concernens, impetratio infra annum fieri deberet, illa per tunc visitores, una cum Septimi et Claraevallis huiusmodi abbatibus expediri possent et deberent. Ac procuratores seu provisores in dicta Curia Romana, nomine dictae congregationis, pro tempore existentes ad capitulum personaliter accedere et in illo vocem habere, ac si praelati essent, si id per definitores esset ordinatum.

§ 15. Quodque privilegia, quae post huiusmodi congregationum separationem eorum alteri sub particulari expressione per Sedem Apostolicam concessa forent, utri-

Praesiden. auctoritas circa electiones et privationes monachorum.

Privilegia concess. provinciae alteri sunt communita.

que etiam congregationi redintegratae suffragari debent in omnibus et per omnia, ac si eidem congregationi redintegratae sic a principio concessa fuissent, illis omnibus gaudere debent.

§ 14. Quodque literae apostolicae, tam dissolutionis dictarum congregationum, quam alias per quamlibet ex dictis congregationibus contra praemissa seu praemissorum aliquod, aut alias in praedictis dictae congregationis S. Bernardi in Italia hactenus impetratae, quam etiam literae prioris unionis (quo tamen ad dictas censuras contra exprimentes votum suum in praesidentium, definitorum et aliorum praelator. electione dumtaxat inflictae, illis alias in reliquis, salvo praemissis modificationibus, in suo robore permansuris) essent nullae, irritae et cassae et nullius roboris vel momenti, et haberentur prorsus pro infectis. Et si aliqua in futurum de novo emergerent inter partes et congregationes praedictas, semper aequalitas servaretur et de similibus ad similia, prout in aliis capitulis supradictis, procederetur.

§ 15. Quare, pro parte abbatum, praelatorum et conventuum praedictorum, nobis fuit humiliter supplicatum ut praemissis omnibus per eos, ad praedictorum praelatorum persuasionem, factis et gestis, pro illorum subsistentia firmiori, robor apostolicae confirmationis adhaerere, ac alias super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 16. Nos igitur, qui inter personas quaslibet ecclesiasticas, praesertim sub regulari observantia degentes, pacem et tranquillitatem vigere sinceris exoptamus affectibus, abbates, praelatos et conventus praedictos, ac eorum singulos a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos

fore censentes, ac causam huiusmodi ad nos harum serie advocantes, et litem ipsam penitus extinguentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concordiam praedictam, ac prout illam concernunt, omnia supradicta, praeterquam introductionem et assignationem fructuum pro mensa eorundem monachorum, quatenus alias auctoritate apostolica approbata non fuerint, et inde secuta quaecumque, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus; ac omnes et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplementis; ac illis perpetuae firmitatis robor adhaeremus, illaque inviolabiliter observari debere decernimus.

§ 17. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasterii, Ordinis ac congregationis praedictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo undecimo, nono kalendas aprilis, pontificatus nostri anno VIII.

Dat. die 24 martii 1511, pont. anno VIII.

XXXIII.

Indictio sacri OEcumenici Concilii Lateranensis quinti pro die XIX mensis aprilis anni MDXII, et damnatio conciliabuli Pisani.

SUMMARIUM

Procerum a dignitate Rom. Eccl. et sollicitudine petitorum. — 1. Julio Bononiam pergente, nonnulli cardinales Florentiam primo, mox Papiam divertunt, — 2. Et sine ipso Pontifice, concilium generale frivolis praetextibus convocarunt. — 3. Verumtamen hi praetextus falsi ostenduntur. — 4. Indictio generalium conciliorum ad Romanum tantummodo Pont. vere spectat.

Litterae contra praemissa obtent. nullae sunt, aliquibus exceptis.

Supplic. Papae pro dictor. confirmatione.

Eam concedit Julius.

Ostentium derogatio.

— 5. Constitutio concilii Constantiensis non obligavit, stantibus Papae legitimis impedimentis, — 6. Et nec votum nec iuramentum, — 7. Negligentiaque huius Papae, non iure praetenditur. — 8. Maledicta perperam in eum proferuntur. — 9 ad 13. Ius convocandi gen. concilium et quae illud respiciunt ad Sum. Pont. spectat. — 14. Et sic indictio praed. concilii a cardinalibus antedictis praesumpta est nulla. — 15 ad 17. Die itaque Pontifex praedictam concilii Pisani indictionem damnat et reprobatur, nec non complices etc. poenis, et loca interdicto supponit; — 18. Sacrumque et œcumenic. concilium Lateranense Romae celebrandum, et pro die 19 aprilis 1512 inchoandum, indicit; — 19. Praelatos omnes et alios monet, et ad dictum concilium convocat; — 20. Imperatorem, reges et alios principes hortatur ad favendum venientibus ad dictum concilium; — 21. Securitatem omnibus venientibus, eorumque familiaribus concedit; — 22. Officialibus suis omnibus observantiam dictae securitatis praecipit; — 23. Decretum irritans contrarium huic bullae apponit; — 24. Et hanc bullam publicari mandat in Urbe; — 25. Transumptis eius credi iubet; — 26. Effectum dictae publicationis declarat. — Papae subscriptio. — Cardinalium subscriptiones. — Publicatio cursorum.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Sacrosanctae Romanae Ecclesiae martyrum sanguine consecratae, magistrae fidei, veritatis alumnae, omnium errorum expertis, unice et immacolatae, divina institutione, sanctorum auctoritatibus, conciliorum canonumque omnium testimonio ecclesiarum cunctarum primatum tenentis, fidelium matris, regimini superna dispositione praesidentis, circa religionis christianae puritatem, ipsiusque unitatem, pacem et tranquillitatem, quae in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum videlicet, cuius vices in terris gerimus, principaliter tendit, divisionem ovilis nostri ex alto commissi, in illoque schisma, per quod Ecclesia scindi et scandalizari, grexque dominicus nobis creditus turbari quoquomodo

possit, quantum cum Deo possumus, prohibentes; ac damna et scandala, quae exinde evenire possent, evolvantes; ac palmites futuros infructuosos succidere, et quoscumque aliter quam per ostium ad ovile ingredi cupientes, ac a via Domini, postquam illam semel cognoverant, retrocedentes, ad semitam veritatis reducere, vulpeculasque ex vinea eiusdem Domini, per ministerium summi apostolatus etiam expellere desiderantes, de opportuna provisionis remedio providemus, aliaque ordinamus et mandamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Sane, non sine gravi animi nostri molestia, percepimus quod quidam S. R. E. cardinales, qui nobiscum, dum versus civitatem nostram Bononiam, pro recuperatione nonnullarum terrarum S. R. E., etiam cum nostra Curia, personaliter accederemus, pro recuperandis terris huiusmodi, venire simulaverant, ex nostra licentia ab Urbe recedentes, Florentiam diverterunt, ibique se continuerunt, etiam postquam nos eos per dilectum filium nostrum Franciscum, tituli S. Clementis praesbyterum cardinalem tunc in minoribus constitutum, episcopum Concordien., datarium nostrum, ac per literas nostras ad nos tunc Bononiae existentes vocari feceramus, licet se venturos obtulissent, nihilominus satore zizaniae seminante, per quem morum subversio in clero et populo frequenter obrepit, tamquam membra insana, sine causa legitima a suo capite recedentes, armis, satellitibusque stipati, immo in seipsis armis assumptis, et pro sacerdotalibus vestibus thoracem induti et gladiis armati, Papiam se contulerunt.

§ 2. Quo cum pervenissent, stimulo conscientiae, ut credimus, agitati, per inter-nuncios perque regionum oratorum intercessionem, reditum ad nos postularunt, et pro desertionis venia supplicarunt, quam benigne obtulimus. Sed ipsi, qui nobis ex officio tamquam consultores assistere, neque sine licentia a nobis et nostra Curia, veluti

Iulio Bononiam pergentem, nonnulli cardines Florentiam primo, mox Papiam diverterunt.

Et sine ipso Pontifice, concilium generale, praetextibus hic expressis, convocarunt.

Proœmium a dignitate Rom. Eccl. et sollicitud. petunt.

corporis membra, abesse debuissent, ausi tamen sunt os in caelum, ac spiritum blasphemiae, et cum Lucifero Sedem ad aquilonem ponere, altitudinem nubium transcendere, ut se similes Altissimo constituent, pontificalem auctoritatem nostram sibi ipsis adscribere satagentes, convenientes ut locustae, acephali, aggressi sunt sine Romani Pontificis auctoritate oecumenicum, generale atque universale concilium convocare, locum concilii et tempus indicare, et valvis ecclesiarum ac aliis publicis locis per publica instrumenta, etiam falsa, indictionem huiusmodi affigere et publicare, eisdemque instrumentis falsis, publice atque impudenter uti, quosdam S. R. E. cardinales sui propositi socios, in eorum praetense edicto, falso declarando, qui tamen et publicis et privatis scripturis, eorum propriis manibus scriptis, se illis in huiusmodi proposito, neque verbo, neque scripto umquam iunxisse, seu quomodolibet consensisse protestati sunt; nosque ac venerabiles fratres nostros eiusdem S. R. E. cardinales ac alios tunc expressos vocare et requirere, ut per nos vel alios ad huiusmodi eorum concilium accedere vellemus, non formidarunt, asserentes decennium post ultimum universale concilium, etiam contra constitutionem concilii Constantien. quae incipit *Frequens*, iamdudum effluxisse, et nos illud convocare neglexisse, maxime cum iuravissetis et voluissetis illud post biennium a creatione nostra tenere, tempusque pro homine interpellare, neque credendum fore nostra auctoritate et voluntate concilium futurum; et cum de gravibus criminibus notariis durantibus, universalem Ecclesiam scandalizantibus, in capite agendum foret, ad Summum Pontif. concilii congregationem non attinere, sed secundo loco ad cardinales, qui Pontifici in negligentia non adhaeserunt, convocationem concilii spectare. Ac ut huiusmodi eorum convocationem et conventiculum honestare viderentur, eisque auctoritatem adhaerere, hoc idem fere per omnia per quosdam assertos

procuratores charissimorum in Christo filiorum nostrorum Maximiliani Romanorum imperatoris electi et Ludovici Francorum regis christianissimi, principum, sub eisdem datis, modo et forma, et similibus schedulis, praeter tamen voluntatem et mentem dictorum principum, ut rationabiliter credi debet, fieri et publicari procuraverunt et ordinaverunt.

§ 5. Sed haec, ut falsa, ficta, commentitiaque sunt, et non ex zelo caritatis et religionis, sed odii fomite et inimicitiae procedentia, ita omnibus principibus nec non christifidelibus cupimus nota fieri. Quis enim tanti erroris particeps est, qui nos de negligentia erga convocationem concilii redarguere possit? Cum nihil nobis per ultimos undecim annos, quibus cardinalatus officio functi sumus, magis cordi fuerit, quam celebrari videre generale concilium, et Ecclesiae Romanae statum in melius reformari? Quid enim fel. rec. Alexandro Sexto, Romano Pontifici praedecessori nostro, magis nos odiosos fecit, nisi studium et cura generalis concilii celebrandi? Quid nos terra marique iactavit, cum nobis idem Alexander praedecessor esset infensus? Quid toties alpes transcendere, transalpinas Gallias peragrarere per aestus, nives et glacies compulit, nisi quod nitebamur ut a Romano Pontifice concilium indiceretur, convocaretur et celebraretur? Nota recensemus et principibus christianis apertissima, immo illis ipsis, qui nos et fratrum nostrorum collegium criminantur, dudum pleneque comperta. Quare, si anteactae vitae ratio, apud prudentes, de praesenti et futuro vitae rationem facit, nulla subest ratio, cur dicti cardinales, qui a nobis recesserunt, desperent nos facturos quod tam longo tempore, tam ardentem, et non sine vitae discrimine, fieri desideravimus et studuimus. Aperiant oculos cordis, et odii obstacula resecent, et cogitent qua voce, quibus oculis, qua facie promiserimus et, ut dicunt, in nostra ad pontificatum assumptione, iuraverimus et voverimus gene-

Verumtamen hi praetextus falsi ostenduntur.

rale celebrare concilium, quoniam nostrae promissioni interfuerunt. Certe palpabunt nos non sola voce, non simulate, sed in cordis simplici veritate id egisse quod praedicant: quod si ea quae diximus attendere nolunt, examinent et inspiciant omne studium in pontificatu nostro circa praemissa. Nonne omnes principes christianos, qui ad obedientiam ex more praestandam miserunt oratores, admonimus de celebrando generali concilio, deque expeditione in perfidos Turcas conciliariter decernenda, assumenda et prosequenda? Nonne, primo pontificatus nostri toto biennio, christianos potentatus pacare studimus, ut, conciliatis animis, concilium iniretur? Quid ultra facere debuimus, aut potuimus, ad restituendam Ecclesiae pacem, quod omiserimus? Novit ipse cardinalis, qui edicti seu indictionis huiusmodi, et contentorum in ea, se aurigam proficitur, et clavi moderatorem praedicat, quidnam a nobis habuerit in mandatis, cum ad Romanorum imperatorem electum, per universam Germaniam illum nostrum et sanctae Sedis Apostolicae legatum misimus. Communicet illa fratribus suis, qui cum illo sentire videntur; proferat monita in scriptis illi tradita, certo certius et luce meridiana clarius erit hanc indictionis desperationem de celebrando a nobis concilio, nedum levem et inanem, sed falsam, irrationabilem impossibilemque fuisse. Nulla nostra culpa neque S. R. E. cardinalium, dilata est generalis concilii indictio, convocatio et celebratio. Distulit haec infelicitas temporum, quae sub eodem Alexandro, praedecessore nostro, vexare coepit Italiam et adhuc vexare non cessat, et instans necessitas recuperandi terras et iura eiusdem Romanae Ecclesiae. Nam propositum nostrum semper ad concilii celebrationem promptissimum atque intentissimum fuit. Quare spiritum dissidentiae deponant, et ita huiusmodi calumniae auctores, reversi ad cor, mordere desinant pastorem et patrem animarum suarum. Desinant

etiam calumniari fratres suos, eiusdem Romanae Ecclesiae cardinales.

§ 4. Quod si tam ardentem illis cordi est se caput et auctores generalis concilii constituere, quid ad hanc rem factum opus sit, prius discant. Revolvant sanctorum patrum et Romanorum vitas Pontificum, et antiquum morem indicendi et convocandi et celebrandi concilium; traditiones et leges super his editas a patribus inspiciant, videbunt huiusmodi concilia a solis Romanis Pontificibus esse indicta, et aliter indicta rata non fuisse.

§ 5. Quod vero attinet ad constitutionem concilii Constantiensis, quae incipit *Frequens*, huiusmodi, ea ad octuaginta annos servata non fuit, et, si servata fuit, teste pie mem. Eugenio Papa IV, etiam praedecessore nostro, ac sacrorum canonum sanctionibus, ex causis praedictis eam licuit nobis transgredi; et, quod fortius est, stante legitimo impedimento, de quo supra, eam locum non habere certo certius est.

§ 6. Votum autem et iuramentum, quod ex praedictis causis de iure nobis transgredi licuisset, transgressi non sumus, quandoquidem, legitimo impedimento detenti, non potuimus observare, et quia votum et iuramentum, quantum ad hanc materiam attinet, in foro conscientiae versantur, de aequitate canonica purgatio morae semper admittitur.

§ 7. Desinant nobis et fratribus nostris S. R. E. cardinalibus negligentiam impingere, quae, ut praemittitur, nulla fuit, et, si qua fuisset, ipsis cum Alexandro, praedecessore praefato, et nobiscum manentibus, multo magis imputari posset.

§ 8. Quod autem docentes, iuxta prophetas, linguas suas loqui mendacium, et contra divinum praeceptum adversus principem populi sui maledicentes, confingunt in nos crimina, et ea quidem, ut asserunt, durantia, gravissima, notoria scandalizantiaque universalem Ecclesiam, dicunt-

Indictio generalem concilium ad Romanum tantummodo Pont. vere spectat.

Constitut. concilii Constantiensis non obligavit, stantibus Papae legitimis impedimentis.

Et nec votum nec iuramentum

Negligentiaque huius Papae, non iure praetenditur.

Maledicta perperam in eum profuerunt.

que propterea, negligentibus aliis S. R. E. cardinalibus, ad eos devolutam concilii congregandi facultatem, non miramur, quoniam, teste Hieronymo, schismatici, cum dubitant causas damnari, in contumelias prosiliunt.

§ 9. Dicant praedicti, nomine tantum cardinales, Dathan et Abiron, Acaciumque et Dioscorum representantes, tenebrarum filii, nunquid Summo Pontifici spectet et pertineat congregare concilium, etiamsi de sua causa agatur? Legant, ultra antiquos, gesta Constantien. concilii, in quibus se potissimum fundant, ut ex eis, tamquam iudaei ex propriis codicibus, confundantur, reperient Ioannem XXIII, de cuius potissimum causa agebatur, concilium Constantiense huiusmodi indixisse.

§ 10. Cum ergo concilium praedictum congregare parati simus, satis constat dolosas eorum linguas locutas fuisse mendacium. Sed si haec omnia cessarent, stantibus impedimentis praedictis, in qua negligentia dici possunt esse fratres nostri S. R. E. cardinales huiusmodi, non requisiti ad concilium congregandum, ita ut ad paucissimos Romanorum Pontificum, culpa, ambitioneque infensos, schismaticos ae extra domum Dei positos, potnerit potestas universalis Ecclesiae devolvi, immo potius ab eis usurpari.

§ 11. Adiciamus ergo nunc huiusmodi potestatis abusum ostendere trium mensium et quatuordecim dierum ab eis tempus in suo, ut volunt, edicto seu convocazione assignatum: et ad oecumenicum concilium congregandum, hoc tam brevi temporis spatio poterit nationibus christianis a Mediolano remotissimis, legitime innotuisse? Poterunt ne, si innotuisset in termino, dioecesanis et metropolitanis synodos convocare, celebrare et perficere? Poterunt ne, qui venturi decernerentur, ad tantum iter necessaria conquisivisse? Poterunt principes, accedere volentes, populis sibi subditis et status sui securitati bene consuluisse? Poterunt, quos mittere

deceverint, procreatores aut oratores plene informatos mittere? Vix cursor expeditus, trium mensium et semis spatio, ire et redire posset sine sarcinis. Unde et quo ipsi graves viros et multa secum impedimenta trahentes, sine quibus venire non possunt, putant, immo decernunt accedere posse et oportere? Quare, si nihil aliud, indictionem concilii, quam attentarunt, in tempore praefixo accedendi impossibilitas ipsa penitus enervat.

§ 12. Sed, si possibile fuerit, et aliqua ratione decretum, hoc ipsum concilii tempus, loci ratio indictionem ipsam nullam facit: locus concilii commodus esse debet et tutus. Quis ignorat, quod dolenter dicimus, urbem Pisas prope quatuordecim annos continuos obsessam durissime fuisse et ad eam desolationem bello redactam, ut rarissimae domus integris parietibus in illa consistant, et fere nullae sint quae contignationibus et solariis muniantur? Habitarent ne ibi S. R. E. cardinales, patriarchae, archiepiscopi, episcopi, abbates, principes saeculares vel oratores eorum, communitatum item nuntii? Habitarent ne doctores celeberrimi tam divini iuris quam humani ruinosas domos civitatemque penitus desolatam, pro celebrando oecumenico concilio? Nunquam talibus in locis scriptum est concilium generale fuisse celebratum. Revolvantur omnes conciliorum oecumenicorum historiae, apparebit patribus nostris, sanctis sane et prudentibus viris, pro celebrando concilio, ante omnia cordi fuisse eligere civitatem amplam, aedificiis accommodatam, salubris acris, fertilis soli, convendendis comitatibus facilem, quae omnia, si Pisis adesse quispiam affirmaverit, ruinae civitatis, aedificiorum rudera, villarum et vinearum eversiones redarguent sic dicentem.

§ 15. Haec tamen, si Pisis essent integra, ut non sunt, neque affirmari possunt sine impudentia, quomodo est ad Pisas tutus accessus vel in ea mansio,

Ad ipsum etiam spect. convocare generale concil. , quantumvis de eius causa agatur.

Ad supra dictosque cardinales nullo pacto haec potestas devoluta fuit.

Nec terminus ab eis assignatus acceden. ad concilium, competens diiudicari potest.

Nec civitas Pisana locus commodus concilii general. coeundi esse dignoscitur.

Neque tutus.

cum omnis Thuscia arma nunc traheret, et nos, pro pastoralis, quod gerimus, officio, nil magis premit, quam Florentinos et Senenses, inter quos fremit bellum, ne se armis invicem impetant, continere? Fidem de re hac facere possunt plerique christiani principes a nobis saepius et instantius requisiti suam per literas et nuncios auctoritatem et gratiam interponere, ut, si inter se hi populi pacem habere noluerint, per inducias saltem ab armis abstineant.

§ 14. Igitur cum, ex praemissis et aliis etiam notissimis causis, accessus ad Pisas vel ibi mansio secura habenda verisimiliter credi non possit, cum civitas ipsa, desolatione, habitationibus pro concilio non sit fulta, cum ager vastitate sit desolatus, cum tempus in edicto seu indictione praefixum sufficere non possit, et terminus assignatus ab illis tempore pro generali concilio celebrando dari solito non respondeat, cum insuper indicentes nulla sint auctoritate suffulti, et, si quam habere possent, illa, ut deceuit et fieri oportuit, immo debuit, non sint usi, cum edictum ipsum seu convocatio de falsitate se convincat.

§ 15. Nos, considerantes quanta cum difficultate et temporis diuturnitate, praedecessores nostri praefati, in eorum conciliis celebratis, praeas haereses et schismata, etiam aliquando imperiali maiestate adiuvante, sustulerunt; quodque illa in totum extinguere nequiverunt, cum eorum aliqua (quod dolentes referimus) usque ad hodiernum diem in sua pertinacia perdurent; quamque calamitosa fuerint praelatis et omnibus christifidelibus schismatum tempora, supradicta omnia, tamquam perniciosissima schismatum atque errorum seminaria, quae aliquandiu conniventibus oculis toleravimus, expectantes eorum ad eorum reversionem, ob Christi charitatem zelumque domus suae, dissimulare ulterius non valemus, timentes nobis impropere illud Hieremiae (1): *Non ascendistis*

(1) Legendum *Ezechiae*, xii, 5.

ex adverso, neque opposuistis vos muram pro domo Israel. Verentes etiam ne figmenta erroresque praedicti christifidelium minus eruditorum mentes aliquo infidelitatis laqueo involvant, apud quos saepe, ut inquit Origenes in Cantica, pulchriora videntur mendaciorum sophismata quam documenta veritatis. Et ne error, cui non resistitur, approbari videatur, et veritas Deique causa et iura indefensa opprimantur, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem S. R. E. cardinalibus matura deliberatione, de eorundem cardinalium consilio et unanimi consensu, ac de apostolicae potestatis plenitudine, praedictas indictionem, convocationem et publicationem assertas schismaticae conventiculae, synagogae Sathanae et Ecclesiae malignantium per Dathan et Abiron, auctores schismatum eorumque socios, et alias supradictas, procuratorio nomine dictorum charissimorum filiorum nostrorum Maximiliani, imperatoris Romanorum electi, et Ludovici, Francorum regis christianissimi, illustrium principum, factas, indictas et publicatas, omniaque et singula in eis et qualibet earum contenta et inde secuta quaecumque, quorum tenores ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, pro sufficienter expressis et insertis haberi volumus, tamquam a non habentibus facultatem et ex minus legitimis causis ac incongruis terminis et loco, nulla, irrita et inania, non legitime, ad sciendum (1) et scandalizandum universalis Ecclesiae unitatem facta, ne cancerosus morbus invalescat, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus et annullamus; revocataque, irrita, cassa, reprobata et annullata haberi volumus, ac, prout sunt, nullius roboris vel momenti fuisse et esse decernimus et declaramus.

§ 16. Districtius, sub excommunicationis, anathematis et maledictionis aeternae, ac dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, saecularium

(1) Legimus *ad sciendum* (r. t.).

Et si indictio praed. concilii, a cardinalibus antedictis praesumpta est, et nulla.

Hic itaque Pontifex praedictam concilio Pisano indictionem damnat et reprobat.

Conciliabulque praedicti vel aliorum auctores, complices, et fautores poenis alligat.

vel regularium, feudorum, indultorum, privilegiorum, concessionum, facultatum et gratiarum, privationum, ipso facto, infamiae et aliis in universalem Ecclesiam scandalizantes, et schisma in ea discordiamque suscitantes, eisque consilium, auxilium vel favorem praestantes, tam a iure quam alias promulgatis et indictis poenis, inhibemus. Necnon eisdem cardinalibus, qui a nobis recesserunt, ut praefertur, ac omnibus et singulis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, qualitatis, conditionis, praeminentiae, auctoritatis et nobilitatis existentibus, et quaecumque ecclesiastica, etiam cardinalatus, patriarchali, primitiali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali seu saeculari, regali, reginali ac etiam imperiali ac aliis dignitatibus et praeminentiis fulgentibus, et quos ab omni vinculo iuramenti, conventionis, obligationis et promissionis per eos forsitan factarum, propterea absolvimus et liberamus, ac absolutos et liberatos fore nunciamus, ne indictionibus, publicationibus et convocationibus praedictis, omnibusque aliis et singulis per eorum aliquem, ut praefertur, factis, directe vel indirecte, tacite vel expresse, seu quovis quaesito colore adhaereant, accedant, intersint, obediant, assistant, consilium, auxilium vel favorem praestent, aut quomodolibet intendant, ut pessima facta (1), suis erroribus confusa, tamquam nebula dissolvatur, etiam inhibemus.

§ 17. Omniaque et singula civitates, terras et loca quaecumque, ad quae per-versa concilia, seu potius conciliabula, schismaticas conventiculas, synagogas ac ecclesias malignantium huiusmodi indicientes et eis adhaerentes, obedientiam, consilium, auxilium vel favorem aliquem, ut praefertur, praestantes, et eorum quemlibet declinare contigerit, et in quibus concilia seu conciliabula aut ecclesias malignantium huiusmodi celebrari vel coadunari et congregari contigerit, ecclesiastico subiicimus interdicto.

(1) Secta.

Bull. Rom. Vol. V.

64

§ 18. Et nihilominus, bonam intentionem nostram exequi volentes, ut antiquae haereses, quae in diversis christianorum partibus nondum extinctae sunt, et pessimum noviter pullulans schisma extinguantur, reformationique morum tam ecclesiasticarum quam saecularium personarum, quae de iure et consuetudine, reformationi vel determinationi concilii subiiciuntur, bellorumque imminentium sedationi consulatur, unicuique quod suum est reddatur, iustitia et pax se invicem osculentur, Christique fideles in pace et unitate, in Dei nomine, non ex passionum privatarum fomite, qui, ut ex gestis diversorum conciliorum apparet, pessimos effectus parere consuevit, congregati ad faciendum expeditionem contra infideles iam regnum Siciliae infestantes, meliora ac nobiliora loca christianorum occupantes, praesertim Hierusalem matrem nostram antiquam, et ex antiqua christianorum negligentia deperditam, facilius et promptius intendant; in nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, qua in terris fungimur, de simili eorundem fratrum consilio et assensu, oecumenicum, universale et generale concilium, in alma Urbe nostra, communi omnium patria, loco aptissimo et tutissimo, apud Lateranum, ubi plurima concilia per antiquos patres nostros habita fuerunt, et Altissimus Petri Sedem collocari voluit, literatorumque et peritorum numerus copiosus habetur, post festum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi proxime futurum inchoandum, anno Domini millesimo quingentesimo decimo secundo, die lunae decimanona mensis aprilis, quae erit feria secunda post octavam eiusdem Resurrectionis, celebrandum, et, ut sequitur, auctore Domino, finiendum, nunciamus, convocamus, statuimus, indicimus et ordinamus, licet nos non lateat hanc novem mensium praefixionem,

Sacrumque et oecumenicum Concilium Lateranense Romae celebrandum, et pro die 19 aprilis 1512 inchoandum, indicit;

Loca etiam, in quibus conciliabula fieri, vel eorum auctores etc. declinare contigerit, ecclesiastico subiicimus interdicto;

pro sacro concilio gen. celebrando, ex tot longinq. mundi partibus venturis fortassis non sufficere, et de brevitate notari posse ad tantam rem peragendam, praesertim cum a sanctis patribus Romanis Pontificibus, praedecessoribus nostris, assignato tempore ad similia generalia concilia congreganda non respondeat, qui numquam minus quam annum ad hoc inchoandum assignasse reperiuntur. Sed quia ad christianissimum regem praedictum et quosdam alios principes de inchoando generali concilio in tempore praesentibus inserto literas dedimus, et insuper, ne volentibus nos et venerabiles fratres nostros eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae cardinales calumniari ansam daremus, si longius tempus statuissimus, visum est nobis hunc terminum assignare.

Praelatos omnes et alios monet et ad dict. concilium convocat;

§ 19. Insuper, praefatis et aliis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, monasteriorum abbatibus et praelatis, praesertim sub vinculo iuramenti ad visitandum certis temporibus limina apostolorum Petri et Pauli, etiam tempore suae promotionis adstrictis et obligatis, non obstantibus quibusvis concessionibus, privilegiis et indultis, eorumque ecclesiis, monasteriis et beneficiis, per dictos praedecessores nostros aut nos concessis, confirmatis et innovatis, quae pro expressis habentes, ex certa scientia et plenitudine praemissis, cassamus, irritamus et annullamus, omnibusque aliis ecclesiasticis vel saecularibus, etiam regibus et principibus, ceterisque personis, quae de iure et consuetudine in congregationibus generalium conciliorum solent intervenire, cessante legitimo impedimento, de quo legitime docere teneantur, per se vel alios idoneos nuncios, procuratores vel oratores legitima mandata habentes, sub excommunicationis aliisque de iure vel consuetudine, aut alias, non accedentibus ad generale concilium indictum poenis, mandamus ut ad ipsum concilium Lateranensem accedere, et us-

que ad dicti concilii conclusionem et dissolutionem per nos vel auctoritate nostra faciendam, in dicta urbe morari debeant.

§ 20. Necnon carissimos in Christo nostros et eiusdem Romanae Ecclesiae filios, Maximilianum Romanorum imperatorem electum praedictum, caeterosque christianorum illustr. reges, duces, marchiones, comites et alios nobiles, in virtute sanctae obedientiae rogamus, hortamur et monemus ut opem et operam adhibeant efficaces, quod omnes et singulae, tam ecclesiasticae quam saeculares personae, in eorum regnis, ducatibus et dominiis consistentibus, quae in generalibus conciliis, de iure vel consuetudine interesse consueverunt, ad concilium Lateranense huiusmodi, cessante impedimento praedicto, accedant, postpositis odiis, conciliatis animis in Spiritu Sancto, non autem passionibus repleti, veramque domum Dei facientes, et his, quae ad Dei laudem, Ecclesiae exaltationem, unitatem et reformationem, schismatum vero et haeresum totalem extirpationem, fideliumque praedictorum pacem et salutem concernunt, charitate muniti intendant.

Imperatorem, reges et alios principes hortatur ad favendum venientibus ad dictum concilium;

§ 21. Et ne ad tantum laudabile et necessarium opus accedere debentes, aliquibus de causis seu figmentis, ab accessu ad dictum concilium Lateranense quomodolibet retrahantur, omnibus et singulis, in congregationibus conciliorum generalium adesse solitis, et ad dictum concilium Lateranense venientibus, eorumque servitoribus et familiaribus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel nobilitatis existentibus, ecclesiasticis et saecularibus, pro se et bonis eorum quibuscumque per civitates, terras et loca terrestria et maritima dietae Romanae Ecclesiae subiecta, ad concilium Lateranense ad Urbem huiusmodi veniendi, et in ea morandi et libere consistendi, et ab ea, quotiens videbitur, recedendi, etiam post quatuor menses post dicti concilii Lateranensis conclusionem et dissolutionem,

Securitat. omnibus venientibus, eorumque familiarib. concedit;

liberum, tutum et securum saluum conductum ac plenam et omnimodam securitatem, de consilio et potestate praemissis, damus et concedimus, aliosque salvos conductus et securitates habere cupientibus dare pollicemur, eosque benigne et charitative tractabimus et suscipiemus.

Officialib. suis omnibus observantiam dictae securitatis praecipit;

§ 22. Mandantes, sub indignationis nostrae et aliis arbitrio nostro infligendis poenis, omnibus et singulis gentibus nostris armigeris equestribus et pedestribus, ac arcium nostrarum castellanis, civitatum, terrarumque et locorum dictae Romanae Ecclesiae subiectorum legatis, gubernatoribus, rectoribus, locatentibus, potestatibus, officialibus et vassallis, ut, non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, legibus imperialibus, statutis quoque et consuetudinibus (1) municipal., etiam inramento, confirmatione apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, quae salvoconductui et securitati praemissis in aliquo derogare, seu illos quomodolibet impedire possent, etiam si talia forent, de quibus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per generales elausulas id importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, illarum tenores pro expressis habentes, venientes ad concilium Lateranense huiusmodi, libere, tute et secure transire, morari et recedere permittant et permitti faciant, ne tantum tamque laudabile et necessarium concilium Lateranense distrahatur, et ut ad illud venientes tute et in pacis tranquillitate vivere, dicere et expedire valeant quae omnipotentis Dei honorem concernunt, totiusque Ecclesiae sanctae statum.

Decretum irritans contrarium huic bullae apponit;

§ 23. Decernentes nihilominus irritum et inane quicquid contra indictionem concilii Lateranensis per nos indieti huiusmodi, seu ad impedimentum, praecidium aut dilationem eiusdem, per schismaticam conventiculam et ecclesiam malignantium praedictas seu quemvis a-

(1) Constitutionibus.

lium, quavis auctoritate, quovis ingenio aut quaesito colore, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 24. Insuper, ut praemissa omnia et singula ad omnium, ad quos spectat, notitiam et cognitionem deveniant, omniumque, quae in praesentibus literis continentur, certa et indubitata notitia habeatur, nullusque praemissorum ignorantiam iuste praetendere possit, nec se legitime excusare; cum etiam ad intimandum aliquibus personaliter in praesentibus literis comprehensis literas praedictas, tutus non pateat accessus, volumus et decernimus praesentes literas nostras, per aliquos curiae nostrae cursores vel notarios publicos, in basilica Principis Apostolorum et ecclesia Lateranensi, hora divinorum, dum ibi multitudo populi ad divina audiendum convenire et congregari consuevit, publice ac alta et intelligibili voce legi et publicari, et dictarum ecclesiarum portis sive valvis, et in acie campi Florae et Cancellariae Apostolicae affigi, et ibidem per aliquod temporis spatium dimitti debere, ut ad singulorum notitiam publicamque notionem devenire possint.

Et hanc bullam publ. munit in Urbe;

§ 25. Transumptisque illarum, manu publicorum notariorum factis vel subscriptis, sigilloque alicuius praelati munitis, fidem indubiam adhiberi.

Transump. eius credi iubet;

§ 26. Omnesque et singulos in illis comprehensos, et ad quos pertinet, perinde arctari et constringi, ac teneri et obligari ad observantiam omnium et singulorum in eis contentorum, eniuscumque gradus et dignitatis existant, ecclesiasticae vel mundanae, post lapsum unius integri mensis a data praesentium numerandi, in omnibus et per omnia, et perinde ac si personaliter et in propria persona intimatae fuissent et eis personaliter praesentatae, praesentium tenore decernimus, statuimus et declaramus.

Effect. dictae publication. declarat

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo undecimo, decimoquinto kalendas augusti, pontificatus nostri anno octavo.

Ego IULIUS, Catholicae Ecclesiae episcopus, subscripsi.

Subscriptio PP.

DOMINUS MIHI ADIUTOR, NON TIMEBO
QUOD FACIAT MIHI HOMO.

Ego Raphael, episcopus Ostiensis, cardinalis Sancti Georgii, camerarius, subscripsi.

Cardinal. subscriptiones.

Ego Dominiens, episcopus Portuensis, cardinalis Sancti Marci, subscripsi.

Ego Iacobus, episcopus Albanen., cardinalis Arborensis, subscripsi.

Cardinales Presbyteri

Ego Nicolaus, cardinalis titulo Sanctae Priscae, subscripsi.

Ego F., cardinalis de Claramonte, manu propria.

Ego Marcus, tituli Sanctae Mariae Transyberim card. Senogallien.

Ego Robertus, tituli S. Anastasiae presbyter card. Nanneten.

Ego Leonardus, tit. S. Susannae presbyter card. subscripsi.

Ego Christophorus, tituli S. Praxedis presbyter card., subscripsi.

Ego Sixtus, tituli S. Petri ad Vincula presbyter card., vice-cancellarius, subscr.

Ego Christophorus Eboracen., tit. S. Petri et Mar. presbyter card., subscripsi.

Ego Antonius, tit. S. Vitalis presbyter card., subscripsi.

Ego Petrus, tit. S. Eusebii presbyter card., subscripsi.

Ego Achilles, tituli Sancti Sixti presbyter cardinalis Bononien., subscripsi.

Ego F., tit. S. Clementis presbyter card., subscripsi.

Diaconi Cardinales

Ego Io., S. Mariae in Domnica diaconus card. de Medicis, manu propria subscripsi.

Ego Alexander, S. Eustaechii diaconus card. de Farnesio, manu propria subscripsi.

Ego Ludoviens, S. Mariae in Cosmedin. diaconus card. de Aragonia, manu propria subscripsi.

Ego M., S. Mariae in Porticu diaconus card. Cornelius, manu propria subscripsi.

Ego B., S. Adriani diaconus card., subscripsi.

Ego Alphonsus, S. Theodori diaconus card. Petrucius, subscripsi.

Anno a nativitate Domini 1511, indicatione decimaquarta, die vero Veneris 25

Publicatio eorum.

mensis iulii, pontificatus sanctiss. D. N. Iulii divina providentia Papae II anno 8,

retroscriptae literae apostolicae convocationis concilii generalis publicatae et affixae fuerunt in valvis S. Iacobi Hispanorum de Urbe, dum celebrabantur divina,

ubi magna multitudo convenerat, tam curialium quam officialium et Romanorum, propter festum solemne, quod in eadem ecclesia celebrabatur. Eadem die in vesp-

eris, dum celebrabantur divina, publicatae et affixae fuerunt in valvis Principis Apostolorum de Urbe; die vero sequenti sabbati,

retroscriptam bullam in basilica Principis Apostolorum de Urbe, hora missae, dum celebrabantur divina, et multitudo copiosa assisteret, ego Petrus Mengivar, praefati

D. N. Papae cursor, alta et intelligibili voce coram omni populo dictam bullam de verbo ad verbum legi, lectamq. ad val-

vam dictae basilicae affiximus, et per spatium unius horae affixam dimisimus durante cancellaria. Eodem die, in ecclesia

S. Ioannis in Laterano, hora vespertina, dum celebrabantur divina, ego Petrus Mengivar, S. D. N. Papae cursor, dictam bul-

lam alta et intelligibili voce legi, lectamque ad valvas dictae ecclesiae affiximus et publicavimus, et per spatium unius horae affixam dimisimus. Eadem die retro-

scriptam bullam publicavimus et affixam dimisimus per spatium duarum horarum in acie Campi Florae, ut moris est, per nos

Honuphrium Balestarium, Petrum Mengi-

var et Ioannem Bernardi, praefati D. N. Papae cursores, et ita fidem facimus et manibus propriis scripsimus et subscripsimus.

Ita est. Honophilus Balestarii, cursor.

Ita est. Petrus Mengivar, cursor.

Ita est. Ioannes Bernardi, cursor.

Dat. die 18 iulii 1511, pontif. anno viii.

XXXIV.

Erectio cathedralis ecclesiae Salutarum in ditione ducis Sabaudiae, cum privilegiis et indulgentiarum largitione (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Oppidum Salutarum insigne, in eoque collegiata ecclesia cum septem dignitatibus. — 2. Oppidum itaque in civitatem, et ecclesiam collegiatam in cathedralem erigit; — Ecclesiam sic erectam in episcopatum Sedi Apostolicae subiicit immediate; — Dotem ei constituit; — 3. Nonnulla supprimit beneficia, et mensae episcopali unit; — 4. Dignitates in nova collegiata ordinat; — 5. Obstantibus derogat.

Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Pro excellenti praeminentia Sedis Apostolicae, in qua, post beatum Petrum apostolorum principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate constituti sumus, in agro irriguo militantis Ecclesiae novas episcopales sedes ecclesiasque plantare Romani Pontificis dignum arbitramur, ut per novas plantationes populorum augetur devotio, divinus cultus effloreat, subsequatur animarum salus, et loca humilia illustrentur: idque nos eo libentius agimus in his locis, in quibus, benedicente Domino, incolas et alios christifideles multiplicasse noscuntur, ut propagatione novae sedis et assistentia honorabilis praesulis cum decenti ministrorum numero fideles ipsi in devotione persistentes et etiam de-

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

votionis huiusmodi augmentum suscipientes, aeternae felicitatis praemium, Deo eorum piium propositum adiuvante, facilius consequi mereantur.

§ 1. Sane, cum oppidum Salutarum, Taurinensis dioecesis, insigne et marchione aliisque nobilibus et populo repletum, et in eo collegiata ecclesia, etiam insignis, sub invocatione Beatae Mariae, in ipsa ecclesia septem dignitates, quarum prima decanatus, inibi dignitas principalis, et duodecim canonicatus et totidem praebendae pro totidem personis canonice fundati, erecti et instituti sunt; in ipso quoque oppido plures aliae ecclesiae, in quibus divina officia celebrantur, et in ipso oppido personae politicae bonisque moribus ornatae sint, adeo ut ipsum oppidum nomine et titulo civitatis decorandum, et ipsa collegiata ecclesia Beatae Mariae in cathedralem ecclesiam erigenda sit; quod etiam dilecta in Christo filia nobilis mulier Margaritha de Fuxo, moderna marchionissa Salutarum, suo et dilecti filii nobilis Michaelis Antonii, marchionis Salutarum, eius nati et in minori aetate constituti, nominibus, hoc a nobis summe petentes et nobis super hoc humiliter supplicantes.

§ 2. Unde nos, praemissis et nonnullis aliis rationabilibus causis moti, volentes oppidum praedictum et illius incolas, eorum meritis id exigentibus, potioribus favoribus attollere et honorabili munere confovere, habita super hoc cum venerabilibus fratribus nostris deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio et de apostolicae potestatis plenitudine ipsum oppidum in civitatem Salutarum, ac praefatam collegiatam ecclesiam Beatae Mariae in cathedralem ecclesiam, cum praeminentiis, honoribus et privilegiis, quibus aliae cathedrales ecclesiae de iure vel consuetudine utuntur, potinuntur et gaudent, seu uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad Dei laudem totiusq. Ecclesiae triumphantis gloriam et fidei catholicae exaltationem, auctoritate apostolica, tenore

Oppidum Salutarum insigne, in eoque collegiata ecclesia cum septem dignitatibus.

Oppidum itaque in civitatem, et ecclesiam collegiatam in cathedralem erigit;

Ecclēsiā sic
erectam in epi-
scopatū Sedi
Apostol. sub-
iicit immedie;

Dotem ei con-
stituit;

praesentium erigimus, creamus et instituimus; ipsumque oppidum titulo civitatis insignimus, ac ecclesiam ipsam, sic in cathedralē ecclesiam erectam, nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus et Sedi Apostolicae immediate subiectam esse volumus et decernimus; eamque et illius episcopum pro tempore existentem a quoruncumque metropolitanorum seu archiepiscoporum iurisdictione, superioritate penitus et omnino eximimus; dictamque civitatem et illius districtum et territorium, ac quinquaginta quinque in dicta Taurinensi, videlicet Carmagnolum, Dragonetium, Revellum, Urezolum, Manta, Villam Novatam, Arpenseum, Costigliolum, Venascam, Brogasthum, Isacham, Mellum, Fraxinum, Rure, Sanctum Petrum, Vallermulam, Martignana, Rivina Frigidum, Gambastha, Sanctum Frontem, Paysanum, Uncinum, Hortariam, Crizolium, Castellarium, Pagnum, Brondellum, Cervagnasium, Gerbolam, Villare Sanctorum Victoris et Constantii, Rocellam Brunnam, Sartignanum, Moscherias, Pernes, Castrum Delphinum, Bellinum, Pontem, Cavallum, Sanctum Damianum, Paglerium, Alina, Cellas, Stroppium, Marmor, Taurisium, Pratum Uxolinum, Acelium, Sanctum Michaelē, Elenam, Montem Malum, Valgrana, Montem Orovium, Pratum de Leves, Castrum Magnum; et alia decem in Albensi, scilicet Dolianum, Belvedere, Mursalam, Montem Barcherium, Bonum Vicinum, Rudium, Zissonum, Lequium, Cameyranam, Castellionum; et alia quatuor castra sive oppida in Astensi diocesis respective consistentia, videlicet Valfenariam, Insulam Bellam, Baldeserium, Trenovorum, ad mensas Taurinensem et Albensem ac Astensem, seu episcopos Taurinensem, Albensem et Astensem respective nunc et pro tempore existentes, ut de eorum diocesis praedictis, respective pertinentia, ab eisdem mensis episcopalibus, Taurinensi, Albensi et Astensi dismembrantes, penitus et perpetuo separan-

tes, eidem ecclesiae et mensae episcopali Salutiarum, pro illius diocesi, in spiritualibus et temporalibus, prout ad Taurinensem, Albensem et Astensem episcopos pertinebant, perpetuo applicamus et appropriamus; ac clerum et populum civitatis et diocesis ac ecclesiae Salutiarum praedictarum eurae et iurisdictioni episcopi Salutiarum pro tempore existentis, quoad legem diocesanam et iurisdictionem, perpetuo subiciamus et submittimus.

§ 5. Et quia monasterium monialium Sancti Antonii Cisterciensis Ordinis, dictae Taurinensis diocesis, campestre existit, et moniales in eo sub regularibus institutis et religiose, prout convenit, non vivunt; ac decanatus in ipsa sic erecta ecclesia dignitas principalis existebat, et decanus pro tempore existens mitra et baculo et aliis pontificalibus insigniis utebatur, ipsum decanatum, tam in eadem collegiata quam in ipsa sic in cathedralē erecta ecclesia, de consensu illius moderni decani, et in ipso monasterio dignitatem abbatissalem et Ordinem ipsum Cisterciensem penitus et omnino supprimimus et extinguimus: ipsorumque monasterii, qui septingentorum; et decanatus, qui centum florenorum auri de Camera, fructus, redditus et proventus, secundum communem existimationem, valorem annum, ut asseritur, non excedunt; ac etiam infrascripta immobilia bona, videlicet praedia praefati Michaelis Antonii marchionis et ad eum spectantia, sive Tecta cum eisdem praediis, cassinis et aedificiis suis super finibus Carmagnola, ubi dicitur ad Tecta domini marchionis, sive ad podium Sancti Martini Tornaturum, sive Striccorum, quadringentarum mensurae illarum partium, sub suis cohaerentis ac iuribus et pertinentiis, quae sunt redditus ducentorum ducentorum, pro augmento dotis mensae episcopalis Salutiarum huiusmodi, de consensu dictae Margaritae marchionissae matris, tutricis et administratricis praefati Michaelis Antonii marchionis, cum illorum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem

Nonnulla sup-
primit beneficia
et mensae epi-
scopali unit;

mensae episcopali Salutiarum etiam perpetuo applicamus et appropriamus, ita quod liceat ex nunc episcopo Salutiarum, qui erit pro tempore, corporalem possessionem bonorum monasterii et decanatus ac praedictorum et illorum iurium omnium, per se vel alium seu alios, propria auctoritate libere apprehendere; et translatis dilectis in Christo filiabus abbatissa et monialibus dicti monasterii ad aliud vel alia monasteria eiusdem Ordinis, ubi benevolas invenerint receptorices, seu sese transferre voluerint, reservata eis, quoad vixerint in dicto monasterio, et assignata congrua portione ex fructibus dicti monasterii pro earum victu et vestitu ac necessitatibus, ad bonum et pium arbitrium generalis Ordinis ipsorum et dicti episcopi Salutiarum, qui pro tempore erit, reliquos fructus bonorum, tam monasterii quam decanatus et praediorum praedictorum, in suos et mensae episcopalis Salutiarum praedictarum usus et utilitatem convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita.

§ 4. Et insuper statuimus et decernimus quod archidiaconatus, qui in dicta ecclesia collegiata secunda existebat, in ipsa nunc erecta cathedrali, post pontificalem maior, et aliae dignitates ordine suo similiter in ipsa cathedrali ecclesia, duodecimque canonicatus, et totidem praebendae et alia beneficia ipsius collegiatae ecclesiae de cetero sint in ipsa sic erecta cathedrali ecclesia; et archidiaconatus et aliae dignitates ac canonicatus et praebendae ac beneficia ecclesiastica, in ipsa antea collegiata ecclesia, nunc dictae cathedralis ecclesiae erectae nominentur et sint et esse censeantur.

§ 5. Non obstantibus quibuscumque privilegiis et indultis, monasteriis et Ordini Cisterciensi, necnon Taurinensi, Albensi et Astensi episcopis praefatis, sub quibuscumque tenoribus et expressione verborum concessis privilegiis, quibus etiam, pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus prae-

sentibus specialis et expressa mentio habenda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo undecimo, quarto kalendas novembris, pontificatus nostri anno octavo.

Dat. die 29 octobris 1511, pont. anno viii.

XXXV.

Declaratio iurisdictionum Vicarii Papae, Gubernatoris, Auditoris Camerae, Senatoris aliorumque iudicum Curiae Capitolii ac Marescalli Urbis (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius constitutionis. — 2. Declaratio fori civium et incolarum — 3. Clericorumque Romanorum, — 4. Laicorum etiam delinquentium et curialium. — 5. Appellatur a marescallo ad A. C. — 6. Gubernatoris Urbis iurisdicatio. — 7. Officiales Urbis stent syndicatui. — 8. Appellatio in Curia Cap. ad quem detur. — 9. Executorum merces declaratur. — 10. Alia tribunalia iudic. ordinariorum prohibentur. — 11. Clausulae praeservativae. — 12. Poena contravenientium. — 13. Derogatio contrariorum.

Iulius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, ex debito sui pastoralis officii prospicere, ut ubique, praesertim in hac alma Urbe (ad quam pro iustitia totus orbis confluit), ne, propter varios diversorum iudicium et tribunalium concursus, ad varias et diversas procedendi formas, praesertim pauperes litigantes, in eorum bono iure laedantur, sed ut cuilibet ius suum explicite, quantum possibile sit, reddatur, et iurisdic-

Exordium.

(1) Edita A. D. 1512.

Dignitates in nova collegiata ordinat;

Obstantibus derogat.

nes ius reddentium ita distinctae sint, ut nulla confusio et perplexitas oriri possit.

Causa huius
consultationis

§ 1. Sane, prout ex multorum querela, ac nuper a dilectis filiis nobilibus viris Ludovico de Mattheis et Mariano de Castellanis, ac Lutio de Lutiis, conservatoribus Romanorum civium et camerariorum praefatae urbis, necnon Ludovico de Cencis, priore capitum regionum, et Paulo de Planca, nostri consistorii et ipsorum conservatorum advocato accepimus, adeo, a certis temporibus citra, diversa iudicum tribunalia in Urbe insurrexisse; adeo etiam ipsos iudices, tam ordinarios quam delegatos, inter se concurrere, et in procedendo varium modum observare, ut saepe litigantes ipsi, confusione quadam perterriti, causas ipsas deserere cogantur, aut illas inchoare non audeant, saepe etiam adeo celeri iudicio expediri, ut precipitari quodammodo videantur, in magnum ipsorum litigantium praeiudicium, ac iustitiae et officii nostri detrimentum.

Declaratio fori
civium et meo-
larum

§ 2. Nos igitur in praemissis providere volentes, ac cupientes ne litigantes ipsi, tam in confusione tribunalium huiusmodi, quam etiam in expensis et eorum bono iure graventur; quodque etiam quilibet forum suum intelligat et sequatur, inhaerentes etiam vestigiis felicitis recordationis Sixti Papae quarti, patris et praedecessoris nostri, qui, ut etiam accepimus, quasdam desuper constituit ordinationes, in volumine statutorum dictae urbis descriptas, motu proprio, non ad ipsorum conservatorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, statuimus et ordinamus quod omnes incolae Romae habitantes (dummodo non sint campsores et notabiles mercatores Roman. Curiam sequentes, oratores principum et aliarum communitatum, familiares cardinalium, continui tamen commensales vel officiales Romanae Curiae, dummodo Romani non existant, aut curiales Romanam Curiam sequentes, et in

illius usu existentes), qui omnes in eorum foro, saeculares conveniantur in curia Capitolii, aut eorum aliis officialibus saecularibus Urbis, prout ad eorum officium spectat, et non aliter.

§ 3. Quodque omnes clerici Romani conveniantur coram vicario nostro in spiritualibus in Urbe, aut aliis clericis et officialibus ecclesiasticis Urbis, ad quos spectat.

Clericorumque
Romanorum,

§ 4. Ac quod de omnibus excessibus factis in Urbe, ratione territorii, laici puniantur per officiales laicos Urbis; clerici vero Romani, per vicarium praefatum. Item quod laici qui sequuntur Curiam, tam mares quam foeminae et non alii, conveniantur in curia marescalli, dummodo non sint personae praedictae, videlicet campsores, et notabiles mercatores Romanam Curiam sequentes, oratores principum et communitatum, familiares cardinalium laici, vel officiales Romanae curiae etiam curiales, qui indifferenter conveniantur, dumtaxat coram auditore Camerae, tamquam iudice exemptorum, in civilibus; in criminalibus vero, quoad laicos eandem Curiam sequentes, inter ipsum auditorem et marescallum et gubernatorem sit locus praeventioni, dummodo non agatur de capitali vel mutilat. membri, quo casu auditor non se intromittat, iuxta alias nostras literas desuper expeditas.

Laicorum etiam
delinq. et cu-
rialium.

§ 5. Volumus etiam, quod ab eodem marescallo appelletur ad praefatum auditorem Camerae, et quod iudex deputandus per ipsum marescallum, non possit stare in officio ultra duos annos, et in fine cuiuslibet anni debeat syndicari per syndicum per nos deputandum, et repertus culpabilis, puniri; in reliquis serventur literae nostrae desuper editae.

Appellatur a
maresc. ad A. C.

§ 6. Insuper, volumus et mandamus quod vicecamerarius sive gubernator in Urbe, nullum tribunal cognitionum causarum privatarum teneat, neque per se neque per alium, sed ad eum venientem,

Gubern. Urbis
iurisdictio.

ad suum iudicem remittat, et sit superintendens, ut quilibet in praemissis officiis suos terminos observet, et contrafacientem puniat aut nobis referat, et debeat carceres omnium praemissorum visitare, una cum aliis ad id per nos per alias nostras literas deputatis, et de officialium omnium (maxime notariorum maleficiorum) transgressionibus cognoscere. In concernentibus autem statum aut pacem et quietem civitatis et Romanae Curiae, quantum videat necesse esse, officialem ad quem spectat, iuvare, et omnia pro posse ad pacem reducere necnon causas querelarum contra barones, ac capitales, videlicet mortis naturalis et brigarum, una cum paceriis, iuxta formam statutorum Urbis, et treguarum seu securitatum aut pacis rupturam, etiam per seipsum. Item, mercedem salariorum, quas causas mercedum, sine triennali (1) et scriptura, summarie, manu regia, cognoscere possit et terminare, iuxta formam dictorum statutorum vel iuris communis, ubi statuta deficerent; et in quibus omnibus locus sit praeventioni inter ipsum et senatorem, et si concurrant, senator praefertur. Notarii vero gubernatoris soli per se ipsos, et non per substitutos, officium exercent sine tribunali, prout alias Ludovicus Sabinus et Marius Ceretanus, tempore eiusdem Sixti praedecessoris, exercere solebant; qui etiam registra aliqua non faciunt; ipseque gubernator unum tantum contestabilem seu capitaneum retineat cum xxv satellitibus, et sine dicto contestabili, executiones ipsius gubernatoris fieri non possint. Volumus etiam quod idem gubernator, vigore obligationum in forma Camerae Apostolicae, non possit aliquem excommunicatum publicare, nec censuris ecclesiasticis in aliquo casu uti, prout antiqui gubernatores non sunt usi, et censurae per eum super hoc latae, sunt ipso iure nullae. Similiter volumus quod baricellus sit merus executor, et nullum iudicare valeat; quodque

(1) Legimus *sine tribunali* (R. T.).

executiones in capitalibus per eum fiendae, fiant in Capitolio, prout ab antiquo consuetum fuit, nisi aliter, pro temporis et maleficii qualitate et gravitate, visum fuerit expedire. Possit tamen repertos in flagranti crimine punire iuxta formam brevis facultatis suae.

§ 7. Item, volumus quod omnes officiales, quicumque sint, etiam gubernatoris et auditoris Camerae praedictorum, et reliqui alii et etiam ipse baricellus, in fine cuiuslibet anni, syndicari debeant per aliquos per nos deputandos, iuxta formam earumdem literarum nostrarum; ipseque gubernator teneatur pro se et eius officialibus, et in principio eius officii debeat super hoc cavere. Similiter auditor Camerae praefatae, in fine cuiuslibet anni, teneatur reddere rationem, coram eisdem deputandis, de gestis per se et eius locumtenentem.

§ 8. Volumus etiam, ut litibus finis citius imponatur, quod tam a iudicibus Capitolinis quam etiam quibuscumque aliis, in causis quae alias essent de foro Capitolino, appelletur ad capitaneum Urbis vel alium per nos deputandum, dummodo, quoad causas dicti fori, in Capitolio tribunal teneat; quod etiam, in causis in curia gubernatoris eiusdem pendentibus et quae pendere contigerit, habere locum decernimus, a quo iudice appellationis appellari non possit, nisi prout et quantum statuta huiusmodi in causis Curiae Capitolii permittunt.

§ 9. Postremo mandamus in omnibus curiis ordinariis Urbis et in omnibus solutionibus notariorum, executorum, etiam pro executionibus fiendis per ipsum baricellum, ac pro mercedibus quorumcumque aliorum officialium, servari tabulam marmoream in Capitolio affixam, et ubi in aliquibus casibus illa deficeret, mandamus servari statuta Urbis. Volumus etiam quod pro quibusvis sigillatione, praesertim mandati de relaxando incarceratos, et aliis quibusvis apodissis nil solvatur, nisi prout

Officiales Urbis stent syndicali.

Appellatio in Curia Cap. ad quem datur.

Execut. merces declaratur.

in dicta tabula continetur, seu in dicta Curia Capitolii servari consuevit: ita tamen quod pro relaxatione innocentium nil penitus solvatur per ipsum captivum, sed per eum ad cuius instantiam forsitan captus fuit, maxime in capturis pro suspecto et fugitivo, quo casu novas reformationes dictae urbis servari volumus.

Alia tribuna-
lia iudicum ordina-
riorum prohibentur.

§ 10. Decernentes, in urbe praefata, nulla alia ordinariorum iudicum tribunalia teneri posse, nec iurisdictiones causarum exerceri nisi in locis praedictis. Quodque sententiae tam definitivae quam interlocutoriae, necnon decreta, executiones, mandata, processus, censurae et quicquid secus contra praemissa fieret, nullius fore roboris vel momenti.

Clausulae praeservativae.

§ 11. Praesentibusque derogari non posse, nec derogatum ceneri, etiam per nos aut successores nostros, nisi de nominibus et cognominibus litigantium, iudicum et interesse habentium, ac ipsarum praesentium, de verbo ad verbum, totalis et specialis mentio fiat.

Poenae contravenientium.

§ 12. Mandantes gubernatori, senatori, auditori Camerae, marescallo, baricello, eorumque iudicibus et executoribus praefatis, necnon quibusvis aliis personis, sub excommunic. latae sententiae ac centum ducatorum poenis, totiens quotiens contra praemissa seu aliquod praemissorum fecerint, incurrendis, et in eorum sindicatibus exigendis, ne contra ordinationes, statuta et voluntatem nostram huiusmodi contravenire aut aliquid attentare audeant.

Contrariorum derogatio.

§ 13. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis privilegiis, etiam fori, ac exemptionibus, indultis et facultatibus, quibusvis personis, etiam vicecamerario seu gubernatori praefatis, aut collegiis vel confraternitatibus, etiam quavis causa et motu proprio et ex certa scientia, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis fortissimis, etiam quibus derogari non posset, nisi sub certis modo et forma, per nos et Sedem Apostolicam concessis

et concedendis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo duodecimo, quinto kalen. aprilis, pontificatus nostri anno ix.

Dat. die 28 martii 1512, pont. anno ix.

XXXVI.

Reintegratio inclyti populi Romani ad iurisdictionem, quam eius conservatores in Urbe et ipsius populi castris, praesertim super consulibus artium et annona, hactenus exercuerunt, necnon et ad superioritatem in civitate Tyburtina (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius reintegrationis. — 2. Reintegratio superioritatis in civitate Tyburtina — 3. Iurisdictionisque in Urbe et castris populi Romani. — 4. Derogatio contrariorum.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Si nostrarum civitatum et aliorum locorum quorumlibet iurisdictiones ac iura libenter illaesa servamus, eo magis Romani populi iurisdictiones ac iura praedicta non solum servare sed augere debemus, quo peculiarius populus noster existit, cuiusque officia nobis ac Sedi Apostolicae, sincera ac devota fide, continue exhibentur.

Exordium.

§ 1. Exposuerunt siquidem nobis nuper dilecti filii, nobiles viri, Ludovicus de Matthaeis, Mariannus de Castellanis, Lucius de Lucis, Romanorum civium et Camerae Urbis conservatores, ac Ludovicus de Centiis, capitum regionum prior, necnon Paulus de Planca, nostri consistorii et praefatorum conservatorum advocatus, quod, licet a tanto tempore, cuius initii memoria in contrarium non existit, inter

Causa huius reintegrationis.

(1) Edita A. D. 1512.

aliquas paucas civitates et oppida, civitas Tyburtina magna cum fide sub eorum iurisdictione ac dominio remanserit; habeantque cives dictae Urbis nonnulla capitula cum populo Tyburtino, superioritatem ac gubernium seu iurisdictionem in eos concernentia, quae, licet haecenus observata fuerint, tamen quia bonae memoriae Petrus, tituli Sancti Ciriaci in Thermis presbyter cardinalis Reginus, qui, ob partialitates ipsius civitatis Tyburtinae componendas, se intromiserat, et deinde paulatim progrediendo, se illorum protectorem asserendo, iurisdictionem dictorum civium Romanorum visus est occupare, in non modicam ipsorum Romanorum civium honoris ac dignitatis detractionem: licet etiam praefati conservatores in Urbe praedicta habeant quasdam iurisdictiones ac facultates eorum officium concernentes, maxime circa annonam et consulatus artium, necnon gabellas et alia diversa, prout in eorum consuetudinibus ac statutis per Romanos Pontifices, praesertim fel. rec. Paulum secundum, et in novis reformationibus per piae mem. Alexandrum sextum, praedecessores nostros, confirmatis, continetur; nihilominus, quia saepe per diversa mandata, praesertim dilectorum filiorum clericorum Camerae Apostolicae, in administratione officii eorum impediuntur, etiam citra ipsorum conservatorum dignitatem et honorem, et non sine publicae utilitatis detrimento: ea propter conservatores, prior et Paulus praefati nobis humiliter supplicarunt ut super praemissis, ne de caetero impediiri valeant, eis de remedio opportuno providere dignemur.

§ 2. Nos igitur, qui Romanos cives praedictos, etiam dum in minoribus cramus, semper toto corde dileximus; considerantes etiam Summi Pontificis proprium fore; ius atque honorem suum cuilibet illaesum servare, dictorum statutorum, capitulorum ac consuetudinum tenores et formas, praesentibus pro ex-

pressis habentes, eisdem conservatoribus nunc et pro tempore existentibus, ac ipsi populo Romano iurisdictionem, superioritatem et praeminentiam, quas, iuxta eorum consuetudines, statuta seu conventiones et pacta praedicta, habere noscuntur in dicta civitate Tyburtina, apostolica auctoritate, tenore praesentium restituimus et reintegramus, ipsosque cives Tyburtinos eisdem civibus Romanis, ut prius, subiici et subiectos fore.

§ 3. Quodque in dicta Urbe ipsi conservatores curam, iurisdictionem et facultatem, quas, iuxta eorum statuta, praesertim novarum reformationum ac consuetudinum praedictarum, habere noscuntur, exercere et exequi libere et licite valeant, auctoritate et tenore praedictis, volumus et declaramus. Decernentes ut conservatores praefati in dicta civitate Tyburtina, per aliquos protectores, etiam si essent sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ac in dicta Urbe, et extra eam in eorum oppidis et castris, in eorum iurisdictione et officio, per cuiusvis mandata, praesertim praedictorum clericorum Camerae Apostolicae, impediiri non posse nec debere; ac mandata huiusmodi, etiam sub excommunicationis et aliis ecclesiasticis sententiis, censuris ac quibusvis poenis, irrita et inania, nulliusque roboris vel momenti fore, nisi ubi dicta mandata manu nostra propria aut camerarii nostri pro tempore subscribi contingat.

§ 4. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac privilegiis, facultatibus et indultis, etiam cum quibusvis clausulis derogatoriis fortissimis et insolitis, quibusvis personis concessis et concedendis, caeterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo duodecimo, quinto kalen. aprilis, pontificatus nostri anno ix.

Dat. die 28 martii 1512, pont. anno ix.

Juris legitimumque in Urbe et cast. populi Romani.

Derogatio contrariorum.

Reintegr. superioritatis in civitate Tyburtina

XXXVII.

Gratiae, immunitates et privilegia canonicorum regularium congregationis S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini (1).

SUMMARIUM

Hic Pontifex, dum erat cardinalis, protector fuit huius congregationis. — 1. Nunc ordinationes et privilegia dictae congregationis confirmat; — 2. Eorumque dubia ad favorem dictae congregationis interpretari iubet; — 3. Cuiuscumque monasterii indulta ad alia monasteria extendit; — 4. Et eiusdem observantiae regularis unitatem ubique servari praecipit; — 5. Canonicos veros eos esse declarat; — 6. Privilegia et immunitates aliorum Ordinum huic congregationi elargitur; — 7 ad 11. Capituli generalis, praelatorum, prioris generalis *etc.* auctoritas, cui standum, declaratur. — 12. Ad Sedem Apostolicam, absque eius licentia, non appellent. — 13. Sed contra eos iuxta formam constitutionum procedatur. — 14. Canonici aliis praelatis extra congregationem non serviant, nec ad alios Ordines, absque licentia, transire valeant. — 15 ad 17. De fugitivis, habitum dimittentibus, vagantibus *etc.* — 18. Venientes ad istam congregationem non impediantur. — 19. Ingredi eam possint et qui a rectiorem Religionem ingredi voverint. — 20. Illiciteque bona incertarum personarum habentes prioribus congregationis assignare valeant. — 21. Choro interesse aliqui excusantur, et alii a recitatione totius divini officii. — 22. Sacris initiari possint a quocumque antistite et absque examinatione. — 23. Definitores capituli generalis, et respective generalis et visitatores cum personis congregationis in nonnullis dispensare possint. — 24. Generalis corporalia et cet. benedicit. — 25 ad 29. Privilegia Ordini concessa. — 30. Confessores bis eligunt, et absolutionem ab omnibus casibus obtinent; — 31. Indulgentias varias consequuntur; — 32. Legatorum Sedis Apostolicae mandata, praeter congregationis constitutiones, exequi non coguntur. — 33 ad 35. Exemptiones. — 36. Poenae contra dictam

(1) Edita A. D. 1312. — Alia de hac Religione notavi in Constit. in Gregorii XII, *Excitat*, pag. 681, tom. IV. Ibi videas.

exemptionem impediens — 37. Et contra principes et alios quoscumque datum ponentes aut imposita exigentes. — 38. Exemptio dictae congregationis a solutione decimarum etiam solvi solitarum. — 39. Poenae contra desuper congregationem molestantes. — 40. Exemptio a procurationibus legatorum et nunciorum Sedis Apost. et decimarum papalium. — 41. Privilegium quaecumque monasteria et bona acquisita pacifice possidendi, et alia de novo acquirendi. — 42. Praescriptio 60 annorum tantum currit contra congregationem istam. — 43 ad 45. Facultates aliae. — 46. Monasteria congreg. per eius praelatos regantur. — 47. Clausulae huius bullae, et concessionis praeservativae. — 48. Decretum irritans. — 49. Publicatio huius bullae demandatur una cum eius observantia. — 50. Derogatio quorumeumque contrariorum. — 51. Fides danda transumptis huius bullae.

**Iulius episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Inter caeteros in militanti Ecclesia, veluti regina in vestitu deaurato, circumdata varietate, plantatos Ordines, ad dilectos filios congregationem Sancti Salvatoris, Ordinis Sancti Augustini, canonicorum regularium, qui, sub suavi iugo Religionis et regularium institutionum observatione, sedulum ipsi Salvatori uostro Domino Iesu Christo, in humilitatis spiritu, praebent famulatum, dirigentes nostrae considerationis intuitum, et attendentes quod nos, dum cardinalatus honore fungebamur, ecclesiam Sancti Petri ad Vincula in Urbe cum illi annexa ecclesia Sanctae Agnetis extra muros dictae Urbis, de licentia Sedis Apostolicae, eidem congregationi (cuius protectionem aliquandiu gessimus, et illius profectum salubrem, quantum potuimus, procuravimus) concessimus; et multa, pro eiusdem ecclesiae Sancti Petri et aedificiorum eius reparatione et reedificatione, ac pro commoditate prioris et canonicorum inibi pro tempore divinis beneplacitis insistentium, etiam postquam ad Summi Apostolatus apicem fuimus, divina favente clementia,

Hic Pontifex, dum erat cardinalis, protector fuit huius congregationis.

assumpti, exposuimus, dignum existimamus illa congregationi et canonicis praefatis ipsiusque congregationis monasteriis, locis et personis concedere, per quae possint, ipso Salvatore eis semper assistente, gratum in eius beneplacitis exhibere famulatum.

Nunc ordina-
tiones et privi-
legia dictae con-
gregationis con-
firmat;

§ 1. Sane cum, sicut accepimus, alias plura immunitates et diversa privilegia, gratiae, favores et indulta spiritualia et temporalia per diversos Romanos Pontifices, praedecessores nostros, praefatae congregationi illiusque monasteriis, locis, personis, bonis et rebus concessa fuerint, nos cupientes ut dilectus filius modernus et pro tempore existens prior generalis dictae congregationis et canonici praefati et eorum curae commissi eo potius possint Domino in eius beneplacitis famulari, quo cognoverint huiusmodi privilegia et immunitates, pro illorum subsistentia firmiori, etiam nostrae approbationis robore communiri; ac etiam prioris generalis et canonicorum ac congregationis huiusmodi commoditatibus et augmento statuque prospero et felici, quantum cum Deo possumus adinvante, salubriter consulere; ipsosque generalem priorem et canonicos et congregationis huiusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes; ac omnia et singula monasteria, tam dictae congregationi quam beneficia monasteriis dictae congregationis unita, annexa, incorporata et possessa, ac quaecumque alia et singula privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones et indulta, tam spiritualia quam temporalia, eidem congregationi ac illius monasteriis, locis et personis, sub quibuscumque tenoribus et per quoscumque Romanos Pon-

tifices, imperatores, reges, principes et quoscumque alios christifideles concessa, illorumque omnium tenores ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, eisdem praesentibus pro expressis habentes, motu proprio, non ad prioris generalis et canonicorum praedictorum vel alicuius alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et deliberatione certaque scientia ac de apostolica potestatis plenitudine, literas omnes, ordinationes, constitutiones et consuetudines, quibus ipsa congregatio regitur et gubernatur, ac omnia et singula alia privilegia, gratias, favores, immunitates, exemptiones et indulta huiusmodi, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et innovamus, ac perpetuae firmitatis robur obtinere, atque omnia et singula inviolabiliter observari decernimus.

§ 2. Volumusque quidquid dubii in dictis privilegiis seu aliquo eorum pro tempore emerit, id, data verborum ambiguitate et varia peritorum interpretatione, in favorem dictae congregationis et locorum particularium eiusdem interpretari debere, et ubi ipsi in aliquibus redderentur dubii seu ancipites, secundum bonam aequitatem, ad favorem salutis animarum suarum, illa etiam largissime intelligantur et interpretentur, non autem secundum iuris rigorem aut doctorum opiniones vel subtilitates.

§ 3. Et cuiusvis particularis monasterii seu loci tam uniti quam unius, praesentis et futuri, dictae congregationis privilegia, concessionem, remissionem peccatorum et indulgentiae, quocumque nomine nuncupatae, immunitates et gratiae concedenda tam per Romanos Pontifices quam alios quoscumque, reges, duces, barones, principes, dominia et communitates, in omnibus et per omnia ipsi toti congregationi et aliis eius particularibus monasteriis esse communia et ad illa extendi, prout extendimus per praesentes.

Eorumque dubia ad favorem dictae congregationis interpretari iubet;

Cuiuscumque monasterii indulta ad alia monasteria extendit;

Et eiusdem observantiae regulari unitatem ubique servari praecipit;

§ 4. Insuper, etiam ultra praedicta privilegia eidem congregationi, ut praefertur, concessa, hac perpetua et irrefragabili constitutione, motu et scientia similibus sancimus quod omnes et singuli dictae congregationis canonici, Ordinem ipsum professi, praesentes et futuri, quamvis in diversis monasteriis sive locis pro tempore maneat, unum tamen corpus et una congregatio existant, ac sub una eademque lege atque observantiae regularis unitate morumque conformitate, eisdem constitutionibus, privilegiis, ordinationibus, consuetudinibus et statutis vivant, ipsaque congregatio, ab Apostolica Sede ultra centum annos instituta et merito totiens approbata, ab universis christifidelibus in reverentia et devotione habeatur.

Canonicos veros eos esse declarat;

§ 5. Decernentes ut omnibus et singulis praeminentiis, etiam in publicis actibus ac privilegiis et gratiis, pro veris canonicis regularibus Ordinis et congregationis praedictorum habeantur et reputentur, prout hactenus fuerunt, auctoritate apostolica et ex certa scientia, tenore praesentium habemus et declaramus; mandamusque quorumcumque locorum dioecesanis ut eos pro talibus in dictis singulis publicis et aliis actibus censi faciant ac etiam reputari. Nos enim eos, ut existentes veros et indubitatos canonicos regulares Ordinis praelibati, quibus a dicta Sede Apostolica scapulare, quod insigne claustralium est, gestandum super rochetto in praefatae congregationis primordiis, ex speciali munere et devotione, donatum extitit, omnibus et singulis praeminentiis, etiam in publicis actibus ac privilegiis et gratiis, quibus quicumque alii canonici potiuntur et gaudent, potiri et gaudere censemus.

Privileg. et immunitates aliorum Ord. huius congreg. clarificat;

§ 6. Adiicientes praeterea, quod de cetero non solum praedictis praeminentiis, privilegiis et gratiis decorentur, quibus gaudent in specie vel in genere universi alii canonici, verum etiam omnibus et singulis immunitatibus, favoribus, indultis et gratiis spiritualibus et temporalibus,

per nos vel per quoscumque praedecessores nostros Romanos Pontifices vel alias quomodolibet, seu Sedem praefatam, tam praefato Ordini canonicorum regularium Sancti Augustini, ac congregationi de Frisonaria, alias Lateranensis, Ordinibusque Eremitarum et Servorum Beatae Mariae, et aliis etiam earundem congregationum et Ordinum membris et illorum personis, monasteriis et locis in genere concessis et pro tempore concedendis, quam etiam congregationi monachorum Sanctae Iustinae seu S. Benedicti Cassinen. et eius monasteriis, locis, membris et personis hactenus concessis, ac illorum Ordinibus et congregationibus, quibus per eandem Sedem concessum extitit, dictae congregationis privilegiis posse gaudere, in omnibus et per omnia, absque ulla prorsus differentia, perinde ac si ea ipsi congregationi canonicorum regularium Sancti Salvatoris specialiter et nominatim concessa fuissent; quorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, et non secus ac si praesentibus de verbo ad verbum inserta forent; et quae ad ipsam congregationem Sancti Salvatoris et eius moniales sive sorores ac personas oblatas et commissas utriusque sexus, quae sub illius congregationis cura sunt, in illis videlicet, quae ipsis coaptari possunt, extendi; ac illa eam pari modo cum praedictis comprehendere volumus atque decernimus, cum ipsam congregationem Sancti Salvatoris censemus, meritis et virtutibus suis, non minora promereri quam suprascriptas congregationes et Ordines; quos enim par labor coniungit, paria quoque privilegia coniungere debent. Cuius etiam congregationis Sancti Salvatoris monasteria omnia et loca praedicta et eorum praelati atque personae, quibuscumque eis ac aliis congregationibus et Ordinibus a Sede praedicta vel alias qualitercumque concessis, ac de iure seu consuetudine debitis iuribus, praeminentiis ac dignitatibus inconvulsa gaudeant et utantur, dummodo illa praemissis ac aliis di-

ctae congregationis Sancti Salvatoris institutis et constitutionibus non obstant.

Capitulum generale dat facultatem statutis pro regimine congregationis praefiniendi et commutandi;

§ 7. Et dictae congregationis capitulum generale, sive in eo vocem pro tempore habentes, pro felici successu ipsius congregationis Sancti Salvatoris, statuta, constitutiones et ordinationes ac omnia et singula, quae in spiritualibus et temporalibus ipsius congregationis et eius regularis disciplinae statum, observantiam, indemnitate, et circa divini officii celebrationem, directionem et ordinationem (absque tamen ipsius Regulae in substantia vel in effectu variatione), interpretationem vel declarationem quoquomodo concernere poterint, auctoritate praedicta instituendi, ordinandi, interpretandi et declarandi; ac ea, quae sic instituta, ordinata, interpretata vel declarata fuerint, in toto vel in parte, prout rerum vel temporum qualitas exegerit, tollendi, alterandi, modificandi, innovandi, corrigendi, emendandi, suspendendi et in melius commutandi, plenam et liberam in omnibus habeant facultatem. Ita tamen quod nullae ordinationes in uno capitulo generali decretae ullam vim et locum habere possint constitutionis, nisi duae saltem ex tribus partibus huiusmodi vocem in ipso capitulo habentium concurrerint, et hoc ordine fuerint per duo alia immediata capitula generalia sequentia comprobatae; quae sic ut comprobatae fuerint, censeantur mox apostolico robore communitae. Quibus constitutionibus, decretis, ordinationibus, declarationibus et correctionibus singuli de congregatione huiusmodi, cuiuscumque dignitatis, status seu conditionis existant, efficaciter parere omnino teneantur.

Peccat quisque contrafacit ex contemptu.

§ 8. Nolumus tamen quod ad peccatum, nisi contrafaciat ex contemptu, aliquem obligent.

Quisque praelatus reformationi iuxta Ordinis instituta incurrat.

§ 9. Et quotiens praelatus aliquis, monasterium, cui praefuerit, reformare, et ad ipsius congregationis observantiam reducere decreverit, reformationem ipsam, iuxta decreta, ordinationes et constitutiones huius-

modi, prout convenientius poterit, exequatur.

§ 10. Capitulum autem generale nominamus, quod in dicta congregatione singulis annis celebratur, in quo omnes electiones prioris generalis et visitatorum ac abbatum, priorum, praepositorum et aliorum quorumcumque officialium monasteriorum et locorum dictae congregationis; necnon omnia alia statuta et ordinata, ut praemittitur, iuxta ritus et constitutiones praefatas, eo ipso quibus de consensu ipsius capituli, seu eius definitorum in formam publicam redacta fuerint, eiusdem apostolici muniminis declaramus robore communiri. Huiusmodi ergo congregationis et capituli generalis dispositioni, ordinationi, reformationi et obedientiae, universa monasteria, prioratus, domus, conventus, loca, necnon res et bona cum suis membris, iuribus et pertinentiis quibuscumque, quae videlicet iustis modis hactenus eis oblata traditaque fuere et, dante Domino, applicari poterunt quomodolibet in futurum, ac eorum personae, tam clerici quam conversi et commissi, in dictis monasteriis, prioratibus et conventibus ac locis sive membris degentes pro tempore, cuiuscumque dignitatis, status aut conditionis fuerint, in omnibus subiecta perseverent.

Capitulum generale, correctionum et obedientiae omnes subint.

§ 11. Universi vero praelati eiusdem congregationis sub prioris generalis; et alii canonici, conversi et commissi, sub praelatorum, in quorum monast. aut aliis locis deputantur seu morantur, obedientiis vivant, et eas illis humiliter praestent.

Priori generali omnes praelati, et eis ceteri obediant.

§ 12. Et nulli praelatorum vel canonicorum praedictorum ab institutis, ordinationibus, correctionibus et mandatis capituli seu prioris generalis aut aliorum praelatorum ipsius congregationis, ad quemcumque, etiam ad nos et Sedem praedictam, nisi de speciali Summi Pontificis licentia, appellare liceat; appellationesque desuper pro tempore interpositae et inde secuta, irrita habeantur.

Ad Sedem Apostolicam, absque eius licentia, non appellent;

Sed contra eos iuxta form. constitutionum procedatur.

§ 13. Sed, cum contra aliquem praelatum vel canonicum dictae congregationis civiliter aut criminaliter agi contigerit, secundum constitutiones et statuta praedicta, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis et litium anfractibus omisis, procedatur.

Canonici alii praelatis extra congregat. non serviant, nec ad alios Ordines, absque licentia, trans valeant

§ 14. Ac nullae ecclesiae personae vel saeculares, quacumque auctoritate vel dignitate praeditae, etiamsi patriarcali vel cardinalatus honore praefulgeant, aliquem ex praelatis vel canonicis congregationis praedictae obsequiorum vel servitiorum propriorum, vel monasteriorum suorum, seu praetextu cuiusvis officii, etiam cappellanatus, ad eas divertere, vel alia quavis causa, etiam arctioris vitae Ordinis vel observantiae, a dicta congregatione educere, vel sponte venientes recipere et penes se retinere audeant, etiam auctoritate literarum apostolicarum, absque literis dimissoriis dictae congregationis seu prioris generalis et visitorum eiusdem. Quod si recipientes praefati, intra tres dies postquam eis praesentes innotuerint, praelatum seu canonicum, extra ipsam congregationem existentem huiusmodi, eidem congregationi non restituerint cum effectu vel a se totaliter non abiecerint, excommunicationis sententia, una cum ipsis receptis, innodati existant eo ipso, a qua, nisi in mortis articulo aut a Sede praedicta, absolvi non possint.

Praelati congreg. fugitivos recip. non cogantur.

§ 15. Neque congregationis huiusmodi praelati, quorumcumque literarum apostolicarum praetextu, nisi illis praesentibus specialiter et expresse derogetur, ad recipiendum canonicos, qui alias ab eorum propriis monasteriis sive locis, absque suorum superiorum licentia, contumaciter recesserint, a quoquam queant quomodolibet coartari.

Habitu nemo, absque licentia, quovis praetextu, dimittat, et commissio cau-

§ 16. Ut vero exeuntium ab eadem congregatione motibus occurramus, decernimus ut nemo ex ipsa ad aliquem aliorum Ordinum, occasione etiam arctioris Regulae (ut praemissum est) transire, neve ad ali-

quam dignitatem seu administrationem extra ipsam suam congregationem, sive professus sive ad sacros Ordines promotus (quam rem professionis loco et esse et haberi statuimus), habitum dictae congregationis relinquere aut mutare nulla auctoritate possit, nisi missionem literasque a generali capitulo aut prioris generalis et visitorum obtinuerit, quod tam de his qui haecenus exierint intelligi volumus, quam de his qui in posterum exituri sunt, etiamsi literas apostolicas obtinuerint. Ne vero protervis relinquatur litigandi repugnandive locus, si quis eorum exeuntium causam in Romana Curia super ea recommitti haecenus obtinuerit vel in posterum obtinebit, ubi ad inhibendum aut alia huiusmodi agendum itum fuerit, motu, scientia potestateque praedictis lites huiusmodi ad nos advocamus atque omnino extinguimus; statuentes aequae valere hoc decretum nostrum, ac si iudicum nomina atque alia omnia, quae supra memorata sunt, hic satis expressa essent, etiamsi sacri Palatii Apostolici causarum auditores existerent. Volumusque ut quicquid super hac re fiet aut factum sit, etiam si causam aut nos aut praedicta commiserit Sedes, pro infectis omnino haberi; irritum praeterea esse atque inane quicquid super his, apostolica sive alia quavis auctoritate, secus contigerit agi aut attentari.

§ 17. Generalis igitur prior et alii ab-

Priores contra inobedientes et extra claus. vagant. procedere non desistant.

sae etiam in Curia Romana nihil obstet.

alia iuris remedia, appellatione remota, etiam invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, ad solitam et debitam obedientiam compellere.

§ 18. Nec quisquam personas, quae de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex saeculo fugientes et ad dictam congregationem venire affectantes, verberibus aut violentiis quibascumque impedire aut prohibere, vel a monasteriis et locis congregationis eiusdem praesentibus vel futuris divertere, aut super hoc illis vel eos recipientibus iniuriam vel molestiam irrogare praesumant; contrafacientes vero praesentium notitiam habentes, vel qui ea ignoraverint, et, postquam ad eorum notitiam pervenerint, a praemissis iniuriis et violentiis non destiterint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, nisi a Sede praefata, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

§ 19. Statuimus similiter et ordinamus ut omnes, qui Religionem, locum vel Ordinem alium quemcumque, etiam arcio-rem, ingredi voissent, tali voto non obstante, ad congregationem et Ordinem praedictos illorumque professionem libere et licite ingredi, et inibi recipi et admitti valeant; superque omnibus aliis votis (praefato Religionis dumtaxat excepto), cum illis et cum omnibus aliis ipsam congregationem Altissimo famulaturis ingredi volentibus, etiam dispensari possit; ac a quocumque excommunicationis vinculo, inuncta eis, iuxta eorum facultates, restitutione et poenitentia salutari, tamquam uni ex canonicis congregationis huiusmodi, absolutionis beneficium impendi, ita tamen quod, si ante professionis emissionem discesserint, in eandem excommunicationem ipso facto reincidant.

§ 20. Et quia forsau nonnulli congregationis et Ordinis huiusmodi habitum assumentes, diversis personis, quae ignorari et non reperiri possent, in aliquibus rebus seu bonis obnoxii essent, eisdem priori

generali, prioribus et eorum vices gerentibus concedimus ut ipsorum singuli, in locis sibi commissis, bona ipsa in pios usus libere et licite convertere possint, prout secundum Deum melius viderint expedire.

§ 21. Volumusque quod qui ex praefatis canonicis adeo monasteriorum suorum officii occupati, ut in choro interesse, et officium divinum vix sine labore et taedio dicere, ac ipsa eis, ratione officiorum huiusmodi, incumbenciae charitatis opera implere nequeant; et qui ad divinum huiusmodi officium dicendum adeo vel non docti, vel minus experti pro tempore existunt, dummodo in sacris non sint ordinibus constituti, licet professionem emiserint, tamen ad persolvendum totum divinum officium integrum minime teneantur; sed eorum praelati, habita suorum suppositorum consideratione, ultra officium B. Mariae Virginis, ad quod obligati remaneant, iuxta dispensationem eis creditam, si eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod cum animi alacritate valeant adimplere.

§ 22. Praeterea decernimus quod eiusdem congregationis praesentes et futuri possint omnes etiam sacros ordines, ad quos per eorum superiores praesentati fuerint, a quocumque maluerint catholico antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente, recipere; et huiusmodi antistitem in ipsius congregationis monasteriis et locis dumtaxat advocare; ipseque antistes canonicos dictae congregationis a suis superioribus sibi pro tempore praesentatos, apostolica auctoritate, absque alia licentia et contradictione diocesani, et absque quod alias illi propterea praedictum generetur, nulla examinatione praemissa, statutis tamen a iure temporibus, absque ulla promissione aut obligatione ordinare, missas inibi celebrare, ecclesias, altaria et vasa consecrare, vestes benedicere, et alia pontificalia exercere.

(1) Conc. Trid. sess. vii, cap. 11, *De Reformat.*

Venientes ad istam congreg. non impediuntur.

Ingr. cum possint et qui arcio-rem Religionem ingredi vovent.

Illiciteque bona inlicitarum personarum habentes prioribus congregationis assignare valeant.

Choro interesse aliqui exsunt, et alia a recitatione totius divini officii.

Sacris initiati possint a quocumque antistite et absque examinatione.

Debitores capituli generalis et respect. generalis et visitatores cum personis congregationis in nonnullis dispensare possunt.

§ 25. Et ut canonicis praedictis omnis vagandi adinatur occasio, definitioribus capituli generalis, dumtaxat eiusdem congregationis, cum quibusvis personis defectum natalium ex adulterio incestuoso et quovis alio genere nefario et illicito coitu proveniente patientibus; necnon generali et visitoribus eum iis, qui ex quavis causa, praeterquam homicidii voluntarii, bigamiae, mutilationis membrorum irregulares forent, postquam congregationem ipsam ingressi et illam expresse professi fuerint, perpetuo dispensandi, ut, defectu et irregularitat. huiusmodi non obstantibus, ad quoscumque etiam sacros et presbyteratus ordines promoveri; et in illis, etiam in altaris minister. ministrare; et ad quaecumque officia, administrationes seu dignitates praedictae congregationis aut illius ecclesiarum, monasteriorum et locorum recipi et assumi; illaque gerere et exercere libere et licite et absque dispensatione dictae Sedis, quotiens opus fuerit, valeant, licentiam et facultatem similiter concedimus et etiam indulgemus. Similiter, quod praefatus prior generalis et alii abbates, priores et praelati dictae congregationis pro tempore existentes, valeant in omnibus casibus, in quibus de iure communi praelatis et canonicis dictae congregationis auctoritas sive licentia seu dispensatio ordinariorum (si ab eis exempti non essent) foret necessaria, eum eis auctoritate praefata dispensare, eisque dispensandi licentiam et auctoritatem concedere.

Generalis corporalia et cet. benedict

§ 24. Et praeterea ipsi priori generali pro tempore existenti potestatem facimus sacrandi benedicendique corporalia, vestes et ea quae sacris usibus necessaria sunt.

Sacerdotes ante diem etc. celebrant (1).

§ 25. Impartimur quoque ut huiusmodi congregationis sacerdotes, in itinere constituti, aut alia causa subsistente, ante diem et usque ad nonam inclusive, missam celebrare queant.

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxii, Decret. *De observandis et evitandis in celebratione Missae.*

§ 26. Et altare portatile, in ipsorum itineratione eum debita reverentia et honore habere, et super eo, in locis tamen congruis et honestis, missas et alia divina officia celebrare, ac sacramenta ecclesiastica ibidem recipere.

Altarique portatili uti valeant.

§ 27. Et ubi generale seu in aliquo speciali loco interdictum fuerit, in ecclesiis suis ac in altari portatili praedictis, et aliis quibuscumque locis honestis huiusmodi, missas et alia divina officia celebrare. Quod si contingat civitates, terras vel loca, in quibus monasteria seu loca dictae congregationis consistunt, ecclesiastico supponi interdicto, ut congregationis praelati, canonici, conversi et commissi, novitii et cappellani, moniales sive sorores et oblatae seu commissae personae utriusque sexus, quarum curam in spiritualibus gerunt, necnon laici infra septa monasteriorum ipsorum seu locorum pro tempore habitantes, et procuratores et syndici et negotia gerentes monasteriorum, a praefatae congregationis canonicis ad id deputatis, ianuis clausis, interdictis exclusis et submissa voce, missas et alia divina officia audire, ac ecclesiastica sacramenta suscipere; ipsique canonici illa celebrare et ministrare; ac eos, eum decedere contigerit, in ecclesiis suis praefatis libere et licite sepelire possint et valeant, plenam licentiam concedimus et facultatem. Necnon praelatis, canonicis et personis congregationis huiusmodi, quocumque nomine censeantur, elargimur ne, propter participationem, etiam in divinis, cum excommunicatis, suspensis et interdictis a iure vel statutis ordinariorum, aliquam excommunicationis vel censurarum aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati.

Celebr. etiam possint tempore interd. etc. (1).

§ 28. Priorique generali et visitoribus ac singulis praelatis dictae congregationis, et qui loco eorum constituntur, praesentes et futuri, qui nunc sunt et pro

Praelati congregation. possunt cum personis illius circa irregularita-

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, cap. 12, *De Regular.*

tem et dispen-
sare et absol-
vere,

tempore erunt, concedimus ut eum canonicis, novitiis, conversis et commissis eiusdem congregationis dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint congregationem et Ordinem huiusmodi, sive post; ac monialibus sive sororibus et oblatibus seu commissis personis utriusque sexus, quarum curam, ut praemittitur, gerunt, in casibus quibus excesserint, et pro quibus excommunicationis vel interdicti aut suspensionis sententias, a iure vel ab homine generaliter promulgatas, incurrerint, et huiusmodi sententiis inmodati, aut in locis generali vel speciali ecclesiastico suppositis interdicto, divina officia celebrantes vel suscipientes ordinem, sic ligati notam irregularitatis similiter incurrerint; et in omnibus aliis casibus, etiam ex causa cuiuscumque simoniae, qualitercumque, generaliter vel specialiter, Sedi praedictae reservatis (exceptis dumtaxat haereticorum, relapsorum, schismaticorum, deferentium prohibita ad infideles et literas apostol. falsificantium, quos omnino ad eandem Sedem remitti volumus), absolutionis et dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiam, valeant impartiri; canonici vero et alii, quos pro tempore prior gener., visitatores et praelati praedicti in proprios habuerint confessores, eisdem priori generali, visitatoribus et praelatis, absolutionis et dispensationis huiusmodi beneficium etiam concedere possint.

Confitentesque
absolvunt a ca-
sibus omnibus
hic non ex-
ceptis.

§ 29. Et cum saepe contingat quod, ob singularem devotionem, quam nonnullae personae ad canonicos dictae congregationis gerunt, ad eosdem pro suarum salute animarum recurrant, eiusdem congregationis praelatis seu canonicis a suis superioribus ad audiend. huiusmodi personas ad ipsos accedentes audire; et personae ipsae eis, absque alia eorum superiorum licentia, confiteri; necnon dictis praelatis seu canon. confess. huiusmodi audientibus, dictos confitentes, poenitentia et satisfactione praeviis, quotiens opus fuerit,

ab omnibus et singulis peccatis Sedi praedictae non reservatis, et a quibuscumque suspensionum, excommunicationum et interdicti sententiis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, quas a iure vel ab homine latas incurrisse quomodolibet contiterit, absolvere; et vota per eos pro tempore emissa, in omnibus et singulis casibus locorum ordinariis, etiam per synodales seu provinciales constitutiones, reservatis, in alia pietatis opera commutare, et desuper eum eisdem votibus dispensare (exceptis tamen censuris, poenis, votis et casibus, super quibus esset Sedes praefata merito consulenda); et ipsis confitentibus ac aliis omnibus, qui ad praefatos canonicos ob huiusmodi devotionem recurrerint, Eucharistiae sacramentum ministrare libere possint. Mandantes expresse ordinariis ac rectoribus parochialium ecclesiarum, nec eorum parochianis, quod canonicis dictae congregationis non confiteantur, aliquo pacto prohibere seu persuadere praesumant, et nullatenus deinceps ministrare huiusmodi confitentibus eisdem canonicis quaecumque ecclesiastica sacramenta, dummodo aliquod canonicum impedim. et rationabilis causa non subsistat.

§ 30. Cupientes etiam animarum canonicorum praedictorum saluti salubriter consulere, eis pariter concedimus ut liceat ipsis et cuilibet ipsorum, necnon conversis commissis et novitiis suis, ac monialibus sive sororibus et oblatibus seu commissis personis praedictis utriusque sexus, praesentibus et futuris, semel in vita et mortis articulo, quemcumque presbyterum ex canonicis praefatae congregationis; in casu vero necessitatis, alium praesbyterum idoneum, tam saecularem quam cuiusvis alterius Ordinis regularem, in suum eligere confessorem, qui, confessionibus huiusmodi diligenter auditis, commissis per eos criminibus, delictis et peccatis, in omnibus et singulis, etiam Sedi Apostolicae reservatis casibus, de-

Confes. his e-
ligunt, et abso-
lution. ab om-
nibus casib. ob-
tinent;

bitam absolutionem et plenariam omnium peccatorum suorum remissionem possint auctoritate nostra impendere, et poenitentiam iniungere salutarem. Ita tamen quod quilibet ex confitentibus huiusmodi, postquam congregationem ipsam fuerit ingressus, et antequam ad articulum mortis deveniat, teneatur (si clericus vel presbyter fuerit) septem psalmos poenitentiales; si vero conversus vel commissus fuerit, vel alia persona ex praedictis utriusque sexus, quae ipsos psalmos poenitentiales legere nesciret, quinquagies Orationem Dominicam et totidem Salutationem Beatae Virginis, singulis septimanis, per unum annum dumtaxat, pro conservatione status Romanae Ecclesiae (legitimo tamen cessante impedimento) dicere; et omittentes, alia vice supplere teneantur, ac possint quinquaginta vicibus dictos septem psalmos poenitentiales, communiter vel divisim, huiusmodi debitum in integrum satisfacere: et si interim aliquem, post incoeptam et non perfectam poenitentiam huiusmodi, ab hac luce migrare contingat, ipse nihilominus plenariam remissionem consequatur, dummodo intentionis fuerit illam, si supervixisset, perficiendi.

Indulgen. hic
enunciata con-
sequuntur.

§ 51. Concedimus praeterea canonicis, conversis, commissis et novitiis, ac monialibus sive sororibus, et oblati seu commissis personis utriusque sexus praedictis, praesentibus et futuris, qui in diebus, in quibus stationes in nonnullis, tam intra quam extra almam Urbem, ecclesiis consistentibus existunt, quinque altaria ecclesiarum, monasteriorum seu locorum suorum, in quibus tunc eos moram trahere contigerit, devote visitaverint, et psalmum David *Miserere mei*, videlicet illum scientes; alii vero, quinquies Orationem Dominicam et totidem Salutationem Angelicam, coram quinque altaribus huiusmodi, pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae dixerint, easdem concedimus indulgentias, perinde ac si dicti canonici, conversi, commissi, novitii, moniales et personae per-

sonaliter ecclesias Urbis praefatae et extra visitassent; et in defectu altarium, alia pia et devota loca ad visitationem huiusmodi et alia praemissa faciendum eligere possint, etiamsi eos extra monasteria et loca huiusmodi esse contigerit.

§ 52. Volumus insuper, quod dictae congregationis praelati vel canonici literas Sedis praedictae, aut ipsius legatorum seu delegatorum, super administranda iustitia, executione facienda, visitatione seu correctione exercenda, aut pro colligendis pecuniis, aut pro denuntiatione sententiarum interdicti et excommunicationis, aut pro recipienda cura monialium seu religiosorum quorumcumque, aut alio quovis negotio peragendo, ac pro tempore impetratas et directas, acceptare, et in illis contenta exequi, et iuramentum de calumnia vel veritate dicenda subire, aut testimonium perhibere, seu extra suas civitatem et diocesim trahi ad quaevis concilia provincialia et synodalia aut congregationes (quovis nomine censeantur) ecclesiasticarum vel laicarum personarum, cuiuscumque dignitatis aut status existant, etiam apostolica auctoritate indicta, praeterquam ad ipsius congregationis capitulum generale celebrandum, aut alias, iuxta eorum ordinationes, ire vel mittere, aut processionibus publicis aut funeralibus interesse inviti minime teneantur. Sed neque, ipsis invitis, in eorum locis et monasteriis, per aliquos episcopos vel eorum ordinarios aut alias quascumque personas, sub excommunicationis poena, quam ipso facto contrafacientes incurrant, missae et alia divina officia, neque mortuorum officium, etiam si apud eos corpora defunctorum sepeliri contingat, quoquomodo celebrentur, ordines conferantur vel agitentur causae civiles vel criminales, processiones convocentur, aut synodus, conventus seu quaevis congregationes, tam ecclesiasticarum quam laicarum personarum, fiant; immo quod neque ipsi episcopi seu ordi-

Legatorum Sedis Apostolicae mandata, praeter Congr. constitutiones, exequi non coguntur (1).

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, cap. 14, 12 et 15, *De Regular.*

narii et alii quicumque ad huiusmodi loca accedere, seu in ipsis immorari, ipsis canonicis, ut praemittitur, invitis, ullo modo praesumant. Inhibentes multo magis quod, ut huiusmodi congregationis loca, ad usum, hospitium, habitationem, detentionem et incarcerationem ecclesiasticarum et laicarum personarum deputentur, adstringi seu cogi aliquo modo possint. Testimonia vero praelatorum, canonicorum, conversorum, commissorum et novitiorum dictae congregationis, in causis ipsorum civilibus et criminalibus, in iudicio et extra, legitima seu iuridica sint.

§ 53. Praeterea, ne congregation. ipsam et illius canonicos, per locorum ordinarios, quavis occasione vel causa, et praesertim ratione ecclesiarum parochialium seu aliorum locorum dictae congregationis pro tempore, quibus animarum cura imminet, molestari contingat, et huiusmodi praetextu in congregationem et canonicos praedictos aliquam superioritatem seu dominium habere praetendant; ipsis quoque concedimus et indulgemus ut, in parochialibus ecclesiis huiusmodi, possit congregatio ipsa seu ipsius canonici, per se aut presbyteros saeculares aut cuiuslibet alterius Ordinis (alias tamen habiles et idoneos), ad ipsorum nutum deputandos et amovibiles, animarum curam praedictorum parochianorum, ecclesiarum parochialium huiusmodi libere et licite exercere; quodque ipsi cappellani, dum curam huiusmodi gerent, ea libertate atque exemptione fungantur et ubique fruantur, ac si ex canonicis congregationis et Ordinis praedictorum existerent.

§ 54. Sepulturam quoque in locis, coemeteriis et ecclesiis dictae congregationis concedimus, et eam liberam esse decernimus, ita quod devotioni et extremae voluntati eorum, qui in locis huiusmodi sepeliri voluerint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora sumuntur.

§ 55. Et ut dictae congregationis canonici divinis beneplacitis quietius et libe-

rius insistant, eosdem congregationem et illius generalem priorem, visitatores et alios praelatos ac canonicos, conversos, commissos, novitios, moniales sive sorores et oblatas seu commissas personas praedictas utriusque sexus, ac cappellanos etiam curam habentes animarum; necnon familiares et servitores ipsorum, nunc et pro tempore existentes, ac ipsius congregationis monasteria, prioratus et loca, etiam quae in posterum eidem congregationi quodcumque uniri et incorporari, seu subiaci vel alias quomodolibet aggregari contigerit; ac omnia et singula dictorum monasteriorum, prioratum et locorum praesentium et futurorum ecclesias, cappellas (etiam si ipsis cura immineat), oratoria, manualia, membra, castra, fortalitia et aedificia, villas, grangias, vineas, oliveta, hortos, sylvas, nemora, prata, pascua, piscationes, melendina, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, praedia, possessiones et bona quaecumque, quae in praesenti sunt et in futurum erunt dictae congregationis, et quae omnia et singula per eorum vocabula, confines, valores, qualitates et quantitates hic haberi volumus pro sufficienter expressis, a quorumcumque legatorum, etiam de latere, et subdelegatorum, necnon nunciorum dictae Sedis, ac vicariorum, rectorum, quorumcumque officialium Romanae Ecclesiae, necnon patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, administratorum, electorum et aliorum quorumcumque iudicum ordinariorum, etiam inquisitorum haereticae pravitatis, quavis auctoritate et potestate, dominio, visitatione, reformatione, correctione et inquisitione, ita quod in dictam congregationem vel eius singulares personas seu benefactores, occasione beneficiorum eiusdem collatorum ab eis, aut, quia subditi eorum, cum eisdem canonicis conversentur, seu ab ipsis recipiant absolutionis et Eucharistiae sacramentum; necnon monasteria, prioratus, loca et personas in eis degentes, ratione delicti, excessus seu contractus aut rei de qua agitur, ubicum-

Exemptio a iurisdictione et superioritate episcoporum, inquisitorum et aliorum omnium

Exemptio congregationis a superioritate ordinariarum et in locis ubi est cura animarum.

Mortuos in ecclesiis eorum sepelire valeant.

que incatur contractus, committatur delictum aut res ipsa consistat, excommunicationis, suspensionis et interdicti aut alias quasvis sententias, nisi de speciali Sedis praedictae commissione, quomodolibet, directe proferre aut promulgare non possint, prorsus eximimus et totaliter liberamus. Eaque et eorum quodlibet, in ius et proprietatem B. Petri ac sanctae Sedis et sub eorum speciali protectione atque nostra suscipimus, ita quod de cetero dicta congregatio, cum monasteriis, membris et ecclesiis, locis, personis et iuribus suis suprascriptis et aliis quibuscumque, eidem Sedi immediate subiecta existant, et esse censeantur.

Poenae contra
dict. exemptionem
impedientes

§ 56. Quod si legati, subdelegati aut ordinarii seu aliae personae praedictae, contra exemptionem et liberationem nostras praedictas, quicquam attentare quomodo locumque praesumpserint, ac requisiti vigore praesentium per ipsius congregationis praelatos vel canonicos, infra tres dies a die requisitionis huiusmodi non destiterint, excommunicationis sententiae ipso facto noverint se subiectos; et nihilominus, quod aliter actum fuerit, eo ipso sit irritum et inane nulliusque roboris vel momenti. Decernentes ex nunc, omnes et singulos processus, ac excommunicationis seu suspensionis et interdicti sententias, censuras et poenas, quas et quicquid contra congregationem seu illius canonicos, personas, monasteria, ecclesias et loca huiusmodi haberi et fieri contigerit, seu etiam promulgari, irritos et inanes nulliusque roboris vel momenti esse, ac pro nullis et infectis haberi debere, etiam exemptione congregationis huiusmodi, quam tamquam notoriam et manifestam haberi volumus, non aliter allegata, seu aliter de ea mentione facta.

Et contra principes et alios
quoscumq. datium
ponentes, aut imposita
exigentes.

§ 57. Nulli quoque reges, principes, duces, marchiones, barones, milites, nobiles, laici, communitates, universitates, magistratus, rectores et officiales civitatum, terrarum, castrorum et dioecesium quarumcumque, monasteriis, prioratibus, locis,

cappellis, ecclesiis, manualibus, grangiis, possessionibus et bonis, necnon praelatis et canonicis, monialibus sive sororibus ac personis ipsius congregationis gabellas, talias, datia, collectas, etiam pro pontium refectionibus aut viarum reparationibus, aliave onera seu gravamina inferre, indicare vel imponere, aut indicta et imposita exigere, sub excommunicationis et maledictionis aeternae poenis, quas principes, duces, marchiones, barones, milites, laici, communitates, universitates, magistratus, rectores et officiales praedicti (nisi, praesentium habita notitia, prorsus destiterint) ipso facto incurrant, audeant vel praesument.

§ 58. Nec aliquid ex dictae congregationis et earum monialium sive sororum monasteriis, prioratibus, grangiis, membris, manualibus et locis praedictis, ad dandum seu solvendum aliquam canonicam portionem, sive decimas, aut quicquam aliud, quod eorum loco solvi consueverit, archiepiscopis, episcopis, capitulis, parochiis, collegiis, universitatibus, communitatibus et fabricis et aliis quibuscumque personis, de iure vel de consuetudine aut statutis vel privilegiis quibuscumque, ex quacumque causa hactenus ab eis forsan debita, seu quae deberi praetenderetur quomodolibet in futurum, etiam de relictis, donatis et legatis tam in ultimis voluntatibus, quam etiam inter vivos, seu alias, quacumque occasione concessis et concedendis, etiam si forte, per nos vel Sedem praedictam, de legatis pie dispositis et relictis in genere vel in specie, decima vel alia portio seu quota alteri pie vel non pie rei, ex quavis causa hactenus, et praesertim ecclesiae S. Petronii civitatis nostrae Bononiensis concessa fuissent aut in futurum concedi seu solvi aut dari, mandari contigerit, quomodolibet teneantur; decernentes congregationem et canonicos huiusmodi ac moniales sive sorores et praedictas personas oblatas utriusque sexus et illorum ecclesias, monasteria et

Exemptio dictae congregationis a solutione decimarum, etiam solvi solutarum.

loca et eis legata atque relicta aut alias in eorum favorem disposita, in concessionibus et mandatis huiusmodi includi seu comprehendi non debere.

§ 39. Districtius inhibentes ordinariis locorum, sub interdicti ecclesiae ingressus et suspensionis a divinis ac regiminis; et administrationis ecclesiarum suarum, rectoribus vero parochialium ecclesiarum et quibusvis aliis personis, sub excommunicationis latae sententiae et privationis earundem parochialium ecclesiarum ac omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quae obtinent, necnon inhabilitationis ad illa et alia in posterum obtinenda, poenis, quas scienter contrafacientes ipso facto incurrant, ne Ordinem et congregationem Sancti Salvatoris canonicorum regularium huiusmodi, ac illius canonicos, ecclesiās, monasteria et loca praedicta ac moniales sive sorores et oblatas personas praedictas utriusque sexus, praeter et contra tenorem ac formam huius praesentis nostri indulti et aliarum concessionum, ut praemittitur, congregationi Sancti Salvatoris praedictorum canonicorum regularium, seu ecclesiis, monasteriis et membris ac locis suis, monialibus sive sororibus et oblatas personis praedictis factarum, quoquomodo inquietare; nec eos, aut testamentorum et ultimarum voluntatum executores, aut testantium haeredes seu quoscumque alios directe vel indirecte ad solutionem alicuius quartae parochialis sen canonicae vel alterius portionis sive oneris compellere quoquomodo, ut praefertur, praesumant. Sed ipsa monasteria, prioratus, loca, manualia, grangiae, possessiones et bona, ac praelati, canonici, moniales sive sorores et oblatae personae congregationis eiusdem Sancti Salvatoris ab omni impositione, exactione, collecta, decima, charitativo subsidio aut alio quocumque reali ac personali vel mixto onere vel gravamine, quovis nomine censeatur, per nos etiam et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore indictis;

Poenae contra desup. congregationem molestantes.

necnon omnibus censibus, redditibus et solutionibus, ratione subiectionis aut visitationis, quocumque iure, quibuscumque ordinariis, capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus aut aliis quibuscumque personis haecenus debitis, quae nos eisdem congregationi et canonicis, de apostolicae potestatis plenitudine, gratiose remittimus, et in futurum debendis, illorumque solutione et praestatione sint, esseque debeant libera penitus et exempta atque immunia; ita quod ad illorum praestationem vel solutionem, per quoscumque et quarumvis etiam apostolicarum literarum vigore, cogi aut desuper inquietari nequeant.

§ 40. Similiter, ut ad praestationem procuratorum legatorum seu nunciorum dictae Sedis, seu ad solutionem etiam decimarum, quas *Papales* appellant, et quas Sedes praedicta, pro christianae fidei defensione aut aliis imminentibus persaepe necessitatibus, imponit, minime teneantur; dictosque canonicos, moniales sive sorores et oblatas personas ad hoc minime obligatos declaramus, etiam si per quoscumque exemptos persolvi mandarentur, cum quibusvis derogatoriis et fortioribus clausulis; nec eos, ab eorum solutione cessando, censuras et poenas incurrere, nisi praesentibus de verbo ad verbum et earum toto tenore inserto, et non per generales clausulas, specialiter et expresse derogeretur, et de ipsis omnimoda et individua mentio fiat. Nullusque ab eisdem, de quibuscumque possessionibus ubilibet constitutis, quae in praesenti sunt vel in futurum erunt monasteriorum, prioratum et honorum dictae congregationis Sancti Salvatoris, ac monialium sive sororum et oblatarum personarum huiusmodi utriusque sexus, quae illius praelati, canonici, moniales sive sorores et dictae personae oblatae colunt seu coli faciunt, et in futurum colent seu coli facient, ex hortis, virgultis, piscationibus vel de nutrimentis animalium primitias, decimas, quartas

Exemptio a procuratoribus legatorum et nunciorum Sedis Apostol. et decimarum papalium.

aut quocumque nomine nuncupata, alia iura exigere vel extorquere praesumat, nec ipsi illa cuiquam solvere sint adstricti.

Privileg quocumque monasteria et bona acquisita pacifice possidendi, et alia de novo acquirendi.

§ 41. Praeterea, quaecumque possessiones, bona, iura et iurisdictiones ad ipsa monasteria, loca, ecclesias, cappellas, oratoria et hospitalia tam praesentia et futura ipsius congregationis et eius monialium sive sororum seu oblatarum personarum, in quibuscumque mundi partibus constituta et pertinentia, quarum nomina et cognomina hic haberi volumus pro expressis, quae in praesentiarum canonici, moniales sive sorores et oblatae personae utriusque sexus huiusmodi congregationis iuste et canonice possident, et in futurum, Pontificum concessione, largitione regum vel principum, oblatione fidelium vel aliis iustis modis, praestante Domino, poterunt adipisci, ipsis monasteriis, cappellis et oratoriis, hospitalibus, praesentibus et futuris, firma, rata et illibata servari volumus: decernentes ut nulli omnino hominum liceat praefata monasteria sive loca, ut praefertur, exempta, res et bona mobilia et immobilia, possessiones, domos, molendina, aquas, piscarias, iura, iurisdictiones temere perturbare, aut illa et illorum aliquod auferre, vel ablata retinere, occupare seu quibuslibet vexationibus fatigare. Quod si aliqua ecclesiastica saecularisve persona, cuiuscumque gradus vel conditionis existat, etiam si pontificali dignitate praefulgeat, contra hoc nostrae exemptionis, liberationis, decreti, concessionis, defensionis, conservationis et libertatis indultum venire, dicta bona, iura, iurisdictiones, exemptiones et indulta, vel aliquid eorum violando, occupando, turbando vel diminuendo, seu indebite fatigare praesumpserint, nec, facta ei notitia de huiusmodi nostro indulto, infra tres dies se correxerit, aut idoneam cautionem de satisfaciendo praestiterit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua, nisi dicta satisfactione praestita, praeterquam in articulo mortis,

et tunc de satisfaciendo per se, si supervixerit, aut per suos vel successores idoneos, praestita cautione, nequeat absolutionis beneficium obtinere. Volumus autem quod praefatae congregationis et eius monialium sive sororum ac oblatarum personarum utriusque sexus monasteria et loca haereditates, legata et fideicommissa per medias personas canonicorum, monialium sive sororum et oblatarum personarum huiusmodi, aut alias qualitercumque ad ea delata bona mobilia et immobilia, in quibuscumque civitatibus et locis, quovis titulo acquirere; ipsique canonici, moniales sive sorores et personae illae pro se et eorum monasteriis petere et exigere possint, undecumque vel qualitercumque eis debeantur, et quae petendi et exigendi (si in saeculo remansissent) ius haberent.

§ 42. Et contra praefatae congregationis ac illius monialium sive sororum monasteria, loca, personas et bona, tam in praeteritis quam in futuris, aliqua non currat praescriptio nisi post lapsum sexaginta annorum.

Prescriptio 60 annorum, tantum currit cont. congregationem istam

§ 43. Utque circa utilitatem et commodum monasteriorum, ecclesiarum et locorum suorum huiusmodi ac illorum iurium magis intendere valeant, capitulo generali congregationis praedictae, ac illius pro tempore priori generali, cum visitatoribus, per praesentes impartimur auctoritatem concedendi abbatibus, prioribus, praepositis et capitulis ecclesiarum, monasteriorum et locorum suorum ac praefatarum monialium sive sororum, quarum curam gerunt, licentiam permutandi seu alienandi, quotiens opus fuerit, vel in emphyteusim vel libellum et affictum, perpetuo vel ad tempus, quibusvis personis, etiam saecularibus, pro concedenti annuo canone seu censu, quaecumque bona immobilia congregationis praedictae ac illius monasteriorum, ecclesiarum et locorum seu praedictarum monialium sive sororum, pro ipsorum tamen evidenti utilitate.

Facultas congregationis alienandi bona.

Facultas alia
loca suscipien-
di.

§ 44. Concedimus insuper, motu, scientia et potestate praedictis, ut omnia et quaecumque loca, ecclesias, etiam parochiales et cuiuscumque Ordinis sint aut conditionis, congregationi et canonicis praedictis per quoscumque oblata, apprehendere et capere possint harum nostrarum vigore, et absque alia Sedis praedictae concessione.

Facultas paci-
scendi in loco-
rum suscipi-
one.

§ 45. Necnon priori generali, visitatoribus et aliis abbatibus, prioribus et praelatis praefatis aut aliis, per congregationem huiusmodi ad id pro tempore deputatis, in unionibus, annexionibus, incorporationibus et reformationibus seu receptionibus monasteriorum, prioratum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pro ipsa congregatione faciendis, cum praelatis et personis monasteria seu beneficia huiusmodi per eos obtenta, in congregationis huiusmodi seu alicuius illius particularis monasterii commodum dimittere volentibus, conventiones et pacta (quae illicita et, quando apostolica confirmatione carerent, expresse prohibita censerentur) inire; ac monasteria, prioratus et alia beneficia quaecumque, quae haecenus, conditionibus et pactis huiusmodi intervenientibus, acquisierint, retinere; ipsaque conventiones et pacta observare, absque eo quod aliquam propterea simoniae labem incurrant, libere et licite valeant.

Monasteria con-
gregationis per
eius praelatos
reguntur.

§ 46. Monasteria autem et prioratus, quae nunc sunt et pro tempore erunt, etiam unita praefatae congregationi, per praelatos dumtaxat eiusdem congregationis regantur et gubernentur; et quotiens illa ubicumque, etiam apud Sedem praedictam, et qualitercumque vacare contigerit, etiam si speciales vel generales de illorum provisionibus seu dispositionibus per dictam Sedem reservationes factae fuerint, generale capitulum, si tunc celebretur, alioquin generalis prior et visitatores, illos, ex eiusdem congregationis canonicis praesentibus et futuris, etiam defectum natalium ex quibusvis personis patientes,

quos ad id idoneos fore crediderint, in praelatos tunc vacantium monasteriorum et prioratum huiusmodi, alias secundum consuetudines, constitutiones, ordinationes et statuta praedictae congregationis eligere seu nominare, et, ad eorum nutum et beneplacitum, taliter electos seu nominatos a regimine et administratione dictorum monasteriorum et prioratum, quibus tunc praefuerint, et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere et amovere; praefatique sic electi et nominati, absque alicuius dictae Sedis vel alterius provisionis seu dispensationis adminiculo, etiam praeter hoc, quod eis benedictionis munus impendatur, ipsis monasteriis et prioratibus, ad quae sic electi vel nominati fuerint, praesse, et illa in spiritualibus et temporalibus regere et gubernare, et omnes actus ibidem exercere et insignia deferre, ac si munus huiusmodi suscepissent. Et si contingeret ut unus sic electus et nominatus aliqua legitima causa abesset a monasterio et prioratu, cui fuerit deputatus, ordinamus quod alteri, eius durante absentia, commissa huiusmodi administratione in spiritualibus et temporalibus, iuxta eorum constitutiones et statuta, praefato ipsi absentem, si fuerit opportunum, praefatae congregationis aliud monasterium in spiritualibus et temporalibus, auctoritate etiam apostolica, regendum et gubernandum, dictum capitulum seu pro tempore prior generalis cum visitoribus committere possit et valeat. Nec propterea ex monasteriis ipsis unum alteri censeatur esse subiectum, sed, eis in pristina sua libertate manentibus, ea necessitudinis adminiculo copulata, sub felici dictae congregationis regimine, sibi uniformi regularis observantiae gressu invicem suffragentur. Nihil igitur ex dictis monasteriis vel prioratibus aut aliis dictae congregationis locis, per quascumque litteras apostolicas, etiam motu simili et cum reservationibus ac quibuscumque derogatoriis, per quas effectus praesentium quo-

modolibet impediri vel differri possit, clausulis concessas hactenus et in posterum concedendas, per aliquem de dicta congregatione vel extra eam, cuiuscumque status, gradus, ordinis seu conditionis, etiamsi cardinalatus honore aut pontificali vel alia quavis dignitate praefulgeat, in titulum seu commendam aut administrationem vel alias obtineri, seu sibi super aliquis illorum fructibus, redditibus et proventibus, aliqua pensio reservari, concedi vel assignari, seu ius sibi desuper acquiri, vel aliquis contra praesentium tenorem, quovis quaesito colore, etiam praetextu quorumcumque conventorum seu pactorum, tamquam simoniacorum, quempiam de dicta congregatione super aliquo ex monasteriis, prioratibus et locis praedictis, ratione tituli sive commendae vel administrationis aut pensionis huiusmodi vel alias, impetere seu molestare valeat. Nullaque deinceps ex beneficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, ad collationem vel provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem abbatum vel priorum ac conventuum, monasteriorum et aliorum locorum dictae congregationis, communiter vel divisim, pro tempore pertinentibus, etiam qualitercumque beneficia ipsa et ubicumque, praeterquam apud Sedem praedictam, vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolicae generaliter reservata non fuerint, sub gratis et expectativis et provisionibus seu aliis dispositionibus dictae Sedis, facultatibus seu indultis de conferendis beneficiis ecclesiasticis, vacantibus vel vacaturis, quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis vel conditionis fuerint, aut quavis etiam dignitate pontificali praefulgeant, ab eadem Sede quomodolibet concessis et in antea concedendis quomodolibet, cadant seu comprehendantur; sed ipsorum beneficiorum collatio, provisio, praesentatio seu electio et dispositio, illorum occurrente vacatione, praemissis non obstantibus, ad abbates et priores et con-

ventus praefatos libere et absque aliquo, etiam praefatae Sedis, praeventiois impedimento, pertineant et spectent; ac beneficiis ipsis nullus alius quam abbates seu priores et conventus praedicti, quarumcumque facultatum et indultorum sibi a Sede vel legatis praefatis qualitercumque et sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, etiam motu simili concessorum et concedendorum vigore vel praetextu, disponere valeat quoquomodo; ac omnes et singulae gratiae, expectativae et acceptationes, provisiones, dispositiones, collationes et literae Sedis praedictae et illius legatorum huiusmodi, facultatesque et indulta super collationibus beneficiorum ecclesiasticorum vacantium seu vacaturorum quibusvis, etiam, ut praefertur, qualificatis personis et cum praedictis clausulis pro tempore concessa, processusque desuper pro tempore habiti, etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et poenas in se continentes, quoad beneficia, ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem aut aliam dispositionem abbatum et priorum ac conventuum praedictorum respective spectantia huiusmodi, ac totum id, quicquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, omni prorsus careant firmitate. Sed neque per quascumque revocationes, cassationes seu annulationes quarumcumque unionum, annexionum, incorporationum et appropriationum de quibusvis monasteriis, prioratibus, ecclesiis sive locis ecclesiasticis, per nos seu successores nostros Romanos Pontifices aut eorum aliquem, in genere vel in specie, sub quibusvis verborum formis vel expressionibus de cetero forsitan faciendis, nullum dictae congregationi, super unionibus, incorporationibus, appropriationibus et innovationibus quorumcumque monasteriorum, ecclesiarum, prioratum aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, per nos et Sedem praedi-

etiam congregationi vel in eius favorem faciendis, praecudicium inferatur; sed illae omnes, etiam post revocationes, cassationes et annullationes praedictas, in suo robore inconcussae persistant in omnibus et per omnia, ac si, quoad eas et ipsarum singulas, aliqua revocatio, annullatio et cassatio nullatenus emanassent, nisi dum et quando ipsae super unionibus, concessionibus et appropriationibus seu donationibus confectae literae, in revocationum, cassationum et annullationum literis, constitutionibus et ordinationibus huiusmodi de verbo ad verbum insererentur, ac in eis specialis, expressa et individua de ipsis monasteriis et locis ac congregatione mentio fieret; necnon irritum et inane totum et quicquid in contrarium, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulae huius bullae, et concess. praeservativae

§ 47. Necnon quod deinceps per quas-cumque revocatorias seu alias apostolicas concessionem vel literas, quibuscumque verborum formis aut tenoribus vel clausulis derogatoriis, etiam si illae motu et scientia similibus emanaverint, nulla ex praedictis concessis, et quae eidem congregationi pro tempore conceduntur, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis, privilegiis et concessionibus quomodolibet revocari, cassari vel annullari, seu ipsis vel ipsorum, seu quibusvis in eis contentis particulis et clausulis derogari valeat, nisi, in derogatoriis vel aliis literis seu cassationibus huiusmodi, illa vel illae ex literis quae revocari aut cassari seu annullari viderentur, aut cui vel quibus derogari appareret, eorumque totus tenor de verbo ad verbum integre insererentur, et de omnibus et singulis congregationis huiusmodi monasteriis nominatim specifica mentio fiat, ac in eisdem revocatoriis, cassatoriis vel aliis literis manifeste et expresse appareat quod Romanus Pontifex privilegiis, indultis et literis, de quibus tunc actum fuerit, voluerit specialiter derogare vel illa revocare aut cassare seu annullare; et tunc demum urgens, sufficiens et rationalis, per quam

derogatio, revocatio, cassatio vel annullatio ipsa merito fieri debeat, causa exprimat, alias derogationes, revocationes, cassationes, irritationes et annullationes et quaecumque exinde subsecuta nullius sint roboris vel momenti, ipsis concessis literis, privilegiis, indultis, gratiis, exemptionibus et libertatibus in suo pristino, plenario atque integro robore duraturis.

§ 48. Et si quando per aliquem aut plures actus contra ea aut ipsorum aliquod a quocumque, cuiuscumque conditionis, dignitatis, gradus aut status fuerit, ex negligentia vel ignorantia praesentium, quibus haec conceduntur, aut alia quavis causa, scienter vel ignoranter attentari vel pro tempore observari contingat, nullum tamen propterea exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, indultis et privilegiis huiusmodi praecudicium generetur, sed ea omnia et singula in suis robore et firmitate permaneant.

Decretum irritans.

§ 49. Praeterea statuimus et decernimus quod universae et singulae personae in dignitate ecclesiastica ubilibet constitutae et alias de iure communi habiles et idoneae ad causas audiendas, cum aliqua ex eisdem personis, pro parte eiusdem congregationis Sancti Salvatoris seu prioris generalis aut aliorum ex congregatione huiusmodi, ad quos spectabit, fuerint requisitae, per se vel alium seu alios, praemissa, ubi et quando opus fuerit, publicare, ac eidem congregationi et canonicis, illorumque ecclesiis et monasteriis, membris locisque praedictis, in praemissis, efficacis defensionis praesidio assistant, ac faciant congregationem ipsam illiusque canonicos, moniales sive sorores et personas ac eorum monasteria, loca et bona quaecumque pacifica possessione vel quasi privilegiorum et concessionum huiusmodi libere gaudere, et non permittant eos seu testamentorum executores et haeredes praedictos, contra illorum tenores, per ordinarios et rectores parochialium ecclesiarum praedictos seu alios quoscumque, in-

Publicatio huius bullae demandatur una cum eius observantia.

debite molestari, aut eis gravamina, iniurias atque damna inferri seu quomodolibet irrogari; quinimmo dictae congregationi ac illius canonicis praedictis, in quibuscumque casibus seu causis, tam ecclesiasticis quam profanis, per eos coram dictis personis, contra quascumque alias personas, cuiuscumque qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, praecminentiae et status fuerint, etiam quaecumque mundana vel ecclesiastica aut patriarchali praefulgeant dignitate seu exemptione, monendis, summarie et de plano ac sine strepitu ac figura iudicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate apostolica ministrent iustitiae complementum, denuntientque palam et publice omnes et singulos excommunicatos, quos eis constiterit censuras et alias poenas incurrisse, ac faciant eos ab omnibus arctius evitari, et ubique pro excommunicatis, suspensis et interdictis nuntiari; et legitimis desuper factis processibus, illos, quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravent seu aggravari procurent, contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad praemissa seu aliquod eorum, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, super quibus omnibus eis facultatem concedimus per praesentes. Volumus autem quod universae et singulae personae, quibus causae auctoritate litterarum apostolicarum delegari possent, dum et quotiens, pro parte prioris generalis et aliorum abbatum, priorum et conventuum ac canonicorum aut monialium seu sororum ac personarum congregationis huiusmodi vel alicuius eorum, fuerint legitime requisiti, ad executionem quarumcumque litterarum dictae Sedis conservatoriarum nuncupatarum ac praemissarum, praefatae congregationi vel eius monasteriis, prioratibus, membris, abbatibus, prioribus et conventibus aut monialibus seu sororibus et personis, contra illis inferentes molestias, iniurias, gravamina atque damna, concessarum haecenus et in posterum con-

cedendarum, perpetuis futuris temporibus, procedant per se vel alios, iuxta earumdem conservatoriarum litterarum continentiam atque formam, in omnibus et per omnia, perinde ac si ipsae conservatoriae litterae a principio directae, eisque ut, quamvis alias conservatores esse non possent, illas exequerentur expresse mandatum et super hoc concessa facultas fuisset.

§ 50. Non obstantibus natalium defectu, ac Lugdunen. concilii et pia memoriae Innocentii quarti circa exemptos editae, quae incipit *Volentes*, et Martini quinti, necnon Bonifacii octavi, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, quibus cavetur ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diaetam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur; seu ne iudices a Sede praedicta deputati, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii et alii vires suas committere praesumant, et de duabus diaetis in concilio generali, necnon quae incipit *Super cathedra*, eiusdem Bonifacii Papae, etiam praedecessoris nostri, et aliis literis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam quorumcumque aliorum pontificum similiter praedecessorum nostrorum, vel etiam in provincialibus et synodalibus conciliis editis, necnon specialibus vel generalibus ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum regularium locorum, etiam dictae congregat. unitorum, et illorum ac praedictorum, et quorum ipsa unita monasteria, prioratus et loca exiterint, Ordinum, et inter quoscumque eiusdem congregationis Sancti Salvatoris canonicos ac locorum ordinarios seu rectores praedictos initis et conclusis ac haecenus observatis pactis et conventionibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque et indultis apostolicis quibusvis communitatibus,

Derogatio quorumcumque contrariorum.

universitatibus, collegiis, ecclesiis, monasteriis, Ordinibus et aliis locis, capitulis, conventibus et personis, etiam motu et scientia similibus et cum quibusvis, etiam derogatoriarnm derogatoriis aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque decretis, concessis hactenus et in posterum concedendis; aut si patriarchis, episcopis et rectoribus praefatis vel quibusvis aliis, coniunctim vel divisim, a Sede praefata indultum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam, praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, quibus omnibus, etiam si, pro eorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, eorum tenores, etiam si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, eisdem motu et scientia, specialiter et expresse derogamus, necnon omnibus illis, quae praefati praedecessores in singulis per eos congregationi huiusmodi concessis literis voluerunt non obstande, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 51. Et quia difficile foret etc.

Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo duodecimo, quarto nonas aprilis, pontificatus nostri anno nono.

Dat die 2 aprilis 1512, pontif. anno ix.

XXXVIII.

Iurisdictio et facultates iudicum Curiae Capitolii circa causarum Urbis decisionem (1).

SUMMARIUM

1. Abusus appellationum et causarum avocationis ad diversa Urbis tribunalia. — 2. Iulius, civium Romanorum causas ad se advocans, Curiae Capitolinae cognoscendas decidendasque restituit; — 3. Eas non commissarias sed ordinarias esse declarat. — 4. Causas in Rota pendentes, eidem Rotae reservat. — 5. Inhibitio secus agendi. — 6. Contrariorum derogatio.

Iulius Papa II, ad futuram rei memoriam.

§ 1. Ex querelis nostri peculiaris Romani populi accepimus, ob rescripta apostolica et signaturas commissionum enormiter gravari, quae passim et maxime in medio litis, contra iuris communis dispositionem, fiunt, advocando a iudicibus ordinariis, tam in prima quam aliis instantiis, etiam per viam appellationis, omissis mediis a nobis ad id officium deputatis, vel etiam simpliciter ab initio in Curia committendo, perinde ac si iudices ordinarios non haberent, quos sine nostris rescriptis adire possent, quo fit ut cives nostri et incolae Urbis, non unum sed infinitos iudices et diversa tribunalia habere videantur; et proinde gravibus, immo intolerabilibus expensis graventur, quae omnia non impetrantur nisi ab iis qui cavillationibus student, vel potentia favorum pollent ad pulsandos in litibus adversarios, ut quos iure superare non possunt, malis artibus et longis litibus ac immensis dispendiis defatigatos et circumventos vincant; et multi ius suum deserere propterea sunt coacti, multique in desperationem ducti, ad facinora brigarum prosiliunt, ex quo seditiones et homicidia frequenter accidunt; hincque fames et annonae caritas, quia, litibus occupati, negotiationes et agriculturam deserunt, eveniunt.

Abusus appellationis, et causarum avocationis ad diversa Urbis tribunalia.

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

Julius, civium Romanorum causas ad se advocans, Curiam Capitolinam cognoscendas decedendasque restituit.

§ 2. Quibus rebus, ut pastorali nostro incumbit officio, providere volentes, hoc praesenti nostro perpetuo edicto, motu proprio, ex certa nostra scientia, omnes et singulas lites, ubicunque, coram quibuscumque commissariis vel ordinariis, etiam in sacro nostro auditorio pendentes, civium Romanorum et aliorum, qui foro Capitolino subiiciuntur, ad nos, in quaecumque instantia vel statu pendentes, harum serie advocamus, et ad Curiam Capitolinam et iudices suos ordinarios, tam primae quam aliarum instantiarum, illius loci, secundum naturam causarum et modum iurisdictionis cuiusque ipsorum, seu in quem partes convenerint, committimus et mandamus resumendas, in suis statibus audiendas, et sine debito terminandas secundum formam statutorum Urbis, vel alias prout de iure terminari deberent, cum omnibus earum incidentibus, emergentibus, annexis et connexis, ab eis partibus iustitiam ministrando.

Eas non commissas, sed ordinarias esse declarat.

§ 3. Declarantes auctoritate apostolica, ac decernentes per praesentes dietas causas propterea factas non commissarias, sed intelligi et esse ordinarias, perinde ac si ab initio coram suis ordinariis fuissent inceptae vel agitatae.

Causas in Rota pendentes, eidem Rotae reservat.

§ 4. Volumus tamen quod causae in Rota pendentes partium communi consensu, ibi remaneant, vel si causa in tertia pendet instantia, quod auditor, coram quo pendet, possit illam cognoscere et terminare, hoc praesenti nostro edicto non obstante.

Inhibitio secus agendi.

§ 5. Et insuper, dilecto filio nostro Leonardo, cardinali Agemensi, ac aliis iustitiae signaturam habentibus pro tempore, necnon regenti Cancellariae, qui pro tempore erit, omnibusque et singulis nostris referendariis inhibemus expresse ne ad preces, instantiam et requisitionem eiusque, qui Capitolino foro subiiciatur, supplicationes aliquas recipere, referendariare seu proponere nobis vel signaturam iustitiae habenti audeat vel praesumat;

et similiter signaturam faciens non signet sive advocatorias, sive simplicis iustitiae, sive appellatorias et similes, neque in initio, neque in medio litis, et signatae, nullius sint roboris vel momenti, nullamque tribuant iurisdictionem; neque ipse iudex, cui fuerint commissae, audeat illarum virtute citare, inhibere, quoquomodo procedere, irritum et inane quidquid scienter vel ignoranter secus factum fuerit ipso iure fore decernimus, salva semper nostra manu propria signatura, sine qua omne rescriptum censeatur et sit invalidum, et a nostra voluntate alienum.

Contraior. derogatio.

§ 6. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis commissionibus, rescriptis, privilegiis et indultis, etiam fori, quibusvis personis seu collegiis concessis et concedendis, etiam cum quibusvis clausulis derogatoriis fortissimis et insolitis, praemissorum omnium tenores, nomina et cognom., qualitates et alia, quae forsitan de verbo ad verbum expressionem requirerent, pro sufficienter expressis habentes, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die quintadecima aprilis, millesimo quingentesimo duodecimo, pontificatus nostri anno nono.

Dat. die 15 aprilis 1512, pont. anno ix.

XXXIX.

Damnatio conciliabuli Pisani, cum omnibus in eo secutis (1).

SUMMARIUM

Approbatio contentorum in aliis bullis, quarum una est indicata hic in nota; aliae autem, uti minus necessariae, sunt praetermissae. — 1. Damnatio conciliabuli Pisani. — 2. Validatio Lateranensis concilii indicti. — 3. Prorogatio eius tertiae sessionis pro die 3 novemb. 1512.

(1) Edita A. D. 1512. — Eiusdem damnatio est etiam supra in Constit. *Sacrosanctae*, pag. 500.

Iulius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio.

Approbatio contentorum in aliis bullis, quarum una est indicata supra in nota, alie autem, uti minus necessarie, sunt praetermissae.

Cum inchoatam huius sacri Lateranensis concilii celebrationem, ad Dei laudem, universalis Ecclesiae pacem, fidelium unionem, schismatis et haeresum eversionem, morum reformationem ac contra perfidos fidei hostes expeditionem, Altissimi dextra assistente, prosequi intendamus, ut omnium schismaticorum et pacis hostium latrantium eorum ora obtundantur, universi christifideles valeant a tam pestifero et venenoso contagio se immaculatos servare, in hac praesenti secunda sessione, in Spiritu Sancto legitime congregata, dictionis, convocationis et publicationis schismatice conventiculae et asserti conciliabuli Pisani, ad scindendum et scandalizandum Ecclesiae praefatae unionem emanatarum, citationum, monitionum, decretorum, absolutionum, sententiarum, actorum, legatorum creationum, obedientiarum subtractionum, assertarum censurarum appositionum, ipsiusque conciliabuli translationis ad Mediolanensem vel Vercellensem civitates, aut alia loca quaecumque, omniumque et singulorum in dicto conciliabulo gestorum et conclusorum reprobationes, damnationes, revocationes, cassationes, irritationes et annullationes per nos, habita cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus deliberatione matura, et de eorundem fratrum consilio et unanimi consensu, ac ex certa scientia et de apostolicae potestatis plenitudine, per diversas nostras literas respective, praesertim sub data die xv kalendas augusti, pontificatus nostri anno octavo, ac tertio nonas decembris et idibus aprilis, eiusdem pontificatus anno nono, editas, factas et emanatas; literasque ipsas, cum decretis, declarationibus, inhibitionibus, mandatis, hortationibus et interdictorum ecclesiasticorum appositionibus, et aliis sententiis, censuris et poenis, tam a ca-

nonicis sanctionibus, quam a nobis, maxime in literis indictionis huius sacri universalis concilii, ac omnibus et singulis aliis clausulis in dictis literis contentis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, pro expressis haberi volumus, licet, ut firma et valida, nulla alia confirmatione aut approbatione egerent, ad abundantiore cautelam et veritatis manifestationem, hoc sacro approbante concilio, confirmamus, approbamus et innovamus, illaque inviolabiliter observari volumus, statuimus et ordinamus, suppletes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

§ 1. Necnon conciliabulum praefatum illiusque translationem, ac omnia et singula per ipsum conciliabulum illique assistentes, adhaerentes, fautores et consentientes, directe vel indirecte, quomodocumque et qualitercumque, a die indictionis ipsius conciliabuli usque in praesentem diem, acta, facta, gesta et prolata, ac in posterum gerenda, agenda, facienda et proferenda, etiam si talia sint vel fuerint, de quibus specialis, specifica, expressa ac individua mentio habenda foret, illorum tenores et qualitates, etiam pro expressis habentes, ut alia adulterina et a veritate deviantia concilia, et in eis gesta a iure sacrisque canonibus damnata et reprobata fuerunt, damnamus et reprobamus, ac, prout sunt, nulla, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse nunciamus; et, quatenus opus sit, cassamus, irritamus et annullamus; ac pro eassis, irritis et annullatis haberi volumus.

§ 2. Et nihilominus, hoc sacrum concilium oecumenicum, iuste, rationabiliter ac ex veris et legitimis causis riteque et recte indictum celebrari inceptum, omniaque et singula, quae in eo facta et gesta sunt, et de cetero fient et gerentur, iusta, rationabilia, firma et valida fore; ac idem robor, eandemque vim, potestatem, auctoritatem et firmitatem habere et obtinere, quae alia concilia generalia, prae-

Damnatio conciliabuli Pisani.

Validatio Lateranensis concilii indicti.

serim Lateranensis, a sacris canonibus approbata, habent et obtinent, hoc eodem sacro concilio approbante, decernimus et declaramus.

Prorogatio eius
tertia sessione
pro die 3
novemb 1512.

§ 5. Insuperque, temporum dispositione aestivisque caloribus instantibus, ut commoditati et valetudini praelatorum consulatur, ultramontanique et transmare existentes, qui hactenus ad hoc sacrum concilium venire non potuerunt, expectentur, propterque alias iustas et rationabiles causas, praefato sacro concilio notas et ab eo approbatas, tertiam sessionem continuationis celebrationis concilii praefati tertio nonas novembris proxime futuri faciendam, hoc praefato sacro concilio similiter approbante, iudicimus; omnibusque et singulis praelatis et aliis, in eodem concilio tunc (1) existen., a Romana Curia recedendi, et pro eorum voluntate, ubi eis placuerit, morandi, dummodo dicta tertia nonas novembris, in praefato concilio Lateranense, cessante legitimo impedimento, de quo clare constet, sub poenarum in literis indictionis ipsius concilii et canonicis sanctionibus, contra non accedentes ad concilia indictarum, incursu, praesentes existant, licentiam et facultatem, praefato sacro concilio etiam approbante, concedimus et indulgemus.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae, in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae MDXII, XVI kal. iunii, pontificatus nostri anno IX.

Dat. die 17 maii 1512, pontif. anno IX.

XL.

S. Lateranense Concilium editam iam a Julio PP. constitutionem super electione Pontificis ratam habet et confirmat (2).

SUMMARIUM

Papae electio quam maxime advertenda. —

1. Super quae edita est bulla, — 2. Quae

(1) Nunc. (2) Edita A. D. 1515.

publicata solemniter fuit, — 3. Et modo, ad abundantiore cautelam, ab eodem Pontif. sacro approbante concilio, confirmatur et innovatur. — 4. Quibuscumque non obstantibus.

Julius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Si summus rerum Opifex, terrarum coelique sator, sua ineffabili providentia, Romanum Pontificem in cathedra praeminentiae pastoralis christiano generi praesente voluit, ut sanctam Romanam universalem Ecclesiam sinceris corde et opere gubernaret, fideliumque omnium profectibus sollicitis studiis intenderet; decens et salutare reputamus ut, in electione praefati Pontificis, in quem, ut puritatis et candoris speculum, fideles ipsi intuentur, omnis labes omnisque illius suspicio absit; talesque ad tanti fastigii gradum assumantur, qui, rite et recte et canonice ingressi, modo et ordine convenientibus, naviculae Petri gubernacula sustineant, talesque existant in tanto dignitatis culmine constituti, qui bonis et rectis solatio, malis autem formidini sint, et eorum exemplo caeteri fideles ad bene operandum instruantur, et ad viam salutis dirigantur; et ea, quae propterea per nos statuta et ordinata fuerunt, pro rei magnitudine et gravitate, per sacrum generale concilium approbentur et innoventur, et approbata et innovata communiantur, ut et firmiter perdurent et tenacius observentur, et adversus diaboli multiplices insidias defendantur, quo fuerint dicta auctoritate saepius circumfulta.

§ 1. Dudum siquidem a nobis magnis et urgentibus causis, magnaque et matura discussione et deliberatione cum doctissimis et gravissimis viris, etiam sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, praecedentibus et praehabitis, emanarunt literae tenoris subsequenter etc. (*prout in eadem bulla*).

Papae electio
quam maxime
advertenda.

Super quae e-
dita est bulla,

Quae publicata solemniter fuit,

§ 2. Quae literae deinde, pro ipsarum subsistentia firmitate et notorietate, dum Bononiae cum nostra Curia essemus, de mense octobris, pontificatus nostri anno septimo, in consistorio nostro secreto, etiam (1) venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus et aliquibus praelatis nostris domesticis, lectae et publicatae et approbatae, et demum in quinterno Cancellariae descriptae et annotatae, et in audientia contradictarum ac aliis locis publicis dictae civitatis, et postremo Romae, in locis designatis, publicatae extiterunt, et eorum exemplaria ad omnes fere christianos principes transmissa.

Et modo, ad abundantiore cautelam, ab eodem Pontifice, sacro approbante concilio, confirmatur et innovatur.

§ 3. Nos insuper, attendentes quantiponderis quantique exitii Christi vicariorum in terris adulterinae electiones essent, quantumque detrimenti christianae religioni afferre possent, praesertim his difficillimis temporibus, quibus diversimode vexatur christiana religio universa; volentes Sathanae dolis et insidiis, humanae praesumptioni et ambitioni, quantum nobis permittitur, obviare, ut literae praedictae eo magis observentur, quo clarius constiterit eas matura et salubri deliberatione dicti sacri concilii approbatas et innovatas, qua statutae et ordinatae fuerunt, licet ad sui subsistentiam et validitatem alia approbatione non indigerent, sed ad abundantiore cautelam et ad tollendam omnem doli ac malitiae causam male cogitantibus et tam saluberrimae constitutioni contravenire satagentibus, ut eo tenacius observentur et difficiliter tolerantur, quo tantorum patrum fuerint approbatione munitae, literas praedictas, cum omnibus et singulis statutis, ordinationibus, decretis, definitionibus, poenis, inhibitionibus aliisque omnibus et singulis clausulis in eis contentis, sacro hoc Laterano concilio approbante, auctoritate et potestatis plenitudine praefatis approbamus et innovamus, easque inviolabiliter et irrefragabiliter observari et custodiri mandamus, roburque perpetuae firmitatis

(1) Leg. *coram loco etiam* (R. T.).

obtinere; ac cardinales, mediatores, oratores, nuncios et alios in dictis literis contentos, ad ipsarum literarum et omnium et singulorum in eis expressorum observationem, sub censuris et poenis et aliis in eis contentis, iuxta eandem literarum tenorem et formam, teneri et obligatos fore decernimus et declaramus.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Quibus cum que non obstantibus

Nulli ergo etc.

Datum Romae in basilica Lateranensi, in sacra sessione, anno Domini MDXIII (1), quartodecimo kalendas martii, pontificatus nostri anno x.

Dat. die 16 februarii 1513, pont. anno x.

LEO X

PAPA CCXIX

Anno Domini MDXIII.

Ioannes Medices, Florentinus, S. R. E. cardinalis, diaconorum prior, electus est in Romanum Pontificem die 11 martii 1515, et die 19 eiusdem, quae in sabbatum sanctum incidebat, solemniter consecratus est et pontificia redimitus thiara. Sedit in pontificatu temporibus Maximiliani, regis Romanorum, annos viii, menses viii, dies xx, et octo promotionibus xlii creavit cardinales. Obiit die 1 decembris anno 1521, et sepultus est in basilica Vaticana: unde corpus eius translatum est ad sacram aedem S. Mariae supra Minervam. Vacavit Sedes dies xl.

(1) Editio Romana habet in notula 1512; sed perperam. Dies enim sextusdecimus februarii 1512 erat pontificatus anno nono (R. T.).

L.

Reintegratio incliti populi Romani ad sua privilegia, gratias et officia.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Popul. Rom. multas gratias obtinuit a plerisque Pont., quibus tamen non fruebatur. — 2. Quas omnes hic Pont. novat et confirmat. — 3. Officiaque multa eidem populo restituit et donat. — 4. Beneficiaque ecclesiastica Urbis Romanis tantum concedi vult; — 5. Redditiis gabellae vini forensis Studio Urbis assignat; — 6. Notarios Romanos eximit a contentis in bulla Iulii II; — 7. Gabella vini populo donat; — 8. Conservatores Urbis a die gabella eximit; — 9. Pretiumque salis minuit; — 10. Civitatem Veliternam et terram Corae populo restituit; — 11. Executores huius bullae deputat; — 12. Contrariis derogat.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Dum singularem fidei constantiam et eximiae devotionis affectum, quos dilecti filii populus Romanus erga nos et Romanam ab eius exordio gessisse semper et gerere comprobantur Ecclesiam, vigili meditatione pensamus, dignum, quin potius debitum arbitramur ut Ecclesia ipsa sic suae in eos gratiae dona diffundat, ut a quibus praecipue in matrem et dominam divina fuit dispositione recepta, per mutuae benevolentiae ministerium uberioraque in dies largitionis munera, in peculiare ac dilectissimos filios magis adoptasse noscatur.

§ 1. Sane, felicitis memoriae Eugenius quartus, Nicolaus quintus, Callistus tertius, Pius secundus, Paulus etiam secundus, Sixtus quartus, Innocentius octavus, Alexander sextus et Iulius similiter secundus et nonnulli alii Romani Pontifices, praedecessores nostri, diversa eisdem populo privilegia, indulta et gratias concesserunt, quae, sicut dilecti filii, nobiles viri, magister Ioannes Hieronymus

de Benzonibus, decretorum doctor, de maiori praesidentia abbreviator, et Stephanus de Carbonibus ac Marius Particappa, conservatores, et Franciscus Cincius, prior capitum regionum Urbis, necnon magistri Paulus de Planca, Baptista Paulinus, Iulius de Albereschis, aulae nostrae consistorialis advocati, et Marius Salamonius, utriusque iuris doctores, et Franciscus de Lenis et Marcus Antonius de Alteriis et Bernardinus de Militibus ac Iacobus de Frangipanibus et Hieronymus Pichus ac Bartholomaeus de Valle, Romani cives, eorumdem conservatorum consilarii, super id per ipsos conservatores electi, ac Petrus de Semerilis, fisci nostri Romani procurator, nobis, ipsius populi nomine, exposuerunt, ob passim unicuique petenti concessas illorum derogationes, et eorumdem populi negligentiam vel alias, partim nunquam in observantiam deducta usuive recepta, partim per dissuetudinem abrogata propemodum sunt.

§ 2. Nos igitur, populum praefatum non minoris caritatis affectu, quam praedecessores praefati prosecuti sunt, prosequi volentes; ac omnium et singulorum privilegiorum, indultorum et gratiarum praedictarum et singularum super illis confectarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, pro sufficienter expressis habentes, motu proprio, non ad ipsorum conservatorum, prioris et consiliariorum aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, privilegia, gratias, indulta et literas praedicta, etiam quae, in causis ad forum Capitolinum spectantibus, commissiones quaslibet, praeterquam quae Romani Pontificis sint manu propria subscriptae, prorsus excludunt, et tribunalia ac causarum, tam civilium quam criminalium, in eadem Urbe, cognitiones distinguunt, necnon statuta et consuetudines dictae Urbis, reformationes illorum, etiam iuramenti validi-

Proœmium.

Popul. Rom. multas gratias obtinuit a plerisque Pont., quibus tamen non fruebatur.

Quas omnes hic Pont. novat et confirmat.

tatem in certis ibi expressis casibus restringentia, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et innovamus, et perpetuae firmitatis robur obtinere, et etiam si hactenus, ex praemissis vel quibusvis aliis causis, observata non fuerint, ex nunc de cetero, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter observari debere decernimus, potiorique pro cautela ea omnia et singula, prout per dictos praedecessores concessa fuerunt, eidem populo gratiose concedimus.

§ 5. Et ut eidem populo in eorum privata commoda de alieni subventionis auxilio consulatur, protonotariatus Curiae Capitolii (quod hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe) et notariatus (quod secretariorum nostrorum et marescallatus) extimatoriatus staterae; mandatariatus; et Transiberinorum Ripae et Ripettae officia (quae praesidentium annonae earundem Ripae et Ripettae dilectorum filiorum collegiis dicta olim fuere auctoritate perpetuo unita, annexa et incorporata) ab hospitali et quibus pro iis certam tunc expressam recompensam per alias nostras literas concessimus, quibus non intendimus praevindicare, nec solita emolumenta auferre, nisi pro ea summa, pro qua recompensa data fuerit collegiis praedictis, respective segregantes et separantes ea; ac pecuniarum Camerae (sine tamen ipsius exercitio et emolumentis ex ipso exercitio provenientibus, quae capita solidorum appellant) et gabellae vini forensis de eadem Urbe depositariatum, cum consuetis, ac praefatae Ripae, Ripettae, pecuniarumque et mercium ac annonae, graseiae nuncupatae, neenon salis ad grossum et ad minutum dohaneriatuum, cum centum viginti pro quolibet dohaneriatu, et omnium eorundem dohaneriatuum notariatum, cum quadraginta octo florenorum auri pro quolibet notariatu, salariis, per conductores ipsarum dohanarum, ex earum proventibus, singulis annis, in quatuor terminis, dohaneriis et notariis pro tempore existentibus integre persolvendis: ita tamen quod emptoribus et conducto-

ribus dictarum dohanarum et gabellarum propterea nullum praevudicium, circa administrationem officii, inferatur, sed solum deferre possint extorsiones indebitas et insolitas, quae fierent Camerae Apostolicae, et sine praevudicio in illis emptionis aut pignoris vel simplicis ab aliquo ex praedecessoribus nostris concessionis titulis insipientium, quamdiu tituli ipsi duraverint dumtaxat. Ita quod liceat ipsis conservatoribus et populo, restitutis precii, pro quibus empta, aut pecuniis, pro quibus pignori obligata sint, illa simul vel successive redimere, extraordinariatus maioris, notariatus etiam maioris et scriptoriae et marescallatus Camerae et gabellariatus maioris Urbis praedictarum et salinarum, portarum et pontium, sive Palatii dictorum conservatorum marescallatus et eiusdem Palatii notariatus, ac camerariatus Ripae et Ripettae, ac alia quaecumque Urbis officia, olim per cives Romanos exerceri solita, portasque et pontes dictae Urbis, cum omnibus eorum solitis honoribus, oneribus, salariis et emolumentis, dictis populo donamus et largimur. Statuentes et ordinantes quod ex nunc de cetero in perpetuum, tam portae et pontes huiusmodi, quam conservatoriatus, capitum regionum, marescallatum, de tracta nuncupatorum, paceriatus, magistratum stratarum et iustitiariorum, syndicorum, senatoris et officialium Urbis, reformatorum Studii et paceriorum ac syndicerum, assessoriatuum et notariatuum eorundem, ac quaecumque alia praefatae Urbis officia, per cives huiusmodi, ut praefertur, exerceri solita, divisim etiam in plures, ad populum, portiones illorum vel aliquorum ex eis, fructibus, redditibus et proventibus, iuxta providam dictorum conservatorum et prioris ac eorum consiliariorum ordinationem desuper faciendam, in pixidem congeri; et deinde, statutis per conservatores et priorem et consiliarios praefatos ad id temporibus, sorte, nostra et pro tempore existentis Romani Pontificis praesentia, tra-

Officiaque multa eidem populo restituit et donat,

henda, nostroque arbitrio restringenda et amplianda, inter cives tantummodo dispensentur. Et quod protonotariatus Curiae Capitoli, notariatus et marescallatus Ripae et staterae, et Camerae et gabellae Studii huiusmodi depositariatuum et gabellariatus et extraordinariatus praedictorum, et indicatus appellationum de eadem Urbe officia, et comitatus Tyburis et Malleani ac Velletri et Corae, civitatum videlicet et oppidorum dictorum, populi Romani temporali dominio immediate subiectorum, potestariae a taxis, quas pro expeditione brevium praefati secretarii ab eis haecenus exigebant, necnon eadem civitas et oppida ac terrae, ad praesens praefatis populo immediate subiecta, si et quamdiu in subiectione huiusmodi fideliter manserint, ab omni onere, quo pro stationibus militum Romanae Ecclesiae gravabantur, libera sint atque immunia. Id vero quod, ex depositariatu huiusmodi, collegio dilectorum filiorum scriptorum archivii Romanae Curiae annuatim debetur, is solvat, qui dicta solidorum capita perceperit.

Beneficiaque
ecclesias Urbis
Romanis tantum
concedi vult.

§ 4. Et quod Sancti Gregorii intra et Sancti Sebastiani extra dictae Urbis muros, Sancti Benedicti et Cisterciensis Ordinum et alia monasteria ac prioratus, canonicatus et praebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia ceteraque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, in dicta Urbe et illius districtu existentia (venerabilium fratrum nostrorum praefatae Ecclesiae cardinalium titulis et denominationibus, ac basilicae Beatorum Petri et Pauli et Lateranensis et Beatae Mariae Maioris de eadem Urbe ecclesiarum, archipresbyteratus Sancti Laurentii et Sancti Sabae, intra eosdem muros, eorundem Ordinum, dictis cardinalibus commendari solitis, monasteriis dumtaxat exceptis), non nisi Romanis civibus conferri seu commendari, aut alias de eis, in alios quoquomodo, praeterquam si beneficia praedicta ex resignatione alienigenae vacarent, quae etiam alienigenis conferri valeant,

etiam per nos et Sedem Apostolicam disponi nullo modo possit; collationesque, provisiones, commendae et aliae quaevis dispositiones de illis, etiam per nos et Sedem eandem, etiam cum expressa praesentium derogatione, etiam motu proprio et ex certa scientia, pro tempore factae, nullius sint roboris vel momenti, nullumque alieni, etiam coloratum, tribuant titulum possidendi.

§ 5. Praeterea quod ex redditibus gabellae vini forensis huiusmodi, postquam lectorum Studii salaria soluta sint, liceat praefatis conservatoribus, in eorum et capitum regionum magistratuum ornatum et decus dumtaxat, quo indigere noscuntur, et non eorundem conservatorum et capitum regionum proprios usus, iuxta ordinationem per conservatores et capita regionum ac consiliarios praefatos desuper faciendam, tantum annuatim exponere ad quantum medietas eorum provisionum seu salariorum ordinariorum respective ascendit, et non ultra.

Redditus gabellae vini forensis Studii Urbis assignat.

§ 6. Et quod notarii, in matricula notariorum Romanorum pro tempore descripti, ab observatione eorum, quae in literis apostolicis erectionis collegii dictorum scriptorum archivii Romanae Curiae continentur, quoad cives Romanos quoscumque inter se contrahentes, sint exempti.

Notarios Romanos eximit a content. in bulla Iulii II;

§ 7. Donamus quoque eisdem conservatoribus et populo in perpetuum, gabellam omnem vini forensis huiusmodi, cum onere solvendi, temporibus consuetis, ex proventibus dictae gabellae, salaria dictis lectoribus pro tempore debita, ac facultate residuum proventuum eorundem, in dictum ornatum, et murorum, portarum, aquaeductuum et pontium, aliasque dictae Urbis necessitates pro tempore ingruentes, de consensu consilii Romani, et non in alios usus, convertendi.

Gabellam vini populo donat.

§ 8. Et insuper eosdem populum omnesque et singulos dictae Urbis incolas et habitatores ac alios in eadem Urbe, ad quam christifidelium, de universis mundi partibus, frequens est in dies concursus,

Conservatores Urbis a dicta gabella eximit;

pro tempore residentes, a vini romani et farinae, praeterquam quae a pistoribus seu in eorum usum conficitur, omni tamen fraude cessante, et praefatos ac pro tempore existentes dietae Urbis conservatores a vini, etiam eorsi sive graeci, quo pro eorum et familiae suae victu utuntur, usque ad viginti quinque vegetes, anno quolibet, gabellae solutione eximimus et liberamus.

§ 9. Et pretium salis, qui ad minimum venditur, etiam pro pecudibus, in eadem Urbe, ad rationem octo bolonenorum monetae novae cum dimidio unius boloneni similis pro mensura, quam scorzum appellant, reducimus et moderamus.

§ 10. Porro civitatem Velletri et oppidum Corae praedictae, cum eorum territorii omnibus, mero et mixto imperio, aliisque omnibus iuribus et iurisdictionibus, prout olim sub dietorum Romani populi dominio fuere, eorundem populi ditioni et potestati, de consensu quorum intersit, libere restitimus et plenarie reintegramus. Mandantes dilectis filiis civitatis et oppidi praedictorum universitatibus, ut de cetero conservatoribus et populo praefatis, uti veris et legitimis eorum immediatis dominis, in temporalibus obediant et pareant ac intendant. Volumus demum quod praesentes literae et in eis contenta, a kal. martii proximi praeteriti circa, plenum sortitae sint et esse censeantur effectum. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super praemissis vel eorum aliquo per quoscumque, etiam nos et Sedem praefatam, ex quavis causa, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 11. Quo circa venerabilem fratrem Raphaellem episcopum Ostiensem, et dilectos filios nostros Franciscum Sanctorum Ieanis et Pauli, et Antonium Sancti Vitalis, et Petrum Sancti Eusebii tit., presbyteros, ac Aloysium Sanctae Mariae in Cosmedin diaconum, cardinales, et eorum quemlibet, pro praemissorum omnium observantia, eisdem conservatoribus, priori et populo, in conservatores et defensores

speciales constituimus et deputamus, in iungentes eisdem cardinalibus, quatenus ipsi vel eorum aliquis, per se vel alium seu alios, conservatoribus, priori et populo praefatis, quotiens ab eis vel eorum aliquo fuerint requisiti, in praemissis, efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant ipsos conservatores, priorem et populum, auctoritate nostra, omnibus et singulis supra dictis pacifice frui et gaudere, eaque omnia et singula inviolabiliter observari, non permittentes eos seu eorum aliquem per quoscumque desuper, etiam dicta auctoritate frangentes, quomodolibet molestari, contradictores quosvis per censuram ecclesiasticam et alia iuris opportuna remedia, appellatione remota, compescendo, invocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 12. Non obstantibus quibusvis in collegiorum praedictorum erectione et dotatione editis, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon quibuslibet de aliquo seu aliquibus ex praedictis officiis, quibusvis personis, etiam motu simili et ex certa nostra scientia, ex quibusvis urgentissimis et necessariis causis, per nos et Sedem praefatam factis haecenus et in posterum fiendis, quas, quotiens factae fuerint, totiens ex nunc, prout ex tunc, et e contra, revocamus, cassamus, annullamus; et omnibus illis, quae praedecessores praefati in singulis per eos eisdem populo concessis literis voluerunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nostrae tamen intentionis existit quod dohaneriatuum et illorum notariatuum salaria currere incipiant a die, quo contractus super ipsarum dohanarum conductione, inter illorum conductores et Cameram Apostolicam, tempore dieti Iulii praedecessoris initi, respective finierint, et non ante.

Nulli ergo omnino hominum etc.

Si quis etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo

Pretiumque salis minuit;

Civitatem Velletri et terram Corae populo restituit;

Executores huius bullae deputat;

Contrariis derogat.

quingentesimo tertio decimo, quartodecimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 19 martii 1513, pont. anno 1.

II.

Reductio et unio congregationis Eremitae Camaldulensis et congregationis S. Michaelis de Murano, monachorum Ordinis S. Benedicti, in unam congregationem; ac plurimae ordinationes pro electione et munere praelatorum et regimine totius congregationis, cum indulgentiarum et gratiarum concessione (1).

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Romani Pontif. ac principes indulta Ordini concesserunt. — 2. In capitulo generali, Florentiae acto, unio facta est (*de qua in rubrica*). — 3. Hic Pontifex modo praedicta omnia confirmat. — 4. Dubia in privilegiis exorienda, ad eorum favorem interpretentur. — 5. Privilegia omnibus monasteriis, etiam monialium, sint communia. — 6. Monachi omnes unum corpus et unam constituent congr., nuncupandam Eremitae et S. Michaelis. — 7. Capitulum generale statuta pro regimine Ordinis condere et corrigere potest. — 8. Et iuxta capituli statuta, sunt reformanda monasteria. — 9. Praelati generali obediant, et monachi praelatis. — 10. Appellatio ab eis, etiam ad Sedem Apostolicam, absque licentia prohibetur. — 11. Processus, tam civiles quam criminales, secundum usum et statuta formentur. — 12. Transitus de loco ad locum quando de licentia Sedis Apostol. est permittendus. — 13. Fugitivi non recipiuntur a praelatis invitatis. — 14. Translati, iuxta ordinationem capituli, ad alia loca Ordinis, eorum locorum professi censeantur. — 15. Loca et personae omnibus praeminentiis gaudeant, si dic. congreg. institutis non obstant. — 16. Loca non unum alteri subiecta esse censeantur, sed ad invicem suffragentur. — 17. Monasteria conferantur praelatis

(1) Vide Constit. xxviii Alexandri II. tomii II, pag. 48.

Ordinis a capitulo generali vel ab ipso generali et maiori parte visitorum. — 18. Sicque electi praesint monasteriis, sine *etc.* — 19. Et loco absentium praelatorum alii substituuntur a capitulo vel generali, ut sup. — 20. Loca et monasteria congregationis in commendam, titulum aut pensionaliter dari non possint. — 21. Beneficiorum omnium collatio libere ad praelatos Ordinis pertinet. — 22. Impedientes eos, qui Ordinem ingredi volunt, sint excommunicati. — 23. Monachi a congregatione nullo praetextu divertantur *etc.* — 24. Vagantes extra claustra, a generali et praelatis Ordinis coerceantur, quibuscumque non obstantibus. — 25. Exemptio Ordinis ab ordinariis et aliorum superioritate, iurisdictione et visitatione. — 26. Praelati et monachi non cogantur interesse conciliis, funeralibus, processionibus *etc.* — 27. Testimonia patrum in eorum causis legitima sunt. — 28. Exemptio ab impositionibus saecularium. — 29. Exemptio a decimis et quacumque praestatione danda praelatis *etc.* — 30. Exemptio pro relictis et legatis Ordini. — 31. Exemptio ab impositionibus Sedis Apostolicae. — 32. Censibus *etc.*, occasione visitationis. — 33. Exemptio omnium possessionum quas colit ipsa congregatio. — 34. Monachi succedunt in haereditatibus pro eorum monasteriis. — 35. Praese. 60 annorum tantum datur contra Ordinem. — 36. Interdicti tempore, patres celebrare possint, ianuis clausis. — 37. Ordinationes per quemcumque antistitem fieri possunt. — 38. Generalis et praelati auctoritas dispensandi cum suis monachis. — 39. Religiosos omnes ad Ordinem admittendi *etc.* — 40. Monachi confessiones omnium audire et absolvere et vota commutare possunt. — 41. Patres non sunt excommunicati, nisi specialiter denunciatur. — 42. Praelati cum monachis ex legitima causa possunt dispensare a recitatione officii divini. — 43. Sepultura in monasteriis omnibus *etc.* — 44. Facultas praelatorum contractum inveniendi super monasteriis novae erectae congregationis. — 45. Defectus in iis intercedentis validitati non praecudant. — 46. Privilegia huius congregationis revocata non censeantur *etc.* — 47. Indulgentia in mortis articulo patribus danda a con-

fessoribus. — 48. Aliae indulgentiae pro personis Ordinis. — 49-51. Alia privilegia. — 52. Conservatores qui eligi possint ab Ordine, et quae sit eorum iurisdicatio. — 53. Deputatio executorum huius bullae et contentorum in ea. — 54. Derogatio contrariorum. — 55. Beneficiorum unitorum cura et servitium non praetermittatur. — 56 ad 112. Tenor statutorum dic. capituli generalis. — 143. Fides danda transumptis huius bullae.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Etsi a summo rerum omnium Conditor, cuius inscrutabili providentia cuncta reguntur, dispensatores facti in domo Domini, meritis licet insufficientibus, iuxta ministerii pastoralis officium, quibuslibet personis regularem vitam professis teneamur assistere; illorum tamen profectibus animarum propensioribus nos licet auxiliis intendere, et eorum quieti, ut in sancta vocatione, absque impedimenti alicuius dispendio permanere, ac vota sua Altissimo exolvere valeant, nilque ipsos ab oratione et contemplatione retrahat, aut eorum piam intentionem intercipiat, nihilque virtuosis operibus, turbationis cuiusvis praebeat quomodolibet incentivum, paterna caritate prospicere, ac remediis congruentibus providere, qui, diffluentis et fallacis saeculi pessundatis delitiis, vitae integritate praepollent, et laudabilibus actibus continuo inhaerentes, spem suam in altissimis, ubi bona sunt gaudia, collocarunt; ac ea, quae per praedecessores nostros et canonice etiam alios saeculares principes in favorem personarum sub regulari observantia Altissimo famulantium concessa, et pro salubri monasteriorum et locorum ac congregationum directione statuta et ordinata fuisse dicuntur, libenter, eum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus, ac alias nostri pastoralis officii partes favorabiliter impartimur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§ 1. Sane accepimus quod quamplura privilegia et iudulta, tam per Romanos Pon-

tifices praedecessores nostros, quam imperatores et reges Romanorum, ac alios saeculares principes, Eremitae et Sancti Michaelis de Murano et aliis Camaldulensis Ordinis monasteriis et locis, ac congregationi de Murano concessa fuerunt.

§ 2. Ac quod nuper dilecti filii Petrus Dellini prior Eremitae dicti Ordinis, Arcetinae diocesis, ac eiusdem Ordinis generalis, eiusdem Eremitae, ac moderni abbates monasteriorum et priores prioratum, ac aliae personae dicti Ordinis in capitulo generali, in civitate Florentina, de mandato nostro congregato, velut zelatores divini cultus, pro prospero et felici regimine dicti Ordinis in spiritualibus et temporalibus, nonnulla statuta et ordinationes, erectionem novae congregationis Eremitae et Sancti Michaelis de Murano nuncupatae, ac institutionem decem et septem locorum principalium monasteriorum et prioratum, et illis aliorum unionem, ac omnium reformationem et ad observantiam reductionem, ac generalis temporalis electionem, ac normam et modum Eremitarum ac aliorum, tam sub regulari observantia, quam vita conventuali vitam ducere volentium, concernentia, salvo Sedis Apostolicae beneplacito, ediderunt laudabilia et honesta, ac sacris canonibus non contraria, quorum tenorem, illis maturius et diligentius examinatis, ac resecatis quibusdam superfluis, ac in meliorem formam redactis, de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus.

§ 3. Nos, cupientes privilegia per praedecessores nostros ac reges et imperatores praefatos, ut praefertur, concessa, ac statuta et ordinationes, ac congregationis Eremitae institutionem, et ex ea ac congregatione de Murano unius novae congregationis erectionem, quae Eremitae et Sancti Michaelis congregatio nuncupetur, ac monasteriorum et prioratum, ac aliorum beneficiorum aliis decem et septem principalioribus locis unionem, annexionem et incorporationem, eo firmiter persistere, quo Sedis praedictae

Romani Pontificis, ac principes indulta Ordini concesserunt.

In capitulo generali, Florentinae aetate, unio facta est congregationis Eremitae et S. Michaelis de Murano, et plura statuta edita, tam pro eremiticam, quam pro conventualem vitam ducere volentibus, et loca Ordinis ad 17 redacta fuerunt.

Illic Pontifex modo praedicta omnia confirmat.

protectione et auctoritate communita fuerint, ac prout expedire arbitramur, salubriter providere volentes; nos igitur, qui dudum, inter alia, volumus quod semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, et idem observari volumus in confirmationibus unionum iam factarum; quique religiosarum personarum gesta eo potiori favore prosequimur, quo speramus quod exinde sacrae Religionis vigor accrescat, eaque plurimum in Domino commendantes, ipsorumque generalis et eremitarum ac abbatum, priorum et capituli statum prosperum et tranquillum paterno zelantes affectu, eos et eorum quemlibet, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes; ac fructuum, reddituum et proventuum monasteriorum et prioratum, quorum verus annuus valor non exprimitur, verum annum valorem praesentibus pro expresso habentes, motu proprio, non ad alienius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia ac potestatis plenitudine, privilegia et indulta praefatis Eremo et congregationi de Murano, ac aliis dicti Ordinis monasteriis et locis, tam per Pontifices praefatos, et quatenus sint honesta et sacris canonibus non contraria, quam per imperatores ac reges et principes praefatos concessa; necnon statuta et ordinationes in dicto capitulo generali edita et, ut praefertur, reformata, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus, eaque perpetuae firmitatis robur obtinere et inviolabiliter observari debere decernimus. Supplemusque omnes et singulos defectus, tam iuris quam facti, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

§ 4. Et pro potiori cautela, volumus ut quicquid dubii, in dictis et in hoc etiam nostro privilegio seu in aliquo eorum, pro tempore emerit, id, data verborum ambiguitate et iurisperitorum interpretatione, in favorem dictae congregationis de novo erectae et locorum particularium eiusdem interpretari debeat, et cuiusvis particularis monasterii dictae congregationis, etiam de novo erectae.

Dubia in privilegiis exorrenda, ad eorum favorem interpretentur.

§ 5. Privilegia et omnia, etiam quae in toto hoc privilegio continentur, universae huic congregationi de novo erectae et omnibus et singulis particularibus eiusdem congregationis de novo erectae monasteriis, ac omnibus dicti Ordinis monialibus et monialium locis sint communia et ad illi extendantur.

Privilegia omnibus monasteriis, etiam monialium, sint communia.

§ 6. Et insuper etiam, ultra privilegia eidem Eremo et Sancti Michaelis, ut praefertur, de novo erectae congregationi concessa, haec perpetua atque irrefragabili constitutione, motu, scientia et potestate similibus sancimus quod omnes monachi Ordinem ipsius professi, praesentes et futuri, quamvis in diversis monasteriis sive locis pro tempore maneat, unum tamen corpus et una congregatio, Eremi et Sancti Michaelis nuncupata, existant. Ipsaque congregatio, ab Apostolica Sede merito approbata, ab universis christifidelibus in reverentia et devotione habeatur.

Monachi omnes unum corpus et unam constil. congr. nuncupandam Eremi et S. Michaelis.

§ 7. Et dictae congregationis capitulum generale, sive in eo voces pro tempore habentes, pro felici dictae congregationis successu, statuta, constitutiones, omnia et singula, quae in spiritualibus et temporalibus ipsius congregationis et eius regularis disciplinae statum, observantiam, indemnitate, et circa divini officii directionem et ordinationem, absque tamen ipsius Regulae, in substantia vel effectu, variatione, interpretationem vel declarationem quoquomodo concernere poterunt, auctoritate praedicta, instituendi, ordinandi, interpretandi et declarandi, ac ea, quae sic instituta, ordinata, interpretata vel declarata

Capitulum generale statuta pro regimine Ordinis condere et corrigere potest.

fuerint, in toto vel in parte, prout rerum vel temporum qualitas exegerit, tollendi, alterandi et in melius commutandi plenam et liberam in omnibus habeant facultatem. Quibus institutis, ordinationibus, declarationibus et correctionibus, singuli de congregatione de novo erecta huiusmodi, cuiuscumque dignitatis, status, gradus seu conditionis existant, efficaciter parere omnino teneantur. Ita tamen quod ad peccatum, nisi contra fiat ex contemptu, aliquem non obligent.

§ 8. Et quotiens praelatus aliquis monasterium, cui prae fuerit, reformare, et ad ipsius de novo erectae congregationis observantiam reducere decreverit, reformationem ipsam, iuxta instituta, decreta et ordinationes congregationis eiusdem, prout convenientius poterit, exequatur. Et eius acta, conventiones et modi, eo ipso quod, de consensu dictae congregationis seu ad id deputatorum, in formam publicam redacta fuerint, apostolico sint robore communita.

§ 9. Universi vero eiusdem congregationis de novo erectae praelati, sub prae fati generalis Ordinis; et alii monachi ac conversi et commissi, sub praelatorum, in quorum monasteriis aut aliis locis ipsi monachi, conversi et commissi morantur, obedientiis vivant, et eas illis humiliter praestent.

§ 10. Et nulli praelatorum vel monachorum praedictorum, ab institutis, ordinationibus, correctionibus et mandatis capituli sive generalis Ordinis aut aliorum praelatorum congregationis huiusmodi, ad quemcumque, etiam ad nos et Sedem praedictam, nisi de speciali indulto Summi Pontificis, liceat appellare; appellationesque desuper pro tempore interpositae et inde secuta, irrita habeantur.

§ 11. Et cum contra aliquem praelatum vel monachum de novo erectae congregationis huiusmodi civiliter aut criminaliter agi contigerit, secundum consuetudines et statuta praedicta (iuris communis apicibus, dilationibus, terminis et litium anfractibus omissis) procedi debeat.

§ 12. Et ipsius de novo erectae congregationis praelati suos monachos, qui licentiam a Sede praefata habere dixerint se ad aliud quodcumque monasterium sive locum transferendi, obtentu literarum apostolicarum, transferri non sinant, nisi in ipsis literis specialis, specificata et expressa de congregatione et nostra ordinatione huiusmodi mentio fiat, eique sufficienter derogetur. Ac tunc, si infra tres menses id non compleverint, contra eos, tamquam contra apostatas, agi possit, nisi in ipsis literis apostolicis expressum fuerit tempus infra quod se debeant ad huiusmodi monasteria sive loca transtulisse, eoque casu, non prius contra eos agi liceat, quam dicta tempora sint elapsa.

§ 13. Ac congregati huiusmodi praelati, quarumcumque literarum apostolicarum praetextu, nisi in illis praesentibus specialiter et expresse derogetur, ad recipiendos monachos, qui alias ab eorum propriis monasteriis, absque suorum superiorum licentia, contumaciter recesserunt, a quoquam nequeant quomodolibet coartari.

§ 14. Illi vero ex eisdem monachis, quos de prioratibus, in quibus professi fuerunt, aut monasteriis sive locis, ad alia dictae congregationis monasteria sive loca, iuxta dicti capituli ordinationem transferri contigerit, aut alias pro conventualibus quomodolibet, ex tunc ab ipsis prioratibus, monasteriis atque locis realiter absoluti extiterint, aliorum monasteriorum locorumque, quamdiu ibi steterint, monachi et suppositi reputentur, et pro conventualibus inibi habeantur, ac si in illis professionem suam emisissent.

§ 15. Ac omnia monasteria et loca praedicta, et eorum praelati atque personae, quibuscumque eis a dicta Sede vel alias qualitercumque concessis, ac de iure seu consuetud. debitis iuribus, praerogativis ac dignitatibus inconcusse gaudeant et utantur, dummodo illa praemis-

Transitus de loco ad locum quando de licentia Sedis Apostol. est permittendus.

Translati non recipiantur, praetatis irritis.

Translati iuxta ordinationem capituli ad alia loca Ordinis, eorum locorum professi censentur.

Loca et personae omnibus praerogativis gaudeant, dummodo de congreg. instituta non observat.

Et iuxta capituli statuta, sunt reformanda monasteria.

Praelati generali obed., et monachi praelatis.

Appell. ab eis, etiam ad Sedem Apostolic., absque licentia prohibetur.

Processus tam civil. quam criminales, secundum usum et statuta formentur.

sis et aliis dictae congregationis institutis et ordinationibus non obstant.

Loca non unum alteri subiecta esse censentur, sed ad invicem suffragantur

Monasteria conferantur praelatis Ordinis a capitulo generali vel ab ipso generali et maiori parte visitatorum.

§ 16. Nec propterea ex monasteriis ipsis unum alteri censeatur esse subiectum, sed, eis in sua pristina libertate manentibus, ea vicissitudinis adminiculo copulata, sub felici dictae de novo erectae congregationis regimine, sibi, uniformi regularis observantiae gressu, invicem suffragentur.

§ 17. Monasteria autem et prioratus, quae nunc Sancti Michaelis sunt et pro tempore erunt, etiam unita Eremiti et S. Michaelis congregationi de novo erectae huiusmodi, per praelatos dumtaxat eiusdem congregationis regantur et gubernentur; et quotiens illa ubicumque, etiam apud Sedem praedictam et qualitercumque vacare contigerit, etiam si quaevis speciales vel generales de illorum provisionibus seu dispositionibus per dictam Sedem reservationes factae fuerint, generale capitulum, si tunc celebretur, alioquin dicti Ordinis generalis pro tempore existens, una cum maiori parte visitatorum, illos ex eiusdem de novo erectae congregationis monachis praesentibus et futuris, etiam defectum natalium ex quibusvis personis patientes, quos ad id idoneos fore crediderint, in praelatos tunc vacantium monasterii et prioratum huiusmodi, alias secundum consuetudines, ordinationes et statuta praedicta, eligere seu nominare, et ad eorum beneplacitum, taliter electos seu nominatos a regimine et administratione dictorum monasteriorum et prioratum, quibus tunc praefuerint, et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere et amovere.

Praelati sic electi, absque alia Sedis Apostolicae dispensatione, monasteriis praesint, et tam in spiritualibus quam temporalibus ea gubernent.

§ 18. Praelati sic electi seu nominati, absque alicuius dictae Sedis vel alterius provisionis vel dispensationis adminiculo, etiam praeter hoc, quod eis munus benedictionis impendatur, ipsis monasteriis et prioratibus, ad quae sic electi vel nominati fuerint, praesentia, ac illa in spiritualibus ac temporalibus regere et guber-

nare, ac omnes actus ibidem exercere, et insignia deferre, ac si munus huiusmodi suscepissent.

§ 19. Et si contingat praelatos dictae de novo erectae congregationis a monasteriis et prioratibus, ad quae, ut praemittitur, electi seu nominati fuerint, aliqua legitima causa abesse, idque pro dictorum congregationis et monachorum ac illorum praesentium et futurorum monasterii ac prioratum conservati et statu prospero et felici, quod, absente praelato, ne monasterium sibi commissum ex eius absentia damna sustineat, alius qui monasterium seu prioratum ipsum regat et gubernet, durante absentia huiusmodi, deputetur, utile videatur et expediat; quod quotiens id contigerit, capitulum seu generale cum deputatis huiusmodi, alias iuxta eorum consuetudines et statuta, curam, regimen et administrationem ipsius monasterii seu prioratus, praelati sui praesentia carentis, in spiritualibus et temporalibus, dicta absentia durante, alteri committere libere et licite possint.

Et loco absentium praelatorum alii substituantur a capitulo vel generali, ut sup.

§ 20. Et quod aliquod ex dictis monasteriis et prioratibus aut aliis dictae de novo erectae congregationis locis, per quaecumque literas apostolicas, etiam motu simili et cum reservationibus ac quibuscumque derogatoriis, per quas effectus praesentium quomodolibet impediri vel differri possit, clausulis, concessas haecenus et in posterum concedendas, per aliquem dictae de novo erectae congregationis, vel extra eam, cuiuscumque status, gradus, ordinis seu conditionis sit, etiam si cardinalatus honore aut pontificali vel alia quavis auctoritate praefulgeat, in titulum aut commendam seu administrationem vel alias obtineri; seu super alicuius illorum fructibus, redditibus et proventibus aliqua pensio reservari, concedi et assignari, vel ius sibi desuper acquiri; vel aliquis, contra praesentium tenorem, quovis quaesito colore, quempiam de dicta de novo erecta congregatione, super aliquo ex dictis

Loca et monasteria congregata, in commendam, titulum, aut pensionaliter dari non possunt.

monasteriis, prioratibus et locis, ratione tituli seu commendae vel administrationis ac pensionis huiusmodi, impetere seu molestare valeat.

§ 21. Quodque deinceps nulla ex beneficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem abbatum vel priorum, ac conventuum, monasteriorum et aliorum locorum dictae de novo erectae congregationis, communiter vel divisim, pro tempore pertinentibus, etiam qualitercumque beneficia ipsa et ubicumque, praeterquam apud Sedem praedictam, vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolicae generaliter reservata non fuerint, sub gratiis, expectativis aut provisionibus seu aliis dispositionibus dictae Sedis, facultatibus seu indultis, de conferendis beneficiis ecclesiasticis, vacantibus vel vacaturis, quibusvis personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, et quavis, etiam pontificali, dignitate praefulgeant, ab eadem Sede quomodolibet concessis et in antea concedendis, quomodolibet cadant seu comprehendantur; sed ipsorum beneficiorum collatio, provisio, praesentatio, electio et dispositio, illorum occurrente vacatione, praemissis non obstantibus, ad abbates et priores ac conventus praefatos, libere et absque aliquo praefatae Sedis praeventiois impedimento pertineant et spectent. Ac de beneficiis ipsis, nullus alius quam abbates seu priores et conventus praedicti, quorumcumque facultatum et indultorum sibi a Sede vel legatis praefatis qualitercumque et sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam motu simili concessorum et concedendorum vigore vel praetextu, disponere valeat quoquo modo. Ac omnes et singulae gratiae expectativae et acceptationes, provisiones, dispositiones, collationes et literae Sedis ac illius legatorum huiusmodi, facultatesque et indulta

Beneficiorum omnium collatio libere ad praefatos Ord. pertinet.

super collationibus beneficiorum ecclesiasticorum, vacantium seu vacaturorum, quibusvis etiam, ut praefertur, qualificatis personis, et cum praedictis clausulis pro tempore concessa, processusque desuper habiti pro tempore, etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque ecclesiasticas sententias, censuras et poenas in se continentes, quod beneficia ad collationem, provisionem, praesentationem, electionem aut aliam dispositionem abbatum et priorum ac conventuum praedictorum respective spectantia huiusmodi, ac totum id et quicquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, omni processus careant firmitate.

§ 22. Nec quisquam personas, quae de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, e saeculo fugientes et ad dictam de novo erectam congregationem venire affectantes, verberibus aut violentiis quibuslibet impedire vel prohibere, aut a monasteriis vel locis congregationis eiusdem praesentibus vel futuris divertere, aut super hoc illis vel eas recipientibus iniuriam vel molestiam aliquam irrogare praesumat. Contrafacientes vero praesentium notitiam habentes, vel qui eas ignoraverint, et postquam ad eorum notitiam devenerint, a praemissis iniuriis et violentiis non destiterint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a qua, praeterquam in mortis articulo constituti, nisi a Sede praefata, absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Impedient. eos qui Ordinem ingredi volunt, sunt excommunicati.

§ 25. Ac nullae ecclesiasticae vel saeculares personae, quaecumque auctoritate vel dignitate praeditae, aliquem ex praefatis vel monachis congregationis praedictae, obsequiorum vel servitorum propriorum vel monast. suorum praetextu, etiam si absque licentia suorum superiorum, ad eas divertere, vel alia quavis causa, etiam arctioris vitae, Ordinis vel observantiae, a dicta de novo erecta congregatione educere, vel sponte venientes re-

Monachi a congregatione nullo praetextu divertantur etc.

cipere, et penes se retinere audeant, etiam auctoritate literarum apostolicarum, in quibus de huiusmodi praelato vel monacho et congregat. nominatim expressa mentio non fiat, absque consensu capituli seu generalis vel maioris partis visitatorum de novo erectae congregationis huiusmodi pro tempore existentium: quod si recipientes praefati, infra tres dies postquam eis praesentes innotuerint, praelatum seu monachum, extra ipsam de novo erectam congregationem existentem huiusmodi, eidem de novo erectae congregationi non restituerint cum effectu, vel a se realiter non abiecerint, excommunicationis sententia innodati existant eo ipso, a qua, nisi in mortis articulo, aut a Sede praedicta, absolvi non possint.

Vagos extra claustra a gener. et praelatis Ord. coercentur, quibuscumque non obstantibus

§ 24. Generalis autem Ordinis ac abbates et priores de novo erectae congregationis huiusmodi pro tempore existentes, seu ab eis deputati, possint omnes et singulos eiusdem de novo erectae congregationis monachos ab illa vagos et fugitivos, aut suis superioribus non obediens et rebelles, et qui, habita licentia, conditionem eis impositam non impleverint, aut, lapso licentiae termino, ad proprium monasterium non redierint, vel alia loca seu monasteria, absque speciali apostolico privilegio praesentibus deroganti aut superiorum suorum licentia, se transtulerint, vel aliquarum personarum, quacumque dignitate, etiam cardinalatus honore fulgentium, servitiis, in Romana Curia vel extra eam, se addixerint, vel ab eis literas familiaritatis aut cappellanatus obtinuerint, capere et in carceribus detinere, aut per censuram ecclesiast. et alia iuris remedia, appellatione remota, etiam invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, ad solitam et debitam reverentiam compellere.

§ 25. Et ut dictae de novo erectae congregationis monachi divinis beneplacitis quietius et liberius insistant, eosdem dicti Ordinis generalem ac de novo erectam

congregationem et illius abbates et visitatores et alios praelatos ac monachos, conversos, commissos, novitios, personas et cappellanos, etiam curam habentes animarum, necnon familiares et servitores eorum, nunc et pro tempore existentes, ac ipsius de novo erectae congregationis monasteria, prioratus et loca, etiam quae in posterum eidem de novo erectae congregationi quocumque uniri vel incorporari seu subiici vel alias quomodolibet aggregari contigerit, omniaque et singula dictorum monasteriorum, prioratuum et locorum praesentium et futurorum ecclesiarum, cappellas, etiam si ipsis cura immineat animarum, oratoria, manualia, membra, castra, fortalitia, aedificia, villas, grangias, vineas, oliveta, hortos, sylvas, nemora, prata, pascua, piscationes, molendina, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, praedia, possessiones et bona quaecumque, quae in praesenti sunt et in futurum erunt dictae de novo erectae congregationis, et quae omnia et singula per eorum vocabula, fines, valores, qualitates et quantitates hic haberi volumus pro sufficienter expressis, a quorumcumque legatorum, etiam de latere, et subdelegatorum, necnon nunciorum dictae Sedis ac vicariorum, rectorum et quorumvis officialium Romanae Ecclesiae, necnon patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, electorum, administratorum et aliorum quorumcumque iudicum ordinariorum, quavis auctoritate, potestate, dominio, visitatione, reformatione et correctione: ita quod in dictam de novo erectam congregationem vel eius singulares personas seu benefactores, occasione beneficiorum eisdem collatorum ab eis, aut quia subditi eorum cum eisdem monachis conversentur, seu ab ipsis recipiant absolutionis et Eucharistiae sacramentum; necnon in monasteria, prioratus, loca et personas in eis degentes, ratione delicti,

Exemptio Ordin. ab ordinariis et aliorum superioritate, iurisdictione et visitatione. (1.)

(1) Vide Conc. Trid. sess. xxv, cap. 11 et seq., *De Regular.*

excessus seu contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque incatur contractus, committatur delictum, aut res ipsa consistat, excommunicationis, suspensionis et interdicti aut alias quasvis sententias, nisi de speciali Sedis praedictae commissione, quomodolibet directe vel indirecte proferre seu promulgare non possint, prorsus eximimus et totaliter liberamus. Eaque omnia et eorum quodlibet in ius et proprietatem B. Petri et Sedis eiusdem et sub eorum et nostra protectione suscipimus, ac nobis et dictae Romanae Ecclesiae annum censum unius unciarum auri, per eandem de novo erectam congregationem, in festo Beatorum Petri et Pauli apostolorum, annis singulis, Camerae Apostolicae persolvendum, in signum perceptae perpetuae libertatis et exemptionis assignamus. Quod si legati, subdelegati, ordinarii seu aliae personae praedictae, contra exemptionem et liberationem vestras huiusmodi, quidquam attentare quoquo modo praesumpserint; ac requisiti, vigore praesentium, per ipsius de novo erectae congregationis praelatos vel monachos, infra tres dies a die requisitionis huiusmodi, non destiterint, excommunicationis sententiae, ipso facto, noverint se subiectos. Et nihilominus, quod aliter actum fuerit, eo ipso sit irritum et inane nulliusque roboris vel momenti.

§ 26. Volumus insuper quod dictae de novo erectae congregationis praelati vel monachi literas apostolicas super administranda iustitia, executione faciendam, visitatione exercenda aut alio quovis negotio peragendo, ad eos pro tempore impetratas vel directas, acceptare, et in illis contenta exequi, et iuramentum de calumnia vel veritate dicenda subire, aut testimonium perhibere; seu extra suas civitatem et dioecesim trahi, et ad quaevis concilia generalia, provincialia vel synodalia, aut congregationes, quovis nomine

(1) Vide Concil. Trid. sess. xxv, cap. 12 et seq., *De Regular.*

censeantur, ecclesiasticarum vel laicarum personarum, cuiuscumque dignitatis aut status existant, etiam apostolica auctoritate indicta, praeterquam ad ipsius de novo erectae congregationis capitulum celebrandum, aut alias, iuxta eorum ordinationes, ire vel mittere, aut processionibus publicis vel funeralibus interesse invitari minime teneantur. Seu quod in eorum locis missae vel alia divina officia celebrentur, ordines conferantur vel agitentur causae civiles vel criminales, processiones convocentur, aut synodus, conventus seu quaevis congregationes tam ecclesiasticarum quam laicarum personarum fiant, sive quod huiusmodi de novo erectae congregationis loca ad usum hospitum, habitationem, detentionem et incarcerationem ecclesiasticarum vel laicarum personarum deputentur, adstringi seu compelli nullo modo possint.

§ 27. Testimonia vero praelatorum, monachorum, conversorum, commissorum et novitiorum dictae congregationis, in causis ipsorum civilibus et criminalibus, in iudicio et extra, legitima seu iuridica sint.

§ 28. Nulli quoque reges, principes, barones, milites, nobiles, laici, communitates, universitates, magistratus, rectores et officiales civitatum, terrarum, castrorum et dioecesum diversorum, monasteriorum, prioratibus, locis, cappellis, ecclesiis, manualibus, grangiis, castris, possessionibus et bonis, necnon praelatis et monachis ipsius congregationis, gabellas, tallias, datia, collectas, etiam pro pontium refectionibus aut viarum reparationibus, aliave onera seu gravamina inferre, indicare et imponere, aut indicta et imposita exigere, sub excommunicationis ac maledictionis aeternae poenis, quas, nisi, praesentium habita notitia, prorsus destiterint, ipso facto incurrant, audeant vel praesumant.

§ 29. Nec aliquod ex dictae de novo erectae congregationis monasteriis, prio-

Testimonia praelatorum in eorum causis legitima sunt.

Exemptio ab impositionibus saecularium.

Praelati et monachi non cogantur interesse conciliis, funeralibus, processionibus etc. (1)

Exemptio ad-
cimis et qua-
cumq. praesta-
tione dan. prae-
latis etc. 1

ratibus, grangiis, membris, manualibus et locis praedictis, ad dandum seu solvendum aliquam canonicam portionem sive decimam aut quid aliud, quod eorum loco solvi consueverit, archiepiscopis, episcopis, capitulis, parochianis, collegiis, universitatibus, communitatibus, fabricis et aliis quibuscumque personis, de iure vel consuetudine, aut statutis vel privilegiis quibuscumque, aut ex quacumque causa haecenus ab eis forsitan debita seu quae deberi praetenduntur quomodolibet in futurum.

Exemptio pro
relictis et lega-
tis Ordini

§ 50. Etiam de relictis, legatis et donatis, tam in ultimis voluntatibus quam etiam inter vivos, seu alias, quacumque occasione, concessis et concedendis, quomodolibet teneantur.

Exemptio ab
impositionibus
Sedis Apostoli-
cae.

§ 51. Ipsaque monasteria, prioratus, loca, manualia, grangiae, possessiones et bona, ac praelati, monaci et personae de novo erectae congregationis eiusdem ab omni impositione, exactione, collecta, decima, charitativo subsidio, aut quocumque reali et personali vel mixto onere vel gravamine, quovis nomine censeantur, per nos aut successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, indictis.

Censibus etc.,
occasione visi-
tationis

§ 52. Neenon ab omnibus censibus, redditibus et solutionibus, ratione visitationis aut subiectionis, quocumque iure, quibuscumque ordinariis, capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus aut aliis quibusvis personis haecenus debitis, quae nos eidem congregationi, de apostolicae potestatis plenitudine, gratiose remittimus, et in futurum debendis, illorumque solutione praestationeque sint esseque debeant libera penitus et exempta atque immunita: ita quod ad illorum praestationem vel solutionem, per quoscumque et quarumvis etiam literarum apostolicarum vigore, cogi, aut alias desuper inquietari nequeant.

§ 53. Nullusque ab eisdem de quibus-

(1) Vide Concil. Trid. sess. xxv, cap. 12, *De Regularibus*.

etiam possessionibus ubilibet constitutis, quae in praesenti sunt vel in futurum erunt monasteriorum, prioratum et honorum de novo erectae congregationis huiusmodi, quae illius praelati, monaci vel personae colunt seu coli faciunt, et in futurum colent seu coli facient, ex hortis, virgultis, piscationibus, vel de nutrimentis animalium primitias, decimas, quartas aut quocumque nomine nuncupata alia iura exigere vel extorquere praesumat, nec ipsi illa cuiquam solvere sint adstricti.

§ 54. Et quod de novo erectae congregationis huiusmodi monasteria et loca, haereditates, legata et fideicommissa per medias personas monachorum, aut alias qualitercumque ad ea delata, bona mobilia et immobilia, in quibuscumque civitatibus et locis, quovis titulo acquirere.

Ipsique monaci et personae, illa pro se eorumque monasteriis petere et exigere possint, undecumque vel qualitercumque eis debeant, et quae petendi et exigendi, si in saeculo remansissent, ius haberent.

§ 55. Et contra de novo erectae congregationis huiusmodi monasteria, loca, personas et bona, tam in praeteritis quam futuris, aliqua non currat praescriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum.

§ 56. Cupientes insuper ut de novo erectae congregationis huiusmodi personae, sublatis obstaculis quibuscumque, sedulum et devotum Domino exhibeant famulatum, motu et scientia similibus statuimus et ordinamus quod, si contingat civitates, terras vel loca, in quibus monasteria sive loca de novo erectae congregationis huiusmodi consistunt, ecclesiastico supponi interdicto, ipsius de novo erectae congregationis praelati, monaci, conversi, commissi, novitii et cappellani, neenon laici intra septa ipsorum monasteriorum seu locorum pro tempore habitantes, a praefatae de novo erectae congregationis monachis ad id deputatis, ia-

(1) Intellige nisi Papa vel ordinarius aliter iubeat, ex Concil. Trid. sess. xxv, cap. 12, *De Regularibus*.

Exemptio om-
nium posses-
sionum, quas co-
lit ipsa congre-
gatio.

Monachi succe-
dunt in haeredita-
tibus pro eor-
um monast.

Praescriptio 60
annor. tantum
datur contra Or-
dinem.

Interdicti tem-
pore patres ce-
lebrare possint,
ianis claus. (1).

munis clausis, interdictis exclusis et submissa voce, missas et alia divina officia audire, et ecclesiastica sacramenta suscipere, ipsique monaci sic deputati illa celebrare et ministrare.

Sacros ordines non recipiunt a quocumq. antistite, absque alio examine, ad sol. presentat. praelator. Ordinis. (1).

§ 57. Et quod eiusdem de novo erectae congregationis monaci, praesentes et futuri, omnes etiam sacros ordines, ad quos per eorum superiores praesentati fuerint, a quocumque maluerint catholico antistite, gratiam et communionem dietae Sedis habente, recipere, et huiusmodi antistitem, in huiusmodi congregationis monasteriis et locis dumtaxat adnotare (2); ipse antistes monacos dietae de novo erectae congregationis, a suis superioribus sibi pro tempore praesentatos, apostolica auctoritate, absque aliqua licentia et contradictione dioecesani, et absque eo quod aliquod alias illis propterea praecidium generetur, nulla examinatione praemissa, statutis tamen a iure temporibus ordinare, missas inibi celebrare, ecclesias, altaria et vasa consecrare, vestes benedicere et alia pontificalia exercere :

Generalis et praelator. auctoritas dispensandi cum suis monachis.

§ 58. Necnon quod generalis Ordinis et abbates, priores et praelati de novo erectae congregationis huiusmodi pro tempore existentes, in omnibus casibus, in quibus de iure communi praelatis et monachis dietae de novo erectae congregationis auctoritas sive licentia seu dispensatio ordinariorum, si ab eis exempti non essent, foret necessaria, cum eis auctoritate praedicta dispensare, eiusque licentiam et auctoritatem concedere :

Religiosos omnes ad Ordinem admittendi etc.

§ 59. Ac personas volentes eidem de novo erectae congregationi sociari, etiam si Religionem, locum vel Ordinem alium quemcumque arciozem ingredi vovissent, tali voto non obstante, ad probationem professionemque recipere, et eos, dicta auctoritate, ab ipso voto absolvere, et cum ipsis, dummodo in tali Religione vel Ordine, quem vovissent, professionem non

emiserint et, ante professionem emissam, ab ipsa de novo erecta congregatione non recedant, super omnibus votis (Religionis voto dumtaxat excepto) dispensare; ac omnibus quocumque excommunicationis vinculo innodatis, de novo erectam congregationem huiusmodi Altissimo famularis ingredi volentibus, iniunctis eis, iuxta eorum facultates, restitutione et poenitentia saluari, tamquam uni ex monachis de novo erectae congregationis huiusmodi, absolutionis beneficium impendere, eosque etiam ad probationem recipere, ita tamen quod, si inde ante professionis emissionem discesserint, in eandem ipso facto reintendant.

§ 40. Et cum saepe contingat quod, ob singularem devotionem, quam nonnullae personae ad monacos huiusmodi de novo erectae congregationis gerunt, ad eosdem monacos, pro eorum salute animarum, recurrant, eiusdem de novo erectae congregationis praelatis sive monachis, a suis superioribus ad audiendum huiusmodi personarum confessiones deputatis, quod personas ipsas accedentes audire, ac personae ipsae eis, absque alia superiorum suorum licentia, confiteri; necnon dietis praelatis sive monachis confessiones huiusmodi audientibus, dietos confitentes, poenitentia et satisfactione praeviis, quotiens opus fuerit, ab omnibus et singulis peccatis dietae Sedi non reservatis, et a quibuscumque suspensionum, excommunicationum et interdicti sententiis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis, quas, a iure vel ab homine latis, incurrisse quomodolibet constiterit, absolvere; et vota per eos pro tempore emissa, in omnibus et singulis casibus, locorum ordinariis etiam per synodales seu provinciales constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, et desuper cum eisdem votentibus dispensare, exceptis tamen censuris, poenis, votis et easibus, super quibus esset Sedes praefata merito consulenda. Ipsisque confitentibus ac aliis omnibus, qui ad praefatos monacos, ob

Monachi confessiones omnium audire et absolvi. et vota commutare possunt.

(1) Hoc revocavit Concil. Trid. sess. xxiii, c. 12, *De Reform.* (2) Legimus *advocare* (R. T.).

huiusmodi devotionem, recurrent, Eucharistiae sacramentum ministrare libere possint.

Patr. non sunt excommunicati, nisi cum specialiter denunciatis communi-ent.

§ 41. Necnon praelatis, monacis et personis congregationis huiusmodi quocumque nomine censeantur, ne, propter participationem, etiam in divinis, cum excommunicatis, suspensis et interdictis a iure vel statutis ordinariorum, aliquam excommunicationis, censurae aut peccati maculam incurrant, nisi ipsi excommunicati essent specialiter denunciati.

Praelati cum monachis ex legitima causa possunt dispensare a recitatione officii divini.

§ 42. Ac quod illi ex praefatis monacis, qui adeo monasteriorum suorum officii occupati sunt, ut in choro interesse, ac divinum officium vix sine labore et taedio dicere, ac ipsa eis, ratione officiorum huiusmodi, incumbentia caritatis opera implere nequeant; et qui ad divinum officium huiusmodi dicendum adeo vel non docti vel minus experti pro tempore existant, dummodo in sacris non sint ordinibus constituti, licet professionem emiserint, tamen ad persolvendum totum integrum officium divinum minime teneantur, sed eorum praelatis, habita suppositorum suorum consideratione (ultra officium Beatae Mariae Virginis, ad quod obligati remaneant), iuxta dispensationem eis traditam, si eorum animabus expedire videbitur, aliquid dicendum iniungant, quod cum animi alacritate valeat adimpleri.

Sepult. in monasteriis omnibus non excommunicatis aut publicis usurariis datur.

§ 43. Praeterea, omnibus christifidelibus, exceptis excommunicatis aut interdictis vel publicis usurariis, ut in locis et monasteriis de novo erectae congregationis huiusmodi, praesentibus et futuris, suam possint eligere sepulturam, salvo tamen iure illarum ecclesiarum a quibus ipsorum decedentium corpora assumuntur.

Facultas praelatorum contractum inveniendi super monasteriis novae erectae congregationis.

§ 44. Necnon generali Ordinis et abbatibus, prioribus vel praelatis aut aliis, per congregationem de novo erectam huiusmodi ad id pro tempore deputatis, in unionibus, annexionibus, incorporationibus ac reformationibus seu receptionibus monasteriorum, prioratum vel aliorum

beneficiorum ecclesiasticorum, pro ipsa de novo erecta congregatione faciendis, cum praelatis et personis, monasteria seu beneficia huiusmodi per eos obtenta, in congregationis huiusmodi seu alicuius illius particularis monasterii commodum dimittere volentibus, conventiones et pacta, quae illicita et, quando apostolica confirmatione carerent, expresse prohibita censerentur, inire; ac monasteria, prioratus et alia beneficia quaecumque, conventionibus et pactis huiusmodi intervenientibus, acquisiverunt, retinere, ipsaque conventiones et pacta observare, absque eo quod aliquam simoniae labem incurrant, libere et licite valeant.

§ 45. Et quodcumque per aliquem aut plures actus, contra ea aut ipsorum aliquod, a quocumque, cuiuscumque dignitatis, conditionis, gradus seu status fuerit, ex negligentia vel ignorantia praesentium, quibus haec conceduntur, aut alia quavis causa, scienter vel ignoranter attentari vel pro tempore observari contingat, nullum tamen propterea exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, indultis et privilegiis huiusmodi praerudicium generetur; sed ea omnia et singula in suis robore et firmitate permanent.

Defectus in iis intercedent. validitati non praerudicant.

§ 46. Ac quod deinceps, per quascumque revocatorias seu alias apostolicas concessionem vel literas, sub quibuscumque verborum formis et tenoribus aut clausulis derogatoriis, etiam si illae motu et scientia similibus emanaverint, nulla ex praedictis concessis, et quae eidem de novo erectae congregationi pro tempore concedentur, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis, privilegiis et concessionibus, quomodolibet revocari, cassari et annullari censeantur; seu quibusvis in eis contentis particulis aut clausulis derogari valeat, nisi in derogatoriis vel aliis literis seu cassationibus huiusmodi, illa vel illae ex literis, quae revocari aut cassari vel annullari viderentur, aut cui vel quibus derogari appareret, eorumque totus tenor de verbo

Privilegia huius congregationis revoc. non censeantur, per quascumq. S. A. disposition., nisi specialiter facta mentione.

ad verbum integre insereretur, et de omnibus et singulis congregationis huiusmodi monasteriis nominatim et specifica mentio fiat; ac in eisdem revocatoriis, cassatoriis vel aliis literis manifeste et expresse appareat quod Romanus Pontifex huiusmodi privilegiis, indultis et literis, de quibus tunc actum fuerit, voluerit specialiter derogare, vel illa revocare, cassare seu annullare; ac tunc demum urgens, sufficiens et rationalis, propter quam derogatio, revocatio, cassatio et annullatio ipsa merito fieri debeat, causa exprimat; alias derogationes, revocationes, cassationes, irrationabiles et annullationes quaecumque, si quas, aliter quam ut praefertur, a quocumque, etiam Romano Pontifice, fieri contigerit, ac quaecumque exinde secuta nullius sint roboris vel momenti, ipsis concessis literis, privilegiis, indultis, gratiis, exemptionibus et libertatibus in suo pristino, plenario et integro robore duraturis; et quod per quascumque revocationes, cassationes seu annullationes quarumcumque unionum, annexionum, incorporationum et appropriationum, de quibusvis monasteriis, prioratibus sive locis ecclesiasticis, per nos aut successores nostros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem, in genere vel in specie, sub quibusvis verborum formis vel expressionibus, de cetero forsitan faciendis, nullum dictae de novo erectae congregationi, super unionibus, incorporationibus, appropriationibus et innovationibus quorumcumque monasteriorum, ecclesiarum, prioratuum aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, ac per infra-scriptas constitutiones factarum unionum confirmationibus, per nos et Sedem praedictam, eidem de novo erectae congregationi vel in eius favorem faciendis, praedictum inferatur. Sed illae omnes, etiam post revocationes, cassationes et annullationes praedictas, in suo robore inconcussae persistent in omnibus et per omnia, ac si; quoad eas et ipsarum singulas, aliqua revocatio, annullatio vel cassatio nulla-

tenus emanasset, nisi dum et quando ipsae super unionibus, illarum confirmationibus vel appropriationibus seu donationibus confectae literae, in revocationum, cassationum et annullationum literis, constitutionibus et ordinationibus huiusmodi, de verbo ad verbum insererentur, ac in eis specialis, expressa et individua de ipsis monasteriis et locis ac congregatione mentio fieret; necnon irritum et inane totum et quicquid in contrarium, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 47. Necnon generali vel abbatibus, prioribus, monachis, conversis, commissis et novitiis, praesentibus et futuris, congregationis de novo erectae huiusmodi, ut eorum animarum saluti uberius consulatur, ut confessores idonei, quos de suorum voluntate superiorum, aut ipsi superiores pro libito elegerint, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, plenam semel tantum in mortis articulo remissionem eis, in sinceritate fidei, unitate sanctae Romanae Ecclesiae, ac obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate praefata concedere valeant. Sic tamen quod ipsi confessores, de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam congregationis huiusmodi personis, prout ad illas pertinuerit, per se vel alium faciendam iniungant, quam illi facere, prout potuerint, omnino teneantur. Quodque singuli ex eisdem personis clerici, quamprimum concessione absolutionis huiusmodi gaudere voluerint, septem psalmos poenitentiales, cum litanis et orationibus consuetis; conversi vero et commissi, aut qui praefatos psalmos dicere commode non potuerint, quinquagesies Orationem Dominicam et totiens Salutationem Angelicam, singulis hebdomadis, recitare; idque legitimo cessante impedimento, per annum integrum, etiam si totidem plus minusve, ex alia quavis causa, eos dixisse et dicere oport-

Indulgentia in mort. articulo patribus danda a confessorib.

tere contingeret, prosequi et complere te-
neantur. Occurrente vero impedimento
praedicto et postea cessante, quamprimum
poterunt commode, impositionem huius-
modi reficiant et adimpleant.

Aliae indulgen-
tiae pro peccatis
Ordinis

§ 48. Necnon quod, diebus quibus non-
nullae Urbis ecclesiae, pro stationibus con-
sequendis, a christifidelibus visitari solent,
quinque altaria ecclesiae monasterii seu
alterius loci congregationis huiusmodi, ubi
singulos ex eis moram trahere contigerit,
aut pauciora, si tot ibi non fuerint, devote
visitando, semelque psalmum incipientem
Miserere mei Deus, apud quodlibet altare,
pro felici statu eiusdem sanctae Romanae
Ecclesiae dicendo, easdem indulgentias et
peccatorum remissiones consequantur, quas
consequerentur, si ipsas Urbis ecclesias
tunc personaliter visitarent; si vero aliquis
ex personis congregationis de novo erectae
huiusmodi, pro ipsius congreg. negotiis
aut aliis legitimis causis, extra propria mo-
nasteria moram traxerint, ubicumque com-
modius poterunt, totidem altaria in qua-
cumque ecclesia, dictos psalmos apud quod-
libet ex dietis altaribus recitando, ut praem-
ittitur, visitaverint; et si conversi sive
commissi forsam dietum psalmum dicere
nescientes fuerint, ter Orationem Domini-
cam et totidem Salutationem Angelicam
apud quodlibet altare huiusmodi recitando,
eamdem etiam indulgentiam consequantur.

Sacerdotes in
itinere ante
diem celebrare
possunt.

§ 49. Quodque huiusmodi de novo ere-
ctae congregationis sacerdotes in itinere
constituti, aut alia causa subsistente, ante
diem et usque ad nonam inclusive mis-
sam celebrare.

Eremitar. pe-
regrinatio quan-
do sit permissa.

§ 50. Quodque duo ex eremitis prae-
fatis, singulo triennio, Terram et alia Loca
Sancta ac Sanctum Iacobum in Compo-
stella ac Beatorum Petri et Pauli limina,
de consensu capituli Eremiti, absque alia
dietae Sedis licentia visitare.

Familiares pe-
tiam tempnr. in-
terdicti divinis

§ 51. Ac singuli familiares monasterio-
rum, prioratum et aliorum locorum con-
gregationis de novo erectae huiusmodi,
etiam laici, in illius ecclesiis peccata sua

confiteri, et Eucharist. sacramentum, cu-
iusvis licentia minime requisita, recipere;
et tempore interdicti ordinaria auctori-
tate appositi, clausis ianuis, ac excommu-
nicatis et interdictis exclusis, divina offi-
cia audire libere et licite valeant, auctori-
tate et tenore praemissis, de specialis
dono gratiae, concedimus pariter et in-
dulgemus.

interesse, et sa-
cramenta susci-
pere possunt.

§ 52. Volumus autem quod universae
et singulae personae, quibus causae au-
toritate literarum apostolicarum delegari
possint, dum et quotiens, pro parte ge-
neralis et abbatum, priorum et conven-
tuum ac monachorum congregationis de
novo erectae huiusmodi vel alicuius eor-
um, fuerint legitime requisiti, ad execu-
tionem quarumcumque literarum dietae
Sedis conservatoriarum nuncupatarum, S.
Michaelis de novo erectae congregationi
huiusmodi, vel eius monasteriis, priorati-
bus, membris, abbatibus, prioribus et con-
ventibus, contra illis inferentes molestias,
iniurias, gravamina atque damna, conces-
sarum haecenus et in posterum conceden-
darum, perpetuis futuris temporibus pro-
cedant, per se vel alios, alias iuxta ea-
rumdem conservatoriarum literarum con-
tinentiam atque formam, in omnibus et
per omnia, perinde ac si conservatoriae
literae eis a principio directae, eisque ut,
quamvis alias conservatores esse non pos-
sent, illas exequerentur expresse man-
datum, et super hoc concessa facultas
fuisset.

Conservatores
qui eligi possint
ab Ord. et que
sit eorum iuris-
dictio.

§ 53. Quocirca dilectis filiis Sanctae
Mariae Florentinae, et Sancti Georgii Ma-
ioris Venetiarum, ac Sancti Iuliani de A-
rimino monasteriorum abbatibus, necnon
subdecano ecclesiae Florentinae, per apo-
stol. scripta, motu simili mandamus, qua-
tenuis ipsi, vel tres, aut duo vel unus eor-
um, per se vel alium seu alios, prae-
sentes literas, ac omnia et singula in eis
contenta, ubi et quando expedierit, ac
quotiescumque, pro parte generalis, visi-
tatorum, abbatum, eremitarum, priorum

Deputatio exe-
cutorum huius
bullae et con-
tentorum in ea.

et aliarum personarum congregationis de novo erectae huiusmodi, fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes, ipsisque generali, visitoribus, abbatibus, eremitis, prioribus et personis, in praemissis, efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eos, praesentibus literis et in eis contentis privilegiis pacifice gaudere, non permittentes eos super illis seu alias, contra praesentium literarum tenorem, per quoscumque quomodolibet indebite impediri seu etiam molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§ 54. Non obstantibus priori voluntate nostra praedicta et natalium defectu, et Lugdunensis concilii, et piaae memoriae Innocentii quarti contra exemptos edita, quae incipit *Volentes*, et Martini quinti necnon Bonifacii octavi, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon monasteriorum, prioratum et aliorum regularium locorum, etiam S. Michaelis, et de novo erectae congregationi huiusmodi unitorum, et illorum ac praedicti, et quorum ipsa unita monasteria, prioratus et loca exiterint, Ordinum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, quibusvis communitatibus, universitatibus, collegiis, ecclesiis, monasteriis, Ordinibus et aliis locis, capitulis, conventibus et personis, etiam motu et scientia similibus, et cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque decretis, concessis haecenus et in posterum concedendis, quibus omnibus, etiam, pro eorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserebantur, pro sufficienter expressis habentes,

illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, eisdem motu et scientia ac potestate, specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque etc. Aut si aliqui, super provisionibus sibi faciendis de prioratibus et monasteriis et unitis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus, speciales vel generales dictae Sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem literas ac processus habites per easdem et inde secuta quaecumque, ad monasteria, prioratus et alia beneficia unita huiusmodi, volumus non extendi. Sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem prioratum vel beneficiorum aliorum, praerudicium generari et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quoruncumque tenorum existant, per quae, praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Seu si aliquibus, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§ 55. Volumus autem quod prioratus et alia beneficia unita huiusmodi, debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura in eis, si qua illis imminuat, nullatenus negligatur; et in monasteriis unitis huiusmodi divinus cultus, et solitus monachorum et ministrorum numerus nullatenus minuat; sed illorum et dilectorum filiorum illorum conventuum, si conventus habeant, et prioratum ac beneficiorum unitorum praedictorum congrue supportentur onera consueta. Et insuper, ex nunc irritum decernimus et

Beneficiorum unitarum cura et servitium non praetermittatur.

Tenor statutorum die. capituli generalis.

Congreg. Eremiti Camaldulensis sit una, et vocetur Congregatio sacrae Eremiti

Monasteriorum unitorum numeratio.

Erem. Aretinus,

inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Tenor vero statutorum et ordinationum praedictarum talis est.

§ 56. In primis, tam apostolica auctoritate nobis in hac parte commissa, quam totius capituli nostri potestate, ordinamus, statuimus et deliberamus quod Camaldulensis Eremiti sit una congregatio, quae loca omnia, tam Eremitarum quam Observantium et Conventual. ad ipsam pertinent., complectatur, voceturque Congregatio sacrae Eremiti Camaldulensis.

§ 57. Deinde ex hac congregatione et alia eiusdem Ordinis Sancti Michaelis de Murano fiat unum corpus, et una nova erigatur congregatio, in qua universa nostrae Religionis loca Eremitarum, Observantium, Conventual. et monialium comprehendantur, quae sacrae Eremiti Camaldulensis et Sancti Michaelis de Murano Congregatio nuncupetur. In ea vero particularius infrascripta principaliora loca, cum inferioribus sibi annexendis et unniendis, hoc ordine contineri intelligantur.

§ 58. Sacra Camaldulensis Eremiti, Aretinen. dioecesis, dicti Ordinis, cum suis annexis, cui perpetuo unimus hospitale S. Fridiani de Pisis, dictum Sancti Martini, cuius quinquaginta; ac prioratum Sancti Sabini de Clivie, prope Castellionem Aretinensem, cuius etiam quinquaginta; nec non monasterium Sancti Andreae de Puteo, cuius viginti; ac prioratum Scandaloni, Florentinensis dioecesis, cuius quatuordecim; et monasterium Insulae, cum suis annexis, Imolensis seu alterius dioecesis, cuius centum; ac monasterium de Typhi, in Val de Caprese, cuius quinquaginta; ac prioratum de Cortona, cuius vigintiquinque; et prioratum Anguae, Fesulanensis dioecesis, cuius decem; ac prioratum de Pratalea, Fesulanensis dioecesis, cuius sex; ac prioratum de Planetulo, cuius septuaginta; ac prioratum de Valiala, cuius duodecim.

§ 59. Monasterium Sancti Michaelis de

Murano, Torcellanen. dioecesis, cum suis annexis, cui unimus prioratum S. Martini de Opitergio sive de Uderzo, cuius centum; et monasterium Sanctae Mariae de Lemo in Istria, cuius vigintiquinque; ac prioratum Camaldulini de Verona, cuius septuaginta.

§ 60. Prioratum Sancti Matthiae de Murano apud Venetias, cum suis annexis, cui unimus prioratum Sancti Viti de Vicentia, qui nunc in congregatione est, si ita patribus congregationis in futuro capitulo videbitur; ac prioratum Montis Crucum, in agro Patavino, cuius octuaginta; et prioratum Sanctae Mariae de Orbigo, Paduanensis dioecesis, cuius vigintiquinque; prioratum S. Benedicti de Philetto, Tarvisinensis seu Cenetensis dioecesis, cuius vigintiquinque.

§ 61. Ac monasterium S. Mariae de Carceribus, cum suis manualibus et annexis.

§ 62. Et monasterium Sancti Apollinaris de Classe, cum suis manualibus et annexis.

§ 63. Ac prioratum Sancti Salvatoris de Forolivio, cum suis annexis, cui unimus prioratum S. Mariae de Scardavilla, cuius quinquaginta, et prioratum S. Petri de Caesena, cuius septuaginta; ac prioratum Montis Calvarii, una cum prioratu Sanctae Mariae de Fontana, ambo de Caffracaro uniti, quorum viginti; et prioratum de Prodano, in agro Caesenati, cuius viginti.

§ 64. Et prioratum S. Ioannis Baptistae de Faventia, cum suis annexis, cui unimus prioratum Sancti Ioannis Baptistae de Bagnacaballo, cuius centum; et prioratum Sancti Ioannis Evangelistae de Rieco, cuius quindecim; ac prioratum Sancti Daniiani de Bononia, cuius sexaginta.

§ 65. Ac monasterium S. Romualdi de Val de Castro, cum suis manualibus et annexis, cui unimus prioratum de Podio-cuppo, cuius quadraginta; et prioratum

S. Michaelis de Mur., cum suis annexis,

S. Matthiae de Mur., cum suis annexis,

S. Mariae de Carceribus,

S. Apollinaris,

S. Salvatoris de Forolivio, cum suis annexis,

S. Ioan. Bapt. de Favent., cum suis annexis,

S. Romualdi de Val de Castro, cum suis annexis,

Sancti Georgii, cuius duodecim; ac prioratum de le Parelle, cuius decem; ac eremum dictam la Quadrigaria, cuius quatuor.

S. Mariae Angelor. Florent., cum suis annexis,

§ 66. Et prioratum Sanctae Mariae de Angelis, Florentiae, cum omnibus suis annexis, cui unum prioratum Sanctae Agathae de Valdechiano, in Monte Sancti Sabini, una cum prioratu Sancti Christophori et Sanctae Luciae prope Montem Sancti Sabini illi unito, quorum triginta; et prioratum de Muchio, Vullerianensis dioecesis, cuius quadraginta; et prioratum S. Viriani, Aretinensis dioecesis, cuius sexaginta.

S. Benedicti extra muros Florent., cum suis annexis,

§ 67. Et prioratum Sancti Benedicti extra muros Florentiae, cum suis annexis, cui unum monasterium S. Iucundae, Lucanensis dioecesis, cuius octuaginta; et monasterium de Cintogia, dictae dioecesis, cuius quinquaginta; et prioratum Urticaiae, Fesulanensis dioecesis, cuius triginta; et prioratum Sancti Cipriani, Uteranensis dioecesis, cuius viginti quinque; ac monasterium de Castigneto, Pisanensis dioecesis, cuius tredecim; et monasterium de Monte Muro, Florentinensis vel Fesulanensis dioecesis, cuius viginti quinque; ac monasterium de Titiano, Aretinensis vel Sarsinatensis dioecesis, cuius octuaginta.

S. Mariae de Monte Cornaro,

§ 68. Ac monasterium Sancti Felicis in Platea, Florent. dioec. cum suis annexis, cui unum monasterium Montis Cornarii, prope Balneum S. Mariae, cuius octuaginta.

S. Mustiola sive Rosae,

§ 69. Et monasterium de la Rosa, Senensis dioecesis, cum suis annexis, cui unum eremum dictam Alvivo, una cum sibi annexo prioratu de Lareo, et aliis sibi annexis, Senensis dioecesis, cuius centum quinquaginta.

S. Michaelis de Aretio,

§ 70. Ac monasterium S. Michaelis de Aretio, cum suis annexis, cui unum monasterium S. Clementis Aretii, cuius octuaginta; ac prioratum S. Laurentii prope Aretium, cuius viginti quinque.

§ 71. Ac monasterium S. Mariae de Balneo, cum omnibus suis manualibus et annexis, cui unum prioratum S. Silvestri, qui etiam unus de manualibus eius existit, cuius quadraginta.

S. Mariae de Balneo,

§ 72. Et monasterium S. Severi de Perusia, cum prioratu S. Trinitatis illi annexo et eorum annexis, quibus unum prioratum S. Antonii de Tuderto, cuius viginti quinque; ac prioratum S. Angeli, dictum il Massaccio, cuius centum.

S. Severi de Perusia,

§ 73. Et monasterium S. Hippolyti de Faventia, cum suis annexis et manualibus, cui unum ecclesiam S. Andreae et S. Laurentii, eiusdem monasterii manuales, cuius octuaginta; ac prioratum dictum de Ferracciano, Foroliviensis dioecesis, cuius centum; ac prioratum S. Mariae Camaldulini prope Forolivium, cuius triginta; ac locum S. Mauri de Solarolo, Faventinensis dioecesis, cuius quinquaginta.

S. Hippolyti de Faventia.

§ 74. Et monasterium de Monte Christo in Insula prope Sardiniam, cum suis annexis, cui unum monasterium S. Trinitatis in Sardinia, ecclesiam S. Petri in Scano, S. Nicolai de Trulla, S. Mariae et S. Eugeniae in Samnar, S. Michaelis et Laurentii in Vavaci, S. Mariae et Ioannis in Altasar, S. Mariae in Contra, S. Ioannis et Simonis in Salvener, S. Pauli in Controli, S. Petri in Olim eremitarum, in Elba insula; locus in Capolinari et omnia alia nostri Ordinis loca, quae in Corsica, Sardinia, Plumbino et aliis circumiacentibus terris reperirentur, quorum insimul fructus, redditus et proventus, quinquaginta ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excedunt.

Abbat. de Monte Christi.

§ 75. Quae omnia supradicta loca, si quovis modo vacant, alioquin per cessum vel decessum aut aliam quamvis dimissionem abbatum, priorum et aliorum quorumvis ea obtinentium, unita, annexa et incorporata perpetuo sint et esse intelligantur.

Quorum locorum annexo et incorporatio facta censeantur dum ea vacant

§ 76. Et haec quidem principaliora decem et septem loca, tamquam magis ido-

Et in eis monasticæ disciplinæ observantia servetur.

nea, in quibus, iuxta monasticam disciplinam, regularis vita constitui et observari valeat, eligimus. instituimus et deputamus, quibus alia minora loca, ut particulariter supra expressum est, ea ratione annectimus, ut cum monacis simul pluribus alimenta suppeditare abunde valeant, et per socialem vitam atque coenobiticam institutionem perfectius custodiatur observantiae rigor.

Monial. pauper. subventio- ni Eremus solvat infrascript. annuas portiones, videl. flor. 30 monialibus S. Benedicti de Aretio;

§ 77. Quoniam vero et de monialium dicti nostri Ordinis locis, quibus omnia huiusmodi de novo erectae congregationis privilegia communia esse debent, ratio habenda est, cum nonnulla ex eis intolerabili, ut accepimus, paupertate premantur, statnimus et definimus ut sacra Eremus, cum primum prioratum Planetuli, iuxta praemissam dispositionem, possederit, annuam triginta florenorum pensionem monialibus monasterii S. Benedicti de Aretio persolvat.

Flor. 20 monialib. de Prato Veteri;

§ 78. Cum prioratum Cortonae, viginti florenorum monialibus monasterii Sancti Iohannis Evangelistae de Prato Veteri.

Flor. 30 monialibus de Boldrona;

§ 79. Cum vero prioratus Angelorum de Florentia prioratum Sancti Viriani acquisiverit, annuam similiter triginta florenorum pensionem monialibus nostri Ordinis de Boldrona persolvat.

Flor. 25 monialibus Sanctae Trinitatis de Faventia.

§ 80. Quando iterum monasterium Sancti Hippolyti de Faventia locum S. Mauri de Solarolo possederit, pensionem annuam vigintiquinque florenorum monialibus monasterii S. Trinitatis de Faventia persolvat.

Pensionesque istas perpetuis sim.

§ 81. Quas quidem pensiones, perpetuis futuris temporib., de anno in annum, praefatis monialibus persolvi, et nulla ratione, neque a capitulis nostri Ordinis, neque a praesenti aut futuris generalibus, aut aliis quibuslibet, impediri posse statuimus.

Beneficia praedicta nemini ad vitam conferantur.

§ 82. Item, statuimus et ordinamus nullum de cetero nostri Ordinis beneficium, neque ex principalioribus, neque ex unitis supra nominatis, aut uniendis, posse cuiquam, vel in ipso Ordine nostro vel extra existenti, ad vitam conferri, neque a mo-

derno, neque a successoribus suis generalibus, neque ab Eremitis, neque ab abbatibus et prioribus Ordinis nostri, sub poena excommunicationis latae sententiae his qui beneficium aliquod conferre voluerint; et ut quod nemo, qui Camaldulensis Ordinis sit, beneficium aliquod sive dignitatem ad vitam suscipere valeat, sed in superius praenominatis locis principalioribus, per cessum vel decessum eorum, qui loca ipsa nunc tenent, annuales priores vel abbates aut rectores instituuntur, vitaeque regularis et observantia custodiatur; minora vero, in vacationis quodcumque eventum, maioribus ordine supra expresso unita sint, ut praefertur, hoc declarato, ut in illis pari ratione nemo possit, nisi annualem, administrationem habere.

Onera in eis implentur.

§ 83. Haec tamen lege, quod loca quaecumque, quae sic applicari contigerit, debitis sibi non fraudentur obsequiis, sed per praelatos monasteriorum vel locorum, quibus applicata fuerint et annexa, onera consueta et officia implentur.

Prael. de fructibus annexorum rationem reddunt ut hic.

§ 84. Obligenturque praelati antedicti, qui perpetui sunt, de fructibus huiusmodi annexorum, visitoribus per Observantes et Eremitas deputatis reddere rationem. De quibus quidem fructibus ac proventibus, illud disponi debeat quod per definitores capituli Observantium fuerit ordinatum. Ex nunc, Sedis Apostolicae beneplacito praemisso, decernentes ut quicquid, super collatione beneficiorum et locorum Ordinis nostri, aliter a quocumque fuerit attentatum, sive scienter sive per ignorantiam, nullius roboris vel momenti esse censeatur.

§ 85. Item, statuimus et ordinamus quod praelati Ordinis nostri perpetui, sive in hac congregatione sive extra ipsam fuerint, titulo, regimini et administrationi locorum, quae tenent, ad hoc ut dictae congregationi uniantur et effectualiter aggregentur, in manibus generalis et capituli Eremitarum cedere valeant, et hi potestatem habeant admitteendi cessionem, ac loca ipsa congregationi, effectu ipso, adiungendi.

Praelati loca quae tenent, congregat. cedere valeant, ut ei adiungantur.

Cedentes loca in eorum abbatibus et prioribus praefici possint ad vitam, ceteri veronequaquam.

§ 86. Et nihilominus generalis ipse et Eremitarum capitulum, qui sic viventes cedere voluerint, in eorumdem locorum abbatibus aut prioribus, secundum loci qualitatem, per annum praeficere possint, qui quidem annus toto tempore vitae eius, qui sic praefectus fuerit, durare intelligatur. Quod et in aliis pariter observari decernimus, qui beneficia aliqua vel loca Ordinis nostri, quae nunc in commenda sunt, in titulum habere procuraverint, scilicet, titulo atque administrationi locorum, quae sic habuerint, in favorem congregationis in praedictorum manibus cedentes, per eosdem, in priores aut abbates eorumdem locorum per annum praefici possint, qui annus, donec vita illi supererit, non finiatur. Nullum autem alium nostri Ordinis quoquo modo ad aliquod beneficium aut dignitatem, ad vitam aut ad annum tota vita duraturum, praefici posse volumus.

Loca quae sunt extra congregationem cum primum vac. congregationi aggregentur.

§ 87. Item, statuimus et ordinamus ut monasteria et beneficia ac loca omnia et singula nostri Ordinis Camaldulensis, quae modo extra hanc congregationem, sive in Ordine sint sive extra Ordinem, per quoscumque, cuiuscumque dignitatis fuerint, in titulum vel commendam obtenta, cum primum per cessum vel decessum illa obtinentium vacaverint, aut illorum commendae cessaverint, ad Ordinem nostrum effectualiter revertantur, et congregationi de novo erectae huiusmodi pleno iure et cum effectu aggregentur.

Generalis Ordinis dic. congreg. caput sit.

§ 88. Locorum autem omnium, qui nunc in nostro Ordine sunt, aut in futurum erunt, sive in hac congregatione in praesentiarum sunt, sive illi in posterum aggregabuntur, sive etiam extra congregationem sint, totius scilicet Camaldulensis Religionis caput, generalis censeatur, de anno in annum, prout inferius dicitur, eligendus.

Prior Eremitae neal primum locum post generalem.

§ 89. Eremitae autem prior, propter loci illius dignitatem, post generalem, supra omnes alios Ordinis abbates et priores semper locum habeat.

§ 90. Modus autem nominandi ac eli-

gendi Ordinis nostri generalem talis sit. Ut eligatur et deputetur solum de numero Observantium seu Coenobitarum sive Eremitarum et non Conventualium; fiatque eius electio de anno in annum in capitulo Observantium, secundum eundem modum et formam, quae servari consuevit in electione vicarii dictae congregationis Sancti Michaelis de Murano. Ipseque generalis sic electus possit, ubi opus fuerit, Ordinem universum visitare, et annuas collectas habere debeat a locis, quae illas exolvere tenentur et consueverunt.

Generalis eligatur de numero Observantium seu Coenobitarum Eremitarumve; is visitet Ordinem, et habeat collectas.

§ 91. Sacrae autem Eremitae prior, per cessum vel decessum venerabilis religiosi Petri Delfini, in praesentiarum prioris et generalis, nominetur et eligatur dumtaxat de numero Observantium, Coenobitarum aut Eremitarum, sitque non perpetuus aut ad vitam, sed temporalis, et eius electio fiat secundum modum et formam qua eliguntur aut eligentur ceteri omnes abbates et priores locorum, quae nunc in dicta congregatione de Murano sunt, aut in futurum erunt.

De electione et officio prioris sacrae Eremitae.

§ 92. Ipseque sacrae Eremitae prior, pro tempore sui officii, in Eremito commoretur, vitamque totaliter ducat eremiticam, non secus ac ceteri omnes eremitae, quos non minus exemplo, quam doctrina instruere debet. Hoc enim, in Regula Beati Benedicti, prioris officium esse legimus.

Prior Eremitae in Eremito semp. commorari debet.

§ 93. Quoniam vero in obitu aut cessatione eiusdem Petri Delfini, moderni prioris Eremitae et Ordinis generalis, non statim coadunari capitulum poterit, ordinamus et definimus ut, eo cedente vel decedente, usque ad immediate post futurum capitulum, ille qui pro tempore congregationis Sancti Michaelis vicarius esse reperiretur, suppleat vices generalis. Prior autem Eremitae, pro illa dumtaxat vice, a capitulo Eremitae statim eligatur, duraturus usque ad proximum futurum capitulum Observantium, in quo postea de anno in annum eligetur, ut praefertur.

Petro nunc Eremitae prioris ac generali Ordinis deced., vicarius S. Michaelis vices gener. supplet, et prior Eremitae, statim ab eius capitulo eligatur duraturus usq. ad cap. Observantium, a quo singulis annis eligatur.

§ 94. Item, ordinamus ac definimus ut

Generalis fo-
lorus eligat vi-
carios:

qui, post cessum aut decessum moderni generalis, pro tempore generalis eligetur, debeat sibi eligere et deputare vicarios pro meliori totius Ordinis regimine et gubernatione.

Unum sup. Con-
vent. de anno
in annum, et de
num. Conventu-
alium praela-
torum;

§ 95. Unum quidem super omnes Conventuales universalem vicarium, qui super Observantes Coenobitas et Eremitas et super moniales nullum ius habere possit: eligaturque de anno in annum ab ipso Ordinis generali, cum consensu Eremitarum et cum consilio aliquorum Ordinis nostri praelatorum, de numero solum Conventualium praelatorum. Qui et usque ad triennium confirmari et infra annum revocari, ad nutum generalis et capituli Eremitarum, possit. Cui, secundum quod eisdem generali et capitulo Eremitarum visum fuerit, de competenti salario provideatur, ut munus suum implere commode valeat.

Alterum super
Observant. Coe-
nobitas, Eremitas
et moniales
de numero praela-
torum Observantium.

96. Pro regimine autem Observantium Coenobitarum et Eremitarum ac monialium, unum aut plures vicarios, universales aut particulares, quando et quotiens opportunum censebit, ipse solus generalis eligere et confirmare ac revocare possit. Neminem tamen, nisi de numero praelatorum Observantium nostri Ordinis, possit in vicarium supra Observantes aut moniales eligere.

Capit. duo ce-
lebrantur.

§ 97. Pro meliori autem huius congregationis et totius Ordinis regimine, confirmatione et augmento, volumus in Religione nostra duo capitula celebrari.

Unum, in quo
convenient Ob-
servantes Coe-
nobitae et Ere-
mitae et gene-
ralis prior Ere-
mi et Obser-
vantium loco-
rum abbates, et
priors eligan-
tur etc. de anno
in annum;

§ 98. Unum quidem de anno in annum, in quo solum convenient Observantes Coenobitae et Eremitae, ita ut prior Eremitae, sicuti alii Observantium praelati, cum uno socio ad eum accedat. In quo per novem definitores, quorum maior pars de numero praelatorum sit, eo modo deputandi et eligendi, quo in capitulis congregationis Cassinensis, alias Sanctae Iustinae eliguntur, prior Eremitae et caeteri omnes Observantium locorum abbates et priores et totius Ordinis generalis eligantur, et caetera omnia tractentur et defi-

niantur, quae ad regimen, tam spirituale quam temporale Observantium, tam Coenobitarum quam Eremitarum atque monialium, pertinere videbitur.

§ 99. Alterum vero capitulum, quamdin in nostro Ordine Conventuales esse contigerit, generale totius Religionis fieri volumus, quando, quotiens et ubi generali Ordinis et capitulo Eremitarum visum fuerit, in quo convenient omnes, qui in generalibus nostri Ordinis capitulis vocem habere consueverunt. Et per sex definitores, quorum duo sint Eremitae, sive sacerdotes sive non, a capitulo Eremitae eligendi, duo de numero Observantium, et duo de numero Conventualium, ab omnibus vocem in eodem capitulo habentibus deputandi, non cum praesidente, qui semper sit Ordinis generalis aut localis eius Eremitae prior, ea tractentur et definiantur, quae ad totius Ordinis reformationem, incrementum atque utilitatem opportuna existimabuntur.

Alterum sit cap-
itulum gene-
rale celebran-
dum, quando et
ubi generali et
Eremitae capitulo
videb., in quo
tractentur ne-
cessaria pro to-
tius Ordinis re-
formatione et u-
tilitate.

§ 100. Illud quoque, Sedis Apostolicae confirmatione obtenta, definimus, ut quotiens nostri Ordinis qualecumque capitulum celebrabitur, possint eiusdem capituli definitores eligere unum nostri Ordinis professum idoneum et fidelem, loco notarii, qui eiusdem capituli acta scribere ac in debitas et opportunas formas redigere valeat, cuius quidem scriptis, tam in Romana Curia quam alibi, in iudicio et extra, plena fides adhibeatur, ac si per publicum et authenticum notarium scripta et stipulata essent.

Definitores ca-
pituli eligunt u-
num Ordinis pro-
fessum, pro no-
torio capitulo.

§ 101. Item, statuimus et ordinamus ut nullus de numero Observantium monachorum conversorum aut Eremitarum possit ad vitam conventualem transire, sub inobedientiae poena, qua ligentur, non solum transeuntes sed etiam recipientes, qui etiam beneficiorum suorum privationis poenam incurrant.

Monachi Obser-
vantes et Ere-
mitae ad Con-
ventuales transi-
re prohiben-
tur.

§ 102. Conventuales vero ad aeternam vitam observantiae transire posse volumus. Quinimmo eorum singulos, pro ani-

Conventual. ad
Observ. transi-
re possunt, et
recipi debent.

marum suarum salute, Religionisque nostrae reformatione, hortamur atque admonemus hoc facere. Volentesque ut Conventualibus, sic ad meliorem conversationem transire volentibus, locus in observantia denegari sub eadem poena non possit, nisi post tertiam probationem, ut in B. Benedicti Regula scriptum est; sed per Observantium monasteria, secundum beneplacitum visitorum et definitorum Observantium, deputentur.

§ 105. Item, ut Observantium potius quam Conventualium in nostro Ordine numerus augeatur, et omnes ad nostram Religionem accedere volentes, in loco observantiae, habitum Religionis suscipiant et professionem emittant, innovamus antiquam nostri Ordinis constitutionem ut nullus Conventualium praelatorum, qui perpetui sunt, possit alicui habitum nostrae Religionis exhibere, et contrafaciens poenam privationis beneficiorum suorum eo ipso incurrat.

§ 104. Item, definimus et mandamus ut omnes, tam praelati quam monachi de Observantia (exceptis Eremitis, quorum vita aetior et locus austerior est), debeant in victu, vestitu, tonsura, divini officii et missarum celebratione et aliis omnibus moribus et caeremoniis, tam extra quam intra monasterium, eundem modum et normam, sine ulla penitus diversitate, habere et observare.

§ 103. Item, omnes et singulas licentias, nostri Ordinis monachis aut conversis concessas, extra claustrum et extra Ordinem commorandi revocamus. Et eisdem, cum licentia aut sine, extra Ordinem commorantibus, sub poena gravissimae culpae mandamus ut, infra terminum trium mensium a praecepto sibi facto, debeant se coram generali aut vicario aut visitoribus praesentare, qui eisdem de congrua mansionem in Ordine nostro providere debeant. Teneanturque perpetui praelati monachos seu conversos huiusmodi, ad eos per generalem vicarium aut visitatores di-

rectos, benigne recipere et humaniter tractare, nisi legitimam habuerint excusationem.

§ 106. Item, in virtute sanctae obedientiae, mandamus ut nullus omnino nostri Ordinis, sine omnium definitorum capituli et Sedis Apostolicae licentia, literas familiaritatis alicuius cardinalis seu praelati impetrare possit; ac literis desuper per eos haecenus impetratis, sub poena privationis beneficiorum suorum et inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, renunciare habeant. Neque extra loca Religionis seu in aliarum Religionum aut saecularium locis permanere praesumant; neque possint beneficia, ecclesias aut loca alia, ad regimen aut ad affectum aut alio modo, sine eadem licentia et sub eadem poena, suscipere. Neque etiam possint super his generalis aut capitulum Eremiti, neque alius quoquo modo dispensare.

§ 107. Item, definimus et statuimus ut omnes nostri Ordinis beneficia obtinentes, in dicto beneficio, aut per se aut per alium, qui nostri Ordinis sit, resideant, et debito modo Deo altissimo deserviant aut deservire faciant. Et quicumque, sine expressa omnium definitorum licentia, hanc institutionem non servaverit, beneficio suo de facto privatus intelligatur. Et loco cui, secundum superiorem dispositionem, uniri debet, pro unito et annexo habeatur.

§ 108. Item, definimus et mandamus, sub eadem poena, ut singula dicti Ordinis beneficia, quibus cura imminet animarum, quorum singulorum fructus et proventus ad summam viginti quinque florenorum auri ascendunt, obtinentes, continue, die noctuque, ante sacratissimum Christi Corpus, accensam lampadem tenere debeant. Statuimus insuper ac definimus ut tam Eremitae quam Coenobitae, qui tunc in observantia sunt aut in futurum erunt, infra terminum quinque proxime futurorum annorum, debeant omnem curam animarum a locis eorum, tam prin-

Venientes ad Ordinem recipiantur ab Observantibus tantum.

Observantes in victu, vestitu, celebratione officiorum etc. eandem formam omnes observ.

Licentiae standi extra Ordinem revocantur.

Familiar. praelati vel cardinalis quomodo impetranda.

Beneficia obtinentes et non residentes, eis privantur et Ordini aggregantur.

Curata beneficia habent lampadem ante Corpus Christi tenent, et curam animarum amoveant, ut hic, infra aoo. quinque.

cipalioribus quam annexis, amovere, aut illis omnino cedendo, aut illas per saeculares presbyteros exercendo. Quo termino transacto, illos, quibus hoc onus incumbit, si ordinationem hanc non impleverint, gravissimam inobedientiae culpam incurrisse censeantur; ac locum, a quo cura animarum amota non fuerit, debere et posse, secundum generalis et capituli Eremi dispositionem, ab eo, cui unitum erat, separari, et alii uniri volumus. Ac sub dictae Sedis beneplacito volumus ut plebs et populi, quorum curam loca nostri Ordinis habere consueverant secundum dispositionem eorundem locorum praelatorum, contentae sint a saecularibus presbyteris curari ac gubernari.

Pro Ordine. a. o. illis quibus prudentes viri in locis observantiae per decem annos teneantur, quibus indulgentiae duplicentur.

§ 109. Item, quoniam multi nostri Ordinis probatissimi viri, proxime praeteritis annis, vita functi sunt, nosterque propterea Ordo aliquo indigere auxilio videatur, sub Sedis Apostolicae beneplacito, volumus ut per decem annos proxime futuros possint, quolibet anno, quinque alterius cuiuscumque Religionis, etiam Mendicantium atque Cartusiensium, quos capituli nostri definitores elegerint, habitum nostrae Religionis in quibuscumque observantiae locis recipere. His vero, sic ad nostrum Ordinem accedentibus et Camaldulensium Religionem profitentibus, cupimus, de apostolicae benignitatis largitate, merita laborum Religionis duplicari, plenariam omnium peccatorum indulgentiam concedi, illas insuper easdem indulgentias eadem benignitate consequi optamus, quas, sancta Hierusalem loca, Beatorum Apostolorum in Urbe limina, et S. Iacobi in Galitia ecclesiam visitando, consequerentur.

Loca Ordinis, quae transcendunt summam sexcent. floren. debent praecipue conducere et tenere.

§ 110. Item, statuimus et definimus ut singula nostri Ordinis loca, ubi coenobitica observantia custoditur, cuius fructus summam sexcentorum florenorum transcendant, debeant praecipue conducere ac tenere, qui iuniores monachos linguas et doctrinas, maxime sanctarum Scriptu-

rarum disciplinam, doceant, si ea loca studentibus apta et idonea a definitoribus iudicabuntur. Quae autem non id fecerint, secundum eorundem definitorum arbitrium, illis, quae fecerint, aliquid persolvere teneantur, et gravissime insuper ab eisdem puniantur.

§ 111. Item, statuimus et ordinamus quod nullae mulieres, monasteria tam virorum quam monialium dicti Ordinis, sub poena excommunicationis, ingredi possint, sine expressa generalis dicti Ordinis licentia.

Ingressus ad loca Ordinis prohibetur mulier.

§ 112. Item, statuimus et definimus quod, a praesenti anno incipiendo, semel ad minus in anno, omnia nostri Ordinis monialium monasteria per visitatores Observantium visitentur. A nullo vero alio, nisi a generali possint visitari, sine omnium definitorum licentia. Teneantur vero Observantium definitores et visitatores eadem monasteria regere et gubernare, et inter caetera, nullam monialem in eis permittere ut proprii quidquam habeat.

Visitatores Observantium visitent monialia monasteria.

§ 113. Ut eremiticae vitae rigor per Coenobitarum societatem non imminuatur, statuimus et definimus ut Ordinis generalis aut prior Eremi non possit, neque propria, neque alicuius capituli auctoritate, antiquas Eremi constitutiones, secundum consuetudines, quae in praesentiarum observantur, moderatas, relaxare, aut per laxiorem vivendi modum immutare, sine totius capituli Eremi consensu; et qui tam laudabilem vitam ullo modo immutare attentaverint, Dei et sancti patris nostri Romualdi indignationem timeant.

Eremiticae vitae rigor a toto capitulo Eremi tantum immutari potest.

§ 114. Capitulum autem Eremi et in praesentiarum et futuris temporibus esse et intelligi volumus ipse Eremi prior et omnes qui, post professionem suam in Ordine nostro, per sex continuos menses, in ipsa Eremita vitam dixerint eremiticam, et a reliquis Eremitis digni eorum consortio fuerint iudicati, sive fuerint in sacerdotio constituti sive non.

Capitulum Eremi quae personae faciunt.

§ 115. Item, definimus et statuimus,

Officiales omnes in Eremitio et eius locis singulis annis, pro die S. Romualdi, eligantur a prioro et capitulo.

post obitum vel cessionem moderni prioris generalis, omnes, tam in spiritualibus quam in temporalibus, ministri, officiales, camerarii, dispensatores in Eremitio, Fonte Bono, aliisque locis Eremitio annexis atque subiectis, singulis annis, pro die sancti Romualdi, de novo eligantur aut confirmantur per Eremitio priorem, non tamen sine expresso consensu capituli ipsius Eremitio; electiones autem quaecumque, quae sine huiusmodi consensu fierent, nullae esse intelligantur, et cum gravissimo onere conscientiae illius, qui sine tali consensu eligere attentaverit. Vivente autem et non cedente praefato Petro, qui nunc Eremitio prior et generalis est, volumus praedicti omnes, tam in spiritualibus quam in temporalibus, ministri et officiales in Eremitio, Fonte Bono Camaldulensi, aliisque locis quibuscumque Eremitio annexis et subiectis, eligantur ab ipso Petro priori et generali, cum consilio tamen Eremitiarum, aliter autem nequaquam.

§ 116. Item, ordinamus et definimus ut eos, qui, aut in praesentiarum aut in futurum, non bonae conversationis et fama in Fonte Bono Camaldulensi Florentini, aliisque omnibus locis Eremitio annexis et subiectis, a duabus partibus ex tribus capituli ipsius Eremitio existimabuntur et tales esse declarabuntur, statim ab illis locis removeantur, prout in dies per Eremitas nominabuntur. Ad quod, si opus fuerit, liceat etiam brachii saecularis auxilium implorare.

§ 117. Item, statuimus et definimus ut, post obitum aut cessionem moderni prioris Eremitio et generalis, capitulum dicti Eremitio, in temporalibus et spiritualibus regimine Eremitio, Fontis Boni et aliorum locorum Eremitio annexorum et subiectorum, eandem auctoritatem habeant, quam nostri Ordinis capitulorum quorumcumque definitores habent, aut habituri sunt. Et quicquid per Eremitio capitulum, in Eremitio et locis praedictis, circa modum vivendi, induendi, fabricandi, divinum officium ordinandi et

circa morum et caeremoniarum observationes terminatum fuerit, maius etiam robur habeat, quam si fuisset per defunctos cuiuscumque capituli constitutum.

§ 118. Item, volumus ut, sicut clausis Eremitis, ita apertis, etiam tam monachis quam conversis et sacerdotibus, si ita capitulo Eremitio visum fuerit, liceat barbam deferre, ita tamen ut sacerdotes eam circa os tondere teneantur.

§ 119. Item, decernimus ac statuimus ut, post obitum vel cessionem huius, qui nunc Eremitio prior et generalis est, nemo in Eremitio, neque prior, neque maior sacrista, neque alius eremita, monachus, aut conversus, dum effectualiter in Eremitio commoratur, possit sub aliquo colore habere seu tenere, mutuo dare aut recipere aliquam pecuniam, etiam minimam, quantitatem, nisi forte camerarii Fontis Boni coadiutor, socius aut minister sit; sed tam elemosynae, quae pro dicendis missis Eremitio offeruntur, quam singula alia prioratus Eremitio temporalia bona, per Fontis Boni camerarium eiusque coadiutorem et ministros tractentur atque administrantur. Et haec quidem constitutio, tamdiu variari non possit, quamdiu omnibus capituli Eremitio vocibus aliter visum fuerit.

§ 120. Item, definimus ac statuimus ut per Eremitio priorem, una cum Eremitis, et in praesentiarum et in futuris temporibus, super administrationem bonorum temporalium Eremitio duo nostri Ordinis deputentur, unus camerarius, qui in Fonte Bono commoretur, alius autem ipsius camerarii coadiutor, qui ex his etiam esse possit, qui in Eremitio commorantur. Qui sexies in anno, semel scilicet quibuslibet duobus mensibus, exactam suarum administrationum rationem reddere teneantur illis, sive saeculares sive religiosi, aut unus aut plures sint, quos prior Eremitio et Eremitae ad hoc elegerint. Ministros vero et unum et plures, et laicos et religiosos, habere isti possint, neminem tamen sine capituli Eremitio consensu.

Barbam Eremitae deferre possunt;

Pecuniam vero habere prohibentur dum sunt in Eremitio.

Qui non sunt bonae conversationis ex locis Eremitio removeantur.

Capitulum Eremitio quid possit.

Administratores bonorum temporalium Eremitio sunt.

Qui administra-
runt bona Ere-
mi cocantur ad
reddendum ra-
tionem.

§ 121. Item, statuimus et sancimus quod per Eremitas deputentur, aut ab eadem Sede deputari impetrentur, unus aut plures, qui rationes eorum, qui bona Eremitae administraverunt, videant, et plenissima Sedis Apostolicae auctoritate, cum brachii saecularis auxilii imploratione, potestatem habeant cogendi eos ad reddend. rationem administrationum suarum et ad restituendum quidquid per eos restituendum fore indicaverint. Possintque etiam, eadem auctoritate, omnes, qui bona Eremitae minus legitime possident, ad ea restituendum cogere; ac cum eis de fructibus eorundem bonorum et de summa pro illis exposita, prout iuris fuerit, componere.

Eremitus undi-
que claudatur,
uno vel alio a-
ditu ad paupe-
res et peregrin-
os relicto.

§ 122. Item, antiquiorem constitutionem confirmantes, ordinamus ut, quam citius fieri poterit, Eremitus circumquaque eo modo, quo Eremitis opportunum videbitur, claudatur, unum solum aditum et ingressum aut duos ad summum dimittendo, ubi abundanter pauperibus et peregrinis eleemosynae elargiantur.

Mansio pro hos-
pitibus seorsum
a cellulis Ere-
mitarum construc-
tur.

§ 123. Item, pro maiori fratrum Eremitarum quiete, volumus et definimus ut prior Eremitae, qui, post obitum aut cessionem eius, qui in praesentiarum prior est, in Eremito habitaverit, pro hospitibus, qui ad Eremitum accesserint, mansionem seu cellulam construere faciat, sic a cellulis Eremitarum divisam, ut Eremitae, quantum minus fieri possit, ab hospitibus molestentur; quae tamen loco et forma, qua capitulo Eremitarum visum fuerit, construatur.

Nemo admitta-
tur in choro,
cellulis vel alibi,
sine licentia prio-
ris.

§ 124. Item, ordinamus et definimus ut quicumque, aut devotionis gratia, aut alia quacumque de causa ad Eremitum accesserint, sive saeculares viri sive religiosi fuerint, neque in choro, neque in cellulis, neque alibi, nisi in prima ecclesiae parte et in loco hospitibus deputato, sine prioris licentia, non admittantur.

Eremitae etiam
extra Eremitam
abstinentias ser-
vare debent, si
redire voluerint.

§ 125. Item, statuimus et ordinamus ut Eremitae monachi ac conversi, ipseque Eremitae prior, quotiens legitima causa, intentione redeundi, de Eremito exierint, te-

neantur, etiam tempore quo extra Eremitum permanserint, in ieiuniis et abstinentiis eandem formam servare, quae in Eremito custoditur, exceptis nonnumquam recreationis aut non bonae valetudinis aut itineris defatigatione aut alterius laboris causis, in quibus extra Eremitum commorantes, cum prioris licentia, non teneantur hoc custodire.

§ 126. Item, volumus quod Eremitae clausuram Eremitae exire non valeant diebus et horis quibus servatur silentium, sine prioris licentia. Nec liceat alicui Eremitarum aut monachorum vel conversorum, ultra sex aut septem milliaria, procul ab Eremito decedere; aut extra Eremitum vel etiam Fontis Boni hospitium permanere, sine eadem licentia. Item, volumus et definimus ut nullus omnino monachus vel conversus, qui in Eremito commoretur, possit, ultra hospitium Fontis Boni, aut aequivalentem distantiam ab Eremito, solus recedere. Sed, pro quacumque etiam administratione et necessitate, ultra eam distantiam, hinc ire debeant, neque possit super hoc, ullo iure, nisi per omnes capituli voces, dispensari.

Clausuram non
exant etc. ne-
que soli ab Ere-
mito recedant.

§ 127. Item, ordinamus et definimus ut quotiens aliquis, seu laicus seu religiosus, aut nostri aut alterius Ordinis, fieri Eremita, sive per se sive per nuncium aut literas petierit, neque Eremitae prior, neque aliquis Eremitarum, sub magna propriae conscientiae aggravatione, audeat suo consensu illi determinate respondere, sed ad capitulum Eremitae omnia referantur huiusmodi, sine cuius capituli licentia, sub eadem poena, nemo ad eremiticam vitam admittatur, aut ab ea expellatur.

Eremita non ac-
ceptetur absque
capitulo.

§ 128. Item, ordinamus ut nullus monachus aut conversus ex Eremitarum numero possit, neque a generali Ordinis, neque a priore Eremitae, neque a quibuscumque nostri Ordinis capituli definitivis aut visitoribus, invitatus de Eremito extrahi, aut inde amoveri, aut ad aliquem eiusdem Ordinis locum transferri, nisi cum consilio pariter et assensu capituli ipsius

Neque de Ere-
mito ad alium lo-
cum invitatus tra-
hatur absque d.
capitulo.

Eremiti; sed inviolabiliter observetur Martini Papae V privilegium, hoc idem statuens.

Mendicantes ad eremiticam vitam accedentes in Eremito tantum officia et praelaturas habeant.

§ 129. Item, volumus ut fratres ex Mendicantibus Ordinibus ad vitam eremiticam in nostro Ordine transeuntes, non obstante iuris contraria dispositione, possint vocem in capitulo, officia et praelaturas in Eremito habere; non autem alibi, in nostro Ordine, hoc eis permittatur.

Eremita non cogatur sacros ordines, praelaturae aut visitationis munus recipere.

§ 150. Item, ordinamus quod nullus, neque clausus, neque apertus Eremita, per aliquem nostri Ordinis praelatum aut capitulum, possit ad sacros aliquos ordines aut praelaturas, in Eremito vel alibi, aut visitationis munus suscipiendum adstringi. Nulloque conscientiae onere praegravetur Eremita, qui huiusmodi vocatus, accedere aut assentire recusaverit.

Eremita qui et quando possit recludere;

§ 151. Item, volumus quod monachus aut conversus Eremita, qui trigesimumquintum suae aetatis annum perfecit, et per unum ad minus annum, post professionem nostri Ordinis, in Eremito permanserit, possit, de licentia capituli ipsius Eremiti dumtaxat, sine alicuius alterius licentia, in cellula sua se claudere et ibi reclusorum more vivere.

Sit immunis operis administr. etc.

§ 152. Ut autem reclusi Eremitae attentius solo Deo vacare possint, volumus ut reclusi Eremitae omnes liberi et immunes sint ab omni onere conscientiae, circa regimen et administrationem rerum, tam spiritualium quam temporalium, ipsius Eremiti et locorum Eremito annexorum et subjectorum. Et si eisdem sic expedire sibi videbitur, possint etiam, sine conscientiae scrupulo, voci suae, quam in capitulo habere posset, aut in aliquibus aut in omnibus renunciare.

Missae celebranda et audienda a reclusis.

§ 153. Item, totius huius capituli auctoritate, clausis sive monachis sive conversis Eremitis, non valentibus missam celebrare, concedimus ut possint plures simul in cellulis nihilominus separatis habitare et ab aliquo similiter clauso cum illis habitante missas audire; aut si etiam mul-

tum distantes habitaverint, ad alium clausum, aut ad ecclesiam ad audiendas missas accedere, et statim cum silentio ad cellam suam redire; quod si alterius clausi huiusmodi commoditas defuerit, volumus ut ex apertorum numero aliquis ad reclusum, qui celebrare non potest, accedere quotidie teneatur. et in cellula eiusdem missam celebrare et sacratissimum Christi Corpus eidem recluso, quotiens voluerit, ministrare.

In quibus reclusi dispensentur;

§ 154. Item, volumus ut clausi Eremitae, prout quisque magis sibi congruere existimabit, cum capituli Eremitarum licentia, possint aliquid eorum, ad quae pro reclusionione tenentur, sive circa psalmodiam sive circa pedum nuditatem et alia huiusmodi, in aliquod aliud aut aequivalens aut maius permutare.

Asperioresque vitam elig. possunt;

§ 155. Insuper, ne fervor spiritus, qui in aliquibus divina gratia esse solet, quorum tepiditate extinguatur, volumus ut reclusus quisque possit vitae observantiam aetioerem atque austeriore, in quibus sibi visum fuerit, custodire, licentia a priore quaesita, licet non obtenta; relaxare autem, absque necessitate et expressa superioris licentia, non possit.

Et etiam alii Eremitae, qui post professionem, per annos quatuor in Eremito vixerint

§ 156. Quod et de ceteris omnibus apertis monachis et conversis intelligi volumus, qui quatuor annos, post professionem nostri Ordinis, in Eremito vixerint.

Peculium monachorum extra claustra applicatur Eremito.

§ 157. Item, antiquam constitutionem confirmantes et de novo statuentes, ordinamus quod, non obstante aliqua contrarii iuris dispositione, peculium monachorum et conversorum nostri Ordinis, qui extra claustrum atque extra Ordinem ipsum obierint, sacratissimae Eremito applicetur et eius esse censeatur.

Ordination. antiquiores reformatur.

§ 158. Insuper, quoniam tam totius Ordinis nostri, quam Eremitarum constitutiones antiquiores multa continere existimantur, quae propter temporum mutationem, secundum praesentem vivendi consuetudinem, minus observari posse videntur, plurimaeque in eis aut confusa aut minus cohaerentia, invicemque contraria

sunt; propterea virtute sanctae obedientiae praecipimus ut illi, quibus per capitulum Eremiti hoc onus iniunctum fuerit, debeant, infra triennium, et totius Ordinis ipsius Eremiti constitutiones, prout Spiritus Sancti gratia illis concesserit, corrigere, emendare, reformare, superflua aut inutilia rescendo, inordinata ad ordinem redigendo, contraria moderando, et omnia in meliorem formam et ordinem sub certis titulis in brevitate redigendo. Quae habeant ad generale nostri Ordinis proxime futurum capitulum appraesentari, a quo, cum fuerint confirmata, ab omnibus nostri Ordinis inviolabiliter observari ac approbari debeant.

Statuta Ordinis perpetuo observentur, et illis non derogatur.

§ 139. Item, statuimus ac definimus quod omnia huius capituli decreta ac statuta, inviolabiliter ab omnibus nostri Ordinis, in virtute sanctae obedientiae custodiantur. Neque possint infringi aut immutari, aut his aliquid contrarium determinari, nisi per dispositionem trium general. se continue subsequent. capitulorum, quae conformiter contrarium determinarent, aliter firma et illibata permanent.

Determinatio esp. Eremiti circa regim. Eremiti et eius locorum immutari non possint.

§ 140. Quicquid autem per capitulum Eremiti, circa ea quae ad Eremitum et loca illi annexa atque subiecta pertinere videntur, in futurum determinatum ac definitum fuerit, nullo modo possit immutari aut infringi, vel indirecte impediri, sub magna propriae conscientiae aggravatione, neque ea valeat Ordinis generalis aut Eremiti prior, neque alii nostri Ordinis definitores, sine capituli totius Eremiti consensu, derogare.

In locis observantiae fiat oratio pro Sede Apost. et Papa.

§ 141. Postremo statuimus ac definimus ut in omnibus principalioribus huius congregationis locis, in quibus viget aut in posterum vigeat observantia, teneantur omnes fratres orare pro Summi Pontificis et Sedis Apostolicae felicitate. et diebus ferialibus eos psalmos et orationes dicere, quae antiquissima institutione in Eremito dicuntur, eo modo, quo ibi dici consueverunt.

§ 142. Omnes propterea nostri Ordinis viros et mulieres hortamur et admonemus ut specialiter pro Leone decimo, Pontifice Maximo, magnificoque fratre eius Iuliano, nostri Ordinis protectoribus et benefactoribus praecipuis, continuas ad Deum preces fundere non omittant.

Hortatio ad orandum ubique prolata et Ordinis protectoribus.

§ 143. Ceterum, quia difficile foret etc. Nulli ergo etc.

Fides transumptis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, quarto nonas iulii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 4 iulii 1513, pontif. anno 1.

III.

Rotae Romanae Auditorum privilegium, quod literae apostolicae a quibuscumque Romanae Curiae officialibus gratis pro eis expediantur.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius constitutionis. — 2. Indultum expediendi literas apostolicas gratis pro auditoribus Rotae. — 3. Praeceptum quod omnes officiales gratis expediant. — 4. Deputatio executorum. — 5. Derogatio contrariorum quorumcumque.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apostolicae providentia gratiarum, iuxta singulorum condiciones et merita, distributrix, illos, prout aequum est, ulterioris favoris gratia et amplioris retributionis praemio libenter prosequitur, quos potioribus meritis novit adjuvari, quique grata devotionis obsequia sibi studiosius impendere dignoscuntur.

Exordium.

§ 1. Attendentes igitur operosae sollicitudinis studia et assiduos labores, quos dilecti filii collegium et cappellani nostri causarum Palatii Apostolici auditores eo-

Causa huius constitutionis.

rumque locatenentes, pro nostro et dictae Sedis honore, ac iustitia personis ad Sedem ipsam ex omnibus mundi partibus confluentibus ministranda, in causis coram eis pro tempore vertentibus, iugiter perferunt, et nulla exinde stipendia pro incumbuntibus illis, iuxta eorum status decentiam, oneribus facilius perferendis percipiunt; ac propterea dignum censentes eis gratiosos favores et opportuna communitatis auxilia impendere.

§ 2. Motu proprio, non ad ipsorum auditorum aut locatenentium vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et ordinamus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, singuli causarum Palatii huiusmodi auditores eorumque locatenentes, nunc et pro tempore existentes, quascumque literas apostolicas, tam gratiam quam iustitiam, seu mixtim concernentes, quas quilibet ipsorum auditorum et locatenentium pro tempore duxerint expediendas, etiam si gratiae huiusmodi tales fuerint, quae etiam pro illis, qui, iuxta rotulum nostrum et pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium, continuorum commensalium, de nostro aut illorum mandato pro tempore ordinatum, gratis expedire consueverunt, mandatum speciale a nobis vel successoribus Romanis Pontificibus praefatis, ad effectum illas gratis expediendi, necessarium foret, gratis ubique in singulis dilectorum filiorum scriptorum, abbreviatorum, etiam de maiori praesidentia, secretariorum, sollicitatorum, plumbique et registri scriptorum, ac registratorum correctoris, et procuratorum contradictarum aliorumque Cancellariae Apostolicae ac Romanae Curiae officialium quorumcumque, sine alicuius taxae aut emolumentum,

Inditum expediendi literas apostolicas gratis pro auditoribus Rotae.

etiam regalium, solutione, expedire possint et debeant.

§ 3. Et nihilominus, eisdem scriptoribus, abbreviatoribus, secretariis, sollicitatoribus, magistris, collectoribus, brevium scriptoribus, registratoribus et aliis, ad quos pertinet, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis sententiae poena, quam, si contra fecerint, eo ipso incurrere volumus, districte praecipimus et mandamus quatenus literas praedictas, pro singulis ex auditoribus et locatenentibus praedictis, quibusvis exceptione et dilatione ac compositione cessantibus, libere expediant, et expediri faciant et permittant.

Præcep. quod omnes officiales grat. expediant.

§ 4. Quocirca venerabilibus nostris Asculan. et Sign. episcopis, ac dilecto filio in alma Urbe et eius districtu in spiritualibus vicario generali, per apostolica scripta, motu simili mandamus quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, praefatis auditoribus et locatenentibus, nunc et pro tempore existentibus, in praemissis, efficaci defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra, statutum, ordinationem, praecipuum et mandatum praedicta firmiter observari, ipsosque auditores et locatenentes nunc et pro tempore existentes, illis pacifice gaudere, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Deputatio executorum.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac collegiorum huiusmodi officiorum iuramento, confirmatione apostolica etc.

Derogatio contrariorum quorumcumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertiodecimo, decimo septimo kalendas octobris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 15 septembris 1513, pont. anno 1.

IV.

De munere, auctoritate et privilegiis rectoris et reformatorem lectorumque et scholarium Studii generalis almae Urbis, et officio bidelli (1).

SUMMARIUM

Causa constitutionis. — 1. Bonifac. VIII instituit Studium Urbis; — 2. Quam institutionem hic Pontif. approbat. — 3. Qui et quales doctores in Studio esse debeant; — 4. Advocationis munus eis interd.; — 5. Lectorum munus indicat; — 6. Observantiam et curam rectori et reformatorem committit; — 7. Bidelli officium praefinit; — 8. Privilegium fori et exemptionis scholarium servari iubet; — 9. Curam istorum rectori et reformatorem delegat; — 10. Cardinales Studii defensores deputat; — 11. Executoribus obedientiam rectoris praecipit; — 12. Contrariis derogat; — 13. Audire leges pro intelligentia canonum omnibus permittit.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Causa constitutionis.

Dum suavissimos atque uberes fructus, quos viri literarum, scientia praediti, in agro Domini in dies producant, animo contemplantur; dumque quam utilis et necessarius, pro spiritualium temporaliumque rerum, in hac plena tenebris et caligine vita, regimine et directione, salubris sit ipsarum literarum usus sedula meditatione perpendimus, inter sollicitudines varias, quibus, pro iniuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio prospere et feliciter exequendo, nudique angimur, illam libenter amplectimur, quam in singulis orbis partibus literarum studio vacare cupientibus, illarum capessendarum occasio et commoditas ministretur: sed ut hoc in Urbe nostra votivos sortiatur effectus, eo propensior cura nos urget, quo Urbs ipsa, vicarii Christi in terris

(1) De huius Studii institutione totoque eius statu, vide sup. in Bonif. VIII const. xx, tom. iv, pag. 166, *In supremae etc.* Et de huiusmodi generalium Studiorum privilegiis habetur etiam, ultra ubi notata, in Conc. Trid., sess. xiv, cap. v, *De Reformatione*; sess. xxv, cap. v, eodem titulo, et alibi.

regia, antequam eius oculos semper posita, tamquam Apostolicae Sedis validissimum firmamentum, supra ceteras orbis urbes principatum obtinere dignoscitur: dignumque est, ut sicuti eius excellentissima est conditio, sic etiam ipsius incolae et habitatores in omni virtutum genere, et praecipue liberalium artium disciplina, quae ipsarum est nutrix et alumna virtutum, alios antecellat.

§ 1. Dudum siquidem felicitis recordationis etc. (1).

Bonifacius VIII instit. Studium Urbis.

§ 2. Nos igitur irreparabilem lapsi nequidquam temporis huiusmodi iacturam aegre ferentes, cupientesque, sicut providum deest patrefamilias, futuris temporibus consulere, huiusmodi supplicationibus inclinati, et certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium, dictas praedecessoris. literas approbamus et innovamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus. Decernentes omnia et singula in eisdem literis contenta, praesertim quod de scholarium exemptione, immunitate et aliis concessionibus, praerogativis et gratiis in eis traditur, debere inviolabiliter observari.

Hic Pont. approbat;

§ 3. Et nihilominus, hac irrefragabili et perpetuis futuris temporibus valitura constitutione, statuimus, decernimus et ordinamus ut ex nunc de cetero, praeter alios, qui necessarii fuerint, in qualibet facultate lectores, unus saltem in iure canonico, et unus in iure civili doctores, et unus in philosophia seu medicina magistri, eminentis literaturae viri undecumque ad legendum in scholis publicis dictae Urbis, solitis temporibus et diebus, iustis et honestis salariis, arbitrio pro tempore existentium rectoris et reformatorem dicti Studii, iuxta ipsorum doctorum et magistrorum qualitates, de Romani Pontificis licentia moderandis et assignandis per eosdem rectorem et reformatorem, communi opportuna in hoc per eos

Qui et quales doctores in Studio esse debeant.

(1) Omittitur relatio bullae, quia eandem legere est loco superius indicato.

adhibenda diligentia, annuatim conducantur.

Advocationis
munus eis in-
terdicit;

§ 4. Et nullus dictorum duorum doctorum, sic conducendorum, interim advocationis aut, praeterquam domi, si voluerit, consulendo, quodvis aliud Curiae vel Urbis praedictarum officium valeat exercere.

Lectorum mu-
nus indicat;

§ 5. Sed tam ipsi quam ceteri omnes, ad legendum in huiusmodi scholis pro tempore conducti, solitis temporibus et diebus horisque ad id eis per rectorem et reformatores praefatos statutis, legitimo impedimento cessante, commissum sibi legendi munus obire, et post finitas lectiones, per aliquod conveniens spatium, circulos in eisdem scholis tenere debeant. Et si quis ex eis, non legitime impeditus, a legendo cessaverit, quotiens id fecerit, totiens dupli eius, quod pro qualibet lectione ex constituto ei salario, ipsum attingere discernetur; et quod, pro una, bidellis sive nuntiis dicti Studii id legitime denunciandis, et tribus reliquis quartis partibus fabricae scholarum earundem ex nunc applicamus, poena mulctetur, et ei tradenda bulletta seu mandato, defalcandi et denunciandi ac curam dictae fabricae habenti, iuxta applicationem praedictam, persolvendi.

Observantiam
et curam recto-
ri et reforma-
toribus commit-
tit;

§ 6. Et quoniam inutilis haec provisio de facili reddi posset, nisi sint qui eius transgressores adnotent, et scholas ipsas sollicite visitent et frequenter, quod rector, cum duobus saltem dictorum reformatorum, semel in mense, et pluries, ubi cognoverint expedire, diebus atque horis variis et incertis, ad ipsas scholas se personaliter conferant, et eas earumque lectores, dum legunt, dum tenent circulos, visitent; et si qua correctione aut reformatione digna viderint, illa corrigant et reforment; et unus ex eisdem reformatorebus seorsum, bis saltem in hebdomada, visitationis huiusmodi officium subeat per seipsum; et transgressiones aut alia corrigenda vel reformanda cum rectore conferat et colle-

gis, ut, eorum opera sic adhibita (super quorum et ipsorum cuiuslibet conscientias oneramus), Studium praedictum votivis proficiat incrementis.

Bidelli officium
praefinit;

§ 7. Bidelli vero seu nuncii praefati, aut eorum alter rotuli collationam copiam habeant penes se, in qua scripta sint nomina omnium lectorum et qua quisque hora sit lecturus, et iuxta illius ordinem et tenorem scholas circumeant. Festa Palatii consueta, in scholis ante cathedram, doctoribus et scholaribus nuncient; et si quem ex dictis lectoribus, suo loco abesse repererint, adhibito teste, illum adnotent, et in fine cuiusque hebdomadae, notario dicti rectoris, qui rem ad ipsorum rectoris et reformatorem notitiam fideliter deducat, in scriptis tradant. Etsi dicti bidelli in praemissis negligentes fuerint, pro tempore existentem ipsius Studii rectorem, pro prima, eiusdem rectoris arbitrio; pro secunda, vicibus, salarii et emolumentorum omnium unius semestris, in dictam fabricam convertendorum, amissionis poena mulctentur. Quod si tertio in similem inciderint negligentiam, officio bidellatus huiusmodi perpetuo privati, et ad illud ulterius obtinendum inhabiles sint, illudque vacare censeatur eo ipso etc.

Privilegium fori
et exemptionis
scholarum ser-
vari iubet,

§ 8. Insuper inhibemus, sub excommunicationis latae sententiae et dupli eius in quo laesio committetur, si extimationem recipiat, parti damnum vel iniuriam patienti ex nunc applicati, poena, quotiens contraventum fuerit, ipso facto incurrenda, dilectis filiis modernis, et qui pro tempore fuerint, dictae Urbis gubernatori, senatori, Curiae causarum Camerae Apostolicae auditori, ceterisque Curiae et Urbis praedictarum ordinariis et extraordinariis iudicibus, ne super causis contra dictos scholares seu eorum aliquem pro tempore motis; et doctanarum ac aliarum gabellarum quarumcumque, etiam ratione portarum et pontium dictae Urbis, exactoribus, ne in rebus et bonis ad dictos scholares, pro eorum Studio huiusmodi insistentium usu, pertinentibus,

contra exemptionem et immunitatem praedictas, in ipsorum scholarium seu alienius eorum praedictum, directe vel indirecte, quovis quaesito colore, quiequam facere vel attentare praesumant.

Curam istorum rectori et reformatore. deputat;

§ 9. Quocirca per apostolica scripta mandamus praefato Dominico episcopo moderno et qui pro tempore fuerit, dicti Studii Urbis rectori, et praedictis modernis ac pro tempore existentibus reformatorebus, ut praemissa omnia et singula, quantum ad eos attinet, observent; et quod per alios, cuiuscumque status, gradus et conditionis fuerint, faciat ipse rector, de dictorum reformatorebus consilio, auctoritate nostra firmiter observari: transgressores, contumaces et inobedientes quoscumque, per censuram ecclesiasticam et alia iuris, de quibus sibi videbitur, opportuna remedia, appellatione quavis omnino remota, compescendo.

Cardinales Studii defens. deputat;

§ 10. Venerabili vero fratri nostro Raphaeli, episcopo Ostiensi moderno, et qui pro tempore fuerit collegii venerabilium fratrum nostrorum dictae Romanae Ecclesiae cardinalium decano, ac pro tempore existentibus, primo ex presbyterorum, ac primo ex diaconorum cardinalium huiusmodi ordinibus, quatenus rectori et reformatorebus, doctoribus et scholaribus praefatis, quando et quotiens pro parte ipsorum vel alienius eorum fuerint requisiti, in praemissis, efficacis assistant praesidio defensionis, faciantque eos et eorum quemque respective auctoritate, facultate, exemptione, immunitate et ceteris supradictis pacifice uti, frui et gaudere, non permittentes ipsos per quoscumque desuper indebite molestari, perturbari aut inquietari.

Executores. obedientiam rectoris praecipit;

§ 11. Baricello quoque, connestabilibus, mareseallis et ceteris Curiae et Urbis praedictarum executoribus quibuscumque, praesentibus et futuris, ut praefati rectoris mandata contra quoscumque, tam personaliter, quam realiter exequenda, praemissorum occasione et auctoritate praesentium, de

dictorum reformatorebus vel saltem duorum ex eis consilio, pro tempore decreta, sollicite et fideliter exequantur.

Contrariis derogat;

§ 12. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis et consuetudinibus dictae Urbis, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, nec non omnibus illis, quae dictus praedecessor in suis literis praedictis voluit non obstare, contrariis quibuscumque; aut si aliquibus, communiter vel divisim, a dicta sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Audire leges pro intelligentia canon. omnibus permittit;

§ 15. Ceterum, quia, ob Curiae nostrae in Urbe continuam residentiam, frequens in eadem Urbe est ecclesiasticarum personarum concursus, et modernis temporibus, pro clariori canonum intelligentia, legum cognitio non abs re esse dignoscitur, quibusvis archidiaconis, decanis, plebanis, praepositis, cantoribus et aliis clericis saecularibus, etiam personatus habentibus, ac presbyteris, quibus leges audire, sub excommunicationis sententia et aliis poenis, est a iure prohibitum, in Studio Urbis huiusmodi dumtaxat, pro clariori dictorum canonum intellectu, leges, sine alienius censurae sive poenae incursu, audiendi (factae (1) commemorationis Honorii Papae III, similiter praedecessoris nostri, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus), auctoritate et tenore praemissis, plenam et liberam licentiam elargimur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, nonis novembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 5 novembris 1513, pont. anno 1.

(1) Legimus sanctae (R. T.).

V.

Reformatio omnium officiorum Romanae Curiae in Sacro OEcumenico Concilio confirmata.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Haec reformatio fuit a Iulio II nonnullis cardinalibus demandata, et deinde a Leone et toto concilio confirmata; — 2. Quae deinde, publicata cum fuerit, servari praecipitur, — 3. Sub poenis infligendis. — 4 ad 41. Taxae pro variis officialibus in Romana Curia, atque eorum munerum designatio. — 42. Sanctio poenalis. — 43. Decretum irritans contraria.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Proemium.

Pastoralis officii divina providentia nobis iniuncti vigil cura nos admonet ut, diligentis patris familias exemplo, qui in agro suo bonum semen sparsit, et in Evangelio a Domino commendatur, Romanam Curiam, huius sanctae Sedis Apostolicae et Romanorum Pontificum peculiarem agrum, iustitiae ac prudentiae sarculo nocentes quascumque herbas eruentes, a zizaniis, quae inimicus homo superseminavit, et quae, ambitionis et avaritiae fonte irrigatae, supra modum invaluerunt, purgemus et emundatum reddamus; quod omni solertia et labore facere studentes, dilectos filios Romanae Curiae officiales, qui, nimia superiorum lenitate et mansuetudine, temporum quoque licentia abusi, et ut privatae suae commoditati et avaritiae omnium malorum radice satisfacerent, honestatis ac iustitiae terminos praefixos iampridem transgressi fuerunt, et antiquas iustasque officiorum suorum institutiones neglexerunt, ad veterem legitimamque observantiae lineam reducere statuimus.

Haec reformatio fuit a Iulio II nonnullis cardinalibus demandata, et deinde a Leone et toto

§ 1. Ac propterea, quae circa praemissa in futurum servare et a quibus abstinere debeant clare aperteque, ad omnes excusationes tollendas, praescribere; gravioresque poenas, si quis ausu temerario ad-

versus constitutiones nostras fecerit, apponere volentes, venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, per literas fere Iulii Papae II, praedecessoris nostri, super eiusmodi reformatione editas, deputatis executoribus, ac aliis insuper, qui a nobis, praef. Iulio, sicut Domino placuit, e medio sublato, divina favente clementia, ad summi apostolatus apicem assumptis, et hanc perquam necessariam officialium reformationem, quam idem Iulius absolvere non valuit, sequi, et hoc, approbante sacro concilio, ad optatum finem perducere volentibus, additi fuerunt, expresse mandavimus ut, iuxta ordinem sibi traditum, officiales, quibus per praefati Iulii literas, quid in futurum servare deberent, declaratum et expressum non fuerat, ad tollendum eis omnes, quas praetendere possint, excusationes, vocarent; eisque et eorum iuribus diligenter auditis et omnibus cognitis, moderationes taxarum et emolumentorum, quas imposterum, absque excusatione, servare, et a quibus abstinere tenerentur, declararent atque decernerent; nobisque postmodum et huic sacro Lateranen. concilio referrent, ut, pro eorum inviolabili ac perpetua observatione, apostolica auctoritatis et sacri concilii munimine et approbatione corroborarentur, prout in cedula octavae sessionis latius continetur.

§ 2. Per quos cardinales ac eis adiunctos praelatos, diligenti investigatione adhibita, et querelis contra officialium excessus, in quibus peccare dicebantur, ne non ipsorum officialium defensionibus auditis et examinatis, ac super his pluribus congregationibus habitis, quibus nos pro maiori parte personaliter interesse volumus, et omnibus mature discussis, ac demum in consistorio nostro secreto relatione facta, et in congregatione praelatorum palam, quae facta fuerant, recitatis, infrascriptas reformationes, iuxta eorundem cardinalium deputatorum moderationes et taxarum reductiones correctionesque ac mandata et prohibitiones, ad Dei omnipotentis laudem,

concilio confirmata

Quae deinde, publicata cum fuerit, servari praecipitur.

et nostrum et huius sanctae Sedis honorem, ac fidelium omnium relevamen et exonerationem fecimus, quas in omnibus et per omnia in posterum, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter et inconcusse, ac sine aliqua diminutione vel transgressione, sub incursu poenarum in literis Iulii praedecessoris huiusmodi contentarum, et nostris, sacro approbante concilio, in proxima praecedenti octava sessione lectis ac publicatis, expressarum, prout in illis continetur, servari volumus.

§ 3. Ac si qui transgressores eiusmodi nostrarum ordinationum de praesenti fuerint, per eosdem cardinales ac eis adiunctos acerrime puniri volumus, ut illorum exemplo ceteri ab eiusmodi deterreantur excessibus.

§ 4. Qua quidem provisione nostra in futurum arbitramur ut omnes christifideles ad hanc sanctam Apostol. Sedem, pro gratiis et iustitia, veluti ad benignam matrem confugientes, postquam votis suis, nulla indebita exactione vexati, satisfecerint, ad propria, non sine summa huius Sedis laude, remeare valeant. Et ne quispiam, licet absens, callida sollicitatorum fraude decipi aut aliquo modo circumveniri possit, quanta pro unaquaque re mercedis summa officialibus pro labore suo persolvi debeat, omnibus certum ac notum per infrascripta esse volumus.

§ 5. In primis, quod cum magistri caeremoniarum haecenus, ratione pallii huius ecclesiae, cuius ratione pallium dari consueverat, unum ducatum pro centenario summae, ad quam ipsius ecclesiae fructus in libris Camerae taxati reperiuntur, haecenus capere consueverint, permittimus; quod ipsi de cetero, pro traditionis dicti pallii rogitu, tres pro ecclesia, cuius fructus ad quingentos; pro ecclesia vero cuius fructus ad mille ducatos in libris Camerae huiusmodi taxati reperiuntur, quinque; ab inde supra, cuiuscumque taxae fuerint fructus ecclesiae, non ultra decem ducatos dumtaxat capiant. Pro creatione, centum

pro quolibet; pro obitu vero cardinalium, quinquaginta ducatos et nihil ultra, in utensilium vel aliis rebus, inter ambos capiant. Pro creatione vero ducis vel capitanei aut confalonerii S. R. E., recipiant quod haecenus recipere consueverunt, et non ultra. Cum miles creatur vel assistens, tres; ab unius regis, quotcumque numero fuerint, non ultra decem; a principis aut communitatis cuiuslibet oratoribus, ultra quinque ducatos, etiam a sponte solventibus, recipere non valeant. Atque ita demum si eos comitati fuerint; quod si in praemissis deliquerint, vel ipsos oratores comitati non fuerint, domus nostrae magister, ex provisionibus per depositarium nostrum eis solvendis, emolumenta unius mensis retineri et sibi solvi faciat. Pro ense vel rosa, ex consuetudine Romanae Ecclesiae principibus tradenda per Romanum Pontificem, antiqua servetur consuetudo. Pro iuramento in manibus primi diaconi cardinalis per praesentes in Romana Curia promotos ad ecclesias et ad monasteria consistorialia, seu per illos, quibus illa commendarentur, praestando, praeter duos ducatos cum dimidio alterius similis ducati nihil omnino exigant. Cardinalibus et praelatis celebraturis debita reverentia et charitate assistant, eosque, quid deceat, quid necessarium sit, quantum esse opportunum viderint, sincere admoneant sine aliqua mercede. Non possit quispiam de caetero, qui episcopus sit, magister etiam esse caeremoniarum, sed statim cum huiusmodi officium obtinens ad cathedralem ecclesiam promovebitur, officium ipsum vacare intelligatur, qui tamen praesidens remanere possit, de consensu nostro vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum et voluntate magistrorum pro tempore existentium. Ut autem sufficienter omnia et cum plena universorum satisfactione regantur, ultramontanum alterum, alterum citramontanum esse magistros volumus in futurum, duosque substitutos idoneos re-

Sub poenis in-
figendis;

Romam con-
fugientes pro
gratia vel in-
stet. consequen-
da a sollicitato-
ribus non gra-
ventur.

Magistri caeré-
moniarum.

tinere, ut caeremoniarum peritiam capientes, qui in cappella nostra et Curia serviant continue, idonei reperiantur, sine tamen magistrorum praeiudicio, sed clericici dietae cappellae existant cum honoribus et emolumentis consuetis, legatisque mittendis ad diversas mundi partes inservant sine Curiae detrimento. Pro exequiis Pontificis centum inter ambos; pro creatione vero eiusdem, ducentos ducatos et vestes et funalia seu torcias sacrificii dumtaxat capere possint. Ad exequias vero inferiorum praelatorum et oratorum, unus eorum dumtaxat, et si vocatus fuerit, accedere, et duos ducatos et quatuor funalia seu torcias, quae in elevatione Corporis C. accenduntur, dumtaxat habere et ulterius exigere non debeant. Et, ut decentius officium eorum exercere et commodius se sustentare valeant, archipresbyteratum ecclesiae Sancti Celsi de Urbe, et unum canonicatum et unam praebendam eiusmodi, quorum fructus, redditus et proventus et veros annuos valores haberi volumus pro expressis, eidem officio caeremoniarum perpetuo unimus, annectimus et incorporamus: ita quod, eadentibus vel decedentibus moderno ipsius ecclesiae archipresbytero ac aliquo ipsius ecclesiae canonico, liceat eisdem magistris, per se vel alium seu alios, corporalem archipresbyteratus, canonicatus et praebendae possessionem propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus et proventus in suos et archipresbyteratus, canonicatus et praebendae usus vel utilitates convertere, cuiusvis licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus constitutione nostra de unionibus committendis ad partes, ac privilegiis et indultis populo Romano concessis et aliis contrariis quibuscumque.

§ 6. Circa ordinandos ad ordines, etiam sacros et presbyteratus, tam in Curia quam extra, videlicet ultra quadragesimum miliarium ab Urbe, id quod a nobis in Poenitentiarum reformatione provisum est, per

ordinatores volumus observari. Et quoniam fraudes circa huiusmodi ordinationes, re scilicet tam gravi et animabus periculosa, fieri accepimus, ut penitus male agendi occasio omnino tollatur, quascumque facultates quibusvis praelatis, in quorumcumque venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium familiaritate degentibus, concessas, de promovendo familiares eorundem cardinalium, penitus revocamus; ac illas et quascumque personas ad ordinandum per praedecessores nostros hactenus deputatas et per nos forsitan confirmatas etiam cassamus, easque nullas atque abolitas esse decernimus. Et cum de istis ordinatoribus et eorum extorsionibus ac personis minus dignis per eos ordinatis quamplurimae querimoniae ad aures nostras quotidie pervenerint, de caetero unum dumtaxat episcopum ordinatorem in Curia esse volumus, morum nitore et conscientiae puritate conspicuum, qui, ultra salarium ei a Camera Apostolica constitutum, pro qualibet persona, quam etiam ad plures simul ordines promoverit, non ultra carlenum unum pro candelis capiat; et constitutionem praefati Iulii praedecessoris super hoc salubriter editam innovamus, et per eundem ordinatorem inviolabiliter observari mandamus. Unum vero alium episcopum seu archiepiscopum dumtaxat, timoratae conscientiae et sufficientis doctrinae, esse volumus, qui promovendos ad ordines huiusmodi examinare debeat, assistente uno notario Camerae Apostolicae vel ipsius notarii substituto vel notario altero, qui depositiones testium per examinandum productorum in scriptis redigere, et mandatum solitum, manu propria examinantis subscriptum, per examinatum ordinatori praesentandum subscribere, et pro mandato huiusmodi, pro qualibet persona examinata, videlicet, pro mandato, unum; et pro prima tonsura, alium; et pro quatuor minoribus simul, unum; pro subdiaconatus, alium; et diaconatus, alium; et pro

presbyteratus ordinibus reliquum carlenos Cancellariae dumtaxat recipere. Examinator vero, pro huiusmodi mandati subscriptione, unum carlenum, ultra salarium ei a dicta Camera constitutum, habere debet. Et ut omnes in Romana Curia, tam literarum sacrae Poenitentiariae quam supplicationum per nos seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, ac de nostro seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato signatarum vigore, ordinandi ad ordines rite promoveantur, statuimus et ordinamus quod tales ordinandi in dicta Curia, clericis Romanis dumtaxat exceptis, per examinatorem examinari, et per ordinatores suprascriptos ordinari debeant, alias in dicta Curia examinantes et ordinantes ac ordinati crimen falsi, ac poenam ducentorum ducatorum auri, dictae fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicandorum, eo ipso incurrant.

Protonotarii.

§ 7. Statuimus et ordinamus quod Sedis Apostolicae notarii, perpetuo deinceps futuris temporibus, commune monasteriorum, quorum fructus ducentorum ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excedunt, et quae per supplicationem expediuntur, pro singulis decem ducatis valoris expressi, dimidium ducatum usque ad primum centenarium; et pro secundo centenario, unum ducatum recipiant. Ubi vero ecclesia seu monasterium vigore cedulae concistorialis expeditur sive per Camera sive per Cancellariam, semel dumtaxat intra sibi debita capiant; et si forte taxa, ad quam fructus ecclesiae sive monasterii in libris Camerae taxati reperiuntur, ob exilitatem, vastationem vel aliam quancumque causam, per nos vel successores nostros pro tempore reduceretur, iuxta reductionem ipsam percipiant. Clerici autem ipsorum notariorum nihil a partibus ob expeditiones praedictas exigant, sed eis per dictos notarios, quibus inserviunt, satisfiat. Officium eorum in

Cancellaria nostra, iuxta antiquum morem et observantiam et constitutiones eorum, exerceant diebus cancellariae deputatis, horis convenientibus convenient, et se praesentes exhibeant usque ad finem cancellariae. Incumbentia ad eorum officium non dimittant, sed cum omni solertia et diligentia exerceant.

§ 8. Clerici septem Camerae Apostolicae cappellani nostri eorum antiqua et iusta emolumenta capiant, absque querela, sed moderate, prout decet, ex quibuscumque expeditionibus ecclesiarum, monasteriorum et prioratum in libris Camerae taxatorum, etiam retentionum pro minutis eis debitibus. Pro devoluto autem nihil capiant; etiam si literae apostolicae desuper pluries, eadem vacatione durante, pro eadem persona, etiam sub diversis datis expediuntur, unica solutione contenti sint; sed loco devoluti, tres pro centenario annatarum et communium eis per nos concessos, et in recompensationem dicti devoluti de annatis vere debitibus tempore vacationis, non autem speratis vel eventualibus, quae evenientes casu dumtaxat exigi possint. Idemque in reliquis iuribus eis debitibus servari volumus, ut ante conditionis eventum vel fructibus vere debitibus peti non possint; sed obligatio principalis cum cautione sufficiat, et pro gratis faciendis tam communium quam annatarum, non ultra quam ad rationem decem pro centenario a quibuscumque personis, cuiuscumque qualitatis et dignitatis, praeterquam a S. R. E. cardinalibus, a quibus nihil capere possint.

Clerici Camerae.

§ 9. Notariorum vero Camerae Apostolicae haec sint emolumenta: videlicet, pro obligatione cuiusvis ecclesiae vel monasterii recipienda, cuius fructus ab uno ad quingentos usque in Camera taxati, unum; et a quingentis usque ad mille florenos inclusive, duos; exinde, pro milenario quolibet, unum florenos similes et grossum unum turonen. capiant; pro examine unius testis, grossum unum; pro

Notarii Camerae Apostolicae.

registratura literarum apostolicarum, quae in eadem Camera registrabuntur, si bullae viginti quinque versus seu lineas non excedant, quinque; si excederent, pro quibuscumque decem versibus, carlenos duos. Si literae super provisionibus consistorialiter expeditis sub una, duos; sub pluribus bullis eum conclusionibus in forma Cancellariae expediti solitis, tres florenos capiant. Pro exemplis sive copiis bullarum, ex registris ipsius Camerae sumendis, quinquaginta versus summam non excedentibus, grossos septem; si excedant, pro quibuslibet duobus foliis, grossum unum. Et, ut literarum huiusmodi expeditiones procurantium indemnitati et commodo consulatur, volumus quod notarii antedicti eis, qui annatas et alia iura Camerae pro expeditionibus debita persolverint, quietantiarum et liberationum instrumenta super solutionibus per eos factis, intra triduum, iuxta antiquam consuetudinem, mercede solita recepta, in forma antedicta habere compellantur, seu per eos non stet quominus quietantias ipsas partibus tradant, non scribatur per substitutos tantum; bullas, ratione quarum annata seu alia iura solvi debent Camerae Apostolicae, et illas quae concernunt interesse dietae Camerae aut Sedis Apostolicae quomodolibet, sub poenis in bulla reformationis contentis. Bullae registratae auscultentur per unum ex notariis dietae Camerae, videlicet per mensarium, qui in signum auscultationis manum apponere in registro, et de mala auscultatione teneri debeat. De restitutis servetur consuetudo, capiendo unum grossum pro unaquaque bulla, idest pro quolibet plumbo, et non ultra. Resignationes beneficiorum in albis non scribant nec secrete teneant, sed infra quindecim dies in libro scribere teneantur, iuxta mandatum praefati Iulii praedecessoris alias factum et in dicta Camera registratum, quod innovamus ac etiam observari mandamus in caeteris, excepto dicto termino quindecim dierum

eis dato ex legitima causa, praeter ipsius formam. De obligationibus autem pro monasteriis vel ecclesiis idem servare teneantur, sub praemissis poenis. De caetero emolumenta eis debita, tam ratione examinis promovendorum etiam ad sacros ordines, quam registrationis bullarum et alia quaecumque inter se pro certo pretio aut alias quovis modo arrendari non possint, sub simili poena. De emolumentis pro ordinatis percipiendis, in totum per eos (1) ordinationi per nos factae in capitulo circa ordinatores per nos facto et sint contenti, et ulterius aliquid exigere non debeant, sub dictis poenis. Et pro unaquaque materia ex supradictis, quae superius non esset in specie expressa, tamen dependeret ab eis, possint capere, prout supra est expressum a simili, dummodo, nullo casu non expresso, capiant ultra unum ducatum.

§ 10. Causarum sacri Palatii auditorium, quo lites et controversiae undique ex christianis confluant, rectum, sincerum et purum in primis esse, ac optimae famae titulis insigniri debet, ne inde universis non magis iudicii discrimen, quam morum disciplina et exemplum sumitur; alienius forte criminis suspicionem infectum, aut culpa coinquinatum invenitur; cum, ut omnium verbo dici solet, omnis plane vitii nota carere debet, qui in alium sententiam dicere paratus est. Enim vero, qualem esse iustitiae effigiem congruit pudicam, constantem, severam, inflexibilem, non precibus, non pretio, non gratiae obnoxiam, non blanditiis, non minis a recti tramite deviam, tales et eius esse ministros decet. Quo circa dilectos filios cappellanos nostros, qui Rotae sacri Palatii tribunal regunt, in Domino hortamur, ac per viscera misericordiae Dei nostri astringimus et mandamus, ut iudicandi munus sibi commissum pie, sanete, incorrupte et sine nota exerceant; saluberrimas constitutiones et Summorum Pontificum extravagantes, circa ipsorum offi-

Rota.

(1) Add. *f. stetur* (n. r.).

cium iampridem editas, accurate observent; easque, cum audientiarum initio ex laudabili consuetudine quotannis leguntur, attente audiant, et auditas efficaciter observent. Quibus quidem eum omni sagacitatis solertia atque industria, non sine insigni puritate et integritate praecipua obsequantur, sub poenis in eisdem constitutionibus et extravagantibus et insuper in dicta reformatione Iulii II contentis, si contravenerint, innovandi quidem illas et corrigendi supplendique ac extendendi locum relinquentes, prout ex temporum varietate, occasione aut necessitate, nobis et huic sacro Lateranensi concilio expedire visum fuerit.

Poenitentaria.

§ 11. Nec minus ad Poenitentiarie officium oculos dirigentes, in quo morum censura et animarum salus praecipue vertitur, cum per eius officiales etiam quaedam taxae literarum, quae expediuntur, ultra solitum auctae dicantur, ipsius exercitium his regulis circumseribimus. In primis, maioris poenitentarii, qui pro tempore erit, cum sit regentem et auditores ac ceteros officiales, tum sui exemplo, tum congruis monitis et severitate opportuna, intra honestatis terminos continere; et ut a tempore felicis record. Sixti Papae V, praedecessoris nostri, concedi non consuetis abstineant, providere; et officium suum per se vel regentem aut locumtenentem suum in omnibus et singulis casibus, iuxta facultates a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris concessas, exercere possit. Corrector autem et auditor Poenitentiarie, supplicationes super materiis non permissis, et antiquitus per ipsum officium concedi non solitis, etiam a regente signatas, omnes omnino signaturas et concessionem, quae scandalosae, insolitae vel minus expedientes videbuntur, ac taxationes literarum, praeter antiquum ordinem et nostram modificationem factas, sub excommunicationis sententia non permittant, sed illas vel omnino retineant vel reiiciant, nisi aliud summo

poenitentiaro expresse visum fuerit, et de eius voluntate manifeste appareat. Et taxae quidem antiquae, usque ad ipsius Sixti praedecessoris tempora exigi solitae, iuxta bullam reformationis felicis recordationis Iulii Papae secundi, praedecessoris nostri, et moderationem nostram, sub poenis et ab illo et a nobis positae, observentur. Materiae autem, quarum maior est abusus, et multo maior querela ad nos prolata est, et particularius exprimendae, et specialiter huiusmodi inhibendae, sunt visae ubi religiosus legitima aetatis fuerit, et ultra annum in Religione permanserit, et asseruerit se habitum suscepisse, et professionem per vim vel metum emisisse, ad effectum ut ad saeculum redeat et habitum deponat, et super hoc declaratoriam petat, de cetero praesente in Curia, si committatur in Curia, alicui praelato committatur, cum clausula *Vocato generali vel procuratore Ordinis*; si vero in partibus, ordinario, cum clausula *Vocato provinciali seu guardiano vel custode conventus in quo impetrans degebat*, alias facta commissio non teneat. In foro vero conscientiae, sine clausula *Vocatis*, et literis laniatis dumtaxat, expediri possint. Cum aliquis, per membri mutilationem vel homicidium commissum, irregularitatem non incurrisse declarari petit, ac ex supplicationis tenore vel casus narratione apparet eum de iure ab irregularitate non excusari, licet clausula illa apponatur: *Mortem aliter evitare non valens*, supplicatio ipsa nulliter signetur. Super beneficio quocumque modo simoniae obtento non concedatur absolutio et dispensatio, nisi eo modo, quo in facultate sibi apostolica auctoritate concessa continetur; et si fructus fuerint male percepti, literae mittantur ad datarium, prout haecenus mitti consueverunt. Et cum per officium praedictum detur licentia promovendi clericos ad sacros ordines extra Romanam Curiam, ipsique clerici promovendi huiusmodi licentia abutantur, et extra muros

Urbis per aliquem antistitem promoveri procurent, ad huiusmodi abusum tollendum, statuimus et ordinamus quod de cetero in literis, per quas datur licentia promovendi extra Curiam, ponantur haec verba, videlicet: Extra Romanam Curiam, in locis ab Urbe per quadraginta milliaria ad minus distantibus. Si vero in Romana Curia detur talis licentia, tunc in literis licentiae huiusmodi ponantur haec verba, videlicet: Quod promovendi non possint examinari nec ordinari, nisi per examinatorem et ordinatorem, per nos vel Romanum Pontificem pro tempore, ad id deputatos. Et si falso iuratum fuerit super existentia beneficii, quod ordinandus se obtinere asserebat et quod non obtinebat, aut in rerum natura non erat, aut quod fide per amicos sibi commodatum fuerat, tunc etiam promotus ratione talis iuramenti et testes qui taliter periuraverint non dispensentur per literas Poenitentiariae, nisi in illis ponantur haec verba, videlicet: Quod ille, qui sic dolose promotus fuerit, ab executione ordinum saltem ad biennium suspensus existat, et alias poenitentia salutaris sibi iniungatur, et nihilominus de periurio huiusmodi puniri valeat, dicta absolute non obtinente. In secundo simplici consanguinitatis vel affinitatis gradu dispensare non possint. Res graviores et importantiae maioris, iuxta antiquum morem et laudabilem institutionem, ad datarium remittant. Corrector Poenitentiariae, vel doctor sit vel saltem in altero iurium peritus, iuxta constitutionum formam antiquarumque reformationum. Scriptores constitutiones antiquas ad unguem servant, et nemo deinceps in Poenitentiaria scriptor admittatur, qui clericus non sit, vel celebs matrimonio non obligatus, nec minus viginti quinque annis natus, nisi ex apostolica dispensatione aliter concessum fuerit. Procuratores Poenitentiariae unica media taxa, sibi ex constitutione officii competente, contententur, nec partes in ullo plus gravent, nec pro-

Bull. Rom. Vol. V.

73

hibitae materias et insuetas expediri procurent, nec item a partibus plusquam pro expediendo negotio necessarium fuerit extorqueant: duorum mensium poena, pro prima vice; pro secunda, sex, a summo poenitentiario mulcentur; si tertio item erraverint, officio priventur eo ipso. Et ut omni dolo penitus occurratur, procurator, de pretio per eum in expeditione soluto regenti, per testimonium partis faciat fidem, et instar sollicitatorum literarum apostolicarum, verum totius expeditionis impendium, propria manu implicatum, scribat talibus verbis: Expedita per me N., procuratorem etc., exposui tantum. Hoc nisi fecerit, privationis officii poenae subiaceat. Et quilibet deinceps, quando ad officium recipietur, ita se accurate et sine fraude facturum, sub dicta poena, iuret. Supplicationes contra rei veritatem et casuum contingentiam et informationes habitas de partibus, falsum narrando ad hoc ut negotium expediatur et parte instante, sub simili poena, non forment vel scribant. Horum transgressores ipso facto mulcentur, et officio, quo se indignos reddiderunt, careant.

§ 12. De matrimonio contrahendo, sive ignoranter contracto sive consumato, in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu, turonen. septem; de scienter contracto, sive consumato sive non, in quarto consanguinitatis, augetur taxa, ratione absolute a generali excommunicationis sententia eis impendenda, de duobus, et sic taxatur ad novem. In tertio gradu, de contrahendo, sive consanguinitatis sive affinitatis, taxatur ad quatuordecim. De contracto vero in eodem gradu, ignoranter, sive consumato sive non, etiam quatuordecim. Si vero scienter sit contractum et consumatum, propter absolute ratione sententiae excommunicationis iniungendam, huiusmodi taxa de duobus augetur, et taxatur ad sexdecim. Et supradictae materiae expediuntur per officium Poenitentiariae indifferenter, vel de contrahendo

Sequuntur taxae scriptorum officii sacrae Poenitent. pro dispensation. matrimonialibus et primo in quarto gradu.

aut contracto, sive scienter vel ignoranter, literis semper apertis, si componitur cum datario Romani Pontificis pro tempore existentis, excepto in quarto de contrahendo, et de ignoranter contracto et consumato, vel scienter contracto et non consumato, quae ad datarium mitti non consueverunt, et in quarto scienter contracto et consumato. In secundo gradu de contracto sive scienter sive ignoranter consumato vel non consumato. In secundo affinitatis gradu conceditur in foro conscientiae tantum, et committitur confessori, et sunt literae clausae, et hoc solummodo quando negotium est penitus occultum et quando provenit ex actu fornicario, et taxatur ad viginti. In primo affinitatis gradu. Non datur per Poenitentiarium dispensatio super primo gradu dumtaxat, nisi in foro conscientiae tantum, ut puta si impedimentum huiusmodi sit penitus occultum et proveniat ex actu fornicario, et additur in fine literarum *praesentibus laniatis*, et taxatur ad vigintiquatuor. De declaratoriis super praecedentibus gradibus. Literae declaratoriae solent expediri, videlicet, super primo et tertio, vel secundo et tertio, seu super primo et quarto, vel secundo et quarto gradibus, ex eodem stipite provenientibus, solentque taxari ad septem. De declaratoriis super quarto gradu sive consanguinitatis sive affinitatis. Cuiuscumque qualitatis existant, videlicet, de contrahendo sive de contracto, sive scienter sive ignoranter, expediuntur in forma et taxantur ex integro matrimoniales ad septem. Si vero occurrerint aliqua divortia, praemissis aut aliis subsequentibus impedimentis obstantibus, taxantur ad septem; si tales indigeant aliqua absolutione, tunc augetur taxa de duobus, ratione absolutionis, et sic taxatur ad novem. De publica honestate notandum est, quod de contrahendo de publica honestate, seu de ignoranter contracto, sive consumato sive non, publica, inquam, honestate, ex primo, duodecim; aut secundo, decem; vel tertio gradibus proveniente, taxatur ad octo. Et si tales

praedictis impliciti impedimentis scienter contraxerint et consumaverint, tunc taxa augetur de duobus, occasione absolutionis illis impendendae, et sic taxatur: ex primo, ad quatuordecim; aut secundo, ad duodecim; vel tertio gradibus praedictis, ad decem. Et si huiusmodi impedimenta, videlicet publicae honestatis iustitiae ex quarto gradu proveniant, tunc taxa ordinaria est ad septem, et est considerandum quod, si scienter contraxerint et consumaverint, augetur etiam taxa, ratione illius absolutionis, de turonen. duobus, et sic taxatur ad novem. De cognatione spirituali est sciendum quod de contrahendo in cognatione spirituali, quae sit inter levatos, seu de ignoranter contracto, seu consumato sive non, in eodem impedimento semper taxatur ad quatuordecim; et si tales contraxerint scienter, aut consumaverint, tunc, ratione scientiae et absolutionis ab excessibus iniungendae, huiusmodi taxa augetur de duobus, et taxatur ad sexdecim. De absolutionibus ab homicidiis. Si presbyter, aut alias in sacris constitutus ordinibus eius invasorem, vim vi repellendo et se defendendo, nec alias mortis periculum evadere sperans (1), si petierit ad cautelam absolvi et cum eo dispensari, aut alias ad beneficia habilitari, taxatur ad decem et octo. Declaratoria super homicidio: si tales voluerint per viam declaratoriae cum suis limitationibus iuridicis, taxatur ad sex; et si huiusmodi homicidia non possint declarari et si partes petierint per viam absolutionis, ex quo non licet declarare, aut quia dederunt operam rei illicitae, aut quia alias aufugere potuissent, taxatur ad triginta. Presbytericidium autem taxatur ad sex. Pro illo vero, qui interfuit bellis, decem et octo; et si velit super infamia, ad viginti; et si vult ad quaecumque beneficia alias rite obtenta, ad decem et octo.

§ 15. Commutatio voti Religionis simplicis in foro conscientiae tantum taxatur ad duodecim; liminum vero Apostolorum,

De commutationib. votorum.

(1) Deest fortasse *occiderit* vel aliud quid simile (n. τ.).

decem; Sepulchri autem Dominici, etiam ad decem; Sancti Iacobi in Compostella, similiter ad decem, et literae mittantur ad datarium; non tamen super voto Religionis. Prorogatio autem votorum huiusmodi, legitima causa subsistente, conceditur ut plurimum ad biennium, et taxatur ad quatuor. Commutatio ieiuniorum taxatur etiam ad quatuor; alterius vero abstinentiae, quae, subsistente causa, servari non potest, ad quatuor; commutatio ultimae voluntatis, ad duodecim; participatio, ad quatuor.

Dispensationes
seu illegitimo-
rum et spurio-
rum legitimatio-
nes.

§ 14. Officium Poenitentiarum cum illis dispensat in prima forma tantum, videlicet ad omnes et sacros presbyteratus ordines, et unum beneficium ecclesiasticum, etiam si illi cura immineat, taxatur ex antiqua consuetudine ad sex; et si tales ob eorum merita uberiores petierint gratiam, datur ad aliud beneficium, taxatur ad septem; si vero tertio et ultimo illis aliqua gratia fiat, conceditur ad tertium beneficium cum suis consuetis clausulis, et taxatur ad decem; et si tales illegitimi, tacito huiusmodi defectu, aliquid detentaverint, videlicet se ad aliquos ordines, praemisso defectu tacito, promoveri fecerint, tunc augetur prima forma de uno turonen., ratione absolutionis impendendae ab excessibus huiusmodi, videlicet ad unum (1); et si cum illis ordinaria auctoritate dispensatum fuerit, ut est solitum, ad primam tonsuram videlicet et quatuor minores ordines, necnon ad unum simplex beneficium, tunc si datur de uberiori, videlicet ad secundum beneficium cum debitis limitationibus suis consuetis, taxatur ad decem; si vero tales petierint ad tertium, cum quibus similiter eadem auctoritate ordinaria, primo, et deinde secundo apostolica auctoritate successive dispensatum fuerit, prout in suis solitis formis, taxatur ad decem; et si tales illegitimi secum dispensari petierint ut obtinere possint beneficia alias per eorum genitores obtenta, cum suis debitis limitationibus, conceditur, videlicet dummodo in eisdem beneficiis genitoribus immediate non succedant,

(1) Legimus undecim (R. T.).

nec in altaris ministerio cum illis concurrant, et taxatur ad sex.

§ 15. De promovendo ad ordinem subdiaconatus in sextodecimo, taxatur ad decem; de promovendo vero ad huiusmodi ordinem subdiaconatus in decimo octavo, ad sex; de promovendo vero ad ordinem diaconatus in decimo octavo, ad decem; si vero in decimonono ad huiusmodi ordinem diaconatus, ad sex. Licentia promovendi ad presbyteratus ordinem in vigesimo tertio, vel cum primum vigesimum tertium annum attigerit, taxatur ad duodecim; ad huiusmodi autem ordinem in vigesimo quarto, ad sex. Licentia promovendi a quocumque antistite extra Romanam Curiam residente, ad duodecim; et extra tempora a iure statuta, ad decem; a quocumque ad primam tonsuram, ad sex. Licentia promovendi a viciniori suo ordinario, ad sex. Absolutio pro promotis minoribus annis, sive ignoranter sive scienter, ad septem. Absolutio pro promotis absque literis dimissorialibus, ad sex; ad fictum titulum, ad septem. Relaxatio iuramenti ad effectum agendi dumtaxat et non excipiendi, ad septem. Absolutiones ab iniectione, ad sex; etiamsi in loco sacro. Laicidium taxatur ad tres.

De promotis et promovendis.

§ 16. Confessionalia taxantur ad sex. Sed si concedantur religiosis sine licentia superioris, ad duodecim; alias cum limitationibus consuetis et iuxta facultates eis concessas, ad quatuor; et quando huiusmodi solum conceduntur ad quinquennium, tunc taxantur ad duos. Altare portatile, ad octo. Licentia celebrandi in locis interdictis, ad sex. Licentia eodem tempore interdicti recipiendi ecclesiastica sacramenta, cum suis etiam limitationibus, ad sex. Licentia etiam eodem tempore interdicti sepeliendi, ad sex. Lacticinium taxatur ad sex. Licentia dicendi horas secundum Romanae Curiae usum taxatur ad sex. Licentia huiusmodi horas antepoenendi et postponendi, urgenti tamen et subsistente causa legitima, ad sex. Licentia celebrandi ante diem, circa

De confessionalibus.

tamen diurnam lucem, ad duodecim. Licentia celebrandi ubique, ad novem. Licentia celebrandi in aliena dioecesi, ad sex. Licentia de monasterio ad monasterium, ad quatuor; de Ordine ad Ordinem, dummodo in eo par vel aetior vigeat observantia regularis, ad duodecim; pro translatis de facto ad latiorē, ad viginti. Si vero tales volunt esse capaces administrationum, dummodo detur, nisi per signaturam Papae fuerit data translatio sine spe beneficiorum, ad triginta. Licentia standi extra monasterium, de sui superioris licentia et ea durante ex legitimis causis, ad duodecim. Licentia exeundi tempore infirmitatis, ad duodecim; et si praecedentibus licentiis addatur assistentia iudicum, ad sex. Licentia celebrandi in cappella cum aliquo altari portatili, ad duodecim. Licentia ingrediendi monasterium monialium, etiam Sauctae Clarae, quater in anno, dummodo non pernoctent, ad duodecim.

De simoniis.

§ 17. Absolutio a simonia, ad sex; cum dispensatione super irregularitate, ad decem et octo; et si cum retentione, ad viginti; et si cum rehabilitatione ad alia obtinenda, ad triginta. Si in evidentem utilitatem, dummodo census annuus non transcendat ducatos quinque, ad septem. Pro Haeticis scismaticis, filiis aut nepotibus marranorum nuncupatorum taxantur secundum eorum petitiones, et moderantur pro arbitrio eiusdem correctoris huiusmodi taxae, videlicet, pro laicis, ad vigintiquatuor; et pro clericis volentibus promoveri et presbyteris, ad triginta sex; et mittantur literae ad dictum datarium. Et omnes aliae materiae, quae expediuntur per Poenitentiarium de speciali, ad sex; et de speciali et expresso, ad duodecim. Postremo, cum alii plures casus in dies emergant, iuxta et ad rationem praecedentium, per eiusdem officii correctores taxae moderentur, et officium ex sua benignitate et clementia, et saepissime, ut plurimum taxarum rigorem temperet, et praecipue ac signanter pro praesentibus ac miserabilibus personis,

etiam hibernicis: ita quod illis, prout eorum paupertas indigentiaque expostulet et requirat, diligentissime subveniatur.

§ 18. Poenitentarii minores, in quorum negligentia, fraude vel imperitia apertum et grave periculum est animarum, ne pariter cum se adeuntibus in gehennam ruant, ab intolerabili abusu et perversa licentia revocandi, et intra pudoris ac modestiae septa coercendi sunt. Nemo igitur ex eis, nisi plane sufficiens et qualitatibus per constitutiones requisitis praeditus, ad officium de cetero recipiatur, et ex omni quidem natione hoc. Si qui forte ex praesentibus non erunt tales, diligenti per maiorem poenitentiarium examine habito, vel removeantur omnino vel per annos aliquot, quantum expedire visum fuerit, ab exercitio huiusmodi suspendantur; et si deinceps contigerit aliquem non idoneum eligi, etiam si mandatum habeat, a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus importunitate extortam, tamen illum poenitentarius maior admittere non teneatur, nisi nobis vel successoribus praedictis ante consultis. Abstineant iidem a vilibus et saecularibus exercitiis, ne, dum pecuniae studeant et sordidis inhiant lucris, animam turpi et infraena aviditate commaculent; habitu, verbis, incessu debitam gravitatem praedecessorum suorum referant et observent; pauperes non aversentur, nec confitentibus praeter modum succenseant, sed patienter auditos in optimam spem Dei misericordiae erigant, nec pecunias pro missis celebrandis ab eis recipiant, nec quidquam omnino ab eisdem petant vel exigant, sub excommunicationis poena et privationis; sed oblata sibi in fine confessionis qualicumque eleemosyna contenti existant; a casibus eis non permissis confitentes minime absolvant, et in publice poenitentibus absolvendis antiquas consuetudines et ritus severe observent. Substitutos, praeter paucos illos qui pro linguis et nationibus variis assidue necessarii sunt, nullo pacto deputent, nisi in principalibus festis et hebdo-

Poenitentarii minores.

mada sancta, quorum tamen deputatio fiat ante per mensem, et approbentur primum per ipsorum priores et praelatos, deinde per collegium poenitentiariorum, postremo per maiorem poenitentiarium, nec numero sint ultra sexaginta. Verum, si turbae multitudo aut necessitas aliqua dictet, requirente collegio poenitentiariorum, possit a maiori poenitentiarium augeri numerus usque ad centum, a quibus tamen poenitentiarii nil exigant, sed parte tertia vel quarta eleemosynarum, prout substitutis videbitur, sponte oblata, sint contenti, quae quidem in aliqua certa capsula pro usu et necessitatibus domus Poenitentiariae ponatur; si secus fecerint, suspensionis et triplici fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe inferendae poenae subiaceant. Substitutis autem poena superius in poenitentiariis expressa suspensionis et remotio ab exercitio irrogetur, si a contentibus quidquam petere, aut pro missis dicendis aliquid, etiam a sponte offerentibus, recipere ausi fuerint. Et ne illius ignorantiam praetendere valeant, eis per eosdem poenitentiarios in eorum deputatione, sub eadem poena, significari debeat. Poenitentiarii solitas congregationes non intermittant, sed, missa summo mane de more audita, ad conferendum inter se super occurrentibus conscientiae casibus conveniant, ita ut peccator nullo verbo, signo vel nutu manifestetur; nec interim, aut abesse, aut confessiones etiam audire praesumant, sub suspensionis poena. Tanto tempore in sedibus et locis suis resideant, quanto per constitutiones veteres obligantur, ne ullo unquam tempore peccator obvius non inveniat praeparatos. Possint unum fidum sibi eligere, etiam qui poenitentiarius non sit, ut, in Plumbaria manens, tertiam partem plumbi emolumentorum eis obvientem procuret et illius computum teneat, cum ipsos ad hoc intendere minime deceat. Processus, qui per eos de peccatis secretis fiunt, apud ipsos conserventur et custodiantur, nec ad alium transferri locum, aut alteri

ostendi possint. Prior ipsorum domum Poenitentiariae, quasi sacrarium, ab omni immunda conversatione custodiat, portas horis debitis claudat atque aperiat, suspectas personas excludat vel non admittat. Cameras illorum aliis quam poenitentiariis habitare non sinat, nec alia prorsus, quam si religiosa domus esset, cura gubernet, poenas horum transgressoribus autoritate nostra imponens congruas. Sint praeterea undecim tantum numero, iuxta antiquas consuetudines et constitutiones, nec ad receptionem supranumerariorum, ante vacationem, cogantur, nec mandata in eventum mortis illorum ulla signentur, ac signata non teneant, exceptis hiis, qui nunc actu officium exercent, vel qui haecenus a nobis literas apostolicas sub plumbo obtinuerunt, quibus praedictum non intendimus. Et cum officium huiusmodi personalem residentiam in Romana Curia maxime et necessario requirat, circa absentes ad praesens, cuiuscumque nationis sint, et qui absentes ultra annum vel biennium ab Urbe et Curia steterunt, sine causa legitima et nostra licentia, constitutiones eorum circa privationem talium exacte et rigore servari volumus et mandamus, aliosque eorum loco deputari vel surrogari, iuxta constitutionum officii tenorem. In nullo autem supra expressorum casuum facultas dilecti filii nostri Leonardi, tituli Sanctae Susannae presbyteri cardinalis, maioris poenitentiarii, laesa vel immutata intelligatur, sed in suo robore firma penitus et inviolata permaneat; et omnia supradicta, regenti correctori et auditori prohibita, per seipsum exercere valeat, quando conscientiae et prudentiae suae videbitur.

§ 19. Literarum apostolicarum sollicitatores pro universis bullis ecclesiae titularis provisionem concernentibus, videlicet pro bulla provisionis et absolutionis, exercendi pontificalia, pensionis ducentorum ducatorum, seu retentionis beneficiorum, quae omnes ei, de cuius persona ecclesiae titulari providetur, necessaria

Sollicitatores literarum apostolicarum.

sunt, ultra decem ducatos auri de Camera non recipiant; si contrafecerint poenae duodecim ducatorum, supradictae fabricae inferendae, subiaceant. Pro bullis, tam super ecclesiis quam monasteriis concistorialibus post primam expeditionem pro eadem persona et eadem vacatione, ultra duos ducatos et duos carlenos similes, sub poena proxime expressa, non recipiant. Cappelanus ipsorum, pro concistorialibus et obligationibus, duos tantum grossos ex officii emolumentis percipiat, et nihil a partibus exigat; partibus autem petentibus, sollicitare literas teneantur sine ipsorum onere, sub poenis in bulla institutionis officii contentis, et intra congruum tempus illas expeditas partibus consignari facere.

Magistri plumbi.
Li.

§ 20. Magistri plumbi pro pari bullarum ultra carlenos duos non capiant, videlicet, pro qualibet plumbata, carlenum unum, iuxta tenorem literarum felicis recordationis Sixti Papae IV, praedecessoris nostri; ex arbitrariis vero et regalibus, nihil ultra summam per nos inferius moderatam percipiant, videlicet de ecclesiis concistorialibus taxatis usque ad quingentos, non capiant ultra florenos sex; usque ad mille, florenos decem; usque ad mille et quingentos, florenos quatuordecim; usque ad tria millia, florenos vigintinum; usque ad quatuor millia, florenos vigintiquinque; abinde vero supra, usque ad sex millia, florenos vigintiocto; exinde supra, usque ad quamcumque summam, ducatos triginta sex auri non excedant, sub incursu poenarum in bulla reformationis dicti Iulii praedecessoris contentarum. De titularibus vero ultra ducatos quinque percipere non valeant. De retentione ecclesiarum et monasteriorum concistorialium ubi sunt cedulae protonotariorum, per eos idem servetur quod supradictum est. De monasteriorum expeditis per supplicationem, non capiant ultra unum ducatum, si sint valoris ducentorum ducatorum vel infra. De officiis capere non possint ultra sex carlenos pro qualibet bulla, exceptis scriptoribus, cum

quibus servetur antiqua consuetudo, ceteris emolumentis solvi eis solitis et consuetis, ut prius, eis salvis remanentibus.

§ 21. Fratres barbati sen plumbatores Fratres barbati. sua emolumenta cum hac similiter limitatione percipiant. De bullis Cancellariae, grossum unum; de bullis per Cameram, grossos duos pro quolibet plumbo recipiant; de bullis taxatis per Cancellariam capiant grossum unum in singulos ducatos; et pro magistris plumbi, grossum unum pro quolibet plumbo, per bullam Sixti, praedecessoris huiusmodi, eisdem magistris concessam, ut supra dictum est. Si bulla expediatur in forma quinterni, et sit taxata, carlenum unum pro quolibet ducato capiant; si gratis fuerit, unum pro se, et unum carlenum pro magistris dumtaxat percipiant. De bullis provisionum concistorialium, carlenos capiant iuxta numerum ducatorum taxae magistrorum; de non taxatis per magistris plumbi, carlenum unum sibi et unum magistris pro quolibet plumbo dumtaxat capiant. Quod si bullae huiusmodi gratis expediuntur, unum sibi et unum magistris pro qualibet bulla similiter sumant et non ultra; pro singulis literis clausis ad dominos temporales, habeant quatuor carlenos; de forma iuramenti, ducatum unum pro collectoribus, et pro se grossos tres et unum pro magistris. In expeditionibus ecclesiarum et monasteriorum concistorialium pro regalibus usque ad quingentos ducatos, capiant ducatos duos; usque mille, ducatos tres; et exinde supra, ducatum unum cum dimidio pro quolibet milliari; pro famulis vero usque ad quingentos, dimidium ducatum; exinde supra, non excedant ducatum unum; de monasteriis per supplicationem expeditis, ducatum unum, tam virorum quam mulierum. Pro devoluto non exigatur ultra unum ducatum; de bullis ob rasuram vel aliam causam rescriptis, sive per Cameram sive per Cancellariam sint expeditae, ultra duos carlenos pro quolibet plumbo non capiant. De literis protonotariatus et aliorum officiorum, si taxatae erunt, carle-

nos habeant iuxta numerum ducatorum; de non taxatis vero, carlenos quinque; de literis indulgentiarum, unum ducatum; pro literis vero privilegiorum non habeant nisi carlenum unum. In non taxatis ex bullis, quatuor. Quae pro palliis expediuntur, pro duabus apertis, carlenos sumant iuxta numerum ducatorum taxae; pro duabus clausis, carlenos sex, videlicet tres in singulas. Pro literis iustitiae, nisi materiae sint duplices, unum carlenum. De expectativis in forma pauperum, pro bulla pauperum unum carlenum. Poenitentiaris portionem fideliter restituant, prout tenentur. In Plumbaria familiares deputatos dumtaxat et non extraneos admittant sub excommunicationis poena; in aliis superioribus vel eorum aliquo contrafacientibus, poenis in bulla reformationis contentis subiaceant.

Abbreviatores. § 22. Abbreviatores de maiori, cum super supplicationibus conficiendae sunt diversae minutae, quae quidem duplices, triplices quadruplicesve appellantur, tunc taxae receptor, semper ex istis dimissis prius quinque integraliter, abinde supra, pro duplici, triplici vel quadruplici, dimidium eius, quod receptum fuerit per abbreviatorem de maiori, parti dimittere teneatur. Item, ubi, ratione unius bullae consistorialis, diversi turni eisdem persolvi debent, veluti cum minori coadiutor datur, et usque ad vigesimum septimum annum administrator deputatur, ac deinde de eius persona ecclesiae providetur in eadem bulla, quo casu turni tres abbreviatoribus competunt, taxae receptor duos pro primo turno, unum pro secundo, unum pro tertio ducatum solum dimittat; in reliquis antiquas constitutiones per praedecessores nostros editas servare teneantur. Abbreviatores de minori, pro bulla quae inseritur executoriali, de cetero nihil capiant; pro bulla autem, quae expeditur in forma quinterni, in singulas cartas non nisi grossum unum capiant; pro aliis, quae in forma quinterni non erunt, praeter unum grossum nihil omnino recipiant. In bullis ad perpetuam rei memoriam, gros-

sos quinque sicut in ceteris restituant. Regens abbreviatores de prima visione non nisi expertos atque eruditos in officio ponat. Cappellanus eorundem nihil prorsus a quoquam praetextu bullarum exigat. Custodis cappellanus et familiares nihil a quoquam capiant.

§ 23. Scriptores apostolici de cetero in distribuendis minutis et literis de taxa scribendis, excepto uno grosso romano pro qualibet prima carta, nihil pro scriptura aut ultra taxam capiant, sed fe. re. Eugenii PP. IV constitutionem, et confirmationem Nicolai PP. V, praedecessorum nostrorum, ad unguem observent, quod nisi fecerint, ultra poenas in constitutionibus ipsis contentas, poenae duodecim ducatorum auri de Camera, basilicae Principis Apostolorum de Urbe fabricae ipso facto applicandae, contravenientes vice qualibet subiaccere volumus, ultra poenas in bulla reformationis fel. recordationis Iulii Papae II, praedecessoris nostri contentas. Pro literis scribendis, quae gratis expediuntur, ultra grossum unum romanum in singulas cartas pro litera vigintiquinque lineas continentes, ita ut in qualibet vigintiquinque ad minus sint dictiones, unum ducatum auri pro labore capiant; a vigintiquinque vero usque ad quadraginta lineas, pro quibuslibet quatuor lineis habeant grossum unum; exinde supra, si intra scriptorem et partem discordia fuerit, rescribendarii et defensorum pro tempore existentium vel vicecancellarii seu regentis iudicio stetur. Litera provisionis ecclesiae parochialis, pro eo quod aliam quoque parochialem obtineat, si in illa dispensatio ad duo et cum clausula permittendi posita fuerit, ad grossos quinquaginta taxetur; et idem in similibus gratis fiat, quae in bulla eadem pro uno congeminantur. In consistorialibus ex Francia venientibus, litera quae expeditur sine clausula generalis reservationis per Cameram sub eadem data, sive in illa sint modi vacandi, sive non, taxetur ut taxantur aliae conclusiones. Si ecclesia metropolitana, vi-

Scriptores apostolici.

gintiquatuor; si ecclesia cathedralis, viginti; si monasterium consistoriale, sexdecim; si vero sub diversa data fuerit et si in ea contineantur vacandi modi, si metropolitana vel cathedralis ecclesia, grossis quadraginta; si monasterium consistoriale sit, triginta taxetur.

§ 24. Quoniam magistri registri bullarum, in arbitriis componendis ac taxandis, gravius excedebant, et tamen unam taxam instar scriptorum eis deberi ex literis felicis recordat. Ioannis PP. XII, praedecessoris nostri, manifeste ostendebatur, ad quam, dimissis omnibus, reduci cupiebant, visum est nobis, habita super hoc matura deliberatione per praedictos cardinales ad hoc deputatos, incerta illa ita recidere et coarctare ut ad minus dimidiam vel tertiam saltem partem eius, quod capere sunt soliti, adimeremus, prout infra, ex ordine ascriptarum limitationum, ne arbitraria praedicta ulterius incerto fluctuent, patebit, et intra hos quidem terminos se continere mandamus, ita ut, si illos excesserint, prima vice, trium; secunda, sex mensium emolumentis praedictae fabricae applicandis; tertia vero, officii privatione mulcentur. Taxarum itaque ad certam formam redactarum ordo erit talis. Officium eorum, iuxta iuramenta per eos praestita, circa auscultationem bullarum registrarum, fideliter et diligenter exerceant, et moram faciendi in registro, et subscriptionem in bullis faciendam incontinenti quod requisiti fuerint, et de eorum debitis iuribus satisfacti et soluti, absque excusatione vel dilatione aliqua, facere, absque partium querela, observare teneantur et debeant, sub excommunicationis poena et aliis in bulla praedicta contentis. Curent postremo ut officium scriptorum fideliter et recte gubernetur et regatur, et absque partium et sollicitatorum querela exerceatur.

§ 25. Absolutio ad effectum gratiae vel ad effectum agendi. Pro ea praefati

magistri nihil capiant; pro absoluteione vero ab haeresi vel ab homicidio vel irregularitate vel a simonia, et generaliter, pro quacumque alia absoluteione, pro una persona, grossos duos. Si vero in eadem bulla sint plures personae et comprehendantur plura capita, pro unoquoque capite capiant duos grossos, non tamen ultra duos ducatos. Pro absoluteione cum rehabilitatione pro haeretico seu filio haeretici, si fuerint plures non expressi, octo; pro absoluteione vero pro civitate et diocesi, quadraginta; pro civitate vero tantum seu universitate castri vel villae, etiam triginta grossos; pro abbate et conventu, seu capitulo aut clero unius civitatis vel dioecesis, ducatos duos capiant. Abbati si conceditur quod annulo et baculo pastoralis, duos; si vero quod pontificalibus uti, quinque; et quod minores ordines conferre, duos; et quod privilegiis ad instar aliorum gaudere, decem; et quod vestes benedicere, duos; et ecclesias reconciliare, duos; et benedictionem dare, duos; et coemeteria reconciliare, decem; et decimare, decem; et corrigere et reformare possit, etiam decem grossos capiant; pro corrigere ex defectu partis, sex; in minuta reverendissimi Sanctorum Quatuor, est octo; ex defectu vero Cancellariae, quia tunc per regentem in bulla dicitur *Et gratis*, unum grossum capiant; pro coadiutoria ecclesiae aut monasterii consistorialis, decem; beneficii vero, quinque grossos capiant; pro commenda cuiuslibet beneficii, duos; monasterii vero non consistorialis, quatuor; consistorialis vero, decem; et si in eadem bulla plura beneficia essent, pro quolibet ultra primum, quinque grossos capiant; et idem servetur, ubi mandantur commendari beneficia, seu monasteria comprehendendi; super incertis si datur facultas, decem grossos capiant; conferendi beneficia ubi datur facultas, pro quolibet beneficio, duos grossos capiant; charitativum subsidium imponendi ubi datur facultas, quatuor grossos

Emolumenta ordinaria et arbitraria magistrorum regist. bullarum.

capiant; coemeterium, ubi conceditur quod cappella illud habere possit, duos grossos capiant. Confraternitatis erectio, pro qualibet persona, duos; et sine expressione personarum, decem; et idem servetur in confirmatione illius erectionis; concordiae confirmationis ratione, duos grossos capiant; confessores deputandi licentia in indulgentiis plenariis si datur, quindecim; in aliis vero, novem grossos capiant; copia ex registro quando datur, sex grossos capiant. Canonicis ecclesiae collegiatae ubi conceditur quod possint uti almutia, pro quolibet, grossos duos, dummodo pro omnibus, ultra duos ducatos non capiant. Doctorandi in altero iurium, ubi datur licentia, duos; si in utroque iure, quatuor grossos capiant. Decimandi facultas si datur laicis, viginti grossos capiant. Decimae unius villae concessionis occasione, quatuor; ratione vero plurium villarum, octo; unius autem castri, octo; plurium vero castrorum, quindecim; civitatis vero unius et dioecesis eius, viginti; unius autem provinciae, quadraginta grossos capiant. Dispensandi cum illegitimis facultas, pro qualibet persona, duos grossos capiant; pro dismembratione beneficii ad vitam, pro quolibet, duos; et si perpetua fuerit, pro quolibet, tres, dummodo pro omnibus contentis in una bulla, ultra ducatum unum non capiant; pro duplicata, unum ducatum; pro erectione castri in civitatem cum ecclesia cathedrali vel metropolitana, ac dignitatibus, canonicatibus et praebendis ac beneficiis, centum quinquaginta; dignitatis vero maioris post pontificalem, quatuor; canonicatus et praebendae, duos; et cappellaniae, duos; et altaris, duos; beneficii vero simplicis, duos; plurium vero beneficiorum, decem; oratorii, duos; parochialis ecclesiae, duos; fontis baptismalis, duos; collegiatae ecclesiae cum canonicatibus, dignitatibus et praebendis, viginti; hospitalis, quatuor; monasterii virorum, sex; et si concedere-

tur quod gauderet privilegiis, pro monasteriis virorum, viginti; pro monasteriis autem monialium, decem; pro creatione capituli, quatuor. Collegii vero, pro quolibet, etiam quatuor, dummodo, pro omnibus personis, non recipiant ultra viginti; Studii vero generalis cum privilegiis et aliis solitis, viginti; vicariatus autem fratrum, duos grossos capiant. Erectionis unius beneficii confirmationis ratione, si ad vitam, duos; si perpetua fuerit erectio, quatuor; et si fuerit sine numero et sine expressione beneficiorum, viginti grossos capiant; pro exemptione episcopi a metropolitano ad vitam, duos; pro perpetua, quatuor; pro capitulo vero ab episcopo ad vitam, vigintiquinque; pro perpetua, triginta; pro unius personae ad vitam, duos; plurium vero personarum, viginti; pro perpetua vero unius personae, pro abbate et superiore ad vitam, duos; pro perpetua, quatuor; pro abbate vero et conventu ad vitam, vigintiquinque; pro perpetua, quadraginta; pro monasterio et membris ad vitam, quindecim; pro perpetua, viginti; pro episcopo, capitulo et clero civitatis et dioecesis ab archiepiscopo, quinquaginta. Expectativa de commendando beneficia, pro quolibet beneficio, grossos duos capiant; fructus percipiendi in absentia, pro qualibet persona et pro quolibet beneficio, grossos duos; et si non esset expressus numerus, viginti; pro hospitalis commissione, grossos sex. Iuspatronatus ubi derogatur, pro uno beneficio, duos; pro pluribus, novem grossos; ubi vero reservatur iuspatronatus ad unum beneficium, pro una persona, grossos duos; si vero ad plura beneficia, decem; et reservatio etiam pro successoribus, ubi personae non sint nominatae, pro quolibet beneficio, quinque grossos capiant; pro infeudatione perpetua unius, triginta; plurium vero civitatum, centum; si vero unius provinciae, centumquinquaginta; si unius villae, quatuor; si vero plurium villarum, decem; si unius op-

pidi, decem; si plurius, viginti; ubi vero ad tempus fieret, tunc pro medietate. Pro lacticiniorum usu, cum datur in confessionali, nihil capiant; alias vero pro usu lacticiniorum, pro civitate et dioecesi, quinquaginta; pro provincia vero, centum grossos capiant, si perpetua fuerit concessio; si vero ad longum tempus, pro medietate. Legitimatio, si fiat, pro qualibet persona, grossos duos capiant; pro mandato cassando ex registro per bullam literam concessam, ducatos duos capiant; notarios creandi facultas ubi datur, pro quolibet, grossos duos. Ratione officiorum Romanae Curiae, super quibus literae expediuntur, pro quolibet, grossos duos capiant. Pallium vero archiepiscopo, unum; et ubi episcopo conceditur, etiam ducatum unum capiant. Pontificalia exercendi pro episcopo titulari, pro qualibet dioecesi, grossos duos. Pontificalibus utendi, pro abbate sive priore ad vitam, viginti; et, si perpetua fuerit, triginta grossos capiant. Perinde valere super commenda, duos. Pensionis cassatio, pro ea, duos. Pensionis translatio, pro ea, etiam duos grossos. Pro pensione ecclesiae cathedralis, unum; pro pensione monasterii consistoralis, etiam unum ducatum; pro ministratus vero provisione, duos grossos; privilegiorum confirmatione, pro quolibet, duos grossos, dummodo pro omnibus contentis in una bulla, quot numero fuerint, ultra duos ducatos non capiant, si non exprimantur; pro extensione vero, quadraginta; pro illorum vero communicatione unius congregationis alteri, cum illorum insertionem sive narrativa et nova concessione, grossos centum capiant. Resignandi et permutandi licentia, pro quolibet beneficio, duos grossos; reconciliandi seu reconciliari faciendi unam ecclesiam, grossos duos; plures vero, viginti; et coemeterium, grossos duos; plura vero, decem; regressus ad cathedralem ecclesiam, novem; ad monasterium, unum; consistoriale, cui prae-

fuit, pro quolibet, quinque; ad monasterium vero, quod in commendam obtinuit, pro quolibet, septem; pro quolibet vero beneficio, quod in titulum obtinuit, duos; pro illis vero, quae in commendam obtinuerat, quatuor; pro regressu vero ad hospitale, quinque grossos capiant; pro retentione cuiuslibet beneficii in titulum, duos; in commendam vero obtentis, quatuor; pro plurius vero, decem; pro retentione vero monasterii non consistoralis, cui praest, quatuor; si vero illud in commendam obtineret, quinque; hospitalis vero, quatuor; et si in retentione conceditur quod possit uti regressu, quem habet, ad monasterium vel hospitale, quatuor; si vero ad beneficia, pro quolibet, duos grossos capiant; pro rehabilitatione unius personae, ex quacumque causa rehabilitetur, pro qualibet persona, duos; pro pluribus vero personis, decem; pro reintegratione cuiuslibet beneficii, duos; pro reservatione iuris conferendi beneficia pro una vice, pro quolibet, duos, dummodo pro omnibus, quot fuerint, non capiant ultra viginti grossos. Separatio unius beneficii, duos; plurius vero beneficiorum ad tempus, pro quolibet, duos; et si perpetua fuerit, quatuor grossos; pro suppressione unius monasterii vel hospitalis, quinque; dignitatis vero, duos; et beneficii, duos; plurius vero beneficiorum sine numero, decem; si vero Ordinis vel capituli, quindecim; collegii vero, viginti; standi extra monasterium licentia, pro qualibet persona, duos. Statuta condendi licentia, pro quolibet statuto, duos; si vero non exprimantur, viginti; pro statutorum vero confirmatione, pro quolibet, duos, dummodo pro omnibus contentis in una bulla, etiam si nullum exprimatur, duos ducatos non capiant; sumptus cum datur ex registro, ducatum unum; pro signanda bulla, etiam unum grossum capiant. Transactionis confirmatio, duos; pro testandi facultate, pro qualibet persona, duos; pro testatoris voluntatis mutatione, duos; pro translatione

monialium vel virorum, pro qualibet persona, duos; pro cuiuslibet beneficii translatione, duos grossos capiant. Trahi cives extra civitatem et dioecesim non possint ubi conceditur, quindecim; et si extra ducatum est et plures civitates, triginta; si vero extra unum castrum, decem; et hoc si perpetuo; ubi vero ad tempus, pro medietate; visitandi licentia, duos; ubi vero sine expressione locorum, decem; unum ducatum ecclesiarum cathedralium, ad vitam, unum; perpetua, duos; monasterii vero aut hospitalis ad vitam, pro quolibet, sex; pro perpetua, octo grossos; et idem inde vacaturo. Quaestuarum unio perpetua, ducatum unum; pro plurium hospitalium ad vitam, viginti; pro perpetua, triginta; pro monasterii consistorialis congregatione tenendi, iuxta mores et ritus illius, et quod gaudeat privilegiis, quinquaginta; pro unione cuiuslibet beneficii ad tempus, duos; et si plurimum, non ultra decem; pro perpetua cuiuslibet beneficii, quatuor; pro pluribus, non ultra viginti grossos capiant; pro unionis factae beneficiorum confirmatione, sine expressione, viginti; pro dissolutione vero cuiuslibet beneficii ad vitam, duos; pro monasteriis vero, sex, dummodo ultra duos ducatos non capiant; pro perpetua vero unius beneficii, quatuor; pro monasterii autem unionis dissolutione, octo grossos recipiant; pro deputatione abbatum, abbatissarum et priorum ac operariorum ad triennium, pro quolibet, grossos tres; deserviri faciendi beneficio per cappellanum ad vitam, pro qualibet persona, duos; si vero ecclesiae vel hospitali per plures personas, sine expressione numeri, in genere et absque nominatione personarum, quindecim grossos capiant, et quod scriptores teneantur solvere capserio pro lectionibus singulis mensibus id, quod hactenus solvere consueverunt. Ab omni autem alia exactione, ratione istorum extraordinariorum emolumentorum, abstineant, sub poena viginti quinque ducatorum fabricae dictae basilicae pro

qualibet vice applicandorum; et pro unaquaque materia ex supradictis, quae superius non esset in specie expressa, tamen dependeret ab eis, possint capere prout supra est expressum, dummodo nullo casu non expresso capiant ultra unum ducatum cum dimidio; et in casibus supradictis, in quibus datur licentia eis quod capiant decem grossos, volumus quod unum ducatum capere possint pro singulis decem grossis.

§ 26. Scriptores autem registri bullarum recte et ea litera, quae faciliter legi valeat, scribere curent, et circa auscultationem, tempus registrandi, locum registrationis et huiusmodi, tam ipsi quam magistri, antiquas officii constitutiones et consuetudines, usque ad praefati Sixti quarti praedecessoris tempore servari solitas, diligenter custodiant; et in his, quae ad officii ipsius exercitium pertinent, non vicecancellarii solum, sed etiam magistrorum correctioni subiiciantur, ut olim consuevit fieri etiam per constitutiones; non autem super minutis, sed super bullis originalibus registrent, sub poena in eisdem constitutionibus explicata; pro registratura unius bullae, quae etiam cum executoria non excedet numerum viginti quinque linearum, quinque carlenos Cancellariae; abinde supra, usque ad quinquaginta lineas, iulios quinque; dum excedant vero usque ad quascumque lineas, ultra iulios decem eis capere non liceat; pro quinteris vero, trium ducatorum mercede contenti sint; pro registratura literarum omnium provisionum consistorialium in totum, videlicet pro omnibus bullis provisionis, retentionis, absolutionis, commissionis, receptionis iuramenti et aliis huiusmodi registrandis, ducatos tres cum dimidio non excedant, quas taxas, etiam sub poenis in literis reformationis praefati Iulii praedecessoris contentis, servare teneantur; ducatum pro regalibus eis dari solitum, ut prius solvant eis.

§ 27. Auditor contradictarum cum suis officialibus constitutiones officii ipsius accurate observent, sub poenis in bulla re-

Scriptores registri bullarum.

Auditor et procuratores contradictarum.

formationis Iulii praedecessoris huiusmodi contentis, nec materiis ad se non pertinentibus manum mittant. In contradictis legendis debita utantur diligentia et fide, nec in eis rasuras faciant ullas, praesertim in datis et nominum mutationibus; legant eas alta et intelligibili voce tribus saltem praesentibus, et lectas in filza saltem per horam teneant, et antequam parti tradantur, videre eas cupientibus, illae eis ostendantur ad tollendas fraudes. Lectores deputati per seipsum non autem per substitutos legant, nisi sint officiales aequae idonei per auditorem approbati. Pro lectura contenti sint antiqua mercede, nec plus omnino petere aut exigere possint, sub poena viginti ducatorum, pro qualibet vice et quolibet supradictorum casuum, supradictae fabricae eo ipso applicandorum. In arrestatione litterarum et lectura instrumentorum officium suum fideliter et diligenter exerceant, sub praescripta poena. Procuratores materias iniustas et indebitas, per viam correctionis expediri solitas, non procurent, nec minutas litterarum forment contra vel praeter continentiam litterarum et veritatem habitam per informationem, ut frequenter fieri dicitur, ne, veritate in memoriali contenta immutata, literas expediant, quae alias expediri non poterant. Contrafaciens vero, pro prima vice, poena viginti ducatorum auri fabricae praedictae applicandorum et suspensionis ab officio per sex menses poena mulctetur; si vero secundo culpabilis fuerit, excommunicationis et quinquaginta florenorum similiter applicandorum poena puniatur; tertio vero delinquens, officio ipso iure privatus existat; item, volumus quod omnia brevia et literae Poenitentiarum, in quibus committuntur causae in partibus, sive signaturae, quae habent clausulam *Vocatis vocandis*, ad tollendum scandala et fraudes, quae quotidie committuntur in Curia per callidos sollicitatores, et advocantur causae de Curia et de Rota, legi debeant ante expeditionem in contradictis, prout aliae literae similes expeditae per

contradictas leguntur, sine aliqua solutione vel mercede, in quantum id commode fieri possit.

§ 28. Concistoriales advocati pro petitione pallii, et fructus ecclesiae pro qua petitur pallium in libris Camerae Apostolicae ad quingentos, tres; si vero ad mille taxati reperiuntur, quinque; exinde supra, cuiuscumque taxae ipsius ecclesiae fructus fuerint, decem ducatos de cetero capiant. Quod idem super commissionibus in publico concistorio proponendis observent, quas, iuxta distributiones sibi factas, proponere obligentur, sub poena decem ducatorum supradictae fabricae applicandorum. Commissiones vero pauperum gratis, sub eadem poena, proponere teneantur; et haec tam de prophanis, quam de beneficialibus causis dicta intelligantur. Stipendia modeste, nec ultra meritum capiant, vel secundum taxas, iuxta constitutiones eis debitas, servent; de quota litis vel parte fructuum vel expensarum, in quibus adversarii condemnantur, vel praemio in eventum victoriae nullatenus paciscantur, vel cum parte convenient. Propinas auditoribus largiendas non procurent, nec aretas familiaritates et conversationes nimias cum eisdem exerceant. Officium procuratorum vel sollicitatorum non exerceant. Auditores non informant, nisi in iure vel super dubiis datis per auditorem in causis, et ultra quam unum aureum pro quolibet dubio non capiant, pro scriptura et informatione usque ad tria dubia; abinde supra, quinque ducatos in totum non excedant; contenti sint stipendiis honestis et licitis, tenore constitutionum eisdem concessis ut supra, quas transgredi circa mercedes nullatenus liceat, nec post sententiam latam aliquid bibalium nomine a partibus exigant. Pauperum vero et unde solvant non habentium etiam gratis suscipiant causas, atque defendant, nec eis in bono iure pronuciari renuant. Doctores, qui in Curia promovebuntur, per ipsorum collegium dumtaxat promoveri possint, et aliter promoti iuxta eorundem pri-

Advocati concistoriales.

vilegia nullis praerogativis gaudeant; revocamusque omnia privilegia, cuiuscumque tenoris existant, super hoc alias tradita; et ex nunc, ad effectum huiusmodi, prohibemus per supplicationes aliis, quam collegio advocatorum huiusmodi committi, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, etiam per nos, contigerit attentari.

Procuratores.

§ 29. Procuratores non omnes passim, sed hi solum ad procurandum in Rotae auditorio admittantur, qui doctrinae, practicae et morum examen subiverint, et per cappellanos nostros Rotae ipsius auditores, adhibitis duobus vel tribus antiquis procuratoribus vel etiam a procuratorum collegio deputatis, super his universis approbati fuerint: unde, si qui tales in praemissis idonei reperti non erunt, et ab auditoribus et procuratorum collegio approbati non mereantur, a procuratoris officio repelli volumus, pro quo examine aliquid exigi vel solvi debere expresse prohibemus. Non possint autem partes, in quavis instantia, maioribus exactionibus vexare, quam eis per constitutiones concessum fuerit, nec multas simul causas regendas suscipiant, quibus, cum pariter omnibus satis esse non possint, tum confusio ingens atque intricatio nascitur, tum partes intollerabili mora et expensa torquentur, et multae causae male defensae periclitantur. De propinis seu bibalibus dandis, sub poena vigintiquinque ducatorum fabricae Sancti Petri applicandorum, se non impediunt; sed curam hanc partibus vel earum sollicitatoribus relinquunt; possint tamen, post latas sententias, partibus ad memoriam reducere ut laborum auditoris sint memores: quod si secundo in hoc errare praesumpserint, ultra poenam antedictam, sex mensibus ab officio suspendantur; si tertio, ab eiusdem exercitio penitus amoveantur. Registra, postquam in domibus auditorum erunt, ultra non astringant, aut videant dicta registra extra domum auditoris portando, nisi

de consensu auditoris, et tunc copias de registro extrahere non debeant, et illa in tempus eis praefixum restituere, sub poena ducatorum vigintiquinque applicandorum fabricae Sancti Petri. De quota litis, fructibus vel expensis, aut aliis emolumentis, ut haecenus fieri dicitur, cum partibus non conveniant. Pauperibus sine pecunia patrocinium praestent, et unum praepceptorem idoneum per eorum collegium cum competentem salario ad id singulis annis deputent inter se. Cum notariis auditorum vel aliis de gratiis registrarum, praeterquam in partium principalium utilitatem et commodum, ita quod evidenter appareat per instrumentum publicum, non paciscantur, ne ad omnes actus legitimos inlabiles redantur. Officia notariatus in Rota vel alibi coram commissariis, procuratores non emant, neque etiam in illis partem aliquam habeant, sub poena amissionis ipsius officii, quam etiam incurrant, si qui ad praesens dictum officium vel partem eius tenent, nisi intra duos menses a publicatione praesentium vendant vel alienent; item inhi-beatur advocatis ut sententias contra eorum principales a Curia absentes, in quibus licet provocare, in rem iudicatam transire non permittant; sed appellare et causam committere facere teneantur, et principalibus suis significare, et prorogatione fatalium semel petere. Postquam alicuius causae patrocinium susceperunt, et onus procurationis receperunt, indefensas causas non dimittant, sed causas ipsas pro viribus defendant; secreta causarum eis nota adversariis non revelent aliquo praetextu vel causa, sub infamiae nota.

§ 50. Notarii Rotae auditoribus suis sint obsequentes et eis pareant; si intra recti et honesti terminos non constiterint, et per cappellanos nostros Rotae auditores moniti, non se emendaverint, in eorumdem arbitrio sit, cognita inter se ac bene discussa culpa, pro delicti qualitate, etiam usque ad privationem ipsos punire. Nemo deinceps ad notariatus Rotae offi-

Notarii Rotae.

cium admittatur, qui vere non sit tabellio et exercitatus, ac fungi officio et scribere per se sciat, unde, si qui nunc sunt notarii minus idonei, quorum neque voluntas, neque professio est in causis scribere aut tabellionatum exercere, vel quia maioris sint loci seu dignitatis, vel quia fortasse literarum ignari, hac solum ratione officium adepti, ut arrendarent, nisi intra tres menses illud alienaverint, per auditores alii ipsorum statuentur loco, non tamen eorum propinqui vel familiares, usque ad semestre spatium, quo elapso, nisi opportune provisum fuerit, sit in arbitrio eorum, ad quos pertinebit, alteri de officio ipso in perpetuum providere; neque enim per substitutos officium hoc de caetero exerceri volumus neque arrendari, sub poena privationis, excepto infirmitatis vel necessariae absentiae casu, veluti ob Rotae negotium vel alias legitimas causas ab auditoribus approbandas abfuerint, vel etiam licentiam a nobis sint consecuti, quibus casibus de substitutis idoneis per auditores ipsos examinandis atque approbandis provideatur; ideo quicumque notariatus officium ad praesens per substitutum exercet, nisi intra trimestre per se exercere incoeperit, emolumentis omnibus supradictis, fabricae applicandis, privetur; et auditor, coram quo scribit, alium eius loco idoneum deputare valeat, non tamen attinentem suum vel familiarem, ut supra, qui pro illo scribat, donec vel per se exerceat vel alteri alienet: et hoc usque ad sex menses, quibus praeteritis, officium ipsum notario alteri vendere valeat, qui doctrina et practica sit sufficienter praeditus. Possint tamen antiqui notarii, qui modo in Urbe sunt, et aptos et approbatos domi substitutos habent, terminos et manuale Rotae per illos scribi et gubernari facere, cum ipsi assidue ministris suis assistentes, etiam hoc per se ipsos facere videri valeant. Causas in Rota coram suo proprio auditore procurare vel sollicitare notarii

ipsi non possint, sub poena suspensionis officii per unum mensem et duodecim ducatorum eidem fabricae applicandorum, quoties contravenerint. Nemo simul duos notariatus vel etiam partem in altero habere valeat, et si quis in praesentia talis reperitur, nisi intra tres menses alteri alienaverit, auditor, coram quo scribitur, alium eius loco deputet ordine, quo scriptum est supra; in confectione registorum et copiarum; item, in remissoriis, compulsoriis, executorialibus, notis sententiarum diffinitarum, testium examine et huiusmodi, Rotae constitutiones accurate observent, sub poenis in eisdem contentis, quas innovamus; pro notis vero interlocutoriarum nihil accipiant; quod idem de moderatis solutionibus in copiis et publicatione testium servetur. Testium vero examen per seipsos expediant, mercedibus contenti antiquitus dari solitis, videlicet quatuor carlenis pro quolibet teste, ubi multi articuli non erunt; nam interrogatoriorum quidem numerum rescari volumus, videlicet ut neque ultra viginti fiant interrogatoria, nec ipsorum aliquod lineas tres excedat; ubi autem multi articuli forte fuerint, quinque carlenis, et ad summum uno ducato, pro egregia persona examinanda, contenti sint. Bibalia, pro registro ad auditoris domum vel in Rotam vel quocumque necesse fuerit portando, nulla exigant; nec, praeter unum carlenum vel duos, etiam tempore expeditionis causarum, capere possint, licet pluries registorum huc illuc ferendum fuerit; pro relationibus socio faciendis derogatis per eos, capiant nihil. Registra bona et legibilia accurate faciant, tantum literarum numerum continentia, quantum antiqua, ante felicis recordationis Sixti Papae IV, praedecessoris nostri, tempora, consueverunt, videlicet quatuordecim sillabas vel duodecim ad minus pro qualibet linea, et vigintisex lineas pro quolibet latere, in carta bona, non infecta, nec bibula; nec qualis perversus usus huc usque

inolevit, lineam de uno verbo vel sillaba facere non audeant; et auditores, qui registri folia aliter scripta invenerint, ea lacerare, expensis notarii refacienda, obligentur. Quod si moderationi huic notarii non acquieverint, constitutiones ipsas suas exacte observent, et lineam similiter quatuordecim dictionum sive verborum, et vigintisex lineas pro quolibet latere faciant, et nunc pro carta quolibet numm. turonen. cum dimidio eis capere liceat; quam vero ex his dispositionibus eligere malint, ipsorum arbitrio relinquimus. Rubricationes per se fideliter faciant, ita quod textui contraire non inveniantur, nec ultra quam per constitutiones licet, accipiant; non rubricentur autem processus de partibus rubricati, nisi quantum illis deesse fuerit visum, nec registra de illius ullatenus fiant, sed post registra de Curia, ut moris est, legentur; et si interpretationem fieri necesse fuerit, ob idioma a latino diversum, in quo processus forte rescriptus erit, non fiat in registri forma, sed processus de partibus, ita ut una carta registri illius importet dimidiam ad minus processus de partibus, nisi partium consensu hoc fieri convenerit. Venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, necnon Romanae Curiae officialibus, item pauperibus et quibuscumque omnino gratis vel extraordinarie habere debentibus nihil prorsus extorqueant ultra solitum et aequum, sub poena vigintiquinque ducatorum dietae fabricae applicandorum, quoties contrafecerint: ita tamen quod non teneantur extraordinarie dare cardinali in persona sua pro familiaribus et ad eorum commodam litiganti, de quo quidem stetur iuramento cardinalis, nec similiter dare gratis obligentur familiaribus vicecancellarii, nisi usque ad numerum quinquaginta descriptorum. In registris autem superflua non ponantur, veluti Pontificum cardinaliumve obitus aut creationes, legatorum oratorumve ingressus, consistoria publica et huiusmodi,

nisi servandum terminum impediverint, et tunc etiam in forma brevissima, iuxta tenorem constitutionum. Idem de subrogatione iurisdictionalium commissionum intelligi volumus, ut non ponantur ultra quam semel, neque iterentur. Idem de iteratione terminorum, ut, postquam videlicet semel pro qualibet parte extensa fuerit, deinde ad computum partis non ultra ponatur. Omittatur etiam registratio praesertarum commissionum, de quo tantum arbitrio auditoris stetur, registranda vel non praeserta videatur. Maiusculae quoque literae iuxta antiquam formam fiant, nec monitoria procuratoribus de solutione registri facta apponantur in registro, nisi ad effectum docendi de censuris. Mercedis vero nomine, pro registro in ordinariis, ultra octo ducatos, ad rationem decem earlenorum pro ducato, pro quolibet foliorum centenariis, capere nequeant. In extraordinariis vero, quorum multitudo est maior, ut rectius servire possint, liceat eis sumere vigintiquinque earlenos pro centenariis, si registra iuxta antedictum modum confecta fuerint, et non aliter; copiae quoque, instar registri praesentium temporum, minori sillabaram aut linearum numero praebentur, quia illae vero sunt copiae; commissiones vel causas auditoribus suis committi non sollicitent; praefectis signaturis commissionum iustitiae assistentes vel regenti notarii officium suum infra bimestre spatium alienent, aliter ab eius emolumentis de caetero suspendantur, dietae fabricae, quocumque fuerint, applicandis; nec item sibi mutuo fraudes nectant, commissiones intervertendo, ut nonnulli faciunt, sed tam ordinariarum quam extraordinariarum turnus servetur inter eos. De parte lucri registrarum vel testium vel copiarum, antequam causae sint suis auditoribus commissae, cum sollicitatoribus, advocatis vel procuratoribus non paciscantur, nec de gratia, quam de registro facere intendunt, veluti de dando

quindecim vel viginti folia pro ducato, ita ut personae, cum quibus agunt, de lucro participant, sub poena privationis, sed totum, quidquid post causam commissam convenietur, in partis beneficium penitus cedat, et de hoc per notarii publici instrumentum constet. Pauperes omnes qui, iuxta constitutionum formam, admitti debent ad iuramentum paupertatis, etiam per procuratorem admittant; et si ille, pro quo iuratur, praesens non erit, ultra notarii vel procuratoris assertionem, per duos testes de paupertate doceri conveniet, ita tamen, ut quicumque fuerit admittendus, non sine iuramento et obligatione pignoris fortunae, ut moris est, admittatur, et hoc nisi evidens sit atque notorium, qui paupertatem iurare volens sit opulentus, quo casu illum admittere non teneantur. Quae omnia et singula inviolabiliter observari mandamus, sub poena vigintiquinque ducatorum supradictae fabricae inserendorum, ultra poenas expressas, necnon suspensionis ad sex menses pro prima vice; et si secundo erraverint, eo ipso, in poenam privationis officii et alias in bulla dicti Iulii praedecessoris contentas incidant; quo circa duos etiam correctores quotannis ab auditoribus praedictis ex ipsorum collegio eligi volumus, ad quos, ultra defensoris notariorum querelae, omnes pauperum et oppressorum deferantur, et his omnibus opportunis remediis provideant, tum ne opprimantur partes, tum ut opprimere ausi puniantur, et supradicta exacte serventur. Ut autem vicissim ipsorum quoque iniustis oneribus succurratur, ad solutionem pro domo auditoris, invitos compelli nolumus, nec etiam ad solutionem viginti ducatorum auditori pro admissione faciendam, nec ad alia quaelibet, ante felicis recordationis Sixti quarti, praedecessoris nostri, tempora insueta; et si, per obitum auditoris, provisio novi ultra trimestre differri contingat, volumus per regentem eis de commissionibus distribuendis partem aliquam fieri per alios

auditores audiendis, saltem pro tertia parte, donec de novo auditore subrogando provideatur; ut eorum indemnitati subveniatur, ducatum auri capere non teneantur, nisi ad instar Cancellariae, videlicet duodecim carlenos pro quolibet, et non ultra.

§ 51. Ex subdiaconis nostris unum in Camera Apostolica sedere et divisionibus interesse, cum bullae concistoriales expediuntur et divisiones fiunt, permittimus, si hoc ipsum in usu aliquando fuisse docuerint. Et cum haec praefati subdiaconi quinque, pro centenario, pro pallio unius ecclesiae recipere consueverunt, et aliquid dari pro pallio canones prohibebant, variaeque querelae ad nos propterea perlatae fuerint, ad tollendum huiusmodi querelas, eisdem subdiaconis, ne de cetero aliquid pro pallio petere aut exigere praesumant, sub poenis in bulla reformationis Iulii contentis, omnino prohibemus; et ne propterea eorum officium, quod pro maiori parte in huiusmodi emolumentis fundatum erat, nimium foedatur, ipsique subdiaconi eorum statum decentius tenere, et nobis et successoribus nostris commodius servire valeant, loco dietorum quinque ducatorum, qui pro pallio huiusmodi eis dari consueverant, infrascripta emolumenta eis, per eos perpetuis futuris temporibus libere exigenda, assignamus; videlicet cum fructus ecclesiae, cuius ratione pallium dari debet, in libris Camerae usque ad quatuor millia ducatorum taxati fuerint, tres; abinde supra, usque ad quatuordecim summam, duos pro quolibet centenario capere possint, ita tamen quod ratione unius ecclesiae, ultra ducentos ducatos similes exigere non valeant; mandantes venerabili fratri Raphaeli episcopo Ostien., Camerario nostro, et dilectis filiis Thesaurario et clericis Camerae, ut bullas, quae in futurum super ecclesiis huiusmodi expedientur, partibus non restituant, nec restitui faciant, nisi prius de summa trium vel duorum ducatorum pro quolibet centenario eisdem subdiaconis integre satisfactum, aut alias cum eis con-

Subdiaconi.

cordatum fuerit, et cedula de receptis desuper ab eis habuerint. Volumus tamen quod dicti subdiaconi, antequam eis de pecuniis huiusmodi satisfiat, pallium ipsum eis a quibus, ratione materiae et confectionis dicti pallii, de summa trium vel duorum ducatorum huiusmodi satisfieri debet, libere et simpliciter, sine aliqua pecuniarum exactione, tradere et consignare teneantur, vel pactione.

Cantores.

§ 52. Cappellae nostrae cantores, qua convenit modestia et morum disciplina vivant, et honesti sacerdotis mores observent, sub excommunicationis et privationis emolumentorum poena, si contrafecerint; possint autem, pro suis obsequiis et in laborum remunerationem, a fratribus nostris S. R. E. cardinalibus celebraturis ducatos quatuor, pro qualibet missa, loco collationis recipere. Ab assistentibus et praelatis inferioribus celebraturis, ducatos duos, nec possint aut illi dare, aut isti recipere ultra, sub excommunicationis poena et amissione salarii unius mensis pro qualibet vice, quae applicetur dictae fabricae; de emolumentis in celebratione exequiarum cardinalium capiendis, id, quod in capitulo de exequiis cardinalium statutum est, servetur.

Servientes armorum.

§ 53. Servientes armorum ab oratoribus regum, principum vel communitatum ad Curiam venientibus aliquid non petant vel importune extorqueant, sub excommunicationis poena; sed liceat ipsis a sponte dantibus capere aliquod honestum munus, prout antiquitus fieri consueverat, in quorum beneficium clericis Camerae Apostolicae inhibemus ne bullas concistorialium expeditionum ante dimittant, quam eis de rata sua, iuxta mandata apostolica, satisfactum sit; in divisionibusque faciendis eos interesse permittant vel eorum aliquem, eisdemque rationem fidelem reddant et assignent, ne eorum debita portione fraudentur; de gratisque factis in eorum praedictum non admittendis, felicis recordationis Sixti IV et Alexandri VI, et aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum

Bull. Rom. Vol. V.

75

nostrorum mandata exacte servent et servari faciant; et, cum literae praefati Sixti, praedecessoris nostri, per quas mandatur retinere bullas sub clavibus, non servantur ad praesens, ut eorum indemnitati consulatur, volumus quod, ubi portio eis debita est certa, liceat tunc eis, per aliquem per eos deputandum, etiam antequam bullae mittantur ad Cameraam, portionem eis debitam petere et exigere. Si vero dubium aliquod exoriretur, tunc stetur iudicio Camerae, cuius declarationi eo casu stari volumus.

§ 54. Registri supplicationum tam magistri, quam clerici et scriptores reformationem felicis recordationis Innocentii VIII, cum additionibus et modificationibus Alexandri VI, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, super ipsorum officio editam, ac quaecumque mandata, praeccepta, constitutiones et ordinationes dilecti filii magistri Silvii Passarini, clerici Cortonen., notarii et datarii nostri et aliorum pro tempore existentium datariorum et successorum nostrorum, quibus pro fraudibus, dolis, rapinis et oppressionibus occurratur, ac oppressis et querelantibus succurratur, eosdem magistros, clericos et scriptores de dolo, fraudibus, rapina, negligentia et inobedientia suspectos et culpabiles, et male scribentes, et infames excommunicationis latae sententiae, ac pecuniariis et aliis suo arbitrio imponendis et infligendis poenis, secundum personarum, criminum, offensionum et delictorum qualitates, mulctare; ac ipsos ad tempus, de quo sibi videbitur, a suorum officiorum exercitio ac emolumentorum perceptione suspendere, et ut infra eis praefigendum terminum eorum officium vendant, compellere; ac officiis ipsis realiter et cum effectu, ut aliis cedat in exemplum, privare et deponere, ac eorum loco alios probos, habiles, fideles et bonae famae viros substituere et surrogare semel vel pluries liceat, accurate observent, sub praedictis et aliis in bullis Innocentii, Alexandri et Iulii praedecessorum

Magistri, clerici et scriptores registri supplicationum.

praedictorum contentis sententiis, censuris et poenis, a quibus absolvi non possint, nisi a nobis et successoribus nostris praefatis et ad supplicationem datarii pro tempore existentis, aut in mortis articulo constituti. Quoniam vero octo scriptorum numerum, in huiusmodi registro supplicationum, ad registrandum supplicationes intra triduum, ut obligantur, non sufficere fide dignorum testimonio percipimus, unde partes non solum longa torquentur mora, sed damnum quoque, ut plurimum, non leve incurrunt: nam, cum unum earum de Cancellaria solvere obligentur, qui valet viginti quinque quaternos novos, alios quinque quaternos similes clerico et totidem scriptori registranti ex consuetudine iam tradunt, praeter alias graviores extorsiones, quae celerem expeditionem desiderantibus fieri asseruntur; nos, ad sollicitantium literarum apostolicarum expeditionem, atque abusus tollere satagentes, quatuor scriptores novos pristinis adiungimus et ipsorum numerum usque ad duodecim augemus, quibus aequaliter supplicationes distribuuntur intra triduum registrandae, ut constitutiones iubent, et pro qualibet supplicatione de cetero nihil ultra iulium unum solvant, de quo antiquis ipsis scriptoribus et clericis quaterni viginti quinque remaneant, et quinque reliqui quatuor istis scriptoribus novis, inter eos aequaliter dividendi, applicentur; qui quidem quatuor scriptores aduerti omnibus officii privilegiis non aliter quam scriptores veteres gaudeant, ut olim, ob non dissimilem necessitatem, in registro quoque bullarum ordinatum scimus, in quo novi quatuor pari modo scriptores aliis veteribus octo aduerti fuerunt, ut negotia occurrentia citius expediri possent, non obstantibus circa hoc ullis privilegiis aut indultis apostolicis in officii ipsius erectione concessis, praesertim ubi de certo numero scriptorum exprimitur aliisve quibuscumque in contrarium facientibus, quibus, ac si praesentibus de verbo ad verbum inserta essent, expresse

derogamus. Volumus autem ut dicti octo antiqui scriptores, in recompensam praemissorum, et eorum successores sint et vere esse intelligantur familiares nostri, veri et continui commensales, et in tinello nostro comedere valeant, iuxta ordinem eis datum, omnibusque gratiis et praerogativis verorum nostrorum familiarium et continuorum commensalium gaudeant perpetuis futuris temporibus et potiantur. Magistri autem supplicationum totam supplicationem vel pro maiori parte, substantialia praesertim, auscultent, sub poena in institutione et reformationibus contenta. Clerici supplicationum inveniendarum gratia nihil capiant, sub poena excommunicationis, pro prima vice; pro secunda, privationis officii, omni excusatione cessante; pro sumptis et copiis dandis, solito et antiquo stipendio sint contenti et sub eisdem poenis nihil capiant ultra; et ut praemissa per eos diligentius observentur, praefatus datarius qualibet hebdomada bis vel semel ad minus registrum visitet, ac diligenter inquirat an officium ex ordine regatur et constituta observentur, transgressoresque et delinquentes sine mora puniat, severe eorum frivolis excusationibus reiectis.

§ 55. Secretarii pro brevibus super quibuscumque materiis expediendis, quorum taxa in literis quinterni eorum non est notata, et quorum emolumenta Innocentius ipse in institutione officii secretariatus per eum erecti eis concessit et assignavit, deinceps ultra taxam recipere nequeant, quae sequitur et est talis, videlicet: breve super absolute ab apostasia, cum licentia transeundi ad alium Ordinem, seu remanendi in Ordine ad quem se transtulerat, et deserviendi alicui beneficio ecclesiastico, ad duos. Super absolute vero ab homicidio, ad unum. Super absolute autem a censuris, pro una persona, ad unum; pro pluribus vero personis, quotquot numero fuerint, ad duos; pro capitulo autem seu communitate, ad tres ducatos et non ultra taxetur. Super arrendandi licentia, etiam

Secretarii.

anticipata solutione, infra triennium, ad unum; si vero ad maius tempus, ad duos ducatos, et non ultra. Super altare portabile, ad unum; et super confessionale, ad unum; et super confirmatione capitulorum concessorum communitati seu universitati, ad unum; et pro confirmatione testamenti, ad unum; et super simplici causae commissione, etiam cum illius advocacione et nova commissione et illius extensione simul, ad unum; super dispensatione vero in vigesimo vel vigesimotertio, ad unum; super dispensatione autem de promovendo extra tempora, ad unum; et si ista tria in eodem brevi cumulentur, illud ad duos tantum. Et si super dispensatione super defectu oculi ad sacros ordines, ad unum; super dispensatione vero de non promovendo ad biennium, ad unum; super prorogatione vero, una vel pluribus quot fuerint, ad duos ducatos et non ultra taxetur. Breve vero super exemptione ab ordinario, pro una persona, ad unum; pro capitulo autem vel universitate, ad tres ducatos et non ultra taxetur. Et breve super habitus per fratres Sancti Iacobi vel alterius militiae gestari soliti exhibitione, ad unum; super indulgentia vero plenaria pro uno die, ad duos; pro non plenaria, ad unum; super lacticiis, etiam ad unum; super licentia vero eundi ad Sepulcrum Dominicum, etiam pro episcopo, ad unum; super licentia autem recipiendi gradum doctoratus, pro regulari, ad duos; pro saeculari vero, ad unum; super licentia autem studendi in iure civili, ad unum; super licentia intrandi monasteria, pro mulieribus, ad unum; super licentia autem testandi, etiam pro fratre alienius militiae, ad unum; super licentia transeundi de Ordine ad Ordinem, ad unum; super mutatione vero voluntatis testatoris, infra centum, ad unum; ultra vero, ad duos ducatos dumtaxat taxetur. Breve autem super moratoria, etiam pro duobus, ad unum; super privilegiis vero et indultis, etiam congregationibus et universitatibus concessis, nunquam taxetur ultra quatuor

ducatos; super represaliis autem, etiam pro pluribus civibus, non ultra duos; super salvoconductu, unum; super tracta trecentarum salinarum grani, non ultra duos ducatos breve taxetur, et si plures diversae materiae in eodem brevi cumulentur, prima gratia integre, aliae vero gratiae in eodem brevi comprehensae, pro dimidio taxentur. Et quia nimis laboriosum esset omnes et singulas gratias, quae per breve concedi consueverunt, enumerare, volumus, statuimus et ordinamus quod taxa unius brevis, cuiuscumque gratiae tam perpetuae quam temporalis ultra supranumeratas, non excedat tres ducatos pro registratura unius bullae; si trigintaquinque linearum numerum non excedat, quatuor dumtaxat; si excesserit, sex; pro mandatis vero, quae sub duabus bullis in Francia expediuntur, quinque carlenos Cancellariae, nec etiam ultra a sponte solventibus, recipere valeant; si contrafecerint, duodecim ducatorum poenam, supradictae fabricae applicandam, qualibet vice persolvant; pro sumptu cuiuslibet bullae cum illius scriptura, nihil ultra unum ducatum et unum carlennum simile, etiam a praebente ultro, recipere non possint, sub praemissa poena: et propter supradictam taxae brevium moderationem eisdem secretariis, ut quintam taxam bullarum, quae per Cameram expediuntur, eis in officii institutione concessam per se capere, sine barbatorum ministerio, et antequam bullae ad plumbum mittantur, ita tamen ne novum aliquod onus parti imponant, nec aliqua insolita angaria inducatur, propterea quodque taxas alias, in compensatione officiorum eis ablatorum et populo Romano concessorum, per nos eis concessas percipere et illis libere frui valeant indulgemus; ac volumus quod cardinales reformatores praefati taxas officiorum terrarum Ecclesiae et arcium, quae per malam informationem ultra debitum in quinterno eorundem secretariorum annotatae reperiantur, revidere, et infra sex menses proxime futuros ad debitum modum et hone-

statem redigere, et reductionem aliis taxis minus debito gravatis addere possint et valeant, ita tamen quod summa taxarum in dicto eorum quinterno annotata non diminuat.

Cursorum officium.

§ 56. Cursorum officium antiquum, utile et Romanae Curiae admodum necessarium existit, ut cognosci potest de facili a considerantibus dicti officii exercitium, utilitates et labores; ideo ad eorum institutiones et laudabilia instituta reducendi sunt, et antiquam observantiam statutorum officii, et consuetudinem usque ad ipsius Sixti IV tempora, tam circa citationes et executiones faciendas, quam intimationes ac publicationes literarum apostolicarum, pensionum et sententiarum seu executoriarum Rotae et aliorum tribunalium, videlicet ut fideliter et recte fiant et contra personas comprehensas et pro debito et convenienti pretio et mercede eis antiquitus statutis et praestari solitis et consuetis, absque extorsione et angariis indebitis et insolitis. Et quia ab aliquibus annis citra aliquae querelae contra dictos cursores venerunt ad aures superiorum, ideo, sub poenarum in bulla reformationis fel. recordationis Iulii PP. II, praedecessoris nostri, incursu contentarum, monemus et ipsis expresse mandamus ut in futurum ab infrascriptis absterneant, et eorum officium fideliter et cum ea, qua decet, integritate et diligentia exerceant, et cum peritia et discretionem. In primis, non admittantur ad dicta officia personae suspectae de falsitate vel ignorantes penitus, et qui nesciant scribere vel legere latine; et qui ad praesens inhabiles reperiuntur, facta experientia per reformatores cogantur infra quatuor menses officium vendere vel resignare personis habilibus et idoneis; similiter non dentur personis infirmis, ambulare propriis pedibus non valentibus, vel senibus excedentibus sexaginta annos, cum illud officium, propter sui exercitium, requirat homines sanos et robustos et aetatis recentis; et qui ad praesens, ut supra, inhabiles repe-

riuntur, de illo disponere in personis habilibus sine eorum iactura, inducantur et morneantur; quod si facere recusant, per datarium nostrum vendantur aliis, pretio eis restituto et sine eorum damno. Officium eorum circa assistentiam continuam et moram in Palatio Apostolico et Camera, signatura iustitiae et gratiae, ac regentis, irreprehensibiliter exerceant; consistoria publica et privata et alias solemnitates et divina officia intimari solita, fideliter et in tempore debito intiment dominis cardinalibus et aliis, quibus tenentur; similiter facere teneantur de ingressu oratorum in Romana Curia et exequiis celebrandis, absque praemii et mercedis alienius expectatione, nisi solita antiquitus et consueta; citationes et intimationes personales vel ad domum, vel in valvis et locis publicis, circa quod plurimum consistit dicti officii pondus et importantia, fideliter et mature faciant, et factas referant, etiam contra proprias personas, non suppositas vel falsas aut non cognitatas per eos, prout aliquando et saepius factum est cum querela curialium, sub poena perditionis officii; et quando personae citandae eis notae non sunt, non assertioni partis, ut frequenter fit, sed duorum testimonio de citandorum qualitate veram notitiam habentium stare debeant; alias executionem citati facere vel factam referre non debeant, sub simili poena, et habeantur pro falsariis contrarium facientes; mercedis solutione, pro illis faciendis et commissionibus praesentandis, contenti sint, iuxta antiquum stilum et consuetudinem usque ad Sixti tempora et per dicti Sixti tempora servari solitum; nec novas angarias in posterum faciant, sub poena in literis reformationis contenta. Pro praesentatione commissionis cardinali vel consistoriali, quinque earlenorum; pro aliis indifferenter, decem et septem bononenorum salario sint contenti, et ultra non exigant; pro citatione regulariter, duos bononenses non excedant, exceptis personis qualificatis, in quibus antiqua consuetudo servetur. Pro

executione vel intimatione, in Curia vel extra, literarum executorialium vel pensionis, consueta mercede sint contenti. Commissiones redemptas partibus non dent vel ostendant, nec ad illarum instantiam praesentare differant, sub poena perditionis officii. Commissiones non celet vel laceant, sed infra spatium quatuor horarum postquam redemptae fuerint, praesentare cardinalibus vel auditoribus, vel aliis praelatis aut officialibus, quibus diriguntur, obligati sint et teneantur; ad partis adversae instantiam vel alterius quam eius, qui impetravit dictas commissiones, si eis constiterit, etiam si per illos redemptae fuerint, altera parte impetrante, illa invita vel eis, qui dictas commissiones porrexerint, praesentare non debeant; relationes de citationibus personaliter executis, nisi persona cognita et apprehensa personaliter vel contumaciter se subtrahente, ne citari possit, facere non debeant, sub poena in bulla reformationis contenta et falsis cursoribus imposita. Officia pro alio vel aliis in arrendam capere vel exercere non debeant aut possint, vel exercere permittant; pro citationibus aut intimationibus quarumcumque literarum, extra Curiam et in partibus faciendis, statuta et debita eis mercede antiquitus sint contenti, et ultra exigere non audeant. Diem praesentationis in commissionibus appellationum vel principalibus in causis manu propria, antequam praesentent, vere et fideliter ponere teneantur, ad tollendum fraudes, quae quotidie in his committuntur, et notariorum et partium citationes; in exequiis pontificum, cardinalium vel aliorum, alias faculas vel ceram non capiant, quam pro praesentibus et servientibus et interessentibus actu tantum, prout per nos statutum et ordinatum est, quod in omnibus aliis officialibus servari volumus, quacumque contraria corruptela non obstante.

§ 57. Quoad gubernatorem et eius notarios, et vicarium Papae et notarios suos, et auditores Camerae pro brevi reforma-

tione utili nil videretur innovandum, nisi quod remittantur et remaneant in reformationis observatione factae, et distinctionis officiorum et iurisdictionis inter se per praefatum Iulium praedecessorem nuperrime factae post longam discussionem, cum additionibus per nos factis, quas ex nunc innovamus, quibus servatis, iurisdictiones recte procedant et cum debita distinctione et sine scandalo, ita tamen quod circa punitionem maleficiorum per Romanos commissorum pro tempore gubernator semper intendat, et repertos culpabiles puniat vel puniri procuret, ut quieti dictae urbis, quam desideramus, consulatur, et facinorosi retrahantur a malis formidine poenae.

§ 58. Notarii gubernatoris servent illud quod in dicta bulla fuit statutum et ordinatum circa exercitium officii eorum et solutiones et illorum qualitates, quarum causarum, in quibus se intromittere possunt et a quibus se absteineant; transgressores poenis in bulla reformationis contentis puniantur.

§ 59. Quod in registro quodlibet folium contineat saltem vigintitres lineas pro quolibet latere, et quaelibet linea decem sillabas, et non possint notarii pro mercede capere ultra ducatos quinque pro centenario foliorum, ad rationem decem carlenorum pro quolibet ducato, iuxta tenorem bullae felicis recordationis Pauli Papae II, praedecessoris nostri. Item, quod notarii recipientes obligationes personarum eis tamen ignotarum teneantur recipere duos testes, qui medio iuramento dicant illum esse talem, qualem se asserit, et in eorum manuali notare nomina talium testium et recognitionem, nisi auditor vel locumtens pro tempore ex aliqua rationabili causa aliter eis pro aliqua obligatione specialiter ordinaverit, quo casu, ipsam ordinationem in manuali notare teneatur notarius, alias possit dictus notarius puniri ut falsarius. Item, quod nemo ex notariis possit nec debeat capere, pro examine testium in causis commissariis et appellationis ac ordi-

De officio gubernatoris, auditoris Camerae et vicarii Papae.

Notarii gubernatoris.

Reformatio notariorum auditoris Cam. Apostolicae.

nariis, summam quinquaginta ducatorum excedentibus, ultra carlenos quatuor pro quolibet teste, dummodo examinentur in domo notarii, et non sint ultra viginti quinque articuli et triginta interrogatoria; si vero examinentur in domo testium, seu sint personae egregiae aut impeditae, capi possint carleni decem; si sint ultra viginti quinque articuli et triginta interrogatoria, capi possit aliquid ultra carlenos quinque, iuxta honestatem et discretionem auditoris examinantis; in causis vero summariis, ut puta a quinquaginta ducatis infra et in quibus non erunt ultra viginti quinque articuli et vigintiduo interrogatoria, non capiantur nisi carleni duo pro uno teste; et similiter pro testibus qui examinantur pro monitoriis parvis et pro monitoriis decernendis et pro instructione Curiae; si vero excedunt dietam summam articulorum et interrogatoriorum, capiantur carleni quinque; in domibus testium, pro egregiis, duplicatur salarium, salvis tamen, moderatione auditoris, miserabilibus personis, a quibus non recipiant nisi illud, quod eis datur ab ipsis pauperibus, et quod consuetum est antiquitus; iuramenta paupertatis pro litigantibus admittere teneantur, prout in notarii Rotae factum est, absque replicatione vel contradictione. Item, cum in obligationibus in forma Camerae solum coram auditore Camerae procedatur, iuxta antiquum stilum Curiae et bullam per nos nuper editam, idem auditor et eius officium teneatur in talibus obligationibus a quindecim ducatis de carlenis decem infra dare mandatum executivum loco literarum petentibus partibus, pro quo mandato non exigatur ultra carlenos quinque pro tali ipsius mandati expeditione. Item, volumus quod dieti notarii non exerceant officium per substitutos regulariter, nisi in casu necessitatis et quando auditori videbitur ex causa honesta, et tunc non possint dieti notarii habere plures quam unum notarium substitutum, pro quolibet ipsorum, qui possit recipere acta et instrumenta, et qui sub-

stitutus sit idoneus et approbatus per dominum auditorem et locumtenentem pro tempore existentem et alios notarios, et pro quo principalis de fidei et recto exercitio, sub poena perditionis officii, teneatur solemniter promittere et se obligare apud auditorem vel alias idonee cavere; qui substitutus teneatur solemniter se obligare et iurare in manu auditoris de officio suo fideliter exercendo, et de creatione sua in notarium docere et ostendere ante omnia. Item, quod nullus ipsorum notariorum possit officium alteri arrendare, nec portionem aliquam in officio alterius ipsorum notariorum habere; et habentes ad praesens, infra duos menses de illis disponant. Item, quod nullus ipsorum notariorum possit aliquas commissiones sibi procurare, nec sollicitare apud regentem vel cardinalem, sub poena notarii Rotae pro simili excessu imposita. Item, ad evitandas fraudes, quod nullus ipsorum notariorum intronittat se in causis alterius notarii, nisi forte capiat aliquem actum ad referendum notario, cuius est talis causa, et tunc infra triduum talis actus notario ipsius causae referri debeat; quod si contrarium continget, quaecumque acta huiusmodi nulla existant et irrita, et nihilominus notarius, qui illa recipiet, arbitrio auditoris puniatur, et parti ad refectionem expensarum propterea teneatur. Item, quod non detur per dietos notarios nec alios quarumcumque curiarum ordinariorum Urbis mandatum aliquod de capiendo aliquem tamquam de fuga suspectum, nisi prius de credito saltem summarie, et de suspicionem fugae saltem per unum testem arbitrio iudicis, quantum sufficiat, constiterit, et per actorem fiat actuale depositum de expensis capturae: ita quod illae solvi debeant executori, si captura reperiretur indebita et malefacta aliqua ex causa, et non aliter. Item, quod in causis, in quibus summarie proceditur in Curia auditoris Camerae, fiat extractus, non registra, pro quibus antiqua et convenienti mercede contenti sint; et si contingat, pro transporta-

tionem actorum coram alio iudice in prima vel ulteriori instantia, quod sit necesse fieri registrum, in confectione et solutione registri computetur iam solutum pro scriptura et pro extracto, ex quo notarius idem, pro registro, cogebatur illud facere suis sumptibus in registri confectione. Item, quod auditor et notarii, quoad literas per eos expediendas, teneantur servare taxas tempore praefati Pauli praedecessoris servari solitas, et in constitutionibus officii eorum contentas, et pauperibus, non valentibus solvere, gratiam facere, ut ex antiqua dieti officii institutione cavetur, et consuetum est fieri. Item, ratione massae, in obligationibus in forma Camerae vel registrarum solvendis, aliquas indebitas exactiones vel insolita gravamina partibus facere non debeant, sub infrascriptis poenis. Item, de parte seu quota lucri eum procuratoribus vel sollicitatoribus non paciscantur vel conveniant in damnum partium. Item, quod scribi faciant registra legibilia in carta bona, non bibula, nec ponantur superflua, nec concistoria publica vel creationes cardinalium, nisi in brevi forma, non nisi quando impeditur audientia vel cadit terminus, quae omnia supradicta et eorum quodlibet servare teneantur sub incursu poenarum contentarum in bulla reformationis Iulii II edita, et quae notariis Rotae transgredientibus in eorum reformatione supra posita est.

Notarii vicarii
Papae.

§ 40. Notarii vicarii Papae, quoad registra, servent ordinem notariorum eorum commissariis ordinatum in constitutione officii archivii scriptorum, nec possint capere pro causis commissariis, nisi quatuor ducatos ad rationem decem carlenorum pro quolibet ducato, pro centenariis foliorum, quorum quaelibet linea decem sillabas ad minus; pro examine testium non capiant nisi quatuor carlenos, exceptis egregiis personis, pro quibus capiant unum ducatum de carlenis decem pro quolibet tantum. Non faciant monitoria generalia vel specialia extra Curiam et Urbis districtum, cum non sit eorum officii; nec dent cen-

suras super obligationibus in forma Camerae contra formam et prohibitionem bullae per nos nuper editae. Non capiant, pro examine vel literis ordinandorum in Curia vicarii, nisi duos carlenos pro qualibet persona, etiam si ordinarentur ad plures ordines simul, in totum; pauperibus gratis dent, ut tenentur; non scribant per substitutos, nisi impediti, et tunc uno tantum idoneo et approbato per vicarium sint contenti; pro quo ipsi, sub perditione officii, teneantur et obligari debeant. Officium eorum non arrendant; vel eorum emolumenta haecenus arrendata revocentur. Ad observantiam praemissorum teneantur, sub incursu poenarum contentarum in bulla reformationis praefati Iulii praedecessoris.

Scriptores
brevium.

§ 41. Et cum in institutione officii scriptorum brevium fuerit, inter alia, statutum et ordinatum quod scriptores brevium tenerentur registrare omnia brevina, quae expedirentur; fueritque praeterea addita taxa, quod pro quolibet brevi carlenus unus pro registro caperetur; multaque brevina, absque illorum registratione, expediantur, statutum huiusmodi innovamus, ac mandamus, sub poena duodecim ducatorum fabricae dictae basilicae applicandorum, quod brevina omnia registrentur, et unum carlenum Cancellariae, et non iulium, capiant pro quolibet regulariter.

Pro archivio.

§ 42. Officiales archivii, tam correctores quam scriptores, eorum officia iuxta laudabiles constitutiones eorum et regulas eis traditas exerceant, ut tenentur, sub poenis in literis reformationis contentis, ultra contentas in eorum institutionis bulla. Correctores auscultent et locum officii fideliter continuent et visitent, quando sunt ad hoc deputati, notasque instrumentorum reportatas registrari faciant infra tempus statutum: ita quod in fine mensis nil restet registrandum, sub poena praedictorum emolumentorum dieti mensis amissionis. Errantes scriptores in scribendo vel aliter, iuxta eorum officii naturam corrigantur et castigentur. Scriptores notas non matricu-

latorum recipiant, et alias acceptas intra tempus debitum fideliter registrent; mercede eis statuta contenti sint, tam pro regitu, quam pro registratura, quam pro scribendis confessionalibus. Scripta confessionalia sine manu correctoris partibus non tradant; in illis scribendis formam eis traditam non excedant et clausulas inconsuetas non apponant; literas legibiles et bene compositas scribant, et in registris similiter diligentia utantur; secreta instrumenta vel testamenta non revelent partibus non habentibus interesse. Instrumenta acceptationum vel alia non edant, sed partibus dumtaxat recognitis per duos testes, quando aliter non essent notaescriptoribus. Notarios inhabiles et insufficientes non creent, sed idoneas personas et sufficientes. Quia experientia comperitum est quod nonnulli, ad fraudandas solutiones annatarum et solutiones taxarum plumbi et registri bullarum, expediunt bullas usque ad plumbum et inibi faciunt decerni processum, de quo dicti scriptores rogantur, contra praefati Iulii praedecessoris reformationem, bullis in plumbo perpetuo dimissis, et cum huiusmodi processu accedunt ad possessionem beneficiorum, cum Camerae et aliorum officialium praecudio, ea propter constitutionem dicti Iulii praedecessoris, super hoc editam, inviolabiliter observari mandamus, et sub poena viginti-quinque ducatorum per delinquentes incurrenda, et fabricae dictae basilicae applicanda; et nihilominus ad solutionem iurium Camerae et officialium huiusmodi compelli possint, ac si ad id specialiter se obligassent: ita quod nullus possit sumere regitum et publicare huiusmodi processum, nisi sit scriptor archivii et cum sigillo officii, vel alias notarius Rotae aut Camerae vel auditoris Camerae, et talis processus non possit dari, nisi bulla fuerit ex omnibus officiis redempta; et notarius contrarium servans vel scriptor poena falsi puniatur, praeterquam de peccatis occultis conscientiam concernentibus et poenitentiam, quorum absolutio secreta teneri debet, et pro-

cessus super his non expediuntur, nisi per poenitentiarios minores, literaeque Iulii praedecessoris huiusmodi et nostrae in reliquis, prout concessae sunt, serventur. Ad tollendum autem fraudes, quae committi possent per sollicitatores, volumus quod de expeditionibus in concistorio expeditis nullus sollicitatorum mittere possit computum expensarum factarum principalibus suis ad partes, nisi prinsuscriptum et approbatum per relatores et camerarium collegii, qui pro tempore fuerit: contrafacientes excommunicati sint eo ipso.

§ 45. Quo circa, per apostolica scripta mandamus praefatis omnibus officialibus nunc existentibus et qui pro tempore fuerint, ut praemissa omnia et singula, quantum ad eos et eorum singulos attinet, sub supradictis poenis inviolabiliter observent, ac venerabili fratri Raphaeli episcopo Ostiensi, camerario nostro, et dilectis filiis nostris Sixto, tituli Sancti Petri ad Vincula presbytero cardinali, eiusdem sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, et Leonardo, tituli Sanctae Susannae etiam presbytero cardinali maiori poenitentiario, modernis et pro tempore existentibus, quatenus ipsi, per se vel alium seu alios, praesentes literas ubi et quando expedierit solemniter publicantes, omnia et singula supradicta etiam inviolabiliter observari, et illos ex officialibus eis subiectis, quos poenas supradictas incurrisse cognoverint, poenas ipsas incurrisse declarent, et ad illas solvendas per opportuna iuris remedia compellant, potestate tamen et facultate, per literas praedictas sel. re. Iulii II praedecessoris nostri et nostras aliis cardinalibus reformatibus data et eorum cuilibet, in suo robore permanentibus, quoad transgressores et delinquentes circa praemissa: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 44. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis privilegiis et indultis apostolicis, collegiis praedictorum officialium quomodo-

Sanctio poenalis.

Decretum irritans contraria.

libet concessis, quibus nolumus eis, quoad praemissa, in aliquo suffragari, contrariis quibuscumque; ac si officialibus praefatis vel quibusvis aliis eorum, communiter aut divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, declarantes per praemissa officiis praedictis reformatis nullam confirmationem vel approbationem aut improbationem dedisse tacite vel expresse, aliter quam ipsa habuerant haecenus a tempore institutionis illorum, sed in eodem statu et terminis, quibus erant, exceptis supradictis modificationibus et reformationibus, remansisse et remanere, salva etiam nobis potestate remanente ulterius reformandi, quando praedictae non sufficere vel nimis faciles fuisse et maiori reformatione indigere et praesertim aliqua officia praesentibus non comprehensa, et ad praesens aliqua ex causa omissa, quae omnino reformare intendimus.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, idibus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 13 decembris 1513, pont. anno 1.

VI.

Asserentes animam esse mortalem et unicam in cunctis hominibus, uti haeretici plectendi sunt. Et catholica veritas, circa dogmata philosophorum fidei adversantia, a philosophiae professoribus explicanda est.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa constitutionis. — 2. Asserentes animam esse mortalem etc., sicut haeretici puniri debent. — 3. Philosophiae professores catholicam veritatem huius articuli discipulis explicent. — 4. In sacris constituti, theologiae vel sacris canonibus studeant. — 5. In Studiis generalibus haec publicentur.

Bull. Rom. Vol. V.

76

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Apostolici regiminis sollicitudo nos assidue pulsata, ut medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens Auctor curam habere voluit, iis potissimum, qui instantius fideles unne urgere cernuntur, salutifero olei et vini medicinae, ad instar Samaritani in Evangelio, sollicitam operam impendamus, ne nobis illud Ieremiae obiciatur: *Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi?*

§ 1. Cum itaque diebus nostris, quod doleenter ferimus, zizaniae seminator, antiquus humani generis hostis, nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro Domini superseminare et augere sit ausus, de natura praesertim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus, et nonnulli temere philosophantes, secundum saltem philosophiam, verum id esse asseverent, contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes.

§ 2. Hoc sacro approbante concilio, damnamus et reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, et haec in dubium vertentes; eum illa, non solum vere per se et essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felicis recordationis Clementis Papae V, praedecessoris nostri, in Viennensi concilio edito continetur, verum et immortalis, et pro corporum, quibus infunditur, multiplicitate singulariter multiplicabilis et multiplicata et multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex Evangelio, cum Dominus ait: *Animam autem occidere non possunt, et alibi: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.* Et cum aeterna praemia et aeterna supplicia pro merito vitae iudicandis reprobant, alias Incarnatio et alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec Re-

Exordium.

Causa huius constitutionis.

Asserentes animam esse mortalem etc., sicut haeretici puniri debent.

surrectio expectanda foret, ac sancti et iusti miserabiliores essent, iuxta Apostolum, cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam omnino falsam esse definimus, et ut aliter dogmatizare non liceat districtius inhibemus: omnesque huiusmodi erroris assertionibus inhaerentes, veluti damnatissimas haereses seminantes, per omnia, ut detestabiles et abominabiles haereticos et infideles catholicam fidem labefactantes, vitandos et puniendos fore decernimus.

Plures profes-
sores catholi-
cam veritatem
huius articuli di-
scipulis expli-
cent.

§ 3. Insuper, omnibus et singulis philosophis in universitatibus Studiorum generalium et alibi publice legentibus, districte praecipiendo, mandamus ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanaverint, quale hoc est de animae mortalitate aut unitate, et mundi aeternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis christianae omni conatu manifestam facere, et persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resolvere.

In sacris con-
stituti theolo-
giae vel sacris
canonibus stu-
deant.

§ 4. Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices praescindere, nisi, et ne iterum pullulent, funditus evellere, ac eorum semina originalesque causas unde facile oriuntur, remove, cum praecipue humanae philosophiae studia diuturniora, quam Deus, secundum verbum Apostoli, evacuavit et stultam fecit absque divinae sapientiae condimento, et quae sine revelatae veritatis lumine in errorem quandoque magis induent, quam in veritatis elucidationem; ad tollendam omnem in praemissis errandi occasionem, hac salutaris constitutione ordinamus et statuimus ne quisquam de cetero in sacris ordinibus constitutus, saecularis vel regularis, aut alias ad illos a iure aretatus, in Studiis generalibus vel alibi publice audien-

do, philosophiae aut poesis studis ultra quinquennium post grammaticam et dialecticam, sine aliquo studio theologiae aut iuris pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut theologiae aut sacris canonibus operam navaverit, ut in his sanctis et utilibus professionibus sacerdotes Domini inveniant unde infectas philosophiae et poesis radices purgare et sanare valeant.

§ 5. Et hos canones per ordinarios locorum, ubi generalia studia vigent, et rectores universitatis eorundem Studiorum, singulis annis in principio studii, in virtute sanctae obedientiae publicari mandamus.

In Studiis generalibus haec publicentur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo tertio decimo, 14 kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 19 decembris 1513, pont. anno 1.

VII.

Quod fratres Ordinis Minorum de Observantia habere possint domos amplas et magnifica ornamenta ecclesiastica.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius constitutionis. — 2. Petitio fratrum Minorum de Observantia. — 3. Declaratio quod liceat ipsis fratribus uti amplis domibus magnificisque ornamentis ecclesiasticis. — 4. Derogatio contrariorum.

Leo Papa X, dilectis filiis generali et provincialibus vicariis, guardianis et fratribus Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

Merentur vestrae devotionis sinceritas et Religionis honestas, ut ea vobis gratiose concedamus, quae vestrarum conscientia-

Exordium.

rum serenitatem et quietem respicere dignoscuntur.

Causa huius
constitutionis.

§ 1. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecistis, licet felicis recordat. Nicolaus III, Clemens Papa V ac alii Romani Pontifices, praedecessores nostri, pro consolidatione ambiguarum mentium, et timoratarum conscientiarum fratrum Ordinis vestri serenitate, domos et loca et alia bona vestra, tam mobilia quam immobilia, in ius et proprietatem Romanae Ecclesiae susceperint; nihilominus nonnulli vestrum adhuc haesitant, cum eis domos amplas et spatiosas, quae in praesentiarum in vestro Ordine et familia, tam per fratres speciali ad hoc facultate sive auctoritate suffultos, quam per saeculares ad hoc pia devotione ductos, construuntur et aedificantur, ut potius palatia magistratuum reputari posse videantur, quam habitationes pauperum, inhabitare et colere; et simili modo paramentis et vasis ecclesiasticis, quae in numero et pretio evangelicae paupertati, quam professi estis, derogare videntur, et aliis, quibus tam Ordo quam fratres utuntur communiter vel divisim, uti, et in vestris conventibus illa retinere liceat: ac propterea nonnulli conventus relinquere, et ad loca eremitoria se transferre et fugere moliantur, in divini cultus detrimentum et scandalum plurimorum, ac Ordinis et familiae perturbationem; et cum interdum, ob magnificentias plurimorum principum et aliorum dominorum, qui non secundum quod vestrae congruit paupertati, sed secundum quod eorum congruit excellentiae, volunt et vestras domos construere, et pro divino cultu capsas et planetas, dalmaticas et alia paramenta, et calices ac alia vasa ad ministerium sacramenti altaris, pro summi Dei honore et gloria, pie erogare et elargiri, talia respuere non possitis, necnon possibilem resistentiam de non accipiendo faciatis, et non sinant isti tales donantes iam acceptata alienari, nec demoliri iam constructa permittant.

§ 2. Nobis humiliter supplicari fecistis ut, pro pace conscientiarum vestrarum, et ut sine stimulo gratum Altissimo famulatum exhibere, et in vestro laudabili officii ritum continuare possitis, statui vestro super his opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§ 3. Nos igitur, attendentes quod domorum et aliarum rerum, tam pro divino cultu quam pro communi usu vestro vobis concessarum, solum ad usum et non fructum nec possessionem cedunt; nec ea, sine speciali Sedis Apostolicae mandato, alienare possitis; ac ad eandem Sedem illa omnia, quae de novo, ut nostri praedecessores fecerunt, in proprietatem dictae Sedis recipimus, pertinent; et quod, ex domorum amplitudine aut paramentorum multiplici, nihil magis vestris commoditatibus corporalibus adiciatis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus et decernimus, vos illorum tantum esse custodes et non possessores, et propterea, absque vestrae professionis macula aut violatione, cum deceat, iuxta celebritatem solemnitatum, et solemnioribus officiis et decentioribus paramentis divinum honorare Maiestatem, et ipsius cultum munificare, et aliis quibus tam Ordo quam fratres utuntur, communiter vel divisim, uti et potiri libere et licite posse, prout etiam felicis recordationis Iulius Papa II, praedecessor noster, fratribus eiusdem Ordinis et familiae regni Angliae, ad instantiam carissimae in Christo filiae nostrae, modernae reginae Angliae illustris, concessisse dicitur. Et sic perpetuis futuris temporibus in Ordine et familia vestris ab omnibus illius fratribus teneri et observari debere volumus et mandamus.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ipsius Ordinis statutis, etiam iuramento sive professione firmatis, et aliis in contrarium facientibus quibuscumque,

Petitio fratrum
Minorum de Ob-
servantia

Declaratio quod
liceat ipsis fra-
tribus uti am-
plis domib. ma-
gnificisque or-
namentis eccle-
siasticis.

Per g. o.
contrarium

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die secunda ianuarii, millesimo quingentesimo decimoquarto, pontificatus nostri anno primo.

Dat. die 2 ianuarii 1514, pont. anno 1.

VIII.

Reformatio generalis praelatorum ecclesiarum, eorumque officialium ac familiarium et aliorum.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius reformationis. — 2. Praefinitio reformationis. — 3. De qualitatibus promovendis ad episcopatum etc. — 4. Aetas in eis requirenda. — 5. Praemittenda examen, processus et relatio in concistorio. — 6. Promoti visitent cardinales. — 7. Episcopus et abbas, etiam in notoriis criminibus, habeant defensiones. — 8. Praelatus invitus non transferatur. — 9. Reformatio de commendatione monasteriorum etc. — 10. Onera eorumdem circa elemosynas etc. — 11. Reformatio de pensionibus reservandis. — 12. Quae beneficia cardinalibus non commendanda sint. — 13. Reformatio de beneficiis separandis. — 14. Uniendisque. — 15. Reformatio de beneficiis pluralitate et reservatione. — 16. Reformatio cardinalium circa vitam et mores. — 17. Nempe quod cum episcopis honorifice se gerant; — 18. Omnium negotia pie promoveant, absque partialitate; — 19. Titulorum loca et eorum personas visitent et adiuvant, et eorum vitam diligenter explorent; — 20. Consanguineis subveniant moderate; — 21. In commendis vicarios et alios necessarios religiosos teneant; — 22. Bona ecclesiarum conservent et restaurent; — 23. De familiarium numero, qualitatibus, impensis, etc. optime curent. — 24. Reformatio de familiarium servientiumque habitu et aliis qualitatibus. — 25. Familiariumque Papae. — 26. Cardinales de conservanda et propaganda fide praecipue curare debent; — 27. Legatique et gubernatores provinciarum deputati, personaliter gubernent; — 28. Resideant alii in Curia Romana, et Papae

inserviant. — 29. Reformatio de impensis funeralium cardinalium. — 30. Votis non revelandis. — 31. Silentioque a Papa indicto observando. — 32. Reformatio de magistris in eruditione scholarium. — 33. Blasphemantibusque Deum et Mariam Virginem et alios sanctos. — 34. Clericorum incontinentium poenae. — 35. Sodomitorum poenae. — 36. Concupinariorum poenae. — 37. Simoniacorum poenae. — 38. Officium recitare omittentium poenae. — 39. Principum saecularium et ipsorum officialium in fructibus beneficiorum se ingerentium poenae. — 40. Contra violantes libertatem ecclesiasticam innovat constitutiones RR. Pontificum. — 41. Reformatio de maleficis et incantatoribus. — 42. Reformatio de haereticis perquirendis et puniendis. — 43. Haec bulla omnes et ubique ligat. — 44. Aliisque constitutionibus, quoad poenas, non detrahit. — 45. Post duos menses a die publicationis ligat, et interpretari non potest.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Supernae dispositionis arbitrio, quo caelestia pariter et terrena ineffabili providentia disponuntur, in sublimi beati Petri solio, Christi unigeniti Dei filii gerentem vices in terris Romanum Pontificem decet in primis, pro cura et salute domini gregis sibi divinitus commissi, providi exercere pastoris officium.

§ 1. Quare, pro dicti pastoralis officii sollicitudine, cum ecclesiasticam disciplinam ac per omnes fere christifidelium gradus bene recteque vivendi regulam, temporum difficultate ac hominum malitia licentiaque et impunitate, in deterius ita labi, desuere aberrareque longius a recta via animadvertimus, ut nisi provida corrigatur emendatione, in varios errores, securitate peccandi, quotidie magis incidere, moxque obortis publice scandalis prorumpere sit verendum.

§ 2. Cupientes igitur, quatenus nobis ex alto permittitur, ea iam nimium invalescentia mala corrigere, ac pleraque in

Exordium.

Causa huius reformationis.

Praefinitio reformationis.

pristinam sacrorum canonum observantiam reducere, ac in melius, iuxta sanctorum patrum instituta, dante Domino, reformare, eaque omnia, sacro approbante Lateranensi concilio, a felicis recordationis Iulio Papa secundo, praedecess. nostro, inter alia propterea incepto et per nos continuato, salubriter moderari, ut ab his sumamus exordium, quae pro nunc magis expedire videntur, et in Ecclesia Dei maxima scandala pepererunt, a promotionibus scilicet ad ecclesiasticas dignitates constituimus exordiri.

§ 5. Cum pie memoriae Alexander Papa tertius, praedecessor noster, etiam in Lateranensi concilio decreverit ut aetas, morum gravitas ac literarum scientia in personis promovendis in episcopos et abbates diligenter inquirantur; nihilque magis Dei Ecclesiae officiat, quam eum immeriti assumuntur praelati ad regimen ecclesiarum: propterea, in promotionibus praelatorum, quarum a Romanis Pontificibus magna ratio haberi debet, eo praesertim quod de promotis per eos ad ecclesias seu monasteria, in extremo iudicio, rationem reddituri sunt, statuimus et ordinamus ut deinceps, perpetuis futuris temporibus, patriarchalibus, metropolitanis ac cathedralibus ecclesiis et monasteriis pro tempore vacantibus, de personis, iuxta praefati Alexandri constitutionem, aetate matura, gravitate morum literarumque scientia praeditis, non ad alicuius instantiam, per commendam et administrationem seu conservationem aut alio quovis modo provideatur, nisi ratione utilitatis ecclesiarum, prudentiae, nobilitatis, probitatis, experientiae atque curialitatis antiquae, eum competenti literatura, et in Sede Apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum. Idemque in electis et postulatis, quorum electiones et postulationes per Sedem Apostolicam admitti consueverunt, volumus observari.

§ 4. Et si de minoribus aetate xxx annorum ecclesiis aut monasteriis huius-

modi contigerit provideri, non dispense-
tur cum eisdem, ut ecclesiis citra xxvii
aetatis annum; monasteriis vero, citra xxii
praesesse valeant.

§ 5. Quinimmo, ut accuratius diligentiusque idoneae personae promoveantur, statuimus ut cardinalis, cui electionis, postulationis aut provisionis Ecclesiae seu monasterii relatio committetur, antequam in sacro consistorio, ut moris est, referat commissionem examinis ac relationis huiusmodi sibi datam, uni cuiuslibet Ordinis antiquiori cardinali, in ipso consistorio per seipsum, vel, si ea die, qua sibi commissionis onus iniunctum fuerit, consistorium non fuerit, per secretarium suum aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam illam facere debeat, qui tres priores aliis quam primum sui Ordinis cardinalibus eam significare teneantur; negotiumque electionis, administrationis postulationisve aut promotionis summarie et de plano per seipsum dictus relator examinet; et si qui contra dixerint, his vocatis, idoneos, graves et fide dignos testes et, si expediens opusve fuerit, alios ex officio assumere, processusque et iura eiusmodi relationis, una cum dictis testimoniis, die faciendae relationis secum ad consistorium deferre debeat, neque ullo modo referat, si praesens in Curia promovendus maiorem cardinalium partem antea non adiverit, ut quae a referente collega sint cardinales audituri, oculata fide, quantum ad personam promovendi attinet, cognoscere possint.

§ 6. Promotus vero, eosdem cardinales, qui praesentes in Curia fuerint, ex antiquo more consuetudineque laudabili, quamprimum visitare teneatur, quem quidem morem laudabilemque consuetudinem innovamus ac inviolabiliter observari mandamus.

§ 7. Et quoniam episcopalem dignitatem tueri illaesam, et, ne improborum impugnationibus aut accusantium calumniis passim pateat, muniri par est, statuimus

Actas in eis requirenda.

Præmittenda examen, processus et relatio in consistorio.

De qualitatibus promovendorum ad episcopatum etc.

Promoti visitent cardinales.

Episcopus et abbas, etiam in notoriis criminibus, habeant defensiones.

ut nullus episcopus aut abbas, quovis instante ac requirente, nisi sibi copia et facultas legitimae defensionis permittatur, etiam si crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis, causa plenarie probata fuerit, privari valeat.

Praelatus iustus non transferatur.

§ 8. Neque aliquis praelatus invitus, nisi aliis iustis efficacioribusque rationibus et causis, transferatur, iuxta formam ac decretum concilii Constantiensis.

Reformatio de commendatione monaster. etc.

§ 9. Et quoniam ex commendis monasteriorum, ut magistra rerum experientia saepius docuit, monasteria ipsa, tam in spiritualibus quam in temporalibus graviter laeduntur, quippe quorum aedificia, partim commendatariorum negligentia, partim avaritia vel incuria collabuntur, et in dies divinus cultus in his magis diminuitur, passimque obloquendi materia personis, praesertim saecularibus, praebetur, non absque dignitatis Apostolicae Sedis diminutione, a qua commendae huiusmodi proficiscuntur; ut eorum indemnitati salubrius consulatur, volumus ac sancimus ut, cum illa per obitum abbatum, qui illis praerant, vacaverint, nullo pacto cuiquam possint commendari (nisi pro conservatione auctoritatis Apostolicae Sedis, et ad occurrendum malitiis illam impugnantium, pro temporum qualitate, aliter nobis, de fratrum nostrorum consilio, visum fuerit expedire), sed de persona idonea, iuxta praescriptam constitutionem, eis ita provideatur, ut illis idonei abbates, prout decet, praefuturi sint.

Onera eorumdem circa eleemosynas etc.

§ 10. Ea vero monasteria, quae commenda fuerint, cum per eorum cessum vel decessum, quibus erant commedata, commendae huiusmodi cessaverint, cardinalibus dumtaxat ac personis qualificatis et benemeritis commendari possint. ita tamen quod eorum monasteriorum commendatarii, quibus ea de cetero commedata fuerint, cuiusvis dignitatis, honoris et praeminentiae existant, etiamsi cardinalatus honore et dignitate fungantur, si mensam habuerint separatam, ac seorsum

a mensa conventuali, quartam suae mensae partem pro instauratione fabricae, seu pro ornamentis, vestibus ac paramentis emendis sarcientisque, aut pauperum alimonia aut sustentatione, ut maior exiget ac suadebit necessitas; si vero mensa fuerit communis, tertiam omnium fructuum dicti monasterii sibi commendati partem, pro supradictis oneribus supportandis et sustentatione monachorum, omnibus aliis deductis oneribus, impartiri teneantur. Ac literae quae super monasteriorum huiusmodi commendis expediuntur, cum clausula hoc ipsum specificè exprimente debeant expediri; alioquin, si aliter expediantur, nullius sint roboris vel momenti.

§ 11. Et quoniam ecclesiis huiusmodi, absque aliqua fructuum diminutione, provideri decet, ut tam dignitati praesidentium, quam ecclesiarum et aedificiorum necessitati consulatur, decernimus pariter ac statuimus ut, super earundem ecclesiarum fructibus, pensiones minime reserventur, nisi ex resignationis causa, aut etiam alia, quae in secreto nostro consistorio iusta, probabilis et honesta habita fuerit.

Reformatio de pensionibus reservandis.

§ 12. Statuimus quoque ut de cetero parochiales ecclesiae ac dignitates maiores et principales aliaque beneficia ecclesiastica, quorum fructus, redditus et proventus ducentorum ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non constituunt vel attingunt, necnon hospitalia, leprosariae, xenodochia cuiuscumque valoris, quae ad pauperum usum et alimonia instituta sunt, sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus non commendentur, aut alio quovis titulo conferantur, nisi per obitum familiarium nostrorum (1) vacaverint; quae illis commendari possint, ut illa ad illarum personarum sibi gratarum et idonearum commodum infra sex menses dimittere teneantur, quibus etiam, quoad beneficia, ad

Quae beneficia cardinalibus non commendi. sint.

(1) Suorum.

quae haberent regressum, praeiudicare non intendimus.

Reformatio de beneficiis separandis

§ 15. Ordinamus etiam ne ecclesiarum ac quorumcumque monasteriorum et militiarum membra a suo capite, quod est absurdum, absque legitima et rationabili causa, disiungantur aut separentur.

Uniendisque.

§ 14. Uniones perpetuae, praeterquam in casibus a iure permissis vel sine rationabili causa, nequaquam fiant.

Reformatio de beneficiis, pluralitate et reservatione.

§ 15. Dispensationes autem ad plura incompatibilia ultra duo, nisi qualificatis iuxta formam iuris communis, non concedantur, nisi ex magna et urgente causa. Et personis, cuiuscumque dignitatis, parochiales ecclesias et earum perpetuas vicarias ac dignitates maiores et principales, etiam per viam unionis vel commendae ad vitam, ultra quatuor obtinentibus, ex nunc terminum duorum annorum praefigimus ut interim, quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneantur, et beneficia dimittenda huiusmodi resignari valeant in manibus ordinariorum, ad effectum ut de illis provideatur personis per eos nominandis, quacumque reservatione, etiam generali, etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante, non obstante: quo elapso termino, nisi dimiserint, omnia vacare censeantur, ac possint libere, ut vacantia, impetrari; talesque praeterea retinentes poenas extravagantis recolendae memoriae Ioannis PP. XXII (1), etiam praedecessoris nostri, incurrant. Item statuimus ut speciales reservationes quorumcumque beneficiorum ad cuiusvis instantiam minime concedantur.

Reformatio cardinalium circa vitam et mores (2).

§ 16. Et cum sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, ceteros omnes in ipsa Ecclesia, post Summ. Pontificem, honore ac dignitate praecedant, conveniens ac debitum est ut vitae munditia ac virtutum splendore cunctis praefulgeant. Quapropter non modo hortamur eos ac mone-

(1) Ioan. XXII Extravag. 1, *De praebend.*
(2) Vide Concil. Trid., sess. xxiv, decr. *De Reformat.*, c. 1; et sess. xxv, eod. decr., c. 1.

mus, verum etiam statuimus et ordinamus ut de cetero quilibet cardinalium pro tempore existens, iuxta doctrinam Apostoli, ita sobrie, caste ac pie vivat, ut non solum a malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens, coram hominibus luceat, Denique in primis operibus honorificet. Sint omnes vigilantes ac divinis officii missarumque celebrationibus intenti, habeantque cappellas suas in loco honesto, prout facere consueverunt. Sitque eorum domus, familia, mensa suppellexque non fastu aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis, ne peccandi excedendique modum licentia inde nascatur, sed, ut aequum est, modestiae et frugalitatis speculum dici mereantur. Illis itaque sint contenti, quae sacerdotalem praeseferant modestiam. Ac praelatos et quoscumque alios insignes viros ad Romanam Curiam venientes, benigne honorificeque, tam publice quam privatim, tractent, et apud nos et successores nostros gratiose liberaliterque eorum negotia commendata suscipiant.

§ 17. Praeterea, ministerium indecorum episcoporum praelatorumque in domibus non habeant, ne ceteris praesse instituti et sacro charactere insigniti in vilia descendant ministeria, passimque pastoralis officii contemptum inducant. Eos itaque, quos vel nunc habent vel in posterum sunt habituri, honorifice, ut fratres, ac iuxta eorum status condecantiam tractent.

Nempe quod cum episc. honorifice se gerant;

§ 18. Cumque Romano Pontifici, communi omnium christifidelium patri, assistant, personarum acceptatores vel advocatos eos fieri valde inconveniens est; propterea statuimus ne partialitatem suscipiant aliquam, neque principum aut communitatum vel quorumcumque aliorum contra quemquam, nisi quantum iustitia et aequitas postulat, eorumque dignitas et conditio requirit, promotores aut defensores fiant; sed, a privata omni passione seiuncti, sedandis et componendis inter quoscumque litibus omni diligentia vacent incumbant-

Omnium negotia pie promoveant, absque partialitate;

que; principum et quorumcumque aliorum ac praesertim pauperum et religiosorum iusta negotia pio promoveant affectu; oppressos et iniuste gravatos, iuxta vires suas et officii debitum, adiuvant.

Titulorum loca et eorum person. visitent et a iuvent, et eorum vitam diligenter explorent

§ 19. Tituli sui loca, si praesentes in Curia fuerint, personaliter; si vero absentes, per vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent; clericos et populos ecclesiarum titulo suo subiectarum cum diligentia inquirant, vigilantque circa cultum divinum et bona dietarum ecclesiarum, moresque in primis et vitam clericorum et parochianorum solerter explorent, eosque omnes et singulos ad recte honesteque vivendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem divini cultus et salute animae suae, quilibet cardinalis vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo quantum sit satis ad presbyterum unum commode ibi sustentandum; vel, si ecclesia indigeat reparatione vel alia subventionem, tantum illi relinquat vel donet, quantum conscientiae suae videbitur.

Consanguineis subveniant moderate;

§ 20. Et cum minime deceat, affines et consanguineos, praesertim benemeritos et ope indigentes, negligere, sed illis providere iustum et laudabile sit; non propterea tamen vel beneficiorum multitudine, aut ecclesiasticis redditibus ita eos impleri convenire arbitramur, ut ceteri damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia patiantur et inde scandalum nascatur. Statuimus itaque ut ecclesiarum bona temere non effundant, sed ea in piis et sanctis operibus exponant, quorum causa magni et optimi redditus per sanctos patres statuti et ordinati fuerunt.

In commendis vicarios et alios necessarios religiosos teneant.

§ 21. Volumus etiam ut ecclesiis eisdem cardinalibus commendatis, etiam si cathedrales abbatialesve aut prioratus vel quaecumque alia beneficia ecclesiastica fuerint, absque omni prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo provideant debite inserviri; cathedralibus dignos et idoneos vicarios seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna et competenti

mercede apponentes; reliquis autem sibi commendatis ecclesiis aut monasteriis, de iusto clericorum vel cappellanorum, seu religiosorum aut monachorum Deo sufficiente et laudabiliter servientium numero providentes.

§ 22. Aedificia quoque, possessiones et iura quaecumque in statu convenienti conservent, et diruta instaurent, sicut ad honorum praelatorum et commendatariorum officium spectat.

Bona ecclesiarum conservent et restaurent;

§ 23. Statuimus etiam ut dicti cardinales, circa numerum familiarium eorumque suis impensis alendorum, magna utantur circumspectione ac diligenti providentia, ne maiorem numerum, quam sua facultas, conditio ac dignitas patiatur, habentes, luxus ac prodigalitate vitio notari possint; neve rursus avari sordidique habeantur, si in magnis et amplis redditibus, paucissimis victum praebeant, cum domus card. patens hospitium portusve ac refugium prohorum et doctorum maxime viro- rum et pauperum nobilium honestarumque personarum esse debeat. Sint igitur circa modum et numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate in primis curiosi, ne ex alienis vitiis turpem sibi contrahant infamiae notam, vulgoque obloquendi calumniandique iustas praebeant occasiones. Et cum maxime providendum sit ut non solum coram Deo, cui primum placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probentur, ut ceteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus ut quilibet card. se domus ac familiae suae optimum rectorem praefectumque ostendat esse, tam circa ea quae extrinseca omnibus apparent, quam quae intus latent abscondita.

De familiarium numero, qualitatibus, impensis, etc. optime curent.

§ 24. Habeat itaque eorum quisque sacerdotes et levitas honestis vestimentis indutos, attenteque provideat ne quis in familia sua quoquomodo beneficiatus et in sacris ordinibus constitutus vestes portet versicolores, nec eo habitu utatur, qui ordini ecclesiastico parum conveniat. Quare,

Reformato de familiarium serventiumque habitu et aliis qualitatibus,

in presbyteratus ordine constituti vestes colorum, quae clericis a iure non prohibeantur, deferre debeant, usque ad talos saltem dimissas; et habentes dignitates in cathedralibus et canonici etiam dictarum cathedralium, ac primam dignitatem in collegiatis habentes, et cardinalium cappellani missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur, scutiferis vero paulo supra talos concedantur. Parasfrenarii, quia in assiduo sunt motu, ministerioque funguntur laboriosiore, brevioribus ac magis expeditis vestibus uti possint, etiam si fuerint clerici, dummodo in presbyteratus ordine non sint constituti, ita tamen ut ab honestate non discedant, sed ita vivant, ut mores ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui vero clerici temperate ac modeste omnia faciant; et tam ipsi clerici beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, comam aut barbam non nutriant neque mulas aut equos cum phaleris ornamentisque ex velluto aut serico factis habeant, sed eiusmodi rebus ex panno tantum aut corio simpliciter utantur. Si quis autem familiarium praedictorum contrafecerit, aut post tres menses, legitima monitione praecedente, a praesentium publicatione, huiusmodi vestes prohibitas gestaverit, in excommunicationem incurrat. Si vero infra tres alios menses non se correxerit, a perceptione fructuum ex beneficiis quae obtinet, suspensus intelligatur. Quod si per alios sex menses in huiusmodi pertinacia obstinatus permanserit, legitima similiter monitione praecedente, beneficiis omnibus, quaecumque habet, privatus sit et esse censeatur; eaque sic vacantia a Sede Apostolica libere impetrari valeant.

§ 25. Quae omnia et singula in nostris et cuiusvis Rom. Pont. pro tempore existentis familiaribus et similiter in omnibus, etiam curialibus, locum habere volumus. Hoc uno tantum excepto, quod dieti nostri et Rom. Pont. familiares rubri coloris vestimenta gestare possint, pro decencia et consuetudine dignitatis pontificalis.

Bull. Rom. Vol. V.

77

§ 26. Et quoniam ad cardinales maxime spectat operum optimorum cura, pro viribus laborabunt scire quae regiones haeresibus erroribusque ac superstitionibus contra veram et orthodoxam fidem infectae sint, et ubi divinorum mandatorum ecclesiastica deficiat disciplina, quique reges ac principes seu populi bellis infestentur vel infestari timeant. Haec et huiusmodi scire, ac nobis et Rom. Pontifici pro tempore existenti referre operam dabunt, ut opportuna et salutaria talibus malis ac pestibus remedia vigilantia studio excogitari valeant.

§ 27. Et cum frequenti ac prope quotidiana experientia notum sit, provinciis ac civitatibus, propter suorum legatorum de latere absentiam, multa saepius contingere mala, variaque, non sine Apostolicae Sedis praesidio, scandala oriri, statuimus et ordinamus ut nullis cardinalibus provincias et civitates legationis titulo obtinentes eas per locumtenentes aut officiales quoscumque administrare liceat, sed personaliter ipsi pro maiori parte temporis adesse, atque eas omni vigilantia regere et gubernare teneantur. Et qui nunc titulum legationis obtinent aut pro tempore obtinebunt, si in Italia, intra tres menses; si extra Italiam, quinque a die praesentis publicationis ad suas provincias ire, ac maiorem temporis partem ibi residere teneantur, nisi, de nostro et successorum nostrorum mandato, pro aliquibus gravioribus negotiis in Romana Curia retineantur, vel ad alia loca, prout necessitas postulat, mittantur; et tunc in dictis provinciis ac civitatibus vicelegatos, auditores et locumtenentes ceterosque consuetos officiales cum debitis provisionibus ac salariis habeant. Qui praemissa omnia et singula non servaverit, emolumentis quibusvis legationis careat. Quae quidem propter hoc antiquitus ordinata et instituta fuerunt, ut opportuna legatorum praesentia populis esset salutaris, non ipsi laborum et cura-

Cardinales de conservanda et propaganda fide praecipue curare debent;

Legat. et gubernatores provinciarum deputati, personaliter gubernent;

rum penitus expertes, luero tantum suaeque legationis titulo inhiarent.

Reverentia alii
in Curia Roma-
na et Papae in-
serciant.

§ 28. Et cum card. officium in primis versetur in frequenti Rom. Pont. assistentia et Sedis Apostolicae negotiis, propterea statuimus ut omnes card. in Romana Curia resideant, et qui sunt absentes, si in Italia, intra sex menses; si extra Italiam, infra annum a die publicationis praesentis constitutionis, revertantur. Alioquin fructus beneficiorum et omnium officiorum suorum emolumenta amittant, omnibusque privilegiis generaliter et specialiter card. concessis, quamdiu absuerint, omnino careant; exceptis tamen illis, quos, ratione officii ab Apostolica Sede iniuncti vel de Romani Pontificis mandato aut licentia, vel iusto metu, aut quavis alia legitima causa impediante, vel aegrotationis, abesse contingat, privilegiis, indultis et immunitatib., eisdem cardinalibus concessis, et in bulla nostra sub data coronationis nostrae contentis et expressis, in suo robore nihilominus permanentibus.

Reformatio de
Impensis Jun-
dialium eardin.,

§ 29. Statuimus insuper, ut expensae funebres card., computatis omnibus, CL florenor. summam excedere non debeant, nisi executorum providentia, iustis allegatis causis ac rationibus, plus expendendum esse duxerit. Exequiae et castrum doloris, prima et nona die fiant; infra octavam vero, missae de more celebrentur.

Votie non re-
valandis,

§ 30. Pro reverentia autem Sedis Apostolicae, utilitateque et honore communi ipsius et ipsorum cardinalium, ut scandalorum, quae nasci possent, occasio tollatur; maiorque in sacro Senatu libertas votorum fiat; liceatque, ut par est, cardinali cuique, secundum Deum et conscientiam suam, libere et impune quodcumque sentiat dicere, statuimus ne quis cardinalium vota in concistorio data et quaecumque ibi gesta aut dicta, quae in odium aut praedudicium aut scandalum alicuius redundare possint, scripto aut verbo vel quovis alio modo revelet, sub poena periurii et inobedientiae.

§ 31. Et quotiescumque a nobis et Romano Pontifice pro tempore existente, specialiter et expresse, ultra praemissa, indictum fuerit super aliqua re silentium, si quis contrafecerit, ultra dietas poenas, excommunicationem latae sententiae incurrat, a qua non possit absolvi nisi a nobis vel praefato Pontifice Romano et cum expressione causae, praeterquam in mortis articulo.

Silentio a
Papae indicto ob-
servando.

§ 32. Et cum omnis aetas ab adolescentia prona sit ad malum, et a teneris assuefieri ad bonum magni sit operis et effectus, statuimus et ordinamus ut magistri scholarum et praeceptores pueros suos sive adolescentes, ne dum in grammatica et rhetorica ac ceteris huiusmodi audire et instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quae ad religionem pertinent, ut sunt praecepta divina, articuli fidei, sacri hymni et psalmi ac sanctorum vitae; diebusque festis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem et bonos mores pertinentibus; eosque in illis instruere, hortari et cogere in quantum possunt teneantur, ut nedum ad missas, sed etiam ad vespers divinae officia audienda, ad ecclesias accedant, et similiter ad praedicationes et sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores aut quod ad impietatem inducat eis legere possint.

Reform. de ma-
gistris in erudi-
tione schola-
rum,

§ 33. Ad abolendam vero execrabilem blasphemiam, quae in maximum divini nominis et sanctorum contemptum supra modum invaluit, statuimus et ordinamus ut quicumque Deo palam seu publice maledixerit, contumeliosisque atque obscenis verbis Dominum nostrum Iesum Christum vel gloriosam Virginem Mariam eius genetricem expresse blasphemaverit, si minus publicum iurisdictionemve gesserit, perdat emolumenta trium mensium, pro prima et secunda vice, dicti officii; si tertio deliquerit, illo eo ipso privatus existat: si clericus vel sacerdos fuerit, eo ipso quod de delicto huiusmodi fuerit convictus, etiam beneficiorum, quaecumque habuerit, fruc-

Blasphemanti-
busque Deum et
Mariam Virgi-
nem et alios san-
ctos.

tibus, applicandis ut infra, unius anni mulctetur, et hoc sit pro prima vice, qua blasphemus ita deliquerit. Pro secunda vero, si ita deliquerit et convictus, ut praeferatur, fuerit, si unicum habuerit beneficium, eo privetur; si autem plura, quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur et vincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus, quaecumque habuerit, eo ipso privatus existat, ad eaque ulterius retinenda inhabilis reddatur, eaque libere impetrari et conferri possint. Laicus vero blasphemans, si nobilis fuerit, poena xxv ducatorum mulctetur; et pro secunda vice, l. fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicandorum, et aliis, ut infra deducitur. Pro tertia vero, nobilitatem perdat. Si vero ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur; quod si ultra duas vices publice blasphemans deprehensus fuerit, mithra infami per integram diem ante fores ecclesiae principalis mithratus stare cogatur; si vero pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres vel ad treemes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conscientiae, nemo blasphemiae reus, absque gravissima poenitentia, severi confessoris arbitrio iniuncta, possit absolvi. Qui vero reliquos sanctos blasphemaverit, arbitrio iudicis, rationem personarum habituri, mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam ut saeculares iudices, qui contra tales blasphemiae convictos non animadverterint, eosque iustis poenis minime affecerint, quantum in eis fuerit, quasi eidem sceleri obnoxii, eisdem quoque poenis subiiciantur. Qui vero in illis inquirendis puniendisque diligentes et severi fuerint, pro qualibet vice, decem annorum indulgentiam consequantur et tertiam partem mulctae pecuniariae habeant. Quicumque vero blasphemantem audierint, eum verbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingeret, eundemque deferre vel notificare apud iudicem

ecclesiasticum seu saecularem intra tri-duum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audiverint, singuli eum accusare teneantur, nisi forte omnes convenerint ut unus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctae obedientiae hortamur, et monemus in Domino ut, pro divini nominis reverentia et honore, in suis dominiis ac terris praemissa omnia servari et exactissime exequi mandent ac faciant, uberrimam ab ipso Deo tam boni ac pii operis mercedem habituri, similemque annorum decem indulgentiam ab Apostolica Sede consecuturi, cum tertia parte mulctae, qua dictus blasphemus plectetur, quotiens tale scelus puniendum curaverint, quam quidem indulgentiam et reliquam tertiam mulctae partem accusatori blasphemum nomen deferenti similiter concedi et assignari volumus, aliis poenis, contra huiusmodi blasphemos per sacros canones expressis, nihilominus in suo robore manentibus.

§ 54. Ut clerici praesertim caste continenterque, iuxta canonum praecepta, vivant, statuimus ut contrafacientes acriter secundum canones puniantur.

Clericorum in continen. poe-nae.

§ 55. Si qui vero, tam laicus quam clericus, de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiae convictus fuerit, poenis per sacros canones aut ius civile respective impositis puniatur.

Subditorum poenae.

§ 56. Concubinarij autem, sive laici sive clerici fuerint, eorumdem canonum poenis mulctentur, neque superiorum tolerantia seu prava consuetudo, quae potius corruptela dicenda est, a multitudine peccantium modo suffragetur, sed iuxta iuris censuram severe puniantur. Ad bonum vero et quietum regimen civitatum ac locorum omnium Romanae Ecclesiae subiectorum, constitutiones bonae memoriae Aegidii episcopi Sabinen., olim editas, innovamus, easque inviolabiliter servari praecipimus et mandamus.

Concubinariorum poenae.

§ 57. Et ut nefariae simoniae labes ac

Simoniacorum
pœnæ.

pestis non solum a Romana Curia, sed ex omni etiam christiana ditione in perpetuum eiciatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris conciliis contra huiusmodi simoniacos editas, innovamus, easque inviolabiliter servari præcipimus, ac poenas in eis contentas pro expressis et insertis haberi, et delinquentes, etiam auctoritate nostra, afflicti volumus.

Officium reci-
tare omit-
tas.

§ 58. Statuimus quoque et ordinamus ut quilibet habens beneficium, cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis officii et temporis: sed eos, tamquam iniuste perceptos, in fabricam huiusmodi beneficiorum vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso privetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quoad hoc ut beneficio privari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen, ultra premissa, de dicta omissione redditurus rationem. Quae poena in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contrafacere contineantur.

Principum sæ-
cularium et ip-
sorum officia-
rium in fructi-
bus beneficio-
rum se ingeren-
tium pœnæ.

§ 59. Et cum fructuum ecclesiarum cathedralium et metropolitan. monasteriorumque et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio et administratio ad nos et Rom. Pont. pro tempore existen. et illos etiam, qui eiusmodi ecclesias, monasteria et beneficia iure et canonice obtinent, solum pertineant; sæcularesque principes, omni etiam divino iure id prohibente, dictis ecclesiis, monasteriis ac beneficiis intromittere se nullatenus debeant, statuimus et ordinamus ut fructus, redditus et proventus ecclesiarum, monasteriorum ac beneficiorum per sæculares ullos principes, etiam si imperatores, reges reginaeve seu republicae

vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales seu iudices, etiam ecclesiasticos, vel quascunque alias personas publicas vel privatas, de eorundem imperatoris, regum, reginarum ac principum, rerumque publicarum vel potentatum mandato, sequestrari occuparive aut modo aliquo detineri; ipsique huiusmodi ecclesias, monasteria ac beneficia obtinentes, sub prætextu fabricae instaurationisque, sine Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, aut eleemosynarum, seu quovis alio colore aut fuce, impediri non debeant quominus de illis ut antea libere ac sine impedimento disponere valeant. Et si sequestrati fuerint occupative aut detenti, integre libereque ac sine exceptione vel mora, praelatis, ad quos de iure legitimeque spectant, restituantur, de quibus, si dissipati nusquam reperiri possint, eorum iusta aestimatione facta, dictis praelatis satisfieri volumus per eos, qui dictas sequestrationes, applicationes dissipationesque fecerint aut fieri mandaverint, sub poena excommunicationis aut interdicti ecclesiastici a talium principum terris et dominio eo ipso incurrendis. Et ut eorum ac eiusdem subiectorum bona ubicumque reperta, si moniti parere noluerint, capi et retineri possint. Ipsi vero contrafacientes, tam supradictis poenis, quam privationis feudorum et privilegiorum, quae a nobis et Romana vel aliis ecclesiis, nunc et pro tempore obtinuerint, et aliis contra violatores et oppressores libertatis ecclesiasticae, etiam per extravagantes et alias constitutiones, etiam incognitas et forsan in usu non existentes, impositis, quarum omnium tenores, pro expressis et insertis habentes, innovamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus et declaramus, ac secundum eas per quoscumque iudices, etiam sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, sublata et adempta eis aliter iudicandi declarandique potestate, sententari, iudicari et interpretari debere volumus atque mandamus.

Contra violan-
tes libertat. ec-
clesiasticam in-
novat constitu-
tiones RR. Pon-
tificum.

§ 40. Et cum a iure, tam divino quam humano, laicis potestas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, innovamus omnes et singulas constitutiones fel. rec. Bonifacii Papae VIII, etiam praedecessoris nostri, quae incipit *Felicis*, et Clementis V quae incipit *Siquis suadente*, necnon quas-cumque alias apostolicas sanctiones in favorem libertatis ecclesiasticae et contra eius violatores quomodolibet editas; et poenis etiam contra talia praesumentes, in bulla quae legitur in Coena Domini contentis, in suo robore permansuris. Et cum in Lateranensi pariter ac conciliis generalibus, sub excommunicationis poena, prohibitum fuerit ne reges, principes, duces, comites, barones, republicae et alii potentatus quicumque, regnis, provinciis, civitatibus ac terris quoquomodo praesiden., collectas, decimas et alia huiusmodi onera clericis, praelatis et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis imponant exigantque, neve a sponte etiam dantibus et consentientibus etiam recipiant; atque in praemissis auxilium, favorem consiliumve palam vel occulte praestantes in excommunicationis latae sententiae poenam eo ipso incidant; et ipsae quoque republicae ac communitates et universitates, circa hoc quomodolibet delinquentes, ecclesiastico eo ipso subiiciantur interdicto; praelati etiam praemissis, absque Rom. Pont. expressa licentia, ultro consentien. excommunicationis et depositionis poenam ipso facto incurrant, statuimus et ordinamus ut de cetero talia praesumentes, etiam si, ut praefertur, qualificati fuerint, ultra supradictas poenas, quas contravenien. eo ipso incurrere volumus et innovamus, quod ad omnes actus legitim. inhabiles et instabiles habeantur.

Reformatio de
maleficiis et in-
cantatoribus.

§ 41. Et cum secundum leges civiles et sacrorum canonum censuras, sortilegia per invocationem daemonum, incantationes ac divinationes superstitionesque prohibita sint, statuimus, decernimus et ordinamus ut clerici, qui in praemissis culpabiles inventi fuerint, arbitrio superiorum

infamia notentur; si vero non destiterint, deponantur, atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris praefiniendum detrudantur; beneficiisque et officiis ecclesiasticis priventur. Laici vero utriusque sexus excommunicationis et aliis poenis iuris, tam civilis quam canonici, subiacent.

§ 42. Et ut omnes fidei christiani ac de fide male sentientes, cuiusmodi generis aut nationis fuerint, necnon haeretici seu aliqua haeresis labe polluti vel iudaizantes, a christifidelium coetu penitus eliminentur, et a quocumque loco, et praesertim a Romana Curia expellantur ac debita animadversione puniantur, statuimus ut contra eos diligenti inquisitione ubique, et in dicta Curia maxime, procedatur per iudices per nos deputandos, et eius criminis reos et legitime convictos, debitis poenis puniri; relapsos vero, absque ulla spe veniae aut remissionis, debitis poenis affici volumus.

Reformatio de
haereticis per-
quirendis et pu-
niendis.

§ 43. Et cum constitutiones et ordinationes nostrae huiusmodi, quas pro nunc ordinamus, vitam, mores ecclesiasticamque disciplinam concernant, tam officiales nostros quam alios, tam in Romana Curia quam extra ubique locorum commorantes, imitari convenit, illis ligari, eosque ad earum observationem inviolabiliter teneri volumus atque decernimus.

Haec bulla om-
nes et ubique
ligat,

§ 44. Et ne constitutiones ipsae aliis censuris ac poenis in contrafacientibus per antiqua iura et constitut. impositis derogare in aliquo videantur, cum ad augmentum editae atque excogitatae fuerint, etiam declaramus per earum dispositiones ordinationesque nihil prorsus iuri communi vel decretis aliorum Romanorum Pontific. ullatenus derogatum esse. Quin immo, si qua in eis, propter perversam temporum aut locorum vel hominum corruptelam vel abusum aut quaecumque aliam causam minime probandam, vigorem suum amiserint, ea ex nunc innovamus, confirmamus et inviolabil. observari mandamus.

Aliisque con-
stitution., quo-
ad poenas, non
debetur;

Post duos menses a die publicationis ligat, et interpretari non potest.

§ 45. Quas nostras consultissimas constitutiones, post duos menses ab earum publicatione, ligare debere etiam decernimus et declaramus; districtius inhibentes ne quis eas glossare vel super eis commentaria interpretationesve facere, absque speciali nostra vel Sedis Apostolicae licentia, praesumat. Si quis autem ausu temerario contraverit, excommunicationis latae sententiae poenam eo ipso incurrat.

Nulli ergo omnino hominum etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quartodecimo, tertio nonas maii, pontificatus nostri anno secundo.

Dat. die 5 maii 1314, pontif. anno II.

IX.

Jurisdictio et facultates Gubernatoris almae Urbis eiusque districtus, ac Vicecamerarii.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Deputatio gubernatoris cum infrascriptis facultatibus: — 2. Causas civiles et criminales cognoscendi; — 3. Summarie, etc. procedendi; — 4. Excommunicandi et brachium saeculare exercendi; — 5. Delinquentes puniendi, privandive, quoad alios, in poenis ab eo indictis, vel data praeventione; — 6. Domique citandi; — 7. Poenas augendi et minuendi. — 8. Statutis derogandi; — 9. Edicta proponendi. — 10. Nullitates in hac Curia non attendendae. — 11. Appellatio quando danda. — 12. Causae non avocandae. — 13. Offic. omnes ei pareant. — 14. Syndicatus stare non tenetur; — 15. Irregularitatem non incurrit. — 16. Decretum irritans. — 17. Omnes exequentores eius mandata exequantur. — 18. Haec bulla capit praesentia et futura. — 19. Contraria non obstant. — 20. Hortatio fideliter officium exercendi.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, dilecto filio magistro Amadaeo Berrnto notario nostro, pro nobis et Romana Curia sive Ecclesia in alma Urbe nostra gubernatori, salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi, pro cunctarum civitatum temporali dominio sanctae Romanae Ecclesiae subiectarum prospero ac felici regimine, quantum nobis ex alto conceditur, curam solertem et vigilem gerere debeamus, de nostrae tamen almae Urbis beatorum Petri et Pauli apostolorum cruore Domino nostro Iesu Christo consecratae, ac incolarum eius et Camerae Apostolicae officiorum diligentia administratione tanto accuratius cogitare nos convenit, quanto urbs ipsa caput est orbis, et in ea altissimus Sacerdos principalem ac praecipuam sedem, ad quam de diversis mundi partibus christifideles confluent in numero copioso, voluit collocari, et quae in eadem Camera peraguntur, inter graviora dictae Ecclesiae negotia solita sunt reputari, eaque expedit solerti cura et diligentia pertractari.

§ 1. Cupientes igitur ut Urbs ipsa ac illius cives et incolae, peculiare nostri et praefatae Ecclesiae filii, providi gubernatoris potiantur regimine, et quae ad camerariatus officium in Camera praefata pertinent, et per camerarii nostri locum tenentem seu vicecamerarium ibidem exerceri solita sunt, ea quae expedit solerti cura expediantur, ac de te, qui praelatus noster domesticus existis, et in quo tantum diu tam doctrinam singularem quam fidei constantiam, magnanimitatem, circumspectionem ac vitae integritatem atque alias virtutes, auctore Domino, emulatas esse cognoscimus, sumentes in Domino fiduciam specialem quod omnia, etiam ardua et difficilia, quae ad honorem et felicem ac prosperum statum nostrum ac Ecclesiae et Sedis praedictae pertinere cognoveris, divina favente elementia, laudabiliter exequeris: motu proprio, non ad tuam

Prooemium.

Deputatio gubernatoris cum infrascriptis facultatibus:

vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia, te in urbe ipsa eiusque districto et pertinentiis generalem gubernatorem ac in Camera Apostolica vicecamerarium, ac camerarii præfatae Camerae locumtenent., cum cura, arbitrio, potestate, honoribus, oneribus, pertinentiis et emolumentis consuetis, ad nostrum et dictæ Sedis beneplacitum, auctoritate apostol., tenore præsentium constituimus et deputamus, quascumque alias commissiones de dietis vicecamerariatus et gubernatoratus officiis alias factas harum serie penitus revocantes.

Causas civiles
et criminal. co-
prosecendi;

§ 2. Ac tibi omnes et singulas causas commissas, ac negotia per nos nostrasque in forma brevis literas sive alias commissiones quomodolibet in genere vel in specie gubernatori prædecessori tuo commissas, iuxta illarum literarum expressionem et tenorem proseguiri. Ac in omnibus aliis et singulis causis, etiam per nos et venerabilem fratrem nostrum Raphaellem, episcopum Ostiensem, camerarium nostrum, tamquam vicecamerario commissis pro tempore et committendis auditoribus, locatenentibus tuis ac aliis de quibus tibi videbitur, vices tuas, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive, et cum potestate exequendi, quotiens tibi placuerit, committendi. Ac tam per te ipsum quam per tuos auditores seu locatenentes, exercentes vices tuas in eisdem, et tam in civilibus quam in criminalibus, et tam spiritualibus quam temporalibus causis et aliis quibuscumque negotiis, tam contra cives Romanos quam forenses ecclesiasticos et laicos et incolas, necnon religiosos, cuiuscumque Ordinis, status, gradus, conditionis seu dignitatis existant, active et passive concernentibus; et tam in Palatio Apostolico et in burgo S. Petri, ac in castro nostro Sancti Angeli, necnon in Capitolio, quam alibi.

§ 3. Et ad reprimendum litium anfractus necnon partium litigantium expensas, indemnitatibus et dispendiis parcendum, in causis et negotiis huiusmodi procedendi, etiam nullo penitus inris ordine seu dictæ Camerae et Curiae Romanae stylo vel consuetudine servatis, sed sola facti veritate inspecta, de bono et aequo et pro contingentia rerum et qualitate facti, quodcumque tibi visum fuerit, etiam de facto, manu regia ac velo levato, etiam secundum voluntatem et beneplacitum et dispositionem tuam, procedendi et iudicandi et iudicandi.

Summarie, etc.
procedendi;

§ 4. Necnon occasione coram te litigantium, excommunicationem seu alias censuras et poenas contra eos promulgandi et relaxandi; et brachium etiam saeculare exercendi, etiam contra Romanos et alios suprascriptos, quacumque auctoritate et dignitate fungentes; et generaliter omnia alia et singula faciendi, dicendi, gerendi, procurandi, quae in praemissis et quae ad officium ipsum de iure vel consuetudine aut alias quomodolibet pertinere dignoscuntur, et quae nos ipsimet in omnibus et singulis praemissis facere possumus; et omnia alia et singula quae vicecamerarii et gubernatores, qui pro tempore fuerunt, facere, mandare, ordinare, corrigere, exequi soliti sunt, faciendi, mandandi, ordinandi, disponendi.

Excommuni et
brachium sae-
culare exercen-
di;

§ 5. Et contra quascumque praedictas personas, etiam nulla praecedente infamia nulloque processu, inquirendi, easque corrigendi, castigandi et etiam usque ad ultimum supplicium inclusive puniendi; ita quod quamprimum citationem contra aliquem civem Romanum vel alium quemcumque ex praedictis, quomodolibet delinquent., ac eius domum factam, quoscumque alios iudices praevenisse censearis, ita quod alii nullatenus contra eundem, ut supra citatum, quomodolibet procedere possint; nec etiam per eos, super poenis contra deferentes arma et alios delinquentes per te indictis vel comminatis,

Delinquent. puniendi privandive, quoad alios, in poenis ab eo indicis, vel data praeventione,

post illarum incursum possit intromitti, sed absolutio vel condemnatio aut remissio dumtaxat ad te pertineant.

Domus citandi. § 6. Necnon delinquentes quoscumque citandi et citari faciendi, etiam pro prima vice, ad domum solitae habitationis eorum, quae citatio perinde valeat ac si fuissent personaliter apprehensi.

Poenas augeri et minuendi. § 7. Ipsosque delinquentes vel rebelles aut inobedientes, pecuniarum ac privationis officiorum, et aliis, de quibus tibi videbitur et placuerit, poenis condemnandi, mulctandi; et poenas ipsas, tam a iure communi quam ex statuto vel consuetudine aut alias quomodolibet impositas, et tam corporis afflictivas, usque ad ultimum supplicium inclusive, quam pecuniarias, pro modo culpae qualitateque delicti, causae, loci et personae, augendi et minuendi.

Statutis derogandi. § 8. Statutis Urbis, totiens quotiens tibi videbitur et placebit, derogandi.

Edicta proponendi. § 9. Edictaque ac decreta, proclamata seu bannimenta et statuta, quotiens tibi placuerit, et sub quibuscumque poenis ac contra quoscumque, faciendi; et quaecumque alia per quoscumque, etiam per nos editas et edenda, interpretandi, mutandi et alterandi, pro bono pacis et utilitate subditorum, et correctione delictorum ac inductione bonorum morum, plenam, liberam et omnimodam, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus facultatem.

Nullitas in hac Curia non attendenda. § 10. Statuentes, processus tuos vel auditorum seu locatenentium tuorum, in causis praemissis vel sententiis ferendis, ob iuris ordinem telamque iudiciariam, dictaque Camerae et Romanae Curiae stylum aut consuetudinem, illis non servatis, per viam nullitatis vel alias quomodolibet impugnari seu revocari non posse.

Appell quando danda. § 11. Nec a processibus et sententiis huiusmodi in causis civilibus, usque ad summam decem ducatorum auri, et in causis criminalibus et mercedum nullatenus per aliquem appellari vel reclamari posse.

§ 12. Nec causae a te vel locatenentibus seu auditoribus tuis advocari possint, nisi motu proprio nostro, et te prius accersito et audito.

Causae non advocandae.

§ 13. Mandantes praefato camerario nostro, necnon dilectis filiis praelatis, praesidentibus et clericis Camerae praedictae, Urbis senatori et conservatoribus et aliis ad quos spectat et pertinet, ac spectare et pertinere poterit quomodolibet in futurum, ut te ad dictum officium eiusque liberum, ut praemittitur, exercitium necnon honores, opera et emolumenta huiusmodi recipiant et admittant, ac in omnibus quae ad officium ipsum pertinent, tibi, veluti personae nostrae propriae, efficaciter pareant, obediant et intendant.

Officiales omnes ei pareant.

§ 14. Volentes pariter et statuentes ac de apostolicae potestatis plenitudine decernentes quod in iis, quae per te vel alium seu alios per te deputandos et subdelegandos tuo nomine in officio huiusmodi gerentur, ab aliquo, cuiuscumque conditionis seu auctoritatis existat, ullo unquam tempore, ullave occasione vel causa molestari aut quomodolibet inquietari non valeas, nec tu aut ipsi de praemissis ullo unquam tempore rationem reddere aut syndicatui stare tenearis.

Syndicatui stare non tenetur.

§ 15. Et quod officium huiusmodi per te vel alios exercendo, et per quascumque captionem, detentionem seu torturam quorumcumque clericorum vel privilegiatorum, contra quos etiam nulla praecesserit infamia, sed sola iudicia, nullas censuras vel poenas per comminationem, commissionem vel impositionem poenae corporalis, mutilationis membrorum aut capitalis, ubi etiam sanguinis effusio fuerit facienda vel fieri contigerit, aut si fortuito vel alias quavis causa occurreret, vel in tortura seu punitione per te vel de mandato tuo facienda, aliqua membra mutilari, aut aliquem ab hac luce migrare, seu sanguinis effusionem fieri, ullam propterea irregularitatis vel infamiae maculam sive notam tu et tui praedicti non incur-

Irregularitatem non incurrit.

rant, nec incurrere valeant, sed perinde sit, ac si talia comminatus non fuisses vel imposuisses, aut talibus non interfuisses, ac tui auditores et mandatarii non interfuissent.

Decretum irritans.

§ 16. Ac sic per quoscumque reputari, tractari et iudicari debere, decernentes ex nunc irritum et inane quidquid secus super praemissis omnibus et singulis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Omnes executor. eius mandata exequantur.

§ 17. Volumus etiam, certis bonis respectibus moti, et ita, sub excommunicationis poena latae sententiae, mandamus quod barisellus et ceteri executores in causis criminalibus, in quibus veniet mors inferenda, vel corporis poena seu sanguinis imponenda, teneantur mandata tuorum locatenentium seu auditorum, qui in dictis causis sententiam tulerint, de tuo tamen mandato ac commissione facta, indilate exequi iuxta illorum tenorem, quamvis per te ipsum manu propria non fuerint subscripta.

Haec bulla capit praesentia et futura.

§ 18. Mandantes ulterius omnia et singula praemissa in omnibus et singulis causis et negotiis, tam pendentibus, praeteritis et praesentibus, quam futuris, locum sibi vindicare et effectum suum sortiri.

Contraria non obstant.

§ 19. Non obstantibus etc.

Hortatio fideliter offic. exercendi.

§ 20. Tu igitur officium ipsum sic sollicite, fideliter et prudenter studeas exercere, ut tua possit apud nos fidelitas et prudentia non immerito commendari, et ad maiora tibi committenda promptius invitetur.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoquarto, quarto kalendas iulii, pontificatus nostri anno II.

Dat. die 28 iunii 1514, pontif. anno II.

Bull. Rom. Vol. V.

78

X (1).

Jurisdictio ordinariorum ecclesiasticorum cognoscendi quascumq. causas ad forum ecclesiasticum spectantes in prima instantia, in omnes personas, etiam exemptas, si iudices eis dati sunt negligentes; et innovatio constitutionum editarum contra impediens libertatem ecclesiasticam (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causa huius constitutionis. — 2. Indices exemptorum diligenter causis incumbant; — 3. Alioquin ordinarii in eos procedant. — 4. Protonotarii apostolici et alii Sedis Apostolicae officiales actu servientes exempti sunt a iurisdictione ordinariorum. — 5. Familiares cardinalium sunt etiam exempti, si actu serviunt. — 6. Dioecesani semel in anno visitent monasteria monialium. — 7. Exemptiones irrationabiles damnantur. — 8. Causae in prima instantia coram ordinario cognoscantur. — 9. Indices non doctores iudicent cum voto assessoris. — 10. Impedientes iurisdictionem ecclesiasticam poenis subiiciuntur. — 11. Innovatio quarumcumque constitutionum editarum contra impediens libertatem ecclesiasticam. — 12. Concilium provinciale quolibet triennio celebretur. — 13. Innovatio constit. concilii Viennen. in Clem. V. *De elect.* — 14. Decretum irritans.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Regimini universalis Ecclesiae, disponente Domino, praesidentes, iuxta pastoralis officii debitum, libenter intendimus utilitatis subditorum; ad conservandam libertatem ecclesiasticam et removendam cau-

Exordium.

(1) Undecimum locum in Ed. Rom. haec obtinet constitutio (n. T.). (2) Constitutiones alias editas contra impediens libertatem ecclesiasticam vide in Innocentio III, Const. LXXXV, tom. III, pag. 264; Honorio III, Const. XLVIII, ibid., pag. 374; Bonifacio IX, Const. VI, tom. IV, pag. 614; Martino V, Const. XXI, ibid., pag. 728. Circa vero iurisdictionem ordinariorum, vide Conc. Trid., sess. VII, cap. 14; sess. XIV, cap. 4 et seq.; sess. XXIV, cap. 20; Bullamque quot annis legi solitam in die Coenae Domini.

dala, ponendam concordiam et nutriendam quietem inter ecclesiarum praelatos et eorum subditos, propensius apostolicae sollicitudinis studium adhibemus, quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur, necnon indulta pariter et privilegia eisdem subditis in ipsorum praelatorum dispendium, tam per praedecessores nostros, quam Sedem Apostolicam concessa, ita libenter moderamur, ne exinde scandala procedant, neve ex eis ulli detur materia malignandi, et personae ecclesisticae a bono obedientiae, necnon a divini perseverantia servitii nullatenus retrahantur.

§ 1. Sane, nuper ad nostrum relatio fide digna perduxit auditum quod canonici patriarchalium metropolitanarum et cathedralium et collegiatarum ecclesiarum, et alii clerici saeculares plura praesumunt, quae ipsis infamiam non parvam pariunt et aliis inferunt laesionem; praetextu exemptionis et libertatis a dicta Sede obtentae, ordinariorum correctiones et ordinationes subterfugiant, ac eorum forum sive iudicium declinant; nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum per privilegium exemptionis obtinere sperantes, excessus ipsos committere non verentur, quos nisi per exemptionem, qua gaudent, crederent se defendi, nullatenus fuissent commissuri. Hinc itaque accidit ut, propter eorum audaciam, ipsi, praetextu privilegii exemptionis, impunitatem excessuum obtinere confidentes, nonnulla multoties committant enormia, per quae plurimum diffamatur Ecclesia, et scandala gravia generantur, potissime autem cum talia per eos, ad quos eorum spectat correctio, incorrecta remaneant; seu illi, ad quos spectat illa punire, negligunt.

§ 2. Nos volentes, ne eo praetextu delicta remaneant impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, sacro approbante concilio, statuimus ut de cetero illi, quibus exemptorum correctio et punitio a dicta Sede demandata est, circa illam vigilanter intendant, et diligenter

officii sibi commissi debitum exequantur; et quamprimum eis exemptos ipsos deliquisse legitime constiterit, ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu poenae a suis arceantur insolentis, et alii, eorum exemplo perterriti, prosilire ad similia merito perhorrescant.

§ 3. Et si circa hoc negligentes fuerint, dioecesani et alii locorum ordinarii eosdem, quibus exemptorum correctio huiusmodi competit, personaliter, si illorum copia et notitia haberi poterit; alioquin, vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus iudex fuerit, eos, quorum sua in praemissis interesse putaverint, per edictum publicum, cathedralium seu aliarum ecclesiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere; seu, nullis eorumdem exemptorum iudicibus existentibus, ipsos exemptos deliquisse contigerit, valvis assequendum, moneant ut ipsi tales exemptos delinquentes et criminosos puniant et castigent infra competentem terminum, moneant ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint, et id adimplere neglexerint seu recusaverint, tunc in eo in quo deliquerint puniantur, cognitione huiusmodi ea vice sint privati, et se non intromittant ullatenus de eisdem; sed dioecesani et alii locorum ordinarii huiusmodi, contra tales exemptos delinquentes et criminosos, auctoritate nostra, ad inquisitionem vel per accusationem, sive aliquibus tormentis, procedere, et testes per seipsos examinare possint; ac processum ipsum, ratione solemnitatis iuris, praeterquam ratione citationis omissae, dummodo delictum alias rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum et eorum sigillo munitum, ad Sedis Apostolicae examen, ipsorum exemptorum delinquentium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem ordinarii ipsi possint eosdem inquisitos et accusatos compellere, per proprium vel alium nuntium,

Alioquin ordinarii in eis procedant.

Causa huius constitutionis.

Iudices exemptorum diligenter causis incumbant.

quantocius destituere procurent apud eandem Sedem per Romanum Pontificem vel alium, cui duxerit committendum, diligenter examinandum; et ita culpabiles re-
pertos, quod ad condemnationem vel propter sufficientia indicia, propter quae ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos dioecesanos seu ordinarios, per eos, auctoritate nostra, in causa inquisitionis seu accusationis ulterius legitime procedendum, et causam ipsam, prout iustum fuerit, terminandam, remittendum.

Protonotarii apostolici et alii Sedis Apostolicae officiales actu servientes exempti sunt a iurisdictione ordinariarum.

§ 4. Notarii autem dictae Sedis, quorum officium, in ipsis primitivae Ecclesiae initiis, a fel. rec. Clemente Papa I, ad sanctorum gesta perquirenda atque conscribenda noscitur institutum, ad protonotariatus officium assumpti, habitum et rochetum deferentes, et alii nostri et dictae Sedis officiales actu sua officia exercentes, tam in civilibus, quam in criminalibus, ab omni ordinariarum iurisdictione sint exempti. Alii vero notarii habitum protonotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre post praesentium publicationem assumpserint, et ipsi ac alii in posterum assumendi, habitum et rochetum huiusmodi continue non gestantes, atque alii nostri et dictae Sedis officiales officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in civilibus, ratione causae summam xxv ducatorum auri de Camera non excedentis dumtaxat, eorundem dioecesanorum et ordinariarum iurisdictioni subiaceant. In civilibus vero causis summam huiusmodi excedentibus, plena gaudeant exemptione, et a dictorum dioecesanorum et ordinariarum iurisdictione penitus sint exempti.

Familiares cardinalium sunt etiam exempti, si actu servant (1).

§ 5. Dignum quoque et etiam congruum arbitantes quod ex S. R. E. cardinalium familiaribus illi dumtaxat privilegio exemptionis gaudeant, qui actu domestici et continui sunt commensales, vel ab eisdem cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus a Rom. Curia absentis fuerint; ceteris

(1) Intellige iuxta d. Concil.

vero, etiam familiaritatis literas habentibus, quominus correctioni dioecesanorum et ordinariarum eorundem subiaceant, familiaritatis huiusmodi privilegium nullatenus suffragetur.

§ 6. Et cum eisdem dioecesanis, ut monasteria monialium Sedi Apostolicae immediate subiecta, in eorum dioecesibus consistentia, semel in anno visitare possint, per constitutionem in Concilio Viennensi editam, quae incipit *Attendentes*, plena fuerit data facultas, illam innovamus ac, exemptionibus et privilegiis quibuscumque non obstantibus, districte servari praecipimus et mandamus. Per praemissa quoque eisdem dioecesanis et ordinariis, casibus quibus in exemptos a iure iurisdictione concessa est, nullatenus praedictum generetur.

Dioecesani semel in anno visitent monasteria monialium.

§ 7. Exemptiones autem de cetero, absque rationabili causa et quorum interest minime citatis, pro tempore concessas, nullius roboris vel momenti esse decernimus.

Exemptiones irrationali damnantur.

§ 8. Et cum ecclesiasticus ordo confundatur, si sua unicuique iurisdictione non servetur, ordinariarum iurisdictioni (quantum cum Deo possumus) favere, ac litibus finem celerius imponi, et litigantium immoderatis sumptibus et expensis parcis satagentes, statuimus et ordinamus quod singulae causae, tam spirituales quam civiles et mixtae, ac forum ecclesiasticum quomodolibet concernentes, et beneficiales (dummodo beneficia ipsa generaliter reservata non fuerint, et ipsorum singulorum beneficiorum fructus, redditus et proventus xxiv ducatorum auri de Camera, secundum communem aestimationem, valorem annum non excedant) in prima instantia extra Romanam Curiam et in partibus coram ordinariis locorum dumtaxat cognosci et terminari; ita quod nulli ante definitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, ullatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quae vim habeat definitivae, vel a gravamine minime concernente negotium principale; quod appellationem a

Causae in prima instantia coram ordinariis cognoscantur.

(1) Consonat Concil. Trid., sess. xxiv, c. 20, *De Reform.*

definitiva sententia reparari non possit, nisi alter collitigantium, adversarii sui potentiam merito perhorrescens, seu alia probabili et honesta causa, aliter quam per proprium iuramentum saltem semiplene probata, coram ordinario non auderet litigare. Eo enim casu, causae piae, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima instantia, committi et cognosci et terminari possint. Alioquin appellationes et illarum etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in posterum et quidquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris vel momenti.

Iudic. non doctores indicent cum voto assessoria.

§ 9. Iudices autem et conservatores a Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus vel earum altera requisiti, assumere et secundum eius relationem iudicare teneantur.

Impedientes iurisdictionem eccles. ast. p. vobis subleantur.

§ 10. Et quia saepius et multiplices relatione percepinus quamplurimas ecclesias et illis praesidentes episcopos, tam citra quam ultra montes, vexari in eorum iurisdictionibus, in rebus et dominiis, ac turbari a domicellis, principibus et nobilibus eorundem, qui, sub colore iuris patronatus, quod in beneficiis ecclesiasticis habere confingunt, nullo privilegio apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus et literis, et absque aliquo saltem colorato titulo, beneficia non solum clericis sed etiam laicis conferre, sacerdotes et clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, ad quarum solutionem de iure tenentur, ac cathedralium et alia, quae legis dioecesanae et iurisdictionis sunt, et ad ipsos episcopos dumtaxat pertinent, temere auferre, fraudare, usurpare seu ut praemissa fiant mandare; ac ipsa et fructus quoscumque ne a civitatibus, terris et locis eorum extrahantur prohibere; feuda, possessiones et praedia occupare et indebite detinere, seu ad feuda et bona ipsarum ecclesiarum eis concedendum ac beneficia ecclesiastica personis per eos

nominatis conferendum, minis et terroribus ac aliis viis indirectis inducere et compellere, et alia quamplurima damna, iacturas, iniurias ecclesiis et earum praefatis ac clericis praefatis inferri non modo permittere, sed etiam expresse mandare praesumant.

§ 11. Attendentes igitur quod laicis in clericos et personas ecclesiasticas ac bona ecclesiastica non est attributa facultas, atque aequum et iustum esse ut in eos iura insurgant, qui illa offendere praesumunt; nec non considerantes quantum ex eis tam nostro et Apostolicae Sedis honori quam personarum ecclesiasticarum quieto et prospero statui, non sine damna perniciosa, derogetur; ac cupientes eos, quos ad observantiam iurium virtutum praemia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione poenarum quam adiacendarum de novo formidine, a temerariis ausibus refrænare, omnes et singulas constitutiones, quae super decimarum solutione et contra violatores et raptos ecclesiarum et incendiarios, agrorum depopulatores, et tam S. R. E. cardinales quam venerabiles fratres nostros episcopos et alias personas ecclesiasticas, saeculares et regulares, capientes et detinentes, et eorum iurisdictionem et iura quomodolibet indebite occupantes, aut eos in eorum iurisdictionis exercitio perturbantes seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia ecclesiastica personis per eos nominatis, aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponendum, et feuda ac bona ecclesiastica in emphiteusim concedendum aut alias vendendum temere compellentes; necnon statuta contra libertatem ecclesiasticam facientes, et ad praemissa auxilium, consilium vel favorem praestantes haecenus emanarunt, innovamus. Et cum ea, ne dum iniuri contraria, sed etiam ecclesiasticae libertati opprobriosa sint quamplurimum et adversa, ut de officio nobis credito dignam Deo

Innovatio quorumcumque constitutionum editar. contra impedientes libertatem ecclesiasticam (1).

(1) Vide Concil. Trid., sess. xxv, cap. 20, *De Reform.*

possimus reddere rationem, affectibus et monitis paternis, imperatorem, reges, principes, duces, marchiones, comites, barones et quoscumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis, praeeminentiae, potentiae seu potestatis, excellentiae vel dignitatis existentes, attente hortamur in Domino, eisdem in virtute sanctae obedientiae mandantes ut ipsi constitutiones praedictas observent et faciant a suis etiam subiectis inviolabiliter observari, quaecumque consuetudine contraria non obstante, si divinam offensam et Sedis Apostolicae debitam vitare voluerint ultionem. Ac collationes, de dictis beneficiis sic factas, nullas et irritas nihilominus esse decernimus, ac illis utentes reddantur inhabiles ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per Sedem praedictam fuerit dispensatum.

Concilium provinciale quolibet triennio celebratur.

§ 12. Mature quoque considerantes quod, post Christi ad coelos ascensionem, apostoli per singulas urbes et dioeceses episcopos distribuerunt, sicut sancta Romana Ecclesia per orbem constituit eosdem episcopos, in partem sollicitudinis vocando, onera gradatim distribuendo per patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, sacris etiam canonibus fuerit definitum per eos, pro morum correctione et contraversiarum decisione et determinatione, ac mandatorum Domini observatione, fieri debere concilium provinciale ac synodum episcopalem, ut depravata corrigerentur, et illa facere negligentes canonicis poenis subiacerent. Cum conveniat nos circa ea, quae rempublicam christianam concernunt, esse intentos; desiderantes canones ipsos firmiter observari, eisdem patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis districte iniungimus, ut de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem, canones, concilia et synodos huiusmodi fieri mandantes, quocumque privilegio non obstante, inviolabiliter observent, praeterquam, quoad concilium provinciale, quod

de cetero singulis trienniis fieri mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus, privilegio ac consuetudine quacumque contraria non obstante. Circa hoc autem negligentes, poenas in eisdem canonibus contentas se noverint incursumos.

§ 13. Et constitutione in concilio Viennensi edita, quae incipit *In plerisque*, ut Pont. dignitatis honor servaretur, statutum fuerit ne ecclesiis cathedralibus, bonis temporalibus (sive quibus spiritualia diu esse non possunt) privatis ac clero et populo christiano carentibus, de aliquibus personis, praesertim religiosis, provideretur, constitutionem ipsam innovamus, illamque inviolabiliter observari debere volumus atque mandamus, nisi aliqua iusta causa, in concistorio nostro secreto approbanda, aliter duxerimus faciendum.

Innovatio constitutionis concilii Viennensis in Clem. V, *De elect.*

§ 14. Nos enim quidquid contra praemissa vel aliquod praemissorum contigerit attentari irritum decernimus et inane, contraria quaecumque constitutione vel privilegio non obstantibus.

Decretum irritans.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Dat. Romae, in publica sessione in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoquinto, quarto nonas maii, pont. nostri anno III.

Dat. die 4 maii 1515, pontif. anno III.

XI (1).

Montes Pietatis, christiana charitate instituti, pecunias licite mutuant, aliquo pro impensis et indemnitatem, et quidem moderate, recepto.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Montes Pietatis huiusmodi licitos non esse propter mutui lucrum nonnulli asserebant; — 2, 3. Alii vero necessariis

(1) Haec sub num. XII in Rom. editione habetur (n. r.).

dicebant, licitumque ex mutuo luerum. — 4. Pontifex ideo declarat Montes esse licitos, si nihil ultra necessarias impensas recipiatur. — 5. Contrarium praedicantes vel disputantes excommunicationis poenam incurrant. — 6. Derogatur contrariis.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Exordium.

Inter multiplices nostrae sollicitudinis curas, illam in primis suscipere pro nostro pastoralis officio debemus, ut quae salubria et laudabilia ac catholicae fidei consona et bonis moribus conformia, nostro tempore non solum emulcentur, verum etiam ad posterum propagentur; et quae materiam scandali praebere possent, penitus succidantur et radicitus extirpentur, nec pullulare usquam sinantur, ea in agro dominico et vinea Domini Sabaoth dumtaxat conseri permittendo, quibus fidelium mentes pasci spiritualiter possint, eradicatis zizaniis, et oleastri sterilitate succisa.

§ 1. Sane, cum olim inter nonnullos dilectos filios sacrae theologiae magistros ac iuris utriusque doctores controversiam quamdam, non sine populorum scandalo et murmuratione, exortam et nuper his diebus innovatam esse comperimus, circa pauperum relevationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui *montes pietatis* vulgo appellantur, quique in multis Italiae civitatibus, ad subveniendum per huiusmodi mutuum pauperum inopiae, ne usurarum voragine deglantantur, a civitatum magistratibus ac aliis christifidelibus sunt instituti, atque a sanctis viris, divini verbi praeconibus, et laudati et persuasi, ac a nonnullis etiam Summis Pontificibus praedecessoribus nostris probati et confirmati, sint ne praefati montes a christiano dogmate dissonantes vel non, utraque parte diversimode sentiente atque praedicante. Nonnullis enim magistris et doctoribus dicentibus eos montes non esse licitos, in quibus

aliquid ultra sortem pro libera, decurso certo tempore, per ministros huius montis, ab ipsius pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur, et propterea ab usurarum crimine iniustitiae, seu ab aliqua certi specie mali mundos non evadere: eum Dominus noster, Luca evangelista attestante, aperto nos praecepto obstrinxerit ne ex dato mutuo quidquam ultra sortem sperare debeamus. Ea enim propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei, quae non germinat, nullo labore, nullo sumptu nullove periculo luerum foenusque conquiri studeatur; addebant etiam iidem magistri et doctores, in iis montibus neque commutativae, neque distributivae iustitiae fieri satis, cum tamen iustitiae terminos contractus huiusmodi excedere non debeant, si debeant approbari. Idque praeterea probare nitentur, quia impensae pro huiusmodi montium conservatione, a pluribus, ut aiunt, debitae, a solis pauperibus, quibus mutuum datur, extorqueantur; pluraque interdum ultra necessarias et moderatas impensas, non absque specie mali ac incentivo delinquendi, quibusdam aliis personis, inferre videntur, exhibeantur.

§ 2. Aliis vero pluribus magistris et doctoribus contra asserentibus et in multis Italiae gymnasiis verbo et scripto clamantibus, pro tanto bono, tamquam reipublicae pernecessario, modo ratione mutui nihil petatur neque speretur, pro indemnitate tamen eorumdem montium, impensarum videlicet ministrorum eorumdem ac rerum omnium ad illorum necessariam conservationem pertinentium, absque montium huiusmodi lucro, idque moderatum et necessarium, ab iis qui ex huiusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite ultra sortem exigi et capi possit, non nihil licere, cum regula iuris habeat: Quod qui commodum sentit, onus quoque sentire debeat, praesertim si apostolica accedat auctoritas.

§ 3. Quam quidem sententiam, a fel. record. Paulo secundo, Sixto quarto, In-

Montes Pietatis huiusmodi licitos non esse propter mutui luerum nonnulli asserbant;

Alii vero necessarios dicebant, licitumque ex mutuo luerum.

nocentio octavo, Alexandro sexto et Iulio secundo, Romanis Pontificibus praecessoribus nostris, probatam, a sanctis quoque ac Deo devotis et in magna, ob sanctitatis opinionem, existimatione habitis, evangelicae veritatis praedicatoribus, praedicatam esse ostendunt.

Pontifex ideo declarat montes esse licitos, si nihil ultra necessar. impensas recipiatur.

§ 4. Nos super hoc (prout nobis est ex alto concessum) opportune providere volentes, alterius quidem partis iustitiae zelum, ne vorago aperiretur usurarum, alterius pietatis et veritatis amorem, ut pauperibus subveniretur, utriusque vero partis studium commendantes, cum haec ad pacem et tranquillitatem totius reipublicae christianae spectare videatur, sacro approbante concilio, declaramus et definitimus, montes pietatis antedictos per respublicas institutos, et auctoritate Sedis Apostolicae hactenus probatos et confirmatos, in quibus, pro eorum impensis et indemnitate, aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas et aliarum rerum ad illorum conservationem, ut praefertur, pertinentium, pro eorum indemnitate dumtaxat, ultra sortem, absque lucro eorundem montium, recipitur, neque speciem mali praeferre, nec peccandi incentivum praestare, neque ullo pacto improbari, quinimmo meritorium esse, ac laudari et probari debere tale mutuum, et minime usurarium putari, licereque illorum pietatem et misericordiam populis praedicare, etiam cum indulgentiis a sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis. Ac deinceps, alios etiam similes montes cum Apostolicae Sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius multoque sanctius fore, si omnino tales montes gratuiti constituerentur, hoc est, si illos erigentes aliquos census assignarent, quibus, si non omni, saltem vel media ex parte, huiusmodi montium ministrorum solvantur impensae, ut ad levioris aeris solvendi portionem medio hoc pauperes gravari contingat, ad quos, cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, chri-

stifideles maioribus indulgentiis invitandos esse decernimus.

§ 5. Omnes autem religiosos et ecclesiasticas ac saeculares personas, qui contra praesentis declarationis et sanctionis formam de cetero praedicare seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis latae sententiae poenam, privilegio quocumque non obstante, incurere volumus.

Contrar. praedicantes vel disputan. excommunication. poenam incurraat.

§ 6. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogatur.

Nulli ergo omnino hominum etc.

Si quis autem etc.

Dat. Romae in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae MDXV, quarto nonas maii, pontif. nostri anno tertio.

Dat. die 4 maii 1515, pontif. anno III.

XII (1).

Prohibitio imprimendi libros, absque examine et approbatione vicarii Papae et magistri sacri Palatii Apostolici in Urbe, et episcoporum haereticaeque pravitatis inquisitorum in aliis locis.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius constitutionis. — 2. Libri non imprimantur nisi praevia superiorum licentia et examine. — 3. Contravenientium poenae.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Inter sollicitudines nostris humeris incumbentes perpeti cura revolvimus ut errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus, hoc est quod profecto desiderantes exquirimus, ad id nostrae mentis

Exordium.

(1) Sub num. XIII hanc habes Constitutionem in Edit. Rom. (R. T.).

sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus.

*Caussae huius
constitutionis.*

§ 1. Sane, licet literarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus potissimum nostris, divino favente numine, inventa seu aucta et perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, eum parva impensa copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum studia percommode exerceri, et viri eruditi in omni linguarum genere, praesertim autem catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facile evadere possunt, qui etiam infideles sciant et valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio per doctrinam christianae fidei salubriter aggregare. Quia tamen multorum querela nostrum et Sedis Apostolicae pulsavit auditum quod nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diversis mundi partibus, libros, tam graecae, hebraicae, arabicae et caldae linguarum in latinum translatis, quam alios, latino ac vulgari sermone editos, errores, etiam in fide, ac pernicioso dogmata, etiam religioni christianae contraria, ac contra famam personarum, etiam dignitate fulgentium, continentes imprimere ac publice vendere praesumunt, ex quorum lectura non solum legentes non aedificantur, sed in maximos potius, tam in fide quam in vita et moribus, prolabantur errores, unde varia saepe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, et maiora in dies exoriri formidantur.

*Libri non im-
primantur nisi
praesentia superio-
rum licentia et
aemulae.*

§ 2. Nos itaque, ne id, quod ad Dei gloriam et fidei augmentum ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac christifidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero eum bonis seminibus spinae coalescant, vel medicinis venena intermiscantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio pro-

videre, hoc sacro approbante concilio, ut negotium impressionis librorum huiusmodi eo prosperetur feliciter quo deinceps indago solertior diligentius et cautius adhibetur, statuimus et ordinamus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem seu aliam quaecumque scripturam, tam in Urbe nostra, quam in aliis quibusvis civitatibus et dioecsesibus, imprimere seu imprimi facere praesumat, nisi prius, in Urbe, per vicarium nostrum et sacri Palatii magistrum; in aliis vero civitatibus et dioecsesibus, per episcopum vel alium habentem peritiam scientiae libri seu scripturae huiusmodi imprimendae, ab eodem episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem haereticae pravitatis civitatis sive dioecesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinetur, et per eorum manus propriae subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis et sine dilatione imponendam, approbentur.

§ 3. Qui autem secus praesumpserit, ultra librorum impressorum amissionem et illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricae basilicae Principis Apostolorum de Urbe, sine spe remissionis, solutionem, ac anni continui exercitii impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat; ac denique, ingravescente contumacia, taliter per episcopum suum vel vicarium nostrum respective per omnia iuris remedia castigetur, quod alii, eius exemplo, similia minime attentare praesumant.

*Contraven-
tium poenae.*

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quintodecimo, IV nonas maii, pontificatus nostri anno III.

Dat. die 4 maii 1515, pontif. anno III.

XIII (1).

Contra occupantes vel invadentes terras et loca S. R. E. eorumque complices et fautores.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iulius II multa loca et bona Sedi Apostolicae recuperavit. — 2. Pontifex iste Parmam et Placentiam recuperavit. — 3. Et modo pro conservatione honorum dictae Sedis innovat omnes constitutiones editas contra detinentes loca ad Romanam Ecclesiam spectant. et eorum fautores; — 4. Poenasque multas imponit; — 5. Civitates et loca, in quibus illi permanserint, interdicto subiicit; — 6. Fautoribus quoque poenas imponit; — 7. Absolutionem Romano Pontifici reservat. — 8. Prohibitio recipiendi milites in terris S. R. Eccl., absque licentia Papae. — 9. Derogatio contrariorum. — 10. Fides transumptorum. — 11. Iussio publicandi. — 12. Effectus publicationis. — Publicatio.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Inter graves sollicitudines et curas, quibus, pro pastoralis officii et apostolicae servitutis debito, continue premimur, una est peculiaris, qua semper angimur, ut defensionem et custodiam civitatum et terrarum et locorum nobis et S. R. E. subiectorum assidue invigilemus; ac ne perversorum temerariis ausibus, a quibusvis gentium armorum ductoribus, qui sine iustitiae ministerio, sed hostili manu et propria temeritate procedunt, occupentur et dissipentur, omnibus remediis et iuris auxilio opportune prohibere; quod tanto periculosius negligitur, quando exinde turbatio et confusio civitatum et terrarum ecclesiastici Status de facili causaretur, et pontificalis auctoritas minueretur.

§ 1. Cum itaque operam efficacem adhibere debeamus ut omnes christifideles, praesertim in terris et locis nobis et dictae Sedi mediate vel immediate subiectis exi-

stentes, sublatis quibuscumque armorum strepitibus et impedimentis, quiete et pacifice vivere valeant, omnibus iuris remediis (ubi etiam perversorum audacia exigit, vibrato apostolicae potestatis mucrone) per censuras ecclesiasticas providere volentes. Sane, cum mente revolvimus quot et quantos labores fel. rec. Iulius Papa II, praedecessor noster, pro recuperatione civitatum, terrarum et locorum ad Romanam Ecclesiam canonico titulo pertinentium, quae a diversis ducibus, principibus et potentatibus longo tempore occupata et detenta fuerant, passus sit, praesertim cum adductus fuerit consilium capere de adendum per se ipsum, visitandis et reformandis aliquibus Romanae Ecclesiae civitatibus et illarum statu, assumptis etiam aliquibus copiis, ut contumaces compescere posset, iter matura deliberatione, cum S. R. E. cardinalibus ipsis cum comitantibus, arripere, illaque felici et prospero successu, dextera Domini sibi etiam assistente, recuperaverit et dictae Romanae Ecclesiae reintegraverit.

§ 2. Nos etiam, post nostram ad summi apostolatus apicem, divina favente clementia, assumptionem, Parmam et Placentiam civitates, quibus Apostolica Sedes, ea tunc vacante, spoliata fuerat, summa diligentia restitui curavimus; et omnia quaeque per eundem Iulium praedecessorem recuperata, pro nostro et dictae Sedis honore, non minori diligentia ac opportunis iuris remediis conservare intendimus, quam idem Iulius praedecessor, cum in humanis ageret, recuperare studuerit; animo etiam semper gessimus, reges et principes ac potentatus, quos tempore assumptionis nostrae huiusmodi inter se bello dissidentes audivimus, non armis, sed concordia eorum differentias et lites, Domino concedente, terminari; et inter fideles quoslibet, controversias super quacumque etiam maxima importante re, via iuris et non armis decidi et terminari; ipsaque arma regum et principum ac potentatum praedictorum

Pontif. iste Parmam et Placentiam recuperavit

Exordium.

Iulius II multa loca et bona Sedi Apostolicae recuperavit.

(1) Haec in Rom. Edit. xiv per errorem habet sedem (A. T.).

unanimes consensu contra inhumanissimos Christi nominis hostes, ad fidei exaltationem converti, summo studio concupivimus.

Et modo, pro conserr. locorum di tae Sedis, i notat ones constitutions cetas contra detinentes loca ad Romanam Ecclesiam spectant, et eorum fautores;

§ 3. Et cum a quampluribus praecessoribus nostris Romanis Pontificibus constitutiones, diversas censuras et poenas in se continentes, contra occupantes civitates et terras et loca huiusmodi, aut illa hostiliter invadentes, emanaverint, et singulis annis censurae huiusmodi contra talia praesumentes in die Coenae Domini innoventur; ea propter, ne terrarum aut locorum ac iurium seu honorum S. R. E. curam negligere videamur, necnon ad tollendam super praemissis ignorantiae aut eniushbet alterius generis excusationem, omnes et singulas constitutiones et literas apostolicas ac processus, qui singulis annis publice promulgantur in die Coenae Domini, ex more Romanorum Pontificum, ac alias quascumque constitutiones seu canonicas sanctiones quomodolibet editas, excommunicationis ac alias sententias, censuras et poenas contra civitates et terras, loca et iura ad dictam Romanam Ecclesiam pertinentia occupantes, aut illa hostiliter invadentes vel ad id, per se vel alium seu alios, auxilium, consilium vel favorem, directe vel indirecte, aut alias, quovis quaesito colore, praestare praesumentes, cuiuscumque ordinis, praeminentiae et conditionis et status, etiam si cardinalatus aut patriarchali, regali, reginali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana praeferantur dignitate, continentes, approbamus et innovamus, illasque inviolabiliter observari debere decernimus.

Poenasq. multas imponit.

§ 4. Ac omnes et singulos reges, duces, principes, marchiones, comites, barones ac communitatum, universitatum, tam in Italia, quam extra Italiam existentium singulas personas, civitates, terras et loca, praesertim Parmam et Placentiam, ad dictam Romanam Ecclesiam mediate vel immediate pertinentia, seu in quarum vel quorum, aut cuiushbet earum vel eorum possessione quomodolibet eadem S. R. E.,

per se vel alium, extiterit, hostiliter invadentes, aut stipendiariis equestribus vel pedestribus aut sine, etiam advocacione populorum, seu factionum aut privatarum personarum, aut alias qualitercumque et quomodocumque et quovis quaesito colore aut ingenio, absque nostra speciali licentia occupantes; necnon stipendiarios, equestres aut pedestres, quomodolibet contra praesentes literas nostras et in eis contenta militantes, aut auxilium, consilium vel favorem praestantes, ex parte omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostra et de potestatis, plenitudine excommunicamus, anathematizamus ac maledictionis et damnationis aeternae mucrone percutimus, ac omnium ecclesiasticarum censurarum laqueis ligatos et irretitos esse, vigore praesentium decernimus, ac reos criminis laesae maiestatis, et a Sede Apostolica et a S. R. E. ac omnibus dictae Romanae Ecclesiae devotis, cum eorum bonis, perpetuo diffidatos, infames et inhabiles ad omnes ecclesiasticas vel mundanas dignitates omnesque actus legitimos, et ecclesiastica sepultura indignos esse, auctoritate et potestate praedictis etiam decernimus.

§ 5. Et generaliter civitates, terras, oppida et loca quaecumque, ad quae aliquem eorumdem excommunicatorum declinare contigerit, quamdiu ibidem permanserit, etiam triduo post recessum eiusdem, ecclesiastico interdicto subiicimus; necnon excommunicatos, anathematizatos et maledictos, titulis, dignitatibus et honoribus, in quibus constituti existunt; et tam ipsos quam communitates, castra, oppida et loca praedicta, omnibus privilegiis, indultis, etiam Studii generalis, concessionibus et gratiis, dignitatibus, honoribus, quibus utuntur et gaudent seu muniti sunt; necnon bonis omnibus, quae in feudum vel in emphiteusim seu alias a praefata Romana vel aliis ecclesiis, monasteriis et locis ecclesiasticis aut alias quomodolibet, etiam

Civitates et loca, in quibus illi permanserint, interdicto subiicit;

ab imperatore, regibus, seu aliis principibus ac saecularibus potestatibus obtinent, penitus privamus, dictaque bona feudalia vel emphiteutica, ut praefertur, obtenta, ad dominos suos reverti debere, ita ut de illis libere disponere possint, decernimus.

§ 6. Et si aliqui, excommunicatis, anathematizatis et maledictis praedictis, clerici, saeculares vel praelati, etiam in archiepiscopali, episcopali vel alia dignitate, etiam cardinalatus honore et beneficiati fuerint (1), illos dignitate ac titulo cardinalatus, necnon praelaturis, administrationibus regimineque, ac omnibus et singulis beneficiis, dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus et praebendis aliisque beneficiis ecclesiasticis ac ordinibus, etiam sacerdotalibus, ad quos promoti forent, sine ulla spe restitutionis et absque alia citatione seu declaratione, privamus, et ex nunc privatos esse per praesentes decernimus.

§ 7. Absolvi autem a praedictis censuris, sententiis ac poenis nullus ex supradictis per alium quam per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, possit; nec etiam tunc, nisi quantum fieri potest, satisfactione praevia et de stando sanctae matris Ecclesiae mandatis et similia ulterius non committendo, legitima cautione praestita; aliter autem absolvere, aut indignos sepultura ecclesiastica, ut praefertur, sepelire praesumentes supradictis omnibus et singulis poenis eo ipso subiicimus. Quodque de beneficiis praedictis possit et debeat, per Sedem praedictam dumtaxat seu ab illa specialem facultatem habentes, absque alia declaratione incursus poenae huiusmodi, libere illico provideri, auctoritate praedicta et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine.

§ 8. Ac omnibus et singulis civitatum et terrarum nobis et Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectarum per-

sonis, sub eisdem poenis, quas eo ipso, si contrafecerint, absque alia declaratione, incurrant, et a quibus, ut praefertur, non nisi a nobis et successoribus nostris, praeterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione praemissa, absolvi possint, in virtute sanctae obedientiae, districtè praecipiendo mandamus ne aliquas gentes armigeras, praeterquam ad nostra et dictae S. R. E. stipendia militantes, quovis quaesito colore, in civitatibus, terris, castris, oppidis et locis nostris subiectis, sine nostra speciali licentia admittere, retinere, illisque victualia aut aliquod subsidium quoquomodo praestare praesument; eosque, etiam si cardinalatus honore vel archiepiscopali, episcopali aut quavis alia ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate, si contrafecerint, ipso facto eisdem poenis subiacere; civitates quoque, terras, castra, oppida et loca praedicta, ad quae inobedientes huiusmodi declinare et in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico sint supposita interdicto, tamdiu firmiter observando, donec, compuncti corde, huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione praemissa, meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, et per triduum post eorum discessum, auctoritate apostolica, scientia et potestate praedictis, decernimus.

§ 9. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon quibuscumque privilegiis et indultis sive indulgentiis et literis apostolicis, generalibus vel specialibus, a praedicta Sede, sub quavis forma vel tenore, quibusvis ex supradictis, etiam cardinalibus, concessis, quod excommunicari vel anathematizari non possint, consuetudinibus quoque, observantiis, scriptis ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 10. Et quia difficile foret etc.

§ 11. Insuper, ut praemissa omnia et singula ad omnium, ad quos spectat, notitiam et cognitionem deveniant, omniumque in praesentibus literis contentorum certa et

Fautorib. quoque poenas imponit;

Absolutionem Romano Pontifici reservat.

Prohibitio recipiendi milites in terris S. R. Eccles., absque licentia Papae.

Derogatio contrariorum.

Fides transun-

Italia publicandi.

(1) Desunt forte verba *consilium et auxilium praestiterint* (n. T.).

indubitata notitia habeatur, nullusque praemissorum ignorantiam iuste praetendere possit, nec se legitime excusare valeat, volumus et decernimus praesentes literas nostras, per aliquos Curiae nostrae cursores vel notarios publicos, in basilica Principis Apostolorum et ecclesia Lateranensi, hora divinorum, publice, alta et intelligibili voce legi et publicari, et dictarum ecclesiarum portis sive valvis, ac in acie Campi Florae et Cancellariae Apostolicae affigi, et ibidem per aliquod temporis spatium dimitti debere.

§ 12. Quae sic publicatae et affixae, tunc a die publicationis praedictae immediate ligent, et effectum sortiantur, et eos, quos concernunt, ita arcent, perinde ac si personaliter eisdem intimatae essent.

Nulli ergo hominum etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoquinto, octavo kalen. iunii, pontificatus nostri anno tertio.

Publicatio. Anno a nativitate Domini 1515, indictione tertia, die vero 26 mensis maii, pontificatus sanctiss. in Christo patris et D. N. D. Leonis, divina providentia Papae X, anno III, retroscriptae literae apostolicae, ut ad omnium notitiam citius deveniant, alta et intelligibili voce de verbo ad verbum lectae fuerunt in valvis basilicae Principis Apostolorum ac ecclesiae S. Iohannis Lateranen. dum ibidem divina celebrarentur et multitudo populi adesset; nec non earumdem ecclesiarum et Cancellariae Apostolicae valvis seu portis, ac acie Campi Florae affixae et publicatae, ac congruo temporis spatio dimissae fuerunt per nos Hubertum Iacobi et Ioannem Valtrini praefati Sanctiss. D. N. Papae cursores.

Ita est. Ioann. Valtrini qui supra, cursor.

Ita est. Hubert. Iacobi qui supra, cursor.

Dat. die 25 maii 1515, pontif. anno III.

XIV (1).

Declarationes quorundam dubiorum super prima et secunda Regula sororum seu monialium S. Clarae, et licentia duplici officio celebrandi festa B. Agnetis et Undecim Millium Virginum (2).

SUMMARIUM

Moniales aliquas dubitationes habebant super Regula, et supplicavit pro declaratione. — 1. Prima dubitatio circa recitationem divini officii; — 2. Secunda dubitatio super necessitate, quae excuset a choro; — 3. Tertia dubitatio circa indulgentias. — 4. Ille Pontifex eas explicat. — 5. Explicatio primae dubitationis; — 6. Explicatio secundae dubitationis. — 7. Licentia duplici ritu celebrandi festa B. Agnetis et undecim millium virginum. — 8. Causae praedictarum declarationum. — 9. Derogatio contrariorum.

Leo Papa X, dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et monialibus ac conventibus monasteriorum quorumcumque Ordinum S. Clarae, sub perpetua clausura ac regimine fratrum Minorum de Observantia Altissimo famulantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum (sicut nobis nuper exponi fecistis) in Regula S. Clarae, sub qua et suavis Religionis iugo ac cura fratrum Minorum, de Observantia nuncupatorum, gratum Domino redditis famulatum et divinis beneplacitis insistitis, nonnulla contineantur quae mentibus vestris dubia existunt, et declaratione apostolica indigere noscuntur; nobis propterea humiliter supplicari fecistis ut, circa huiusmodi Regulae observantiam, sine aliqua haesitatione ac mentium et conscientiarum vestrarum perturbatione et scrupulo, insistere pos-

Moniales aliquas dubitationes habeb. sup. Regula, et supplicavit pro declaratione.

(1) Constitutionem hanc sub num. x in Rom. Edit. habes (R. T). (2) Primam Regulam, traditam a B. Francisco, confirmavit Innocentius IV, in constitutione IX, tomo III, pag. 519. Et secundam Regulam, vel potius primam mitigatam edidit Urbanus IV, const. XXI, ibid., pag. 709, aliasque declarationes edidit Eugenius IV, constit. XXXVII, pag. 90 huius tomi.

sitis, quae ambigna sunt, per nostrae declarationis ministerium, vobis plana et aperta reddere, de benignitate apostolica dignemur.

§ 1. Et, sicut eadem expositio subiungebat, circa observantiam divini officii, ex prima Regula B. Clarae contineatur quod sorores literatae faciant divinum officium secundum consuetudinem fratrum Minorum, legendo sine cantu; et quae literas nesciunt dicant *Pater noster*, et pro defunctis dicant etiam in vespere septem *Pater noster* et *Requiem aeternam*; pro matutino XII; et sorores literatae teneantur dicere officium mortuorum: et ex secunda Regula Ordinis S. Clarae huiusmodi per fel. rec. Urbanum Papam IV, praedecessorem nostrum, cum prima satis obscura videretur, declarata, contineatur quod de divino officio, tam in die quam in nocte Domino persolvendo, taliter observetur: videlicet quod hae, quae legere et canere noverint, secundum consuetudinem Ordinis fratrum Minorum, divinum officium debeant celebrare; illiteratae vero dicant *Pater noster*, et pro defunctis dicant VII *Pater noster* cum *Requiem aeternam*; pro matutino XII *Pater noster*, tempore quo sorores literatae faciunt officium mortuorum. Et quia, etiam ex declaratione per Urbanum praedecessorem huiusmodi facta, ut praefertur, mentibus vestris adhuc plene satisfactum non est, cum tam ex prima quam secunda Regula huiusmodi sorores literatae teneantur dicere officium mortuorum, tamen circa officium mortuorum huiusmodi certam declarationem, an vespere aut vigiliis mortuorum dicere in choro semper et quotidie debeatis, cum fratres Minores officium mortuorum huiusmodi, nisi temporibus ex Ordinario Romano et eorum constitutionibus statutis non persolvant, non habetis propter quod in magna conscientiarum fluctuatione et mentium vestrarum perturbatione existitis.

§ 2. Et insuper, cum difficile semper

sit esse in choro in omnibus horis et numquam deficere, aliquando occupatione satis levi, aliquando taedio, aliquando alia negligentia et aliquando vos aliquam horam vobis eligatis per vos ipsas aut eum socia horas huiusmodi persolvere; eumque multum difficile sit conscientiae timoratis interpretari quae sit illa necessitas, quae excuset a choro, propterea utrum monialis sana, sub poena peccati, horas in choro semper persolvere teneatur, posito quod in choro dicatur officium ordinarie, ut consuetum est, a competenti numero monialium, iuxta copiam inibi residentium, et quod propterea, quae in choro non interest, non omittit per seipsam aut cum socia omnino officium persolvere, petatis declarari.

§ 3. Praeterea, cum asseratur piae memoriae Innocentium PP. VIII seu alium Romanum Pontificem, praedecessorem nostrum, ad tollendos discursus fratrum Ordinis huiusmodi, quod fratres ipsi, dicendo quinque *Pater noster* cum *Ave Maria* coram Sacramento altaris, infirmi in grabatis suis pro felici statu sanctae Matris Ecclesiae dicendo, ut supra, habeant eandemmet indulgentiam, quae est secunda die angusti in Sancta Maria de Angelis, sive de Portiuncula apud Assisium, prout illa die a devotis populis lucratur. Item, quod dicendo alia quinque *Pater noster* et *Ave Maria*, cum *Gloria Patri* in fine cuiuslibet *Pater noster*, et ipsi fratres stationes Urbis, subiungendo unum *Pater noster* et *Ave Maria* pro intentione domini concedentis; et insuper piae memoriae Pius II, etiam praedecessor noster, eisdem fratribus ultramontanis, ut, Septem Psalmos Poenitentiales dicendo cum Litanis, indulgentias stationum Urbis haberent et consequerentur, indulserit; et ipsis fratribus toties quoties Coronam Domini Iesu Christi et Virginis Mariae dicerent, plenariam haberent indulgentiam, concessum fuisse asseratur.

§ 4. Quare, ut praemissa vobis ex

Prima dubitatio circa recitationem divini officii;

Secunda dubitatio super necessitate, quae excuset a choro;

Tertia dubitatio circa indulgentias.

Hic Pontif. eas
explicit.

officio pastoralis officii nostri, pro quiete conscientiarum vestrarum, ne, contra conscientiam agendo, ad gehennam aedificare videamini, plena et aperta facere atque declarare, et super officio huiusmodi persolvendo quomodo vos habere debeatis, ac in facultatibus, quoad participationem gratiarum fratribus Minoribus huiusmodi, sub quorum cura et regimine vivitis, concessarum, qualiter participetis; et in facultate absolutionis peccatorum vestrorum, quae forma servanda sit, more pii patris et ex benignitate apostolica, qua vos tamquam peculiare in Christo filias prosecuti sumus et prosequimur, aperire et discernere dignemur, nobis supplicare fecistis; nos itaque, praemissis et infrascriptis supplicationibus paterna benevolentia annuentes, ac super praemissis omnibus, vobis taliter per nostrae declarationis oraculum providere et sic plana facere volentes, ut Ei, cui iugiter inservitis, cum conscientiarum et mentium vestrarum quiete et pace, gratum et acceptum reddere valeatis famulatum, circa praemissa omnia, quae petitis, habita matura deliberatione, omnibus prius diligenter praemeditatis et consideratis, auctoritate apostolica, ex nostra scientia et de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium duximus declarandum et concedendum, ut sequitur.

Explicatio primae
dubitatio-
nis;

§ 5. Primo videlicet, quoad officium defunctorum, declaramus vos dumtaxat teneri sicut fratres Ord. Minor., quorum ritui in divinorum persolutione vestra vobis praecipit Regula conformari; quod satis declarasse videtur Urbanus, praedecessor noster, ubi dicit sorores illiteratas non teneri ad dicendum *Pater noster* pro mortuis, nisi eo tempore quo in choro choristae officium faciunt mortuorum, et verbum illud *teneantur*, dicimus referri ad obligationem vigiliarum et vesperorum, prout in Breviario adnotatur, et non ad *Pater noster*, quae illiteratis sororibus pro tali suffragio per Regulam indicuntur.

§ 6. Quo vero ad obligationem persolvendi officium in choro, decernimus etiam sanas non teneri semper officium divinum in choro persolvere, humana considerata fragilitate et sexus foeminei debilitate, quia difficulter conscientia timorata sciret discernere necessitatem excusantem: consideratis diversis ac variis occupationibus et impedimentis, quae superveniunt continue in administratione rei familiaris monasteriorum vestrorum, attento quod die noctuque bene et solemniter ac sine intermissione collegialiter in choris vestris officium divinum persolvitur et, iuxta formam per Regulam vobis traditam, cum reverentia decantatur; exonerantes tamen conscientiam vestram, discretioni abbatissarum pro tempore existentium committimus ut, quando et quomodo, sive cum quibus sit haec remissio sive exemptio toleranda, solerter invigilent, et diligenter advertant et prudenter concedant, ne, sub colore pietatis, ex nimia indulgentia permittant in aliquam sororum seu monialium habitum generari divinae offensionis. Quantum vero attinet ad participationem in gratis fratribus Minoribus, sub quorum regimine vivitis, concessis, simili declaratione decernimus, tanto magis vobis esse concessas, quanto minor occasio datur discurrendi; quo fit ut indulgentia S. Mariae de Angelis, sive Portiunculae in Assisio, secundi diei augusti, et de quinque *Pater noster* cum *Gloria Patri* coram Sacramento altaris recitandis, et de Psalmis Poenitentialibus pro stationibus Urbis, quae fratribus dicuntur esse concessae, ad vos extendimus, et vobis, prout eis, suffragari volumus, et quatenus opus sit, de novo, pro vestra et eorundem fratrum consolatione, concedimus. Insuper vero, quantum ad facultatem absolutionis concernit, concedimus vobis ut in omnibus solemnitatibus Domini Sabaoth, Virginis Mariae, Omnium Sanctorum, patris vestri S. Francisci ac matris vestrae S. Clarae,

Explicatio secundae
dubitatio-
nis.

confessores vestri possint in absolutionibus vestrarum confessionum, eis de peccatis vestris factarum, vos plenarie absolvere, et poenitentiam salutarem iniungere; et quoties sacram sumitis communionem, ea die plenariam indulgentiam consequi.

§ 7. Praeterea, quia accepimus abbatissas et moniales Parisiens. et Albianens. monasteriorum S. Clarae huiusmodi, ad beatam Agnetem et gloriosissimas undecim mille virgines singularem gerere devotionis affectum, eis nunc et pro tempore existentibus et quibusvis aliis abbatissis et conventibus monasteriorum dicti Ordinis S. Clarae hunc ritum observare volentibus, quodammodo in antea beatae Agnetis et undecim millium virginum huiusmodi festa perpetuis futuris temporibus, sub ritu duplicis maioris celebrare libere et licite possint et valeant concedimus pariterque indulgemus.

§ 8. Praemissas autem declarationes, attestationes, decreta, concessionem et indulta vobis et vestrum singulis perpetuo facimus, ut, omni semota ambiguitate et puriori conscientia, sub suavi Religionis iugo, cui estis perpetuo addictae, preces ad Dominum liberiori mente fundere et perpetua pace et spirituali consolatione gaudere possitis, sperantes eo acceptiores preces vestras apud Eum, cui proprium est misereri semper et parcere, futuras, quo omni soluto fluctuationis obstaculo, intentius illas persolvere, et pro nobis et Sancta Romana universali Ecclesia sedulius et ferventius orare poteritis, prout vos, quas in visceribus charitatis habemus, et tamquam peculiare ac dilectissimas in Christo filias paterna benevolentia et cura amplectimur, facturas non dubitamus.

§ 9. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon monasteriorum et Ordinis praedictorum, etc.

Ceterum, quia difficile esset praesentes literas in singulis locis et monasteriis vestris et alibi, etc.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29 maii 1515, pont. nostri anno tertio.

Dat die 29 maii 1515, pontif. anno III.

XV.

Ampliatio indultorum et gratiarum collegii abbreviatorum literarum apostolicarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Approbatio omnium gratiarum, etiam a praedecessoribus Pontificibus collegio abbreviatorum concessarum. — 2. Annullatio omnium literarum apostolicarum per abbreviatores deputatos non subscriptarum. — 3. Poenarum inflictio eas sollicitantibus eisque utentibus. — 4. Abbreviatores omnes nobiles comitesque palatini fiunt, et etiam Sedis Apostolicae notarii, si clerici sint; — 5. Familiaresque et continui commensales censentur; — 6. Eorumque indultis potiuntur et gaudent; — 7. Quinimo praeferendi sunt, ut hic; — 8. Expectativarum gratis donantur; — 9. Exemptio a quorumcumque iurisdictione et superioritate eis conceditur; — 10. Doctores notariosque creandi, et bastardos legitimandi auctoritas datur. — 11. Familiaris abbreviatorum arma gestare potest; — 12. Indultis scriptorum apostolicorum, etiam quoad expeditiones literarum apostolicarum, et beneficiorum assecutionem, gaudent. — 13. Clausulae praeservativae. — 14. Clausula sublata etc. — 15. Executorum deputatio et auctoritas. — 16. Transumptorum fides. — 17. Clausulae derogatoriae. — 18. Declaratio praedictarum gratiarum. — 19. Aliae gratiae.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Summi bonorum omnium largitoris Dei, qui laborum participes, praemiorum etiam censuit esse consortes, verbo atque exem-

Exordium.

(1) Innovationem huius collegii cum privilegiis, in Sixti IV constit. xvii, pag. 251 huius tomi; officia autem et qualitates vide in Martini V const. iv, pag. 679 tomi iv.

Licentia duplici ritu celebrata B. Agnetis et undecim millium virginum.

Causae praedictarum declarationum.

Derogatio constitutionum.

plo instructus verus eius vicarius Romanus Pontifex, et in substinendis pro universae reipublicae christianae, cuius cura sibi imminet generalis, gubernatione laboribus continue assistentes, ac in requisitis ad hoc officiis indefessis viribus laborantes, privilegiis specialis praerogativae prosequi, et distributione gratiarum debet quibusvis ceteris anteferri.

Approbatio omnium gratiarum, etiam a praedecessoribus Pontificibus collegio abbreviatorum concessam

§ 1. Cum itaque dilecti filii literarum apostolicarum abbreviatores sint nobis et apostolicae Sedi, in literis eiusdem dictandis atque formandis, nedum utiles sed etiam necessarii, nos ipsos et eorum quemlibet specialibus favoribus et gratis prosequentes; ac a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, motu proprio, non ad eorumdem abbreviatorum vel alienius alterius pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia ac potestatis apostolicae plenitudine, tenore praesentium omnes et singulas, tam a fel. rec. Sixto IV, Innocentio VIII, Alexandro VI et Julio II, ac aliis Rom. Pontificibus praedecessoribus nostris et dicta Sede, ad ipsorum abbreviatorum seu officii eorumdem favorem, utilitatem vel commodum, principaliter vel accessorie, aut alias quomodolibet emanatas literas, illarum omnium tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, approbamus et confirmamus, suppletes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, etiam substantiales, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac omnibus inviolabiliter observari et secundum eas ubique iudicari debere decernimus atque mandamus.

Annulatio omnium literarum

§ 2. Et nihilominus, potiori pro cautela, omnia et singula in eisdem literis contenta de novo, ac eiusdem Sixti praedecessoris

vestigii inhaerentes, et ut falsitatibus magis aditus praecludatur, omnes et singulas literas minoris aut etiam absque signatura maioris iustitiae et illis ex quibus ipsis abbreviatoribus nihil, et dilectis filiis secretariis nostris aut Cancellariae Apostolicae senescallo, alias custodi, integra, sicut dilectis literarum earundem scriptoribus, secunda taxa debetur, dumtaxat et nullis aliis exceptis, literas apostolicas per abbreviatores ad id deputatos non subscriptas viribus omnino carere et de nihilo suffragari; nulliusque roboris vel momenti, tam ipsas quam in eis ac supplicationibus et signaturis desuper factis quomodolibet contentas gratias ac signaturas ipsas, penitus et omnino existere.

apostolicar. per abbreviator. deputat. non subscriptarum.

§ 3. Ac omnes et singuli, quicumque sint, illas sollicitantes, ac illis quomodolibet utentes, omnes et singulas sententias, censuras et poenas, in apostolicarum literarum falsarios quomodolibet promulgatas, incurrere eo ipso decernimus, statuimus et ordinamus; ac omnes et singulos modernos et pro tempore, tam de maiori praesidentia, quam de minori pareo et prima visione.

Poenarum inflicto eas sollicitantibus eisq. utentibus.

§ 4. Abbreviatores huiusmodi, clericos veros nostros et dictae Sedis (sine praedicio tamen de numero participantium notariorum) notarios et, tam clericos quam laeos abbreviatores eosdem, nobiles ac sacri Palatii Apostolici et aulae nostrae Lateranen. comites et milites creamus, facimus, constituimus, deputamus ac gratiose recipimus nobilitamusque et nobilitatis titulo, insigniis et armis decoramus; ac aliorum nobilium, ac nostrorum et Palatii ac aulae necnon dictae Sedis comitum, militum et notariorum numero et consortio huiusmodi, quoad vixerint, etiam postquam abbreviatores esse desierint.

Abbreviatores omnes nobiles comitesque palatini sunt, et etiam Sedis Apostolicae notarii, si clerici sint;

§ 5. Necnon dictae Sedis ac nostrorum et successorum nostrorum Roman. Pontificum antiquos, ab eodem momento quo ad apostolatus apicem, divina favente clementia, assumpti fuimus et successores no-

Familiaresque et continui commensales censentur;

stri huiusmodi assumuntur, familiares, continuos commensales, essentialiter ac omni fictione semota, vere et indubitanter esse.

Eorumque indulgiis potiuntur et gaudent;

§ 6. Ac omnibus et singulis exemptionibus, exceptionibus, privilegiis, praerogativis, antelationibus, favoribus, facultatibus, indulgiis et gratiis, quibus ali de nobili, etiam militari, ac comitum et illustrium genere ex utroque parente essentialiter procreati, ac nostri et successorum nostrorum ac Palatii et aulae ac Sedis huiusmodi milites et comites ac notarii; necnon etiam vere et essentialiter nostri et successorum eorundem familiares, continui commensales antiqui et qui, omni privilegio, fictione, lege et gratia cessantibus, nedum post, sed etiam ante assumptionem nostram et successorum nostrorum huiusmodi actu nobis et successoribus nostris huiusmodi, non tantum in Romanae Curiae seu Ecclesiae officiis, sed in propriis, etiam immediate nostris et successorum nostrorum huiusmodi rebus privatis et domesticis actu servierint, ac in domibus habitationum nostrarum et successorum eorundem personaliter habitaverint et habitaverint, et propterea ad effectum, ut quibuscumque ceteris praeferrantur, per nos et successores nostros huiusmodi, in certis nostris et successorum nostrorum huiusmodi literis, in primaeva eorum confectione characteribus et signis, ac per singulorum eorundem nomina et cognomina ac alias designationes speciales actualiter descripti fuerint, et quicumque alii, etiam amplioribus privilegiis, praerogativis, exemptionibus, gratiis et antelationibus fungentes, de iure, consuetudine, privilegio vel alias, tam quoad assecutionem beneficiorum ecclesiasticorum, in gratiis expectativis, earumque collationum mutationibus, extensionibus ac revalidationibus eis pro tempore concessis comprehensorum, quam quoad quaecumque alia, etiam longe maiora et quae nisi in individuo exprimantur non venirent, quomodolibet utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere po-

terunt quomodolibet in futurum, ipsos quoque abbreviatores, et etiam singulos, etiam ante literarum descriptionum huiusmodi confectionem, pariformiter et absque ulla penitus differentia, in omnibus et per omnia, ac quibusvis fictione et diversitate semotis, aequae, principaliter, vere et essentialiter uti, potiri et gaudere.

§ 7. Ac omnibus et singulis personis, etiam si veri familiares nostri, continui commensales ac cuiuscumque generis gradus, ordinis, conditionis et praeminentiae existant; ac quibuscumque, tam ecclesiasticis, quam mundanis dignitatibus et excellentiis praefulgeant, ac praerogativis, descriptionibus, exceptionibus, gratiis et antelationibus quantumcumque efficacissimis et insolitis, ac ex quibusvis etiam iustissimis, et quae necessario exprimendae essent, causis fungantur, illis, qui nobis huiusmodi, ut praefertur, etiam cardinalatus ac vacationis beneficiorum huiusmodi temporibus servierunt, ac omnino tales in dictis habitationibus habitaverunt et habitaverint, ac in dictis descriptionum literis descripti, ut praefertur, fuerint dumtaxat, et nullis aliis, etiam eis omnino adaequatis, parificatis, ac etiam longe magis privilegiatis et praerogativatis et dignis, ac individuum et certis modis, quos necnon omnia alia ad effectum praesentium, etiam praecise et de necessitate exprimenda, praesentibus pro sufficientissime expressis habemus, qualificatam expressionem requiruntibus, exceptis, anteferri posse atque debere; ac in dictis descriptionum literis, quotiens eas confici contigerit, inter sic servientes, inhabitantes, descriptos et exceptuatos huiusmodi, videlicet post eorum primum et ante ultimum describi et adnotari debere declaramus, decernimus et mandamus. Ac potiori pro cautela nos eosdem abbreviatores et eorum singulos, in ipsis descriptionum literis, inter primum et ante ultimum praedictos, in praecisae, omnimodae et totalis paritatis ac fraternizationis signum, harum serie, etiam quoad

Quintimo praeferendi sunt, ut hic;

successores nostros huiusmodi eorumque gratias quascumque, perpetuo describimus et adnotamus: necnon descriptionem et adnotationem per praesentes huiusmodi eadem vim, efficaciam atque essentiam, quas descriptio et adnotatio servientium, inhabitantium, descriptorum et exceptuatorum praedictorum dictis literis descriptionum pro tempore factae habent et habere poterunt quomodolibet, in omnibus et per omnia, absque ulla penitus differentia, diversitate seu fictione habere, et eiusdem naturae atque essentiae esse; ipsosque abbreviatores ubicumque eisdem modis ac formis et clausulis, in omnibus et per omnia, quibus servientes et inhabitantes, ac descriptos et exceptuatos esse et censi debere perpetuo declaramus.

Expectativarum
gratias donantur;

§ 8. Quodque abbreviatores ipsi et eorum quilibet gratias expectativas ad tres collationes per eos ubilibet, etiam extra eorum nationem, eligendas et totidem beneficia, ac etiam ad praestimonia, praestimonialia portiones vel simplicia beneficia, cuiuscumque annui valoris illorum fructus, redditus et proventus existant, etiam si beneficia ipsa parochiales ecclesiae, vel earum perpetuae vicariae ac canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia, etiam curata et electiva in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, seu dignius quam ut praefertur qualificata fuerint; dummodo inter illa ultra duo curata, seu alias invicem incompatibilia ac dignitates maiores et principales non existant, quotiens illa per nos et successores praedictos concedi contigerit, eo ipso, absque alia signatura desuper obtinenda, habere, ac literas apostolicas desuper expedire seu expediri facere possint, ac processus desuper formulari et haberi possint; ac processus pro tempore habiti huiusmodi, sub quacumque data decernantur, de prima expeditione vere et non fecte decreti esse censcantur. Ipsi abbreviatores et eorum singuli, tam gratiarum expectatarum quam

illarum mutationum, collationum, extensionum et revalidationum, eis per nos et successores praefatos pro tempore concessarum vigore, unum ex beneficiis huiusmodi, etiam, ut praefertur, qualificatum, etiam si illud in mentibus ordinariis collatoribus vel aliis, per constitutiones nostras aut successorum eorundem, seu literas alternativas, privilegia vel indulta quaecumque, aut alias, quovis modo, etiam cum declaratione et decreto, quod vim statuti et pacti perpetui et contractus stipulati habeant, aliisque etiam derogatoriis, quantumcumque fortissimis et efficacissimis clausulis irritantibusque decretis, a nobis successoribusque praedictis pro tempore concessis, vacare contigerit; ipsumque beneficium ex quavis causa, etiam de necessitate exprimenda et alias qualitercumque, praeterquam ratione vacationis illius apud Sedem praedictam, aut maioritatis vel principalitatis, seu nostrae vel alicuius S. R. E. huiusmodi cardinalis viventis, in dicta Curia praesentis et cuius consensus de necessitate ante omnia requirendus foret, familiaritatis, continuae commensalitatis generaliter reservatum, aut ex generali reservatione affectum, dummodo illius fructus, redditus et proventus quatringscentorum ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excedant, fuerint; necnon illud ac reliqua duo beneficia huiusmodi, per se vel procuratorem suum, etiam in genere acceptare et de illis sibi provideri; ac alias diligentias ad id quomodolibet requisitas et opportunas, etiam per se vel alios facere; et instrumenta in specie ex generalibus notis acceptationum et provisionum ac aliarum diligentiarum praedictarum extrahi facere et obtinere; ac notarii desuper sic in genere rogati instrumenta in specie ex suis notis generalibus desuper receptis, ad instantiam abbreviatorum eorundem, extrahere et publicare respective libere et licite possint et valeant, statuimus et ordinamus.

Exemp. a quorumcumque iurisdictione et superioritate eis conceditur;

§ 9. Ac ipsos abbreviatores et eorum singulos, quoad vixerint, eorumque familiares, vicarios et officiales, necnon clericos, subditos quosvis, ac beneficia et bona quaecumque ad eos in totum vel in partem aut alias quomodolibet spectantia, ac in omnibus et singulis, et in quibus, nec non prout dictos scriptores exemimus et liberavimus, ac scriptores ipsi exempti et liberi quomodolibet existunt, exemimus et liberamus, ac exemptos et liberos nec non nobis et successoribus nostris huiusmodi immediate subiectos esse declaramus. Ac quibusvis personis, etiam si ordinaria, delegata vel mixta, ac parochiali, archiepiscopali, episcopali, imperiali, regali, reginali et alia quavis ecclesiastica vel mundana auctoritate, dignitate et excellentia praeferantur et fungantur, sub excommunicationis latae sententiae et privationis omnium et singulorum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, saecularium et quorumvis Ordinum regularium, ac regnorum, dominiorum, terrarum et honorum, quae a Romana et quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis et locis ecclesiasticis aut piis, in titulum vel commendam seu feudum, vicariatum vel alias quomodolibet obtinent et in posterum obtinebunt, poenis, quas contrafacientes, eisque ad haec auxilium, consilium vel favorem quomodolibet praestantes incurrere; ipsaque beneficia aliis libere posse conferri, et bona concedi volumus eo ipso, ne ipsos abbreviatores et alios, quorum favorem praesentes quomodolibet concernunt, vel eorum aliquem modo aliquo molestare, inquietare aut perturbare; nec aliquid intentare contra eorundem praesentium tenorem praesumant, aut aliquis eorum praesumat, districtius inhibemus.

Doctores notariosq. creandi, et bastardos legitimandi auctoritas datur;

§ 10. Quodque omnes et singuli abbreviatores praefati, similiter quoad vixerint, in utroque vel altero iurium, ac in artibus, medicina theologiaque promovere,

ac notarios huiusmodi investire; ac illegitimos et ex quovis illicito coitu, tam simpliciter quam mixtim procreatos, viventibus seu defunctis eorum parentibus, ad pristina naturae iura penitus et omnino restituere, necnon quascumque personas, in literis per nos desuper, sub dat. videlicet kal. maii, pontif. nostri anno 11 dictis scriptoribus concessis comprehensas; ipsisque promovendis iuramenta, per eos de non recipiendis gradibus extra universitates in quibus studuerunt praestita, relaxare; eosque ad iuramentorum eorundem observantiam non teneri decernere; necnon eis, ut omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exceptionibus, antelationibus, commoditatibus, favoribus, libertatibus et gratiis, quibus, si in dictis universitatibus, iuxta eorum statuta et consuetudines, gradus huiusmodi suscepissent, uti, frui et gaudere possint et debeant, concedere.

§ 11. Ac unus ex familiaribus singulorum eorundem abbreviatorumensem per Urbem, ad patroni sui libitum, deferre libere et licite valeat.

Familiaris abbreviator. arma gestare potest;

§ 12. Omniaque et singula, in eis ac exemptionis, liberationis et subiectionis praedictarum, necnon quibusvis aliis literis apostolicis scriptorum eorundem, eo quod scriptores existunt, honorem, exemptionem, praeminentiam, praerogativam, commodum, favorem vel utilitatem quomodolibet concernentibus, a nobis et quibusvis aliis Roman. Pontificibus, praedecessoribus et successoribus nostris, ac Sede huiusmodi pro tempore emanatis contenta, illarum omnium et singularum totos tenores praesentibus pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, eisdem abbreviatoribus et eorum singulis, iuxta omnium et singulorum literarum eorundem continentiam et tenorem; ac ut, absque aliqua alia signatura desuper obtinenda, omnes et singuli abbreviatores huiusmodi, nulla signatura aut compositione seu quavis re alia desuper requisita, sed pro eorum libito libere, super omnibus et

Indultis scriptorum apostolicorum, etiam quoad expeditiones literarum apostolicar. et beneficior. assensionem gaudent.

singulis hic contentis simul vel seorsum, etiam super eorum quolibet; necnon tot et tales, quot et quales, et prout scriptores ipsi, eo quod scriptores existunt, possunt et in futurum poterunt quomodolibet expedire, ac pro eis confici facere literas apostolicas, cum omnibus et singulis clausulis et aliis in eis contentis de verbo ad verbum, *scriptoris in abbreviatoris*, ac nomine et cognomine dictorum, et qualitatibus personarum, quae mutanda fuerint, dumtaxat mutatis, expedire et confici facere libere et licite possint et valeant concedimus. Ac omnibus et singulis, ad quos literarum apostolicarum expedito quomodolibet spectat et spectare poterit, ut illas, quotiens desuper per aliquem ex ipsis abbreviatoribus requisiti fuerint, absque mora aut excusatione aliqua, totaliter expedire debeant et expédiant sub dictis poenis mandamus. Necnon ut etiam omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, praerogativis, exemptionibus, exceptionibus, indultis, favoribus et gratiis quovis modo nuncupentur, quibus dicti scriptores, eo quod scriptores existunt, quomodolibet utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ipsos abbreviatores et eorum singulos pariformiter, aequae, principaliter et absque ulla penitus differentia, diversitate aut fictione, uti, potiri et gaudere (sine tamen eorundem scriptorum praedictio), quoad illos de minori; quoad alios vero de maiori parco abbreviatores, non minus eis, quam dictis scriptoribus, per praesentes et alias quas-cumque literas nostras, quoad antelationum praerogativas, concessum fuisse, aut concedere noluisse, vel concedere; sed privilegia et antelationum praerogativas per Rom. Pont. praedecessores nostros, tam abbreviatoribus de maiori parco quam scriptoribus huiusmodi, eorumque collegiis haecenus concessis, eis hinc inde salvo fore, illasque per easdem singulas literas nostras, eisque minime derogatum fuisse aut esse decrevimus et declaramus. Ac

ubieumque scriptores ipsos quomodolibet excepi contigerit, etiam dictos abbreviatores exceptuatos esse. Necnon eorundem abbreviatorum, quibus qui praemissis, quoad assecutionem beneficiorum ecclesiasticorum, in propriis personis gaudere non poterunt seu noluerint singuli ad singulas, seu unum ad duas vel omnes tres collationes praedictas ecclesiarum vel dictorum, quem vel quos maluerint, loco sui nominare; et sic nominatos pro tempore, omnibus et singulis antelationum praerogativis et gratiis, quibus in assecutione beneficiorum huiusmodi, si abbreviatores actu essent, gaudere possent, gaudere in omnibus et per omnia perinde ac si abbreviatores etiam scriptores et nominati huiusmodi abbreviatores literarum apostolicarum huiusmodi essentialiter et vere, omni fictione semota, essent, libere et licite valere atque debere.

§ 15. Necnon praemissa omnia et singula vim praecisae obligationis et stipulati contractus hinc inde obligatorii et omnino irrevocabilis, inter nos et successores nostros et Sedem huiusmodi, ac abbreviatores ipsos initi et facti, ad cuius observantiam, nos successoresque nostros huiusmodi obligatos testamur semper habere. Ac sub nullis revocationibus, cassationibus, annullationibus, suspensionibus, modificationibus aut limitationibus, sub quibusvis verborum formis et clausulis, quantumcumque efficacissimis et insolitis, a nobis et successoribus nostris et Sede huiusmodi pro tempore quomodolibet emanatis, nisi de eorundem abbreviatorum consensu et concistorialiter editae fuerint, et in eis nomina et cognomina, gradus et qualitates, ac beneficia et officia omnium et singulorum tunc existentium abbreviatorum actualiter et individualiter et nominatim sint scripta, comprehendi; nec dissuetudine seu inobservantia quavis vel aliter aboleri, tolli, minui aut abrogari, seu eis in aliquo derogari posse neque debere; et quotiens ea revocari et annullari, aut eis in aliquo, etiam quantumcumque minimo, derogari

Clausulae
praeservativa

contingat, totiens ea in pristinum, et cum in quo de praesenti existunt et ante revocationem et derogationem huiusmodi existebant, statim plenarie et absque ullis diminutione aut defectu, reposita, restituta atque reintegrata, prout nos harum serie reponimus, restituimus et plenarie reintegramus, esse. Ac praemissa omnia et singula ex nunc, nulla probatione morae utentium vel alias introducta, seu publicatione et promulgatione, aut re aliqua alia desuper requisita aut expectata, plenum effectum sortita esse.

§ 14. Ac omnes et singulos, quos concernunt, ad horum observantiam omnino obligare, et non aliter quam secundum praesentibus contenta, omnia et singula per quoscumque, etiam sanctae Romanae Ecclesiae cardinales ac sacri Palatii Apostolici causarum auditores et alios, tam ordinaria quam delegata et mixta auctoritate fungentes, iudices et personas, sub excommunicationis sententia per contravenientes eo ipso incurrenda, ullo umquam tempore cognosci, iudicari et decidi debere, sublata eis et eorum cuilibet aliter indicandi, cognoscendi, decidendi et interpretandi facultate. Necnon irritum et inane quicquid secus super praemissis sen eorum aliquo a quoquam, quavis auctoritate, etiam per nos, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus ac statuimus et ordinamus.

§ 15. Et nihilominus universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, eorumque vicariis et officialibus, et aliis quibusvis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, ac canonicis cathedralium, etiam metropolitan. ecclesiarum, ubilibet existentibus praesentium tenore mandamus quatenus ipsi et eorum quilibet, per se vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati fuerint, eisdem abbreviatoribus, quoad vixerint, et per eos nominatis, necnon eorum familiaribus, vicariis, officialibus ac clericis subditis huiusmodi et eorum singulis, in praemissis, quotiens per eos seu pro eorum

parte fuerint quomodolibet requisiti, efficacis defensionis praesidio assistentes, non permittant eos contra praesentium tenorem quomodolibet molestari, inquietari aut perturbari. Ac quibus eis videbitur, etiam sub censuris et poenis quibusvis, inibeant, et citandos citent, ac causas super contentis praesidentibus (1) pro tempore occurrentes, cum suis annexis, connexis, dependentiis, incidentiis et emergentiis, audiant, decident et sine debito terminent et exequantur, facientes quod decreverint firmiter observari. Contradictores quoslibet, quos, etiam si dignitate et excellentia praemissis praefulgeant ac fungantur, excommunicationis sententiam eo ipso incurrisse decernimus, etiam per declarationem incursum huiusmodi et aliarum sententiarum et poenarum, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, quotiens et quando eis videbitur, auxilio brachii saecularis. Et nihilominus, legitimis super eis habendis servatis processibus, contra illos, quos censuras et poenas huiusmodi incurrisse eis constiterit, eas, totiens quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravare praecurent. Ceterum, si per summariam super iis per eos habendam informationem eis constiterit quod ad loca, in quibus contradictores, molestatores, perturbatores seu inquietatores huiusmodi existunt, pro monitionibus de ipsis faciendis, tutus non pateat accessus vel eorum copia commode haberi non possit, nos eis citationes et monitiones quoslibet per edicta publica locis publicis affigenda et in partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad eorumdem citatorum et monitorum notitiam pervenire valeat, faciendi plenam et liberam concedimus facultatem. Ac volumus et decernimus quod citationes et monitiones huiusmodi perinde ipsos monitos et citatos aretent, ac si eis personaliter insinuatae et intimatae fuissent.

§ 16. Et quia difficile foret praesentes et illarum vigore concipiendas literas ad

(1) Legimus *in praesentibus* (R. T.).

Clausula
sublata etc.

Executorum de-
putatio et au-
ctoritas.

Transumptorum
fides.

singula loca, in quibus de eis fides forsani facienda foret, deferre, etiam volumus et decernimus quod ipsarum transumptis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius praelati vel personae in dignitate ecclesiastica constitutae, aut Curiae ecclesiasticae munitis, in iudicio et alibi, ubicumque opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur eisdem originalibus literis, si forent exhibitae vel ostensae.

Clausulae derogatoriae.

§ 17. Non obstantibus de certo notariorum numero, etiam si ad eum devenit non sit, cui per hoc alias non intendimus derogare; ac quibusvis Cancellariae Apostolicae regulis, etiam circa privilegia, praerogativas et antelationes, editis et etiam per successores nostros huiusmodi editis; necnon pie memoriae Bonifacii Papae octavi, illa praesertim, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et dioec., nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam diastam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede deputati praedicta, extra civitatem et dioec., in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vires suas committere praesumant; et de duabus diastis in concilio generali edita; ac Innocentii quarti, Romanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum, contra exemptos, quae incipit: *Volentes*, et quibusvis aliis apostolicis, necnon tam in provincialibus, quam synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus; ac legibus imperialibus et municipalibus; statutisque et consuetudinibus quarumcumque civitatum et locorum ac ecclesiarum, etiam cathedralium et metropolitan., ac monasteriorum, hospitalium, militiarum et aliorum locorum ecclesiasticorum et piorum, eorumque Ordinum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis; necnon privilegiis, indultis et literis apostolicis, ac quibuscumque praerogativis, antelationibus, facultatibus aut

descriptionibus et gratiis a Sede praedicta in quorumcumque commodum, ac motu, scientia et potestate similibus et quibusvis aliis, etiam totiens quotiens restitutoriis, reintegratoriis, derogatoriis derogatoriis fortioribus, efficacioribus, efficacissimis et insolitis, ac cum plena facultate illas latissime extendendi clausulis, irritantibusque decretis, ac per viam legis, ordinationis ac statuti perpetui, ac pacti et stipulati etiam, ut praefertur, contractus; aliisque etiam longe efficacioribus viis, modis ac verborum formis et clausulis quomodolibet, et ex quibusvis etiam fidei catholicae, ac magis et quantumcumque piis, urgentissimis et efficacissimis causis emanatis et in futurum emanandis quomodolibet, quibus, etiam si in illis caveatur expresse quod illis nullatenus, etiam concistorialiter vel alias, in aliquo derogari possit, ac pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, necnon certis nominibus, cognominibus et aliis individua ac de verbo ad verbum et litera ad literam, nullis signis aut characteribus vel aliis omissis, mentio et expressio habenda, aut exquisita et specialis forma servanda et insertio facienda foret, tenores ac omnia, quae exprimenda essent, huiusmodi praesentibus pro sufficienter ac de verbo ad verbum et eisdem modis, quibus exprimenda et inserenda forent, expressis et insertis habentes, hac vice dumtaxat, illas alias in suo robore permansuris, harum vigore specialiter et expresse derogamus; et quae ex ea parte, qua ipsis abbreviatoribus, praesentibus et futuris, aut alicui eorum in praemissis vel aliquo ex eis praeiudicent, aut praeiudicarent, seu aliquando in futurum quoquo modo praeiudicare possent vel videantur, omnino revocamus, cassamus et annullamus ac viribus vacuumus, nulliusque roboris vel momenti esse; ac quotiens aliquid praemissis in aliquo obliens, aut contrarium pro tempore emanare, apparere aut reperiri contigerit, totiens, absque signatura alia

desuper obtinenda, sub praesentium vel alterius, qua eisdem abbreviatoribus placuerit, data, literas apostolicas, in quibus eisdem contrariis et obstantibus latissime derogetur, et quicquid praemissis in nullo obstent faciendum fuerit, etiam per omnes et singulos, ad quos id quomodolibet spectat et spectare poterit, fiat, ad simplicem eorundem abbreviatorum et eorum cuiuslibet iustantiam et libitum, confici ac totaliter expediri posse atque debere declaramus; ac omnibus illis, quae in singulis scriptorum praedictorum favorem vel commodum concernentibus pro tempore literis expressum est et pro tempore fuerit non ob stare, contrariis quibuscumque. Aut si omnibus et singulis praedictis vel quibusvis aliis, communitur vel divisim, a praedicta sit Sede indultum vel in posterum indulgeri contingat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium trahi, seu contra eos modo aliquo procedi non possit, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis, quorumcumque tenorum existant, per quae, praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus praesentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum sit in nostris literis facienda mentio specialis.

§ 18. Volumus autem quod, vigore unius gratiae expectativae, illiusque mutationis, collationis, revalidationis et extensionis ultra unum beneficium reservatum obtinere non possint. Quodque nominandi per scriptores vel abbreviatores huiusmodi, in assecutione beneficiorum, eisdem abbreviatoribus postponantur.

§ 19. Et quod quilibet ex abbreviatoribus praedictis ense et alia arma per nobiles et milites deferri solita, etiam per Urbem, libere deferre, et tres per eum eligendas personas nobilitatis et militari titulo

decorare, ac nobiles et milites aureatos creare et facere, eisque insignia et arma in similibus dari solita dare atque concedere, ac eos numero et consortio aliorum nobilium et militum aureatorum favorabiliter aggregare, omniaque alia et singula in similibus fieri solita et opportuna facere, libere et licite possit et valeat etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quintodecimo, decimoseptimo kal. augusti, pontific. nostri anno tertio.

Dat. die 16 iulii 1515, pontif. anno III.

XVI.

Hospitalis B. Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta de Urbe erectio in archihospitale pauperum infirmorum incurabilium, cum privilegiorum elargitione.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Confratres hospitalis B. Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta in Urbe statuerunt in eo de cetero recipi debere infirmos incurabiles, et ipsum hospitale denominari *Hospitale incurabilium infirmorum*. — 2. Eiusque regimen sit quatuor custodum et duodecim consiliariorum. — 3. Duo eligantur syndici ad videnda computa et alia ad officium syndicati spectantia; — 4. Notarii etiam duo ad conscribenda quae ad hospitale spectant; — 5. Visitatoresque quatuor ad perquirendos et recipiendos infirmos incurabiles in dicto hospitali, et alios ad alia Urbis hospitalia transmittendos. — 6. Illic autem Pontifex, ad promovendum hoc pium hospitalis opus, — 7. Statuta praedicta approbat, et dic. hospitale erigit in archihospitale et caput omnium hospitalium similium; — 8. Syndicis et visitoribus d. facultatem pauperes infirmos incurabiles per Urbem vagantes suscipiendi concedit; — 9. Exemptionem a datis et gabellis hospitali elargitur; — 10. Privilegiaque aliorum Urbis hospitalium tribuit; — 11.

Declaratio praedictarum gratiarum.

Aliae gratiae.

Facultatem omnibus clericis disponendi de bonis suis ad favorem hospitalis concedit; — 12. Indulgentiamque dat cuiuscumque aliquid hospitali donanti; — 13. Notariis mandat ut infra certum tempus officialibus hospitalis renunciarent donationes et ultimas voluntates eius utilitatem concernentes; — 14. Confratribus dat facultatem eligendi confessorem, qui eos absolvat; — 15. Indulgentiamque eisdem concedit, si decem ducatos archihospitali donaverint; — 16. Et alias indulgentias hic enunciatas; — 17. Indulgentias statis diebus hospitale visitantibus, et eleemosynas subministrantibus. — 18. Clausulae derogatoriae. — 19. Declaratio quoad facultatem confessoris supradicti. — 20. Alia declaratio.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

Salvatoris nostri Domini Iesu Christi, qui nos ad pietatis cultum et caritatis zelum in pauperes, ceterasque miserabiles personas misericorditer exercendum, quotidianis per totum eius in hac vita progressum exemplis hortatus est, vices, licet immeriti, gerentes in terris, inter curas multiplices, quibus pro negotiorum assidue occurrentium cumulo et varietate distrahimur, illam libenter amplectimur, per quam pauperum et aliarum miserabilium personarum, quas non solum rerum fatigat egestas, verum etiam incurabilium morborum calamitas devorat et humanis oculis reddit molestos, necessitatibus consulatur; et piis fidelium institutis, quae huic nostro desiderio inhaerere conspicimus, ut firma perpetuo et inconcussa permaneant, nostrae approbationis adiicimus firmitatem, utque votivos sortiantur effectus, operam quantum nobis ex alto conceditur, impendimus efficaces; ipsosque et ceteros christifideles, ne sanctissimum opus rerum intermittatur penuria, ad conferendum sua illi caritativa suffragia, indulgentiis et remissionibus invitamus, aliasque desuper providemus, prout et temporum qualitatibus bene pensatis cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Accepimus siquidem quod nuper dilecti filii antiqui et moderni confratres confraternitatis hospitalis Beatae Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta de Urbe, pie attendentes, ab aliquot citra annis, pauperes infirmos variis morborum incurabilium generibus infectos, de diversis mundi partibus in Urbem, communem fidelium omnium patriam, eo in numero confluisse, ut tum hominum multitudine, tum morborum visui et odorati molestorum fastidio, loca illis in ipsius Urbis hospitalibus, non sine difficultate paterent, quo fiebat ut dicti pauperes, morbo incurabili laborantes, per Urbem victum quaerentes tota die, etiam parvis curribus et vehiculis discurrere, seque et alios eis obiectos tædio et impedimento afficere; pluresque ex eis, nullo adiuti in eorum vita regimine, in graviores morbos incidere, et omnium christifidelium auxilio destituti, praematuram mortem subire cogentur; ac cupientes desuper de aliquo opportuno remedio provideri, statuerunt et ordinaverunt quod, ex nunc de cetero in perpetuum, dictum hospitale *infirmorum incurabilium* denominaretur, et in eo omnes et singuli utriusque sexus infirmi, quovis etiam gallico nuncupato (praeterquam epidimiae et leprae) morbo infecti, ad illud pro tempore confugientes vel alias ducti, reciperentur, alerentur et curarentur; et illis extantibus, nisi ipsius hospitalis facultates ad id evidenter suppetere, alii infirmi curabiles ibi recipi non possent, cum pro talibus multa et locupleta essent in Urbe hospitalia. Et ne ex huiusmodi nova et necessaria dictorum incurabilium infirmorum receptione, aliquod dicto hospitali, circa celebrationem anniversariorum pro animabus defunctorum, ad quam dicta societas tunc tenebatur et pro tempore obligaretur, et aliorum piorum operum, per eosdem antiquos confratres exerceri solitorum praecudicium inferretur, quod duorum proborum virorum de communi consensu dictorum antiquorum et moderno-

Confratres hospitalis B. Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta in Urbe statuerunt in eo de cetero recipi debere infirmos incurab., et ipsum hospitale denominari *Hospitale incurabilium infirmorum*.

rum confratrum, et in eventum discordiae, tertii ad hoc eligendorum arbitrio, omnia et singula bona stabilia, quae dictum hospitale tunc possidebat, aestimarentur; et totum illud quod ex illis proveniebat annuatim, et quod, si terrae ad ipsum hospitale pertinentes, prout aliae illis contiguae locatae fuissent, provenisset, colligeretur in unam certam summam, quae tam ex praedictis, quam aliis quibusvis per dictum hospitale acquirendis bonis, annis singulis deduceretur, ex qua dicta pro tempore anniversaria in primis celebrarentur; et quod inde superesset, in maritadium pauperum honestarum puellarum in festo sancti Iacobi approbandarum converteretur; et quod omnia donanda, relinquenda et leganda, tam inter vivos quam ex causa mortis, dicto hospitali vel societati, pro anniversariis huiusmodi dumtaxat celebrandis, dictae summae accrescerent, et ad illam seu illius massam pertinerent.

§ 2. Necnon quod regimini et gubernio dicti hospitalis custodes quatuor praesentent annuatim deputandi, quorum duo essent Romani et duo forenses, adderenturque duodecim consiliarii, de quorum gremio dicti custodes eligerentur, quorum quidem consiliariorum sex essent Romani, et sex forenses. Et quod dicti quatuor custodes et duodecim consiliarii potestatem haberent omnia faciendi, quae tota societas facere posset, dummodo de alienatione loci dicti hospitalis et illius bonorum immobilium, praesentium et futurorum, absque ipsius societatis consensu, quovis quaesito colore, se nullatenus intromitterent.

§ 3. Praeterea duo syndici eligerentur unus Romanus et alius forensis, qui computa et rationes dicti hospitalis viderent, et alia facerent, quae ad syndicus officium, iuxta dicti hospitalis antiqua statuta, spectabant.

§ 4. Et similiter duo notarii practici in causis forensibus pertractandis, unus Romanus et alter forensis, qui ea, quae dicti hospitalis utilitatem concernebant, fideliter

scriberent et adnotarent, et alia facerent, quae ad notariatus officium, iuxta eadem statuta, pertinebant.

§ 5. Ac demum quatuor probi viri, visitatores dictorum infirmorum incurabiliu nuncupandi, deputarentur, duo Romani et duo forenses, qui, una cum dictis duobus syndicis, a nobis super hoc facultatem et auctoritatem habituri, omnes et singulos pauperes infirmos, quocumque morbo laborantes, vagos per Urbem atque dispersos diligenter perquirerent; et curabiles ad hospitalia, in quibus infirmi curabiles recipi consueverint; incurabiles vero, etiam renitentes, ad dictum hospitale S. Iacobi duci, eosque in illis respective recipi; et in dicto hospitali S. Iacobi receptis, iuxta hospitalis facultates et receptorum qualitatem, necessaria ministrari facerent, prout in quodam publico instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri.

§ 6. Nos igitur, pium et laudabile dictorum confratrum propositum huiusmodi plurimum in Domino commendantes, et ut ex eo optati fructus proveniant intimo desiderantes affectu, considerantesque ad hospitalitatem huiusmodi tanto hominum numero, tot morborum generibus laboranti, congrue exhibendam, magna esse opus impensa; et propterea volentes eidem hospitali de Apostolicae Sedis peculio partem conferre, et alios ad pie memoriae aliquid Eius intuitu conferendum, a quo cuncta, quae possident, acceperunt, spiritualibus donis invitare.

§ 7. Motu proprio, non ad dictorum confratrum vel aliorum quorumvis pro eis nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, statuta et ordinationes huiusmodi rata habentes et grata, auctoritate apostolica, tenore praesentium, hospitale praedictum in archihospitale caputque omnium hospitalium pauperum infirmorum incurabiliu, ubilibet constitutorum et constituendorum, erigimus et

Visitatores quoque quatuor ad perquirendos et recipiendos infirmos incurabiles in dic. hospitali, et alios ad alia Urbis hospitalia transmittendos.

Hic autem Pontifex, ad promovend. hoc pium hospitalis opus,

Statuta praedicta approbat, et hospitale erigit in archihospitale et caput omnium hospitalium similium;

Eiusque regimen sit quatuor custod. et duodecim consiliariorum.

Duo eligantur syndici ad videnda computa et alia ad officium syndicus spectantia;

Notarii etiam duo ad conscribenda quae ad hospitale spectant;

instituiamus, illique omnia et singula constructa et construenda incurabilium infirmorum huiusmodi hospitalia immediate subiicimus et facimus ab eo dependentia membra, sine tamen eorum praeiudicio.

Syndicis et visitatoribus dictae facultatem pauperum infirmorum incurabilium per Urbem vagantes suscipiendi concedit;

§ 8. Ac syndicis et visitatoribus praefatis, qui pro tempore fuerint, quoscumque pauperes infirmos utriusque sexus per Urbem vagantes, si curabili, ad sub imagine Salvatoris vel Sancti Spiritus in Saxia, aliave in quibus tales recipi solent; si vero incurabili morbo laborent, ad S. Iacobi hospitalia huiusmodi, etiam renitentes atque invitos, conduci, eosque in dietis hospitalibus recipi; et in dicto archihospitali receptis, iuxta illius facultates, necessaria ministrari faciendi, et alia omnia et singula, ad id quomodolibet opportuna, gerendi et exercendi, etiam per alium vel alios, plenam et liberam concedimus facultatem.

Exemptionem a dotali et gabellis hospitali largitor;

§ 9. Et dictum archihospitale, in omnibus et singulis suis bonis praesentibus et futuris et rebus ad eius manutentionem et incrementum, ac pauperum, in eo pro tempore degentium, victum et sustentationem necessariis et opportunis, ab omnibus dotaliis et gabellis, nunc et pro tempore impositis, prorsus eximimus et liberamus.

Privilegiaque aliorum Urb. hospitalium tribuit;

§ 10. Et eidem archihospitali, quod ipsum et ab eo dependentia membra, quibus id per illius custodes et consiliarios, pro tempore existentes, specialiter concedetur dumtaxat, illorum ecclesiae seu cappellae, infirmi, confratres, ministri, servitores, familiares, res et bona quaecumque omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, favoribus et indultis spiritualibus et temporalibus, in genere et in specie, sub imagine Salvatoris et Sancti Spiritus praedictis ac Sancti Iacobi in Compostella hospitalibus, eorumque confraternitatum confratribus, infirmis, ministris, servitoribus, familiaribus, rebus et bonis, apostolica aut quavis alia auctoritate con-

cessis et pro tempore concedendis, non solum ad instar, sed aequae, principaliter et absque ulla penitus differentia, perinde ac si eis a principio sigillatim concessa fuissent, utantur, potiantur et gaudeant, indulgemus.

§ 11. Et insuper, quod clerici, etiam in sacris ordinibus constituti, abbates, episcopi, patriarchae et aliarum ecclesiarum praelati, etiam S. R. E. cardinales, possint de bonis per eos, etiam per ecclesias, monasteria et beneficia ecclesiastica acquisitis, tam inter vivos quam ex causa mortis et in eorum ultimis voluntatibus, quantumcumque eis placuerit, dicto archihospitali donare et legare vel etiam illud in omnibus eorum bonis huiusmodi seu eorum parte universalem haereditatem instituire.

Facultatem omnibus cler. disponendi de bonis suis ad favorem hospitalis concedit;

§ 12. Et quod quilibet christifidelis utriusque sexus, in Urbe pro tempore residens, qui in eius testamento vel alia ultima voluntate de bonis suis aliquid, non tamen infra quinque ducatorum auri valorem, eidem archihospitali donaverit seu legaverit, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contritus atque ore confessus fuerit, indulgentiam et remissionem consequatur.

Indulgentiam quoque dat cuiuscumque aliquid hospitali donanti;

§ 13. Teneanturque notarii et scribae de donationibus vel legatis dicto archihospitali pro tempore faciendis, ac testamentis, codicillis vel aliis ultimis voluntatibus, archihospitalis et illius pauperum huiusmodi utilitatem quomodolibet concernentibus, pro tempore rogatis, infra mensem post diem rogatus, si dispositio fuerit inter vivos; et si ex causa mortis, post diem obitus donantis, legantis vel testantis aut alias, ut praemittitur, disponentis immediate sequentem, legata, donata aut alias dispositiones huiusmodi, alicui ex eiusdem archihospitalis custodibus et consiliariis pro tempore existentibus fideliter nunciare. Alioquin, dicto mense elapso, excommunicationis latae sententiae, a qua non nisi de custodum

Notarius mandat ut infra certum tempus officialibus hospitalis renuncient donationi. et ultimis voluntates eius utilitates concernentes;

et consiliariorum huiusmodi pro tempore existentium consensu, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, et ab officio ac exercitio notariatus suspensionis poenam incurrant eo ipso; qui si, suspensione huiusmodi durante, in dicto exercitio quomodolibet se ingesserint, falsum committant: actus tamen, de quibus inter suspensionem eandem ignorantes rogabuntur, detrimentum aliquod propterea non substineant.

Confratrib. dat facultatem eligendi confessorem, qui eos absolvat;

§ 14. Liceatque singulis dicti archihospitalis confratribus, praesentibus et futuris, aliquem presbyterum saecularem vel cuiusvis Ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui, vita eis comite, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus et singulis eorum peccatis, excessibus, criminibus et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam si talia fuerint, propter quae Sedes Apostolica sit merito consulenda, videlicet Apostolicae Sedi reservatis (offensae ecclesiasticae libertatis, criminum haeresis, rebellionis aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis seu Sedis praedictae, falsitatis literarum, supplicationum et commissionum apostolicarum, invasionis, depraedationis vel occupationis aut devastationis terrarum et maris eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, offensae personalis in episcopum vel alium praelatum, prohibitionis devolutionis causarum ad Romanam Curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, dumtaxat exceptis), semel in vita; in aliis vero casibus, quoties fuerit opportunum, pro commissis debitam eis absolutionem impendat, et iniungat poenitentiam salutarem. Necnon vota quaecumque (ultramarino, liminum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe ac eiusdem S. Iacobi in Compostella et S. Mariae de Loreto, Religionisque et castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare; idemque vel alius confessor om-

nium peccatorum, de quibus corde contriti atque ore confessi fuerint, semel in vita, et in mortis articulo quotiens illi occurrisse videbitur, etiam si mors tunc non sequatur.

§ 15. Illis autem ex eiusdem archihospitalis confratribus pro tempore existentibus, qui dicto archihospitali decem ducatos auri, vel eorum valorem, in pecunia vel aliis rebus, propter hoc specialiter donaverint, semel singulis annis plenariam remissionem, ipsis in sinceritate fidei, unitate dietae Romanae Ecclesiae ac obedientia et reverentia nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, eadem apostolica auctoritate concedere possit.

Indulgentiam quo eisd. concedit, si decem ducatos archihospitali donaverint,

§ 16. Et quod iidem confratres, qui, quadragesimalibus et aliis totius anni temporibus, quibus nonnullae in dicta Urbe et extra illius muros consistentes ecclesias, pro stationibus consequendis, visitari solent, ecclesiam dicti archihospitalis devote visitaverint, et manus in dicti archihospitalis subsidium, quantumvis modice, porrexerint adiutrices, easdem indulgentias et peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si dictas stationarias ecclesias personaliter visitarent, auctoritate apostolica et tenore praemissis, statuimus et ordinamus.

Et alias indulgentias hic enunciatas;

§ 17. Praeterea, ut archihospitale et illius ecclesia congruis frequentetur honoribus, et infirmi in eodem archihospitali pro tempore recepti, charitativis fidelium visitatione et consolatione recreentur; fidelesque ipsi ad hoc eo libentius se conferant, et erga dictum archihospitale et illius pauperes infirmos largius suae liberalitatis dona diffundant, quo exinde pro temporalibus bonis, quae erogaverint, aeternae vitae praemia se noverint adipisci, de omnipotentis Dei misericordia ac eorumdem Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui

Indulgen. statis diebus hospitale visitantibus et eleemosynas subministrantibus.

archihospitale seu illius ecclesiam praeditam, diebus sabbati, tertiae partis innumertarum eis poenitentiarum; et qui in eisdem S. Iacobi et Conceptionis gloriosissimae Dei Genitricis Mariae festiuitatibus et earum qualibet, a primis vesperis usque ad occasum solis singularum festiuitatum earumdem, annuatim devote uisita-uerint, et pro dictorum archihospitalis et illius pauperum subsidio, alimonia et sustentatione, prout sua cuique conscientia dictauerit, manus porrexerint adiutrices, quotiens id fecerint, totiens plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti atque ore confessi fuerint, indulgentiam et remissionem in Domino elargimur.

Clausulae de-rogatoriae.

§ 18. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac fundatione dicti archihospitalis, etiam si laicorum sit, ac aliis statutis et consuetudinibus archihospitalis et confraternitatis eiusdem, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio quoad facultat. confessoris supra dicti.

§ 19. Volumus autem quod confessor, quem quilibet dictorum confratrum duxerit eligendum, de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam sibi per se, si supervixerit, vel alios, si forte de hac vita transierit, faciendam iniungat, quam ipse vel illi facere omnino teneantur.

Alia declaratio.

§ 20. Et ne, quod absit, propter huiusmodi facultatem eligendi confessorem, reddatur quisque proclivior ad illicita in posterum committenda, quod illi ex eisdem confratribus, qui a sinceritate fidei, unitate dictae Romanae Ecclesiae ac obedientia et devotione nostra vel successorum praedictorum destiterint, aut, ex confidentia concessionis vel remissionis huiusmodi, aliqua forsann commiserint, de concessis et remissis praedictis, quoad illa, praesentes literae nullatenus suffragentur.

Nulli ergo omnino hominum ecc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum,

anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoquinto, xiv kalend. augusti, pontificatus nostri anno iii.

Dat. die 19 iulii 1515, pontif. anno iii.

Subsequitur alia privilegiorum concessio.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Summaria enarratio contentorum in praeinserta constitutione. — 2. Hospitalis confratres apud Pontificem conquesti sunt de molestiis eis eorumque servitoribus etc. illatis in eorum personis et hospitalis bonis; — 3. Supplicaruntque pro opportuna desuper provisione. — 4. Hic ideo Pontifex omnes a iurisdictione, correctione et visitatione quorumcumque praelatorum eximit, et Sedi Apostolicae immediate subiicit; — 5. Confratribus bona hospitalis et membrorum, in evidentem utilitatem, permutandi etc. facultatem concedit; — 6. Executores huius bullae et defensores horum privilegiorum deputat; — 7. Contrariis omnibus derogat; — 8. Facultates conservatorum ampliat; — 9. Transumptis credi iubet.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

De supernae dispositionis arbitrio, universalis Ecclesiae regimini, gregique dominico praesidentes, inter varias curasque multiplices et sollicitudines, quae ex ministerio pastoralis officii nobis incumbunt, illam totis affectibus et desideriis libenter amplectimur, per quam Christi pauperibus et egenis, miserabilibusque personis, in quibus Redemptor noster summi Patris Unigenitus Iesus Christus se praesentare dignatus est, inopiae et indigentiae subvenitur; et ut singula pia loca, praesertim hospitale Sancti Iacobi in Augusta de Urbe, nuper per nos in archihospitale erectum et institutum, a quibusvis iniuriis, molestiis et violentiis, ac perversorum conatibus conserventur, et iuxta cordis nostri affectionem feliciter gubernentur, partes nostras, quantum ex alto permittitur, impendimus efficaces.

Prooemium.

Summaria enarratio contentorum in praeserta constitutione.

§ 1. Dudum siquidem, ex certis necessariis causis, motu proprio et ex certa scientia, hospitale Sancti Jacobi in Augusta de Urbe in archihospitale et caput omnium hospitalium pauperum infirmorum incurabiliū, ubilibet constructorum et construendorum, creximus et instituimus, et illi omnia et singula instituta incurabiliū infirmorum huiusmodi hospitalia immediate, sine tamen illorum praedictio, subiecimus; et eidem archihospitali et illius membris, eorumque confratribus, tunc et pro tempore existentibus, et in ipsis degentibus personis, eorumque singulis nonnullas indulgentias et peccatorum remissiones elargiti sumus, prout in nostris dein confectis literis plenius continetur.

Hospitalis confratrum, apud Pontificem conquesti sunt, de molestiis eis eorumque servitoribus etc. illatis in eorum personis et hospitalibus bonis;

§ 2. Cum autem eorundem confratrum archihospitalis huiusmodi conquestione perceptorimus quod nonnulli archiepiscopi, episcopi alique ecclesiarum praelati et clerici et ecclesiasticae personae, tam religiosi, quam saeculares, necnon duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communita civitatum, universitatum, oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et aliae singulares personae nonnullarum civitatum, dioecesium et partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos et possessiones, iura, iurisdictiones, necnon fructus, redditus et proventus beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, saecularium et quorumvis Ordinum regularium, ad archihospitale et membra huiusmodi, illorumque servitores et alias saeculares et quorumvis etiam Mendicantium Ordinum regulares personas et in illis pro tempore degentes spectantia et pertinentia, et ea detinent occupata, seu ea detinentibus praestant auxilium, consilium et favorem; nonnulli etiam civitatum et dioecesium ac partium praedictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem archihospitali, membris, servitoribus et aliis personis huiusmodi, super praedictis castris,

villis et locis aliisque terris, domibus, possessionibus, iurisdictionibus, fructibus, redditibus, censibus et proventibus eorundem, ac bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus, aliisque rebus ad archihospitale, membra, servitores et alias personas in archihospitale et membris degentes huiusmodi, pro tempore spectantibus, multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas.

§ 3. Quare confratres praedicti nobis supplicarunt ut, cum eisdem ac dictorum membrorum, praesentium et futurorum confratribus, syndicis, custodibus, servitoribus et personis valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Sedem Apostolicam habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curarem.

§ 4. Nos igitur adversus occupatores, detentores, praesumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem archihospitali, membris et personis in eis degentibus ac servitoribus remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus similia committendi praecludatur, confratres, syndicos, custodes, servitores ac personas huiusmodi, et eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa laici, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, archihospitale, membra et in eis degentes personas, durante servitio, et actu in archihospitale et membris praedictis deservientes huiusmodi, praesentes et futuros, ac eorum singulos, ipsorumque et cuiuslibet ipsorum beneficia ecclesiastica, etiam si canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, aut collegiatis, et dignitates ipsae in cathedralibus, etiam metropolitanis, post ponti-

Supplicaruntq. pro opportuna desuper provisione.

Hic ideo Pontifex omnes a iurisdictione, correctione et visitatione quorumcumque praelatorum eximit, et Sedi Apostolicae immediate subicit;

ficales maiores, aut collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint, per eosdem servitores et personas in titulum vel commendam aut alias nunc et pro tempore obtenta, ac res et bona quaecumque mobilia et immobilia, praesentia et futura, ab omni iure quarumcumque parochialium ecclesiarum, infra quarum limites existunt, seu quarum parochiani pro tempore extiterint, iurisdictione, dominio, potestate, visitatione et correctione patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ordinariorum eorumque officialium, vicariorum, commissariorum et aliorum quorumcumque, etiam apostolicorum iudicum et delegatorum, tam ecclesiasticorum, quam saecularium, etiam si mixtim ordinarii et delegati et alias qualitercumque qualificati fuerint, eximimus et totaliter liberamus, et sub B. Petri patrocinio, ac nostra et Sedis Apostolicae protectione suscipimus, ac nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti immediate subicimus. Ita quod patriarchae, archiepiscopi, ordinarii, officiales, vicarii, commissarii, rectores et iudices praedicti, praesentes et futuri, nullam iurisdictionem, superioritatem, auctoritatem, dominium, potestatem, visitationem aut correctionem in archihospitale, membra et personas ac, huiusmodi servitio durante, servitores, eorumque beneficia, res et bona huiusmodi, praesentia et futura, utpote prorsus exemptas et exempta, etiam ratione cuiuscumque delicti aut contractus seu rei de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, in eatur contractus aut res ipsa consistat, exercere, seu excommunicationis, suspensionis et interdicti seu alias sententias, censuras et poenas ecclesiasticas promulgare nequeant.

§ 5. Ac confratribus archihospitalis et membrorum huiusmodi, eorumdem archihospitalis et membrorum bona mobilia et immobilia, etiam loca Comperarum Sancti Georgii Ianuen. nuncupata, praesentia et futura, pro quibuscumque aliis, mobilibus

Confratrib. bona hospitalis et membrorum, in evidentem utilitatem, permittendi etc. facultatem concedit:

et immobilibus, quorumcumque valorum existant, cum quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam saecularibus, cuiuscumque qualitatis vel praeminentiae existentibus, ac ecclesiis, etiam cathedralibus, metropolitanis, parochialibus, hospitalibus vel aliis quibusvis piis locis permutare; seu bona archihospitalis et membrorum huiusmodi, cum praedictis et quibusvis aliis personis, etiam ecclesiasticis vel saecularibus, ac ecclesiis et locis praedictis, cum quibus archihospitalis et membrorum huiusmodi conditionem efficere potuerint meliorem, in emphyteusim perpetuam, et sub annuo canone sive censu, seu ad tempus vel alias, totiens quotiens opus fuerit, concedendi, et eorum pretia in fabricas et sustentationem pauperum archihospitalis et membrorum huiusmodi convertendi, liberam licentiam et facultatem concedimus.

§ 6. Quocirca, venerabilibus fratribus nostris, universis et singulis archiepiscopis, episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, ac cathedralium et metropolitan. ecclesiarum canonicis, necnon eorumdem archipresbyterorum, episcoporum officialibus seu vicariis in spiritualibus generalibus, ubilibet constitutis, per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati fuerint conservatores et iudices, archihospitali, membris ac in illis degentibus personis et, huiusmodi durante servitio, servitoribus et eorum cuilibet, ac confratribus, syndicis et custodibus praefatis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes; ipsosque et eorum singulos, etiam contra quoscumque bonorum suorum, spiritualium et temporalium, ac archihospitale et membra, ac in illis degentes et servitores huiusmodi, illorumque beneficia praedicta, per eos nunc et pro tempore obtenta, tam ratione personarum suarum, quam alias legitime spectantium et pertinentium occupatores et

Executores bullae et defensores eorum privilegior. deputati;

detentores, ac super eis iniurias inferentes et iacturas, perpetuo defendentes, faciant, auctoritate nostra, archiepiscopale, membra et personas ac, huiusmodi durante servitio, servitores exemptione et liberatione, et confratres, syndicos et custodes licentia et facultate huiusmodi ac aliis praemissis, pacifice frui et gaudere. Non permittentes, eos vel eorum aliquem, per patriarchas, archiepiscopos, episcopos, ordinarios, illorumque officiales, vicarios, rectores, commissarios, ac etiam iudices ecclesiasticos et saeculares ac alios supradictos, etiam, ut praefertur, qualificados, per communia civitatum, universitatum, oppidorum et aliorum locorum et quascumque alias personas huiusmodi, indebite molestari; vel eis super eisdem bonis gravamina seu damna aut iniurias irrogari, facturi ipsi archiepiscopali, membris ac personis et servitoribus, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum altero fuerint requisiti, de praedictis et aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum et aliorum locorum, iurisdictionum, iurium et honorum, mobilium et immobilium, reddituum et proventuum et aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibusvis molestiis, iniuriis et damnis, praesentibus et futuris, in illis videlicet, qui iudicalem requirunt indaginem, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas negotiorum exegerit, iustitiae complementum; occupatores seu detentores, praesumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quotiescumque expediet, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis; et nihilominus, legitimis super his habendis servatis processibus, contra illos, quos censuras et poenas huiusmodi per eos pro tempore

latas incurrisse constiterit, illas, totiens quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurent.

§ 7. Non obstantibus sel. rec. Bonifacii Papae VIII, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et dioecesim ad iudicium evocetur, nisi in certis exceptis casibus, et in illis non ultra unam diaetam a fine suae dioecesis; seu ne iudices et conservatores a Sede deputati praedicta, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam diaetam a fine dioecesis eorundem trahere praesumant; et de duabus diaetis in concilio generali edita, dummodo non ultra quatuor diaetas aliquis a fine suae dioecesis, vigore praesentium, non trahatur; seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis et aliis, quae iudicalem requirunt indaginem, poenis in eos, si quas egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant; et Innocentii quarti contra exemptos, *Volentes*, ac Pauli secundi, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, *Ambitiosae cupiditatis* incipientibus, quam aliis quibuscumque, a praedictis et quibusvis aliis Romanis Pontificibus, praedecessoribus nostris, quam, a iudicibus delegatis et conservatoribus, de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, et aliis editis constitutionibus et ordinationibus, quae eorundem conservatorum per praesentes deputatorum possent, in hac parte, iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; quodque dicti vicarii seu officiales ac canonici praedicti, per praesentes deputati, non sint de personis, quae in conservatores deputari non possint; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, etiam cum similibus conservatorum deputationibus, ac aliis conservatoriis, quibusvis personis ecclesiasticis, membris, hospitalibus seu aliis piis locis, sub qui-

Contrariis omnibus derogat;

busvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, et aliis quantumcumque fortissimis et insolitis clausulis per nos et praedecessores ac successores nostros Romanos Pontifices et Sedem eandem hactenus concessis et in posterum concedendis; quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua exquisita forma ad haec servanda foret; et illis nullatenus, aut non nisi de apostolicae potestatis plenitudine derogari possit; illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscumque. Aut si patriarchis, archiepiscopis et aliis ordinariis, eorumque officialibus et vicariis, canonicis, et occupatoribus, detentoribus et iniuriatoribus praefatis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis et Ordinibus, militiis et nominibus propriis mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, dictorum archiepiscoporum et aliorum conservatorum per praesentes deputatorum iurisdictionis expeditio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis.

§ 8. Caeterum volumus, ac auctoritate et tenore praedictis decernimus quod quilibet conservatorum per praesentes deputatorum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico praepeditus; quodque a data praesentium sit eisdem conservatoribus, per praesentes deputatis, et eorum cuilibet, in praemissis omnibus et eorum singulis, coeptis et non coeptis, praesentibus et futuris, et pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia et singula coram eis coepta fuissent, et iurisdietio eorum et cuiuslibet eorum in praedictis omnibus et eorum singulis per praeventionem vel modum alium perpetuata legitime extitisset, constitutione praedicta super conservatoribus et alia quomodolibet in genere edita non obstante.

§ 9. Et quia difficile foret etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, 14 kalendas iulii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 18 iunii 1516, pontif. anno iv.

XVII.

Contra offendentes aliquem ex S. R. E. cardinalibus vel eius domum invadentes, etiam tempore conclavis, aut bona eiusdem diripientes, eorumque complices et fautores.

SUMMARIUM

Exordium. — Causa constitutionis. — 2. Innovatio constitutionis Honorii III et Bonifacii VIII. — 3. Extensio ad invadentes domos cardinal. — 4. Derogatio contrariorum. — Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Temerariorum quorundam, qui S. R. E. praecipuas catholicae Ecclesiae co-

Facultates conservatorum ampliat;

Transumptis credi iubet.

Exordium.

lumnas ea, qua convenit, reverentia observare contemnunt, et in eorum res et bona manus violentas, ausu sacrilego, iniicere non verentur, effraenata libido nos admonet et inducit ut, ad eorum audaciam, antequam longius prorepat, comprimendam, ea, quae a praedecessoribus nostris in dictorum cardinalium dignitatis conservationem provida sunt consideratione statuta, pro illorum observantia firmiori, nostrae innovationis munimine roboremus, extendamus et ampliemus, prout temporum qualitas exigit, et tam eminenti in Ecclesia Dei dignitati conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Causa constitutionis.

§ 1. Sane, ab aliquibus citra temporibus, damnabilis quidam in Urbe inolevit abusus et licentia delinquendi; quo, dum, Apostolica Sede vacante, per card. in conclavi existentes de futuri Romani Pontificis electione tractatur, si qua de uno ex eisdem cardinalibus, quod in Pontificem sit electus, vox prodeat, etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, et super ea diripienda, cum ipsius card. conclave nondum egressi familiaribus eam custodientibus, vi contendit; et si, etiam effractis foribus aut pariete effosso, aditus pateat, in praedam omnium bonorum, quae ibi extant, hostiliter corrumpit, nisi armorum praesidio defendatur; nonnullique quandoque reperiuntur ita temerarii et audaces, ut, aliis etiam temporibus, praetextu rixarum, domos cardinalium hostiliter et cum armis aggredi non verentur, in eis que morantes offendere, vulnerare, ex quibus cardinalatus honori, quibus sacrosancta militans Ecclesia tamquam purpureo tota decoratur amictu, non parum detrahatur, et eorum generatur contemptus, et homicidiorum et aliorum scandalorum occasio exhibetur.

§ 2. Nos igitur, huiusmodi temerarios conatus debita volentes animadversione

Bull. Rom. Vol. V.

reprimere, sacro approbante concilio, felic. Honorii III et Bonifacii VIII, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, contra aliquem dictae Ecclesiae card. hostiliter insequentes, et illis praesentia, consilio aut favore assistentes, eosve scienter receptantes aut defendentes, et eorum domos et aedes, ut supra, invadentes et eorum posteros et bona, editas constitutiones, auctoritate apostolica, tenore praesentium, innovamus. Decernentes eas ubique debere perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari.

Innovatio constit. Honor. III et Bonif. VIII,

§ 3. Et nihilominus constitutiones eadem, cum omnibus et singulis in eis contentis censuris et poenis, ad omnes et singulas personas, cuiuscumque status, conditionis et excellentiae existentes, quae alicuius dictorum card. domum, tam tempore dicti conclavis, etiam si in Romanum tunc Pontificem sit electus, quam alias quaecumque et ex quacumque causa, armata manu invadentes, et in ea violenter, hostiliter aliquid diripientes, aut quempiam ex inibi existentibus vulnerantes, et eorum socios et qui id fieri mandaverint vel factum eorum nomine ratum habuerint, ac ipsis invasoribus consilium, in praemissis, vel favorem praestiterint, et defenderint, extendimus et ampliamus.

Extensio ad invadentes domos cardinalium.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Nulli ergo etc.

Sanctio poenalis.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, XVII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno IV (1).

Dat. die 16 martii 1516, pont. anno IV.

(1) A die electionis computando (R. T.).

XVIII.

Confirmatio sacri et OEcumenici Concilii Lateranensis quinti, et indictio expeditionis contra infideles (1).

SUMMARIUM

Vigilantia huius Pont. ad multa egregia et salubria. — 1. Julius II convocavit concilium Lateranense, quo durante, decessit. — 2. Pont. iste tunc creatus fuit, et concilium prosequi mandavit; — 3. Et venientibus ad concilium saluum conductum dedit. — 4. Concilium fuit principaliter congregatum ex tribus causis, videlicet: pro concordia princip. christianorum; pro reformatione Curiae; pro abrogatione Pragmaticae sanctionis. — 5. Imperator et reges concilio consenserunt, — 6. Conciliabulumque Pisanum damnatum fuit. — 7. Concilium Lateranense absolutum fuit. — 8. Pax et concordia inter principes christianos conclusa fuit. — 9. Illic Pontifex dictum concilium Lateranen. confirmat; — 10. Executores illius deputat; — 11. Expeditionem contra Turcas indicit; — 12. Hortatur principes ad observantiam pacis et defensionem fidei; — 13. Praelatos, qui concilio interfuerunt, dimittit. — Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Vigilantia huius Pontificis ad multa egregia et salubria.

Constituti, iuxta verbum prophetae, merito licet imparibus, super gentes et regna, officii nostri debitum decenter exequimur, cum universi Status ecclesiastici ac universalis Ecclesiae, eorumque negotiationum reformationem per nos utiliter factam innovamus, et pro illius inviolabili observatione opportuna remedia adhibere, ecclesiis et cathedralibus ac etiam metropolitanis, ne diutius suis pastoribus careant, providere cogitamus; ac ad illa curis assiduis vigilamus et operibus intendimus indefessis, per quae dominicum gregem, curae nostrae commissum, in conspectu

(1) Concilium istud ex urgentissimis causis indicit Iulius II, ut sup. in eius Const. xxxiii, Saecrosanctae, pag. 500.

divinae Maiestatis acceptum et obsequentem reddere valeamus: Turcas vero et infideles alios, tam in orientalibus quam in meridionalibus partibus consistentes, qui, veri luminis veraeque salutis iter pertinacissima mentium caligine contemnentes, vivificae cruci, in qua Salvator noster mortem ultro suscipere voluit, ut mortem nostram moriendo destrueret, ac vitam sacratissimae vitae suae ineffabili mysterio repararet, insidiantes, et hostes Deo odibiles ac christianae religionis persecutores acerrimos sese reddunt, reprimere; ac infestissimis crebrisque eorum insultibus, quibus in christianum sanguinem crudeliter debacchantur, non solum spiritualibus verum etiam temporalibus muniti praesidiis, possimus, auctore et fauctore Domino, contraire.

§ 1. Sane, cum fel. rec. Iulius Papa II, praedecessor noster, sacrum generale Lateranense concilium, de venerabilium fratrum suorum S. R. E. cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio et assensu, laudabiliter, legitime et ex rationabilibus causis, Spiritu Sancto cooperante, convocasset, et in eo quinque sessiones tenuisset, ac sextam sessionem indixerit:

§ 2. Nos, quibus, etiam in minoribus constitutis, insitum cordi desiderium semper fuerat generale concilium, utpote agridominici culturam praecipuam, celebrari videndi, dicto Iulio praedecessore humanis rebus exempto, divina favente elementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti, honesto utilique desiderio nostro debitum, ex iniuncto nobis curae pastoralis officio, accessisse conspicientes, rem hanc ardentiori voto et tota animi alacritate suscepimus; ac in dicta sessione illius prorogationem, ex tunc expressis et aliis causis nostrum et dictorum fratrum animum moventibus, de eorundem fratrum consilio et assensu, ad certum tunc expressum tempus per nos factam, approbante eodem sacro Lateranensi concilio, appro-

Iulius II convocavit concilium Lateranense, quo durante, decessit.

Pontifex iste tunc creat. fuit, et concil. prosequi mandavit;

bavimus; et concilium ipsum, usque ad perfectionem causarum, propter quas indictum extiterat, et praesertim ut inter principes et potentatus christianos, bellis atrocibus pacatis, hostilibusque armis depositis, universalis et firma pax componi valeret, pro qua, tamquam pro saluberrimo bono, intactum nihil relinquendo, conatus omnes nostros adhibere intendebamus, prosequi et fine debito terminare velle, nostrique incommutabilis animi et intentionis fore et esse declaravimus, ut his, quae ad Dei laudem Ecclesiaeque praefatae exaltationem et christifidelium concordiam pertinent, absolutis, sancta et pernecessaria expeditio contra catholicae fidei hostes fieri, feliciterque de illis, Altissimo favente, triumphari posset.

§ 5. Et ut ad tam perutile concilium accedere debentes ab accessu huiusmodi nullatenus retraherentur, nullamque omnino causam praetendere possent, omnibus et singulis, ad celebrationem concilii per Iulium praedecessorem convocatis, et ad dictum concilium Lateranense venientibus, ipsorumque venientium servitoribus, ad concilium Lateran. ac Urbem huiusmodi veniendi et in ea libere commorandi saluum conductum, dicto sacro Lateranense approbante concilio, dedimus et concessimus; ac reges et principes hortati fuimus ut, pro Sedis Apostolicae reverentia, venientes huiusmodi non molestarent, sed eos libere venire permetterent.

§ 4. Ac septimam sessionem indiximus, in qua, cum nihil magis affectaremus quam ut causae utiles et necessariae, propter quas dictum concilium Lateran. indictum fuerat, ut desiderii nostri erat, ad finem debitum perducerentur, trium cardinalium aliorumque praelatorum, qui causas huiusmodi et alias conciliares materias audirent et discuterent, auditaque et discussa in eodem concilio referrent, particulares deputationes fecimus atque mandavimus, quarum quidem deputationum, una pacis universalis componendae inter reges ac

principes christianos, quae una ex principioribus congreg. concilii praefati causa, fuerat, et schismatis extirpationis; altera generalis reformationis etiam Curiae; reliqua vero discussionis et abrogationis Pragmaticae sanctionis et rerum orthodoxam fidem concernentium, peculiarem curam haberent. Et cum unaquaeque deputatio quamplura utilia et necessaria diligenter examinaverint et accurate nobis retulerint, ac per eos discussa et examinata in aliis quinque sessionibus successive per nos tentis, sacro approbante concilio, per nos favente Domino, absoluta et terminata fuerint, procul dubio cognoscimus, Deum ipsum, bonorum datorem, piis nostris et non nisi ad commune bonum tendentibus desideriiis, pro sua immensa pietate et misericordia, plurimum favisse; ac nobis, ut quae mente nostra gessimus et circa quae plurimum laboravimus, videlicet ut concilium ipsum, causis, propter quas indictum fuerat, iuxta votum terminatis, feliciter claudi et absolvi posset, concessisse.

§ 5. Carissimus namque in Christo filius noster Maximilianus, in imperatorem electus Iulii praedecessoris praefati, nostro vero tempore clarae mem. Ludovicus Francorum et ceteri reges et principes christiani, summo cum omnium gaudio, Lateranensi concilio, in Spiritu Sancto legitime congregato, adhaeserunt.

§ 6. Ac Pisanum conciliabulum, per quosdam nullam potestatem habentes indictum, et per eundem Iulium praedecessorem damnatum, iuxta ipsius Iulii praedecessoris sententiam, pro damnato habuerunt, et schisma ex eis pullulare coeptum (quod semper, dum vixit, quam plurimas calamitates praelatus et aliis christifidelibus, ex diversis schismatum temporibus et aliis generalibus conciliis hactenus celebratis, attulisse constat) extinctum, ac universalis Ecclesiae pax et unio secuta exitit.

§ 7. Necnon tam ecclesiasticarum quam saecularium et aliarum personarum mores,

Et venientibus ad concil. s. lrum conductum dedit.

Concilium fuit principal. congregatum ex tribus causis, videlicet: pro concordia princip. christian.; pro reform. Curiae; pro abrogatione Pragmatic. sanctionis.

Imperat. et reges concil. concesserunt.

Conciliabulumque Pisan. damnatum fuit.

Concilium Lateranense absolutum fuit.

quantum expedire visum fuit, reformati; et nonnullae causae orthodoxam fidem concernentes terminatae, ac nonnullae aliae materiae a dictis tribus deputationibus cardinalium et praelatorum diligenter examinatae et discensae, in dicto concilio solerti cura expeditae et terminatae fuerunt; nobisque per cardinales et praelatos deputationum huiusmodi pluries relatum fuit nulla negotia eis discutienda examinandaque remansisse, et, a pluribus mensibus citra, nulla prorsus de novo a quoquam ad eos prolata fuisse; episcoposque in partem sollicitudinis ad curam gregis dominici nobiscum perferendam vocatos, ac alios praelatos in dicta Urbe, praeter sacrorum conciliorum consuetudinem, cum eorum et ecclesiarum suarum incommodo ac damno diutius permansisse.

§ 8. Itaque ex praemissis omnibus, quae per nos et dictas deputationes in ipso concilio expediri desiderabantur, sola regum et principum pax et animarum concordia restare videbatur, pro qua qualis mens nostra semper fuerit, quantumque omni studio nostro circa illam componendam laboraverimus, cunctis literas a nobis emanatas legentibus apertissime constare potest; novitque Deus ipse, qui summa est omnium rerum lux et veritas, quot precibus, quamve assiduis orationibus ab eo petere et implorare numquam destiterimus, ut christianum gregem, cuius custodiam nobis, licet immeritis, commisit, mutuo caritatis fervore accensum, ad firmam ac perpetuam pacem ineundam, pro sua clementia inducere dignaretur; et nihilominus tam nunciis nostris, quos apud Maximilianum imperatorem electum ac eosdem reges et principes habemus, quam literis eos multis et efficacissimis rationibus, praesertim si religioni christianae et catholicae fidei, in grave periculum ac discrimen, propter tyranni Turcarum potentiam nuper dilatata et auctam, deductae, ut par est, consulere et providere vellent, in Domino, cuius causa praecipue agitur, hortati fui-

Pax et concordia inter principes christianos conclusa fuit.

mus; ac ex eorundem nunciorum regumque et principum ipsorum literis percipimus exhortationes nostras tantae apud eosdem reges et principes auctoritatis et efficaciae fuisse, illorumque corda et animos adeo flexisse et commovisse, ut fere inter omnes pax, tandem a nobis pro republicae christianae universali bono desiderata, omnino conclusa fuerit, et si quid superest, propediem componendum (ipso Deo favente) speretur; quod mente animoque nostro subinde nobis revolventibus, exultat cor nostrum in Domino nostro Iesu Christo, ipsique super hoc gratias agimus omnium gratiarum largitori, quod ipsos ad optatam nobis concordiam induxerit; ac per omnes christifideles ea signa laetitiae, quae in similibus fieri consueverunt, et gratias Deo agendas, ipsumque Deum, ut pax conclusa perduret, rogandum esse censemus.

§ 9. Solum itaque superest ut sancta ac pernecessaria contra infidelium rabiem christianum sanguinem sitientium expeditio capiatur; necnon omnia et singula, quae in XI sessionibus, partim per nos, partim per Iulium praedecessorem huiusmodi haecenus tentis, gesta et facta, potiori pro cautela, approbentur et innoventur ac inviolabiliter observari mandentur. Habita igitur super his cum fratribus nostris et aliis praelatis matura deliberatione, sacro approbante concilio, omnia et singula in dictis XI sessionibus gesta et facta, ac literas desuper editas, cum omnibus in eis contentis clausulis (exceptis quibusdam, quae certis personis, pro universalis Ecclesiae pace et unione, duximus concedenda, necnon executorum in illis deputatione), apostolica auctoritate approbamus, illaque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere decernimus atque mandamus.

§ 10. Et illorum executores, ad illa et in eis contenta observari faciendum, in Romana Curia gubernatorem almae Urbis nostrae et vicarium nostrum pro tempore

Hic Pontif. dictum concil. Lateranen. confirmat;

Executores Illius deputat;

existentes, ac Camerae Apostolicae generalem auditorem, qui personas sibi respective subiectas ad id cogere et compellere valeant; extra vero eam, omnes et singulos locorum ordinarios deputamus. Inhibemus, sub excommunicationis latae sententiae poena, omnibus et singulis christifidelibus, ne in praesenti concilio gesta et facta, sine nostra et dietae Sedis licentia speciali, glossare aut interpretari praesumant.

Expeditionem
contra Turcas
indicit;

§ 11. Ac, fidei urgente nos zelo, dietam contra infideles expeditionem, per nos et dictum Iulium praedecessorem, dictis causis conciliaribus expeditis, totiens in dictis sessionibus propositam et promissam, et cum oratoribus regum et principum apud nos existent. pluries communicatam et discussam, piaem mem. Nicolaum Papam V, etiam praedecessorem nostrum, qui, post Constantinopolitan. urbis calamitosum exitium, ad vindicandas Christi iniurias et infidelium furorem reprimendum, generalem contra eos expeditionem indixit, et quem solerti studio rec. me. Callistus, III ac Pius II, Rom. Pont. etiam praedecessores nostri, imitati fuerunt, imitantes, ad triennium proxime futurum, cum facultate per nos, una cum eisdem fratribus nostris, decimas fructuum ex ecclesiis et monasteriis ac aliis beneficiis in universo orbe consistentibus imponen. et exigen., ac omnia et singula alia, quae ad huiusmodi expeditionem necessaria sunt, et quae in similibus expeditionibus fieri consueverunt faciendi, sacro approbante concilio, sumendam, faciendam et prosequendam decernimus; et ut felicem sortiatur effectum, pias, humiles ac devotas ad omnipotentem Deum preces iugiter fundimus, idemque omnibus utriusque sexus christifidelibus faciendum mandamus.

Hortatur principes ad observantiam pacis et defensionem fidei;

§ 12. Eosdem Maximilianum in imperatorem electum ac reges, principes et potentatus christianos, quorum virtutem Deus excitare nos iubet, hortantes, ac per viscera misericordiae Dei nostri Iesu Chri-

sti obsecrantes, perque tremendum eius iudicium obtestantes, ut ipsi memores se de ipsa Ecclesia Christi sanguine redempta, et per eos, etiam propriae vitae non parcendo, tuenda et conservanda, rationem reddituros esse, omnibus invicem posthabitis odiis, mutisque dissentionibus ac simulatibus oblivioni perpetuae demandatis, ad defensionem christianae fidei, sicut proprio et necessario eorum incumbit officio, fortiter et potenter exurgant; et in tantae necessitatis articulo, prout eorum fuerint facultates, prompta auxilia praebere studeant; eosdem nihilominus paterno affectu monentes ac requirentes, ut, pro summi Dei et Apostolicae Sedis reverentia, pacem per eos initam, saltem dicta expeditione durante, inviolabiliter observare procurent, ne tantum bonum, quod, dextera Domini assistente, secuturum speramus et optamus, aliqua interveniente discordia et dissensione, valeat impediri.

§ 13. Et ne praelati ac alii ad praesens concilium, quod fere quinquennium duravit, laboribus et expensis ulterius fatigentur, et ut eorum ecclesias visitare et consolari possint, ac aliis certis rationabilibus et iustis causis, praesens concilium absolvimus, et benedictione Domini dimittimus, omnibusque et singulis in eo existent. ad propria remeandi, sacro eodem approbante concilio, licentiam concedimus; et ut ad propria, aliquibus spiritualibus muneribus refecti, cumulationi gaudii remeare possint, illis eorumque familiaribus plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et indulgentiam semel in vita et in mortis articulo elargimur.

Praelatos, qui concilio interfuerunt, dimittit.

Nulli ergo etc.

Sanctio poenalis.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae MDXVI, XVII kal. aprilis, pontificatus nostri anno IV (1).

Dat. die 16 martii 1516, pont. anno IV.

(1) Vide notulam in praecedenti (R. T.).

XIX.

Facultas visitorum congregationis monachorum Beatae Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, circa locationes et alienationes bonorum immobilium dictae congregationis in evidentem eius utilitatem (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iulii II constitutio. — 2. Petitio congreg. — 3. Facultas unius visitoris circa alienationem bonorum congregationis. — 4. Validatio alienationum ab eo fiendarum. — 5. Derogatio contrariorum.

Leo Papa X, dilectis filiis abbati generali et visitoribus congregationis monachorum Beatae Mariae de Monte Oliveto, Ordinis Sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.

Exordium. Ex debito pastoralis officii ad ea providere nos convenit, ut monasteriorum et aliorum regularium locorum utilitati et commoditati valeat provideri.

Iulii constitutio. § 1. Dudum siquidem felicis recordationis Iulio Papae II, praedecessori nostro etc. (2).

Petitio congregationis. § 2. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, dictae congregationis visitores, a multo tempore citra, esse consueverint sex praelati, quorum consilio et consensu generalis eiusdem dictae congregationis abbas pro tempore existens congregationem ipsam gubernat, et qui bini, saltem bis in anno, ad visitandum omnia et singula monasteria dictae congregationis mitti solent; et saepe contingat, sive propter multitudinem monasteriorum visitandorum, sive propter aliquorum ex eisdem visitoribus adversam valetudinem aut alios sinistros eventus, quod duo simul dicto-

rum visitorum omnia monasteria huiusmodi incedendo visitare non possunt, sed multoties singuli ad visitandum mittantur; ordinaverintque praeterea quod, quando unus solus visitor mittitur, ipse, sic pro tempore missus, unum sacerdotem de gremio vestro sibi in socium assumere possit, qui, dicta visitatione durante, omni visitoris auctoritate fungatur; et cum grave admodum et dispendiosum monasteriis, prioratibus et locis visitandis foret, si, ob unius visitoris defectum, abbates seu priores aut alii, obtinendi licentiam vendendi seu alias alienandi, iuxta formam singularum literarum praedictarum, commoditate carerent, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ut monasteriorum, prioratum et aliorum congregationis huiusmodi locorum utilitati consulere, aliasque in praemissis opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur vos et singulares personas ex vobis a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, ut etiam unus ex dictis visitoribus, qui solus fuerit ad visitandum pro tempore missus, una cum socio sacerdote, qui tamen praelatus ex dicta congregatione existat, per eum in convisitorem pro tempore electo, in omnibus et singulis venditionibus et aliis alienationibus, per abbates, praelatos, priores et conventus huiusmodi, iuxta dictarum literarum continentiam, faciendis, consensum praestare, et licentiam vendendi et alias alienandi, ut praefertur, dictis abbatibus, praelatis, prioribus et conventibus respective, servata alias singularum literarum earundem forma, concedere libere et licite valeant,

Facultas unius visitoris circa alienationem bonorum congregationis.

(1) Haec facultas haecenus erat duorum praelatorum congregationis, ut sup. in Iulii II Constit. XIV, *Ex innueto*, pag. 442. Institutionem vero, et statum ipsius congregationis indicavi tom. IV, in Constit. in Clem. VI, *Solicitudinis*, pag. 471.
(2) Onnuitur insertio huius Bullae, quae est superius, pag. 442.

auctoritate apostolica, tenore praesentium, de specialis dono gratiae indulgemus.

Validatio alienationum ab eo fendarum.

§ 4. Decernentes et declarantes totum id quod per visitatorem cum socio, sic per eum pro tempore electo, circa venditiones et alias alienationes huiusmodi actum et gestum fuerit, valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, ac abbatibus, praelatis, prioribus et conventibus praefatis et cum eis contrahentibus suffragari debere in omnibus et per omnia, perinde ac si electus per nos et generale capitulum ipsius congregationis deputatus et missus visitator foret.

Derogatio contrariorum.

§ Non obstantibus praemissis etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimosexto, IV kalendas septembris, pontificatus nostri anno IV.

Dat. die 29 augusti 1516, pont. anno IV.

XX.

Confirmatio et extensio iurisdictionis S. R. E. camerarii et magistrorum viarum almae Urbis, et declaratio circa appellationes ab eorum sententiis interponendas.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Sixtus IV edidit constit. hic indicatam. — 2. Iulius II dictam constitutionem approbavit. — 3. Hic modo Pontifex innovat et confirmat constitutionem Sixti et Iulii; — 4. Confirmat constitutionem Alexandri VI, necnon iurisdictionem magistrorum extendit etiam ad bona locorum piorum; — 5. Praeventionem permittit inter aedificare volentes. — 6. Habitare non relevat, post requisitionem volentium aedificare. — 7. Extendit bullam Sixti IV etiam extra Urbem. — 8. Clausulae derogatoriae.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Inter curas multiplices, quae, pro pastoralis officio laudabiliter exequendo, no-

bis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam Romanae urbis, in qua apostolorum Princeps sibi et suis in Christi vicariatu successoribus sedem statuit, et ad quam de universis orbis provinciis frequens assiduusque hominum est accessus, conditio, non minus in urbanorum rusticorumque praediorum amplitudine et excellentia, quam virorum insignium numero et ornatu, nostrae provisionis opere, praeclarior in dies atque illustrior fiat, et qui in ea pro tempore degerint aut Romani Pontificis Curiam sequentur, certiore in suorum dispositione honorum libertate fruuntur; et quae propterea a nonnullis ex praedecessoribus nostris provida consideratione emanarunt, ut eo firmitus illibata permaneant, quo fuerint crebrius apostolico circumfulta praesidio, nostrae approbationis munimine roboramus extendimusque et ampliamus, prout, temporum ratione habita, nostro et eiusdem urbis ac Curiae decori cognoscimus expedire.

§ 1. Dudum, siquidem fel. rec. Sixtus Papa IV, praedecessor noster, cupiens dictae urbis decori et venustati in structuris et aedificiis, etc. (1).

Sixt. IV edidit constit. hic indicatam.

§ 2. Et successive piae mem. Iulius Papa II, etiam praedecessor noster, motu et scientia similibus, dictas priores literas cum inhibitionis ac singulis aliis in eis contentis clausulis approbavit et confirmavit, ac perpetuum firmitatis robur obtinere, et observari debere decrevit, voluit et mandavit.

Iulius II dictam constit. approbavit.

§ 3. Nos igitur, considerantes quantum decoris et dignitatis urbi et Curiae supradictis, et in aedificiorum et praediorum ampliacione, et salubrioris aeris amoenitate et hominum in omni virtutum et dignitatum genere illustrium copia et cultu, a tempore quo dictae literae emanarunt, accessit; et quod, pro conservatione et in melius progressu Curiae et urbis prae-

Hic modo Pontifex innovat et confirmat constitutionem Sixti et Iulii;

(1) Omittitur insertio huius Bullae, quia totam habes sup., pag. 275.

dictarum status, necessaria est perpetua et inviolabilis dictarum usus et observantia literarum, earumque in aliquibus, quae ipsarum, etiam in suburbiis et aliis locis dictae urbis, ut praemittitur, circumvicinis effectum passim impedire noscuntur, extensio et ampliatio; cupientesque in praemissis, pro virili nostra, opportunum adhibere remedium, motu simili, non ad alienius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera et matura deliberatione ac certa scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium, omnes et singulas literas praedictas, cum omnibus in eis contentis clausulis, approbamus et innovamus, et praesentis scripti patrocinio communitimus. Decernentes eas in singulis ipsarum partibus, etiam in quibus forte haecenus in usum receptae non sint, debere ab omnibus, perpetuis futuris temporibus, inviolabiliter observari.

Confirmat const. Alexandri VI (1), necnon iurisdictionem magist. extendit etiam ad bona locorum piorum;

§ 4. Et nihilominus dictorum praedecessorum inhaerendo vestigiis, cupientes ipsorum civium et curialium et aliorum aedificare volentium commoditatibus providere, ut quanto citius urbs ipsa ac praedia, nostris praesertim temporibus, aedificiis ac praediis instauretur; considerantes quod in eadem urbe et eius districtu sunt multae domus et loca, sub proprietate tam diversarum basilicarum et ecclesiarum quam hospitalium et aliorum quorumcumque piorum locorum, in casum in quem domini, quibus in censum aut emphyteusim seu alias quomodolibet locata aut domus concessae sunt, in illis aedificare vellent; vel cum aliis ad hunc effectum tantum, prout melius potuerint, concordare, iuxta seriem et tenorem literarum fel. record. Alexandri Papae VI, etiam praedecessoris nostri, super via Alexandrina emanatarum, quas cum omnibus illarum inhibitionibus, decretis, clausulis et mandatis approbamus et innovamus, ac ad quaecumque Urbis et praediorum loca, ad hunc effectum, extendimus et amplia-

(1) V. pag. 377 huius tomi.

mus. Earundem tamen basilicarum, ecclesiarum et aliorum quorumcumque etiam piorum locorum non solum indemnitati, sed utilitati providere volentes, prout per praesentes providemus; et ut dicti domini vel alii ad aedificandum facilius et libentius inducantur, volumus et decernimus quod, si census vel responsio et pensio annua erit in emphyteusim perpetuam alienius familiae, quod tali casu liceat, illis de familia tantumdem, censum sive similem responsionem in aliam domum sive domos aut possessionem aut quaecumque alia bona stabilia, ad dictum censum vel responsionem convenientia, transferre, etiam permutare, aucta tamen decima parte. Quod etiam volumus et decernimus de domibus et locis, tam intra quam extra ipsam Urbem infra milliaria praedicta huiusmodi consistentibus, et caeteris bonis dictarum basilicarum, ecclesiarum et aliorum etiam piorum locorum, diversis inquilinis, pro annua responsione vel aliter, etiam ad plures annos, quibusvis locatariis locatis, seu ad plures vitas aut cum facultate denominandi unam vel plures personas concedere solitis seu concessis aut in futurum concedendis, quo possint in illis aedificare; seu illa quoquo modo ampliare volentes dare et consignare dictis dominis et proprietariis alias domos seu possessiones vel quaecumque alia bona, stabilia tantumdem, diversis inquilinis pro annua pensione, cum augmento tamen decimae seu maioris partis, arbitrio camerarii et magistrorum stratarum huiusmodi, quod honestum visum fuerit, ac alias; seu illarum et illorum pretia, cum dicto augmento, iuxta formam et tenorem dictarum literarum Alexandri, et pecunias inde provenientes in alias possessiones et bona vel necessitates ipsarum ecclesiarum, prout in dictis literis latius continetur, convertere. Quod si quis id efficere recusabit, possint camerarius et magistri praefati, iuxta facultates in dictis literis Sixti et Alexandri concessas, cogere quae-

cumque capitula, conventus, hospitalia et alia quaevis etiam pia loca ad faciendum dictam permutationem cum augmento dictae decimae partis.

§ 5. Et, si inter duos aut plures aedificare volentes lis aut controversia oriri contingat, volumus et decernimus quod praeventio habeat locum; quod qui primus negotium incoeperit et dictos dominos proprietarios primus interpellaverit, ille sit potior, nec ab aliquo postea molestari vel quoquo modo impediri possit et valeat, quinimmo ex tunc sit illi ius quaesitum. Et tamen, ad tollendum scandala seu controversias, quae exinde oriri contingeret, ne quis postea dolose et fraudulenter (quod, ob proterviam aliquorum et invidiam, seu ipsorum commodum, plerumque fieri posset), etiam si plus offerret, et aliis, ut praemittitur, esset impedimentum, volumus et decernimus quod permutatio huiusmodi, cum augmento decimae partis et ultra, prout arbitratum fuerit, ut praefertur, censeatur et sit in evidentem utilitatem. Et ne, ob huiusmodi interpellationem, domini et proprietarii praedicti aliqua damna seu incommoda patiantur, quod liceat ipsis easdem suas domos, loca et bona retinere, donec sit illis cum effectu assignata dicta recompensa cum augmento huiusmodi.

§ 6. Et quoniam, sicut accepimus, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos, pro ornatu et ampliatione praedictis, indigere conspiciunt, de novo se conferunt, vel illas instaurari aut refici faciunt, ut, quod eis directo non licet, hac saltem via obliqua dictae urbis decori et utilitati obvient, illas augere desiderantes, ad domos ipsas longe plus iusto pretio emendum necessitate compellant, auctoritate et tenore praemissis declaramus, omnes et singulos, qui, postquam pro parte dictorum magistrorum super domibus eorum per eos tunc non habitatis, pro commoditate in illis et apud illas aedificare volentium, ut praefertur, vendendis

requisiti fuerint, domos vendendas huiusmodi de novo habitare aut instaurari vel refici, non tamen a fundamentis facere incoeperint, ad illas vendendum, iuxta dictarum Sixti praedecessoris posteriorum literarum tenorem, perinde ac si ad eas de novo habitandum se non contulissent, illasve instaurari aut refici facere non incoepissent, per camerarium et magistrum praefatos cogi et compelli posse atque debere, tam in praeteritis quam in futuris.

§ 7. Ac volumus ea omnia, quae per Sixtum praedecessorem praefatum, super venditionibus et divisionibus domorum, arearum sive platearum intra Urbem consistentium, in favorem personarum de novo aedificare aut constructa aedificia et praedia ampliare volentium, ab invitis dominis seu etiam eorum nomine faciendis, provide sunt disposita, etiam extra Urbem, in locis ultra praedicta milliaria non distantibus, in quibus, ab aliquot citra annis, multa et speciosa viridaria, vineae et alia non minus pulchra quam usui humano utilia et necessaria, secessus et aedificia surgere incoeperunt, vim sibi vindicare et effectum sortiri debere, ubi et quotiens eisdem camerario et magistris videbitur utilitati vel ornatui publico expedire.

§ 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis facultatum et licentiarum testandi et alias disponendi inter vivos vel in ultima voluntate de bonis et rebus per ecclesias et alia ecclesiastica et pia loca, illorumve fructus, redditus et proventus pro tempore acquisitos, personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus per Sedem Apostolicam quomodolibet concessarum, revocationibus, reductionibus, modificationibus, suspensionibus et aliis contrariis constitutionibus, etiam per viam perpetuae constitutionis, ex quibusvis, etiam in fidei ac Terrae Sanctae contra infideles et fabricae dictae basilicae subsidium, aut aliis quantumlibet maximis et urgentis-

Praeventionem
permittit inter
aedificare volen-
tes.

Habitare non
releat, postre-
quisitionem vo-
lentium aedifi-
care.

Extendit bul-
lam Sixti IV et-
iam extra Ur-
bem.

Clausulae de-
rogatoriae.

simis ac necessariis causis, etiam motu et scientia ac potestatis plenitudine similibus, et de dictorum cardinalium consilio, etiam concistorialiter habito, et cum aliis etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, iv nonas novembris, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 2 novembris 1516, pont. anno iv.

Sequitur extensio dictae bullae.

SUMMARIUM

1. Hae literae sunt quae hic supra habentur.
- 2. Appellatio non datur a sententiis magistr. viarum. Immo servatur dari appellationem ad clericum praesidentem Cam.
- 3. Extensio dictae bullae ad vineas et viridaria.
- 4. Executorum deputatio.
- 5. Clausulae derogatoriae.
- 6. Fides transumptorum.

Leo Papa X, motu proprio, etc.

§ 1. Cum, sicut accepimus, non obstante quod, iuxta formam literarum super liberatione domorum et aliorum quorumcumque locorum, rerum, honorum, etiam sub proprietate alienius ecclesiae aut piorum locorum existentium, soluta seu aucta decima parte, a nobis emanatarum; tam per camerarium nostrum et magistros stratarum quam etiam alios per nos deputatos, super liberatione censuum, canonum sive responsionum super eisdem domibus, locis et bonis consistentium, pronunciarum seu declarari contingat; tamen patroni domorum aut proprietarii dictarum ecclesiarum et piorum locorum a dictis pronuntiis et sententiis appellare, et appellationis huiusmodi causas in infinitum protrahere non verentur, contra mentem nostram.

§ 2. Nos igitur, attendentes quod, propter praemissa, cives et curiales et alii, constructionibus et ampliationibus aedificiorum, quae non solum ad commodum privatum sed etiam publicum et maximum

ornamentum almae Urbis nostrae cedunt, penitus retrahuntur; ac super his opportune providere volentes, motu simili et ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore praesentium, perpetuo statuimus et ordinamus quod praetendentes se ex huiusmodi sententiis indebite gravari, non debeant, sub poena mille ducatorum auri Camerae nostrae Apostolicae, ipso facto, sine aliqua declaratione, applicandorum, et damnorum ac interesse, per partem, ob inobservantiam literarum praedictarum, quovis modo supportandorum, ab ipsis sententiis et ordinationibus appellare, querelare seu aliquo modo conquiri: sed possint ad Camerae Apostolicam habere recursum et querelam super praemisso augmento, et praesid. dictae Camerae de eo cognoscere; et partes fecisse debeant quod cognoscat et terminetur infra quindecim dies a die latae sententiae huiusmodi, quae in ipsa Camera infra tres dies porrigi debeat, quibus elapsis, si non fuerit aliquid determinatum, sententiam, de qua porrecta fuerat querela, etiam pro dicto augmento decimae partis, prout declaratum fuerit, executioni debitae, omni exceptione remota, demandent. Si vero fuerit in aliquo reformata, reformationi huiusmodi, omni appellatione remota, stari; et exequi debeat, omni sublata appellatione vel exceptione.

§ 3. Et quia etiam intelleximus in dubium revocari an literae nostrae praedictae ad vineas et viridaria se extendant, ea propter, ad omne dubium tollendum, literas praedictas, etiam ad vineas, viridaria et alia praedicta, tam in urbe quam extra et in locis in dictis literis comprehensis existentia, extendi debere decernimus et declaramus. Decernentes irritum et inane quidquid contra praemissa, scienter vel ignoranter, attentatum fuerit aut in futurum attentari contigerit.

§ 4. Mandantes eidem camerario et Camerae Apostolicae ac legatis respective ut omnia in dictis literis ac praesentibus

Immo servatur dari appellationem ad clericum praesidentem Camerae Apostolicae.

Extensio dictae bullae ad vineas et viridaria.

Executorum deputatio.

Hae literae sunt quae hic supra habentur.

Appellatio non datur a sententiis magistr. viarum.

contenta omnino et effectualiter observari faciant.

Clausulae derogatoriae.

§ 5. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, stylo Palatii, caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fides transumptorum.

§ 6. Volumus autem quod literarum apostolicarum praedictarum ac praesentium transumptis manu unius clerici, et notarii Camerae subscriptis, quemadmodum praedictis, ubique fides adhibeatur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die decima ianuarii, millesimo quingentesimo decimonono, pontificatus nostri anno vi.

Dat. die 10 ianuarii 1519, pont. anno vi.

XXI.

Damnatio pragmaticae sanctionis in regno Franciae editae in detrimentum Sedis Apostolicae, et concordia cum Ludovico rege circa provisiones beneficiorum ecclesiasticorum.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Iulius II indixit concilium Lateranense, ut sup.; — 2. Monuitque et citavit Gallos super revocatione pragmaticae. — 3. Hic Pontifex (Iulio interim defuncto) monitionis terminum prorogavit; — 4. Quo elapso, ad abrog. dic. pragmaticae devenire censuit. — 5. Leo I revocavit acta contra fidem in II ephesina synodo. — 6. Ideo hic Pontifex iure revocat d. pragmaticam, quamvis confirmatam in conciliabulo Basiliensi; — 7. Eamque nullam esse decernit et damnat; — 8. Bonifacii VIII extravag. I, *De maior. et obediens.*; ac Clementis V extravag. II, *De privilegiis*, confirmat et innovat; — 9. Usum d. pragmaticae hic idem Pontifex omnibus prohibet; — 10. Contrariis derogat.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Prooemium.

Pastor aeternus gregem suum, usque ad consummationem saeculi, numquam

deserturus, ita, Apostolo teste, obedientiam dilexit, ut, pro expando primi parentis inobedientiae peccato, se ipsum humiliaverit, factus obediens usque ad mortem; migraturus vero ex mundo ad Patrem, in soliditate petrae, Petrum eiusque successores vicarios suos instituit, quibus, ex libri Regum testimonio, ita obedire necesse est ut, qui non obedierit, morte moriatur; et, ut alibi legitur, in Ecclesia esse non potest qui Romani Pontificis cathedram deserit: quoniam, Augustino Gregorioque auctoribus, sola obedientia est mater custosque omnium virtutum, sola fidei meritum possidens, sine qua quisque infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Itaque nos, eodem Petro docente, solliciti esse debemus ut quae a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, praesertim in sacris conciliis, pro obedientiae huiusmodi, auctoritatis libertatisque ecclesiasticae et Sedis Apostolicae defensione mature et ex legitimis causis inchoata sunt, nostris studio, cura et diligentia debite absolvantur, et ad optatum finem perducantur; simplicium quoque animae (quarum etiam rationem Deo reddituri sumus) a dolis et laqueis tenebrarum principis liberentur.

§ 1. Sane, fel. rec. Iulius Papa secundus, praedecessor noster, post indictum, ex legitimis tunc expressis causis, de venerabilium fratrum suorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio et assensu, sacrum Lateranense concilium, provide considerans, cum eodem sacro Lateranensi concilio, Bituricen. regni Franciae corruptelam, quam illi *Pragmaticam sanctionem* vocant, cum maximo animarum periculo et scandalo ac dignitatis Sedis Apostolicae detrimento et vilipendio, retroactis temporibus viguisse et adhuc vigere, eiusdem pragmaticae sanctionis negotium, eodem approbante concilio, discutiendum certis tunc nominatim deputatis cardinalibus et praelatis certae congregationis commisit.

Iulius II indixit concil. Lateran., ut sup.,

Monuit et citavit Gallo-
per revocatione
pragmaticae.

§ 2. Et quamquam sanctio praefata ex multis nullitati notoriae subiaceret, schismaque manifestum foveret et contineret; et propterea, citatione aliqua minime praecedente, per se irrita, nulla et invalida declarari potuisset; ex abundanti tamen cautela, idem Iulius praedecessor Gallicos praelatos, capitula ecclesiarum et monasteriorum, parlamenta et laicos illis faventes et dicta sanctione utentes, omnesque et singulos alios in praemissis sua, communiter vel divisim, interesse putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus tunc non pateret accessus, in Mediolan., Astensis et Papiensis ecclesiarum valvis affligendum, monuit et citavit ut, infra tunc expressum terminum, coram eo et dicto concilio comparerent, causasque dicerent, quibus sanctio praefata illiusque corruptela et abusio in concernentibus auctoritatem Romanae Ecclesiae et sacrorum canonum, ac ecclesiasticae libertatis violationem nulla et invalida declarari non deberet.

Hic Pontifex
Iulio interim
defuncto, monitionis terminum
prorogavit,

§ 3. Cum, dicto Iulio praedessore in humanis agente, diversis impedimentis causantibus, citatio exequi et reproduci ac negotium abrogationis huiusmodi plene discuti, ut intentio ipsius Iulii praedecessoris fuerat, non potuisset; sed, eodem Iulio praedessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitime executi, et per procuratorem fiscalem sacri concilii promotorem reproducta, ipsorumque citatorum non comparantium contumacia accusata, et ad ulteriora procedi petitum fuisset, nos, divina favente clementia, ad summi apostolatus apicem assumpti, omnibus rite pensatis, petitioni praedictae, ex certis causis, nullum tunc responsum dedimus; ac deinde, cum per dictos monitos et citatos diversa impedimenta allegarentur, quare in termino eis, ut praefertur, praefixo comparere non potuissent, ut omnis iustae excusationis et querelae occasio eis auferretur, terminum citationis et monitionis huiusmodi praefixum,

eadem sacro approbante concilio, ad alium tunc expressum terminum, iam diu effluxum in diversis sessionibus pluries prorogavimus.

§ 4. Cum autem moniti et citati praedicti, sublatis iam omnibus impedimentis, effluxisque omnibus terminis, coram nobis et dicto concilio non comparuerint nec comparere curaverint ad allegandum causam, quare sanctio praedicta nulla declarari non debeat; ita ut excusationi ultra locus non sit, possintque merito contumaces reputari, prout eos, exigente iustitia, reputamus; nos, mature attendentes pragmaticam sanctionem vel potius, ut dictum est, corruptelam schismatis tempore a non habentibus potestatem editam, reliquae christianae reipublicae Ecclesiaeque sanctae Dei nullatenus conformem, et a clar. mem. Ludovico XI, Francorum rege christianissimo, revocatum, cassatum atque abolitum, auctoritatem, libertatem ac dignitatem dictae Sedis violare ac diminuere; facultatemque Romani Pontificis pro tempore existentis, de sanctae Romanae Ecclesiae card., pro universali Ecclesia assidue laborantium, virorumque doctorum personis, quibus abundat Curia, et quorum consiliis Sedis Apostolicae et Romani Pontificis atque universalis Ecclesiae auctoritas et potestas conservantur, negotiaque diriguntur et in prospero statu confoventur, ecclesiis et monasteriis, eisdemque personis de reliquis beneficiis ecclesiasticis, iuxta eorum status exigentiam, providendi, penitus auferre; praelatis vero ecclesiasticis illarum partium causam praebere ut ipsi nervum ecclesiasticae disciplinae et obedientiae sanctum frangant et violent, ac contra nos et Sedem praedictam, eorum matrem, cornua erigant, et eis ad praemissa audendum viam aperire; ipsamque notoriae nullitati subiaccere, nulloque, nisi alienius temporis, seu potius tolerantiae eiusdem adminiculo fulciri, etsi Romani Pontifices, praedecessores nostri praefati,

Quo elapso, ad
abrog. dic. prag-
maticae devenire
consult.

prout ipsi suo tempore summopere optare demonstrarunt, corruptelam et abusionem huiusmodi, vel malignitate temporum vel alias, illi providere et in totum occurrere non valentes, suis temporibus tolerasse visi fuerunt; considerantes tamen, ab ipsius Bituricensis sanctionis editione, vix annos septuaginta fluxisse, nullumque, infra hoc temporis spatium, praeter hoc Lateranense, concilium legitime fuisse celebratum, quo eam, disponente Domino, constituti simus, ab eiusdem improbae sanctionis extirpatione, totali annulatione, sine nostra et tantorum patrum in praesenti concilio congregatorum nota, ac nostrae et dictorum illa utentium animarum periculo abstinere seu desistere non posse, Augustino teste, indicamus atque censemus.

§ 5. Et sicut pia mem. Leo Papa I, praedecessor noster, cuius in hoc libenter, quoad possumus, vestigia imitamur, ea, quae in secunda Ephesina synodo temere contra iustitiam et catholicam fidem gesta fuerunt, postmodum in Chalcedonen. concilio mandavit ac fecit, pro dictae fidei firmitate, revocari; ita et nos a tam nefariae sanctionis et contentorum in ea revocatione retrahi aut desistere, salva conscientia ac nostro et ipsius Ecclesiae honore, non posse aut debere censemus.

§ 6. Nec illud nos movere debet quod sanctio ipsa et in ea contenta, in Basileensi concilio edita et, ipso concilio instante, a Bituricensi congregatione recepta et acceptata fuerunt, cum ea omnia, post translationem eiusdem Basileen. concilii, per rec. mem. Eugenium Papam IV, etiam praedecessorem nostrum, factam, a Basileen. conciliabulo seu potius conventicula, quae, praesertim post huiusmodi translationem, concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cum etiam solum Rom. Pont. pro tempore existen., tamquam auctoritatem super omnia concilia habentem, conciliorum indicendo-

rum, transferendorum ac dissolvendorum plenum ius et potestatem habere, ne dum ex sacrae Scripturae testimonio, dictis sanctorum Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum, praedecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorundem conciliorum confessione manifeste constet, quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, utpote notoria, silentio praeterire. In Alexandrina enim synodo, Athanasio ibidem existente, Felici Romano Pontif. ab eadem synodo scriptum fuisse legimus, Nicaenam synodum statuere non debere, absque Romani Pontificis auctoritate, concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem Pontif. Ephesinam secundam synodum ac Chalcedonen. statuere; Martinum etiam Papam V praesidentibus suis in concilio Senen. potestatem transferendi concilium, nulla consensus ipsius concilii mentione habita, dedisse; Ephesinam quoque primam synodum Caestino, ac Chalcedonen. eidem Leoni sextam, Agathon septimam, Hadriano octavam, Nicolao octavam etiam, Constantinopolitanam synodum Hadriano, Roman. Pontif. praedecessoribus nostris, maximam reverentiam exhibuisse, eorundemque Pontif. institutionibus et mandatis in sacris conciliis per eos editis et factis reverenter et humiliter obtemperasse. Unde Damasus Papa et caeteri episcopi Romae congregati, scribentes de concilio Ariminensi episcopis in Illyrico constitutis, praedudicium aliquod per numerum episcoporum Arimini congregatorum fieri non potuisse testantur, quandoquidem constet Roman. Pontif., cuius, ante omnia, dicebat spectari decretum, talibus non praebuisse consensum; eundemque Leonem Pontificem, universis Siciliae episcopis scribentem, idem voluisse apparere; consueveruntque antiquorum conciliorum patres, pro eorum, quae in suis conciliis gesta fuerunt, corroboracione, a Rom. Pontifice subscriptionem approbationemque humiliter petere et obtinere, prout

Leo I revocavit acta contra fidem in II Ephesina synodo.

Ideo hic Pontifex iure revocavit d. pragmaticam, quae unquam confirmata in conciliabulo Basileensi;

ex Nicaena et Ephesina ac Chalcedonen. huiusmodi. et sexta Constantinopolitana et septima eadem Nicaena ac Romana sub Symmacho synodis habitis. earumque gestis. necnon in Amari libro de synodis manifeste colligitur: quod etiam novissime Constantien. patres fecisse constat. Quam laudabilem consuetudinem si Bituricen. et Basileen. secuti fuissent, huiusmodi molestia procul dubio careremus.

§ 7. Cupientes quoque huiusmodi negotium ad debitum finem perducere, ac tam vigore citationum hactenus a nobis et praefato Iulio praedecessore ex abundantia emanatarum. quam aliorum praemissorum. quae ita notoria sunt, ut nulla valeant excusatione aut tergiversatione celari; etiam ex nostro pastoralis officio procedentes. omnesque et singulos. tam iuris quam facti. defectus. si qui forsitan in praemissis intervenerint. supplentes. ex certa nostra scientia et de apostolicae potestatis plenitudine (eodem sacro approbante concilio). tenore praesentium. praefatam pragmaticam sanctionem seu corruptelam. eiusque approbationem quomodolibet emanatam. omniaque et singula decreta. capitula. statuta. constitutiones sive ordinationes in eadem quomodolibet contentas seu etiam insertas. ac ab aliis prius editas; necnon consuetudines. styllum. usum sive potius abusum ex ea in hanc usque diem quomodolibet emanatos seu observatos. nullius roboris vel momenti fuisse et esse decernimus et declaramus. Necnon. ad abundantiore[m] cautelam. eandem Bituricense[m] sanctionem sive corruptelam eiusque approbationem tacitam vel expressam. ut praefertur. et in ea contenta omnia et singula etiam inserta quaecumque revocamus. cassamus. abrogamus. irritamus. annullamus ac damnamus. et pro infectis. revocatis. cassatis. abrogatis. irritatis. annullatis et damnatis haberi volumus. decernimus et declaramus.

§ 8. Et cum de necessitate salutis existat omnes christifideles Romano Ponti-

fici subesse. prout divinae Scripturae et sanctorum Patrum testimonio edocemur. ac constitutione fel. memoriae Bonifacii Papae VIII. similiter praedecessoris nostri. quae incipit *Unam sanctam*. declaratur. pro eorundem fidelium animarum salute ac Romani Pontificis et huius sanctae Sedis suprema auctoritate. et Ecclesiae sponsae suae unitate et potestate. constitutionem ipsam. sacro praesenti concilio approbante. innovamus et approbamus. sine tamen praedecisionis declarationis sanctae mem. Clementis Papae V. quae incipit *Meruit*.

§ 9. Inhibentes. in virtute sanctae obedientiae et sub poenis et censuris infra dicendis. omnibus et singulis christifidelibus. tam laicis quam clericis. saecularibus et quorumvis Ordinum. etiam Mendicantium. regularibus et aliis quibuscumque personis. cuiuscumque status. gradus et conditionis existant. etiam S. R. E. cardinalibus. patriarchis. primatibus. archiepiscopis et episcopis et quibusvis aliis. ecclesiastica vel mundana vel quavis alia dignitate fulgentibus. omnibusque aliis et singulis praelatis. clericis. capitulis et conventibus saecularibus et Ordinum praedictorum regularibus. etiam monasteriorum abbatibus. prioribus. ducibus. comitibus. principibus. baronibus. parlamentis. officialibus. etiam regibus. iudicibus. advocatis. notariis. tabellionibus ecclesiasticis vel saecularibus. et quibusvis aliis personis ecclesiasticis. regularibus et saecularibus. ut praefertur. quaecumque dignitate fulgentibus. in praefato regno Franciae. Delphinatus et ubicumque praedicta pragmatica. directe vel indirecte. tacite vel expresse vigeret. quomodolibet existentibus vel pro tempore futuris. ne de caetero. praefata pragmatica sanctione. seu potius corruptela. quomodolibet vel quavis causa. tacite vel expresse. directe vel indirecte aut quovis alio quaesito colore vel ingenio. in quibuscumque actibus iudicialibus vel extrajudicialibus uti. seu etiam

Bonifacii VIII extravag. 1. *De maior. et obedient.*; ac Clementis V extravag. 11. *De privilegiis*. confirmat et innovat;

Usum d. pragmaticae hic idem Pontifex omnibus prohibet.

Eamque nullam esse decernit et damnat;

eam allegare, vel secundum eam indicare; aut quosvis actus iudiciales vel extraiudiciales, secundum dietae pragmaticae tenorem vel capitula in ea contenta, per se vel alium sen alios, nullatenus facere praesumant, aut per alios fieri permittant seu mandent; nec praefatam pragmaticam sanctionem aut in ea contenta capitula seu decreta ulterius in domibus suis aut aliis locis publicis vel privatis teneant; quinimmo illam ex quibusvis archivis, etiam regis seu capitularibus, et locis praedictis, infra sex menses a data praesentium computandos, deleant seu deleri faciant, sub maioris excommunicationis latae sententiae; necnon, quoad ecclesiasticas et regulares personas praedictas, omnium etiam patriarchalium, metropolitan. et aliarum cathedralium ecclesiarum, monasteriorum quoque et prioratum, etiam conventualium, et quorumcumque dignitatum aut beneficiorum ecclesiasticorum saecularium et quorumvis Ordinum regularium privationis et inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda; quo vero ad saeculares, praefatae excommunicationis, necnon amissionis quorumcumque feudorum, tam a Romana quam alia ecclesia ex quavis causa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infamesque ac criminis laesae maiestatis in iure expressis poenis, eo ipso et absque ulteriori declaratione, per omnes et singulos supradictos, si, quod absit, contrafecerint, incurrendis, a quibus, vigore cuiuscumque facultatis aut clausularum, etiam in confessionalibus, quibusvis personis, sub quibusvis verborum formis concessis, contentarum, nisi a Romano Pontifice canonice intrante vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant.

§ 10. Non obstantibus praemissis, necnon constitutionibus et ordinationibus, decretis ac statutis, apostolica seu quacumque alia, etiam conciliari auctoritate, quomodolibet, etiam ex certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine, editis et emanatis et saepius innovatis, repetitis, confirmatis et approbatis, quibus, illorum omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, ad effectum praemissorum pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, scientia, potestate et tenore praemissis, specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque: aut si communitatibus, universitatibus et personis singulis supranominatis, etiam cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, marchionibus et ducibus praefatis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari aut propterea privari et inhabiles reddi non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; et quibuscumque privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectum earumdem impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Nulli ergo *etc.*

Si quis autem *etc.*

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, xiv kalendas ianuarii, pont. nostri anno iv.

Dat. die 19 decembris 1516, pont. anno iv.

Contrariis
derogat.

Concordia super provisionibus beneficiorum ecclesiasticorum.

SUMMARIUM

Unitas S. R. Eccl. praeservari debet, — 1. Cuius gratia concordia cum regibus Franciae tractata fuit, pro abrogatione pragmatice ibi vigentis. — 2. Ludovic. XI illam abrogavit tempore Pii II, sed non fuit observata haec abrogatio. — 3. Iulius ideo II conc. Lateran. indixit, ibique de huius pragmatice abrogatione agi iussit. — 4. Eo defuncto, hic Pontifex ad ulteriora processit, ut in constitut. praeced.; — 5. Sed Franciscus I rex personaliter cum hoc Pontifice haec tractavit. — 6. Constitutiones hic enunciatae, inter eos inite fuerunt: — 7. De electionibus ad cathedrales et metropolitanas ecclesias, — 8. Et ad Ecclesias vacantes, per obitum, apud Sedem Apostolicam, — 9. Electionibusque consanguineorum regis aut sublimium personarum aut Mendicantium reformatorum, — 10. Monasteriisque et beneficiis electivis; — 11. De expectativis et reservationibus, — 12. Collationibusque fiendis per ordinarios; — 13. De collatione Ecclesiarum parochialium; — 14. De literis Papae in forma mandati; — 15. De vero valore exprimendo; — 16. De causis in partibus Franciae cognoscendis et earum appellationibus, — 17. Earumdemque instantiis, — 18. Appellationibus, — 19. Triennali pacifico possessore, — 20. Beneficia sine titulo possidentibus. — 21. Concubinariorum poenis. — 22. Concubinarij publici qui sint. — 23. Concubinarij non permittendi. — 24. De conversatione cum excommunicatis, — 25. Interdictisque ecclesiasticis, — 26. Resignationibus beneficiorum. — 27. Stabilimentum dictae concordiae cum ipsomet rege, qui Bononiae personaliter huic Pontifici obedientiam praestitit, — 28. Cui derogari non possit decernit. — 29. Pactumque ut rex, infra certum tempus, hanc concordiam in suo regno acceptari faciat. — 30. Declaratio dictae concordiae. — 31. Observantia concordiae per regem executioni demandanda. — 32. — Clausulae derogatoriae. — 33. Forma mandati apostolici de quo supra. — 34. Forma alterius mandati apostolici, de quo supra.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Primitiva illa Ecclesia in angulari petra a Salvatore nostro Iesu Christo fundata, apostolorum praeconiis elata, martyrumque sanguine consecrata et aucta, ubi primum, iuvante Domino, per orbem terrarum lacertos movere incoepit, provide attendens quantum oneris humeris impositum haberet, quot oves pascere, quot custodire, ad quot, etiam remotissima, loca oculos intendere oporteret, divino quodam consilio, parochias instituit, dioeceses distinxit, episcopos creavit et metropolitanos praefecit, ut, tamquam membra capiti obsequentia, cuncta, secundum eius voluntatem, salubriter in Domino gubernarent, et tamquam rivuli a perenni fonte, Romana videlicet Ecclesia, derivantes, ne angulum quidem dominici agri non irrigatum dimitterent. Unde, sicut alii Romani Pontifices praedecessores nostri, suo tempore, omni studio curarunt ut dicta Ecclesia uniretur, et in sancta unione sine ruga et macula conservaretur, et omnes vepres ab eadem Ecclesia abolerentur, cui proprium est, divina opitulante gratia, virtutes colere et vitia radicitus extirpare; et ita nos, tempore nostro et praesenti durante concilio, ea facere et curare debemus, quae unioni et conservationi eiusdem Ecclesiae conducere videntur. Ea propter omnes spinas, quae unionem huiusmodi pullulare non sinunt, tollere prorsus et extirpare, ac virtutes in vinea Domini inserere satagimus.

§ 1. Sane, inter arcana mentis nostrae revolventes quot tractatus inter piae memoriae Pium II, Sixtum IV, Innocentium VIII, Alexandrum VI et Iulium II, Romanos Pontifices praedecessores nostros, et clarae memoriae reges Franciae christianissimos, super abrogatione certae constitutionis in dicto regno Franciae vigentis, quae *Pragmatica* vocatur, habiti fuerunt:

§ 2. Et licet Pius II praefatus, nun-

Unitas S. R. E. praeservari debet,

Cuius gratia concordia cum regibus Franciae tractata fuit, pro abrog. pragmatice ibi vigentis.

Ludovic. XI illam abrogavit, tempore Pii II, sed non fuit observata haec abrogatio.

ciis ad clarae memoriae Ludovicum XI, Franciae regem, destinatis, tantis eidem persuaserit rationibus, ut rex ipse pragmaticam sanctionem huiusmodi, tamquam in seditione et schismatis tempore natam, suis patentibus literis abrogaverit. Tamen huiusmodi abrogatio, nec etiam literae apostolicae praefati Sixti super concordata cum oratoribus praefati regis Ludovici ad praefatum Sixtum praedecessorem destinatis habita, expeditae, per praelatos et personas ecclesiasticas dicti regni receptae fuerunt; nec ipsi praelati et personae ecclesiasticae illis parere, nec monitis Innocentii et Iulii praedicti anres praebere, sed eidem pragmaticae constitutioni inhaerere voluerunt.

Iulius ideo II conc. Lateran. indicit, ibique de huius pragmaticae abrogatione agi iussit.

§ 3. Unde praefatus Iulius praedecessor, in praesenti concilio Lateranensi, universalem Ecclesiam repraesentante, per eum legitime indicto, abrogationis pragmaticae sanctionis huiusmodi negotium et illius discussionem venerabilium fratrum suorum cardinalium, de quorum numero tunc eramus, et aliorum praelatorum congregationibus, relationemque discussorum sibi et eidem concilio faciendam commisit; Gallicosque praelatos, capitula ecclesiarum, monasteriorum conventus ac parlamenta et laicos illis faventes, cuiuscumque dignitatis, etiam si regalis existerent, sanctione praedicta utentes seu illam approbantes, omnesque et singulos alios sua, communiter vel divisim, interesse putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus non pateret accessus, in certis ecclesiis tunc expressis affigendum moneri et citari infra certum competentem terminum praefigendum ad comparandum coram eo in concilio praefato, causasque dicendum, quare sanctio praefata, in concernentibus auctoritatem, dignitatem et unitatem Ecclesiae Romanae et Apostolicae Sedis, sacrorumque canonum et ecclesiasticae libertatis violationem, nulla et invalida declarari, decerni et abrogari non deberet.

Bull. Rom. Vol. V.

84

§ 4. Et cum super iis, in forma iuris, in praefato concilio Lateranensi procederetur, dictusque Iulius praedecessor (sicut Domino placuit) rebus fuisset humanis exemptus; nosque, divina favente clementia, ad summi apostolatus apicem assumpti fuisset, et contra praelatos, capitula, conventus et personas huiusmodi ad nonnullos actus processissemus.

§ 5. Tandem, considerantes pacem esse vinculum charitatis et spiritualem virtutem, qua salvamur, dicente Domino: *Qui biberit aquam, quam ego dabo ei bibere, non sitiet in aeternum*; et quod in pace consistat salus universorum, Cassiodoro testante, omni quippe regno desiderabilior debet esse tranquillitas, in qua et populi proficiunt, et utilitas gentium custoditur, matura deliberatione cogitavimus, non per nuncios aut legatos nostros, sed in praestatione obedientiae filialis, quam carissimus in Christo filius noster Franciscus, Francorum rex christianissimus, personaliter nobis praestitit, haec cum maiestate sua coram discutere, eumque paternis hortari monitis, ut ad laudem Dei et sui honorem, prompto animo, libens ac volens dictae pragmaticae sanctioni abrenunciare, et secundum canones et constitutiones S. R. E., quemadmodum caeteri christiani, vivere, mandatis apostolicis et provisionibus, quae a Sede Apostolica pro tempore emanarent, parere et obedire vellet.

§ 6. Et cum ex electionibus, quae in ecclesiis cathedralibus et metropolitanis ac monasteriis dicti regni multis annis citra fiebant, grandia animarum pericula provenirent, cum pleraeque per abusum saecularis potestatis, nonnullae vero praecedentibus illicitis et simoniacis pactionibus, aliae particulari amore et sanguinis affectione et non sine periurii reatu fierent, cum electores ipsi, etiam si, ante electionem per eos faciendam, magis idoneum, et non eum, quem promissione aut datione alicuius rei temporalis, seu prece

Eo defun., hic Pontifex ad ulteriora processit, ut in constituit. praeced.

Sed Francisc. I rex personaliter cum hoc Pontif. haec tractavit.

Constitutiones hic enunciatae, inter eos iustae fuerunt.

vel precibus per se vel per alium interpositis, electionem procurare didicissent, eligere sponte iurarent, iuramentum huiusmodi non servarent; sed, contra proprium huiusmodi iuramentum, in animae suae praecidium venirent, ut nobis notorie constat ex crebris absolutionibus et rehabilitationibus a nobis et praedecessoribus nostris petitis et obtentis, idem Franciscus rex nostris paternis monitis, tamquam verus obedientiae filius, parere volens, tam pro bono obedientiae, in qua magnum meritum vere consistit, quam pro communi et publica regni sui utilitate, in locum dictae pragmaticae sanctionis ac singulorum capitulorum in ea contentorum, constitutiones infrascriptas invicem tractatas et cum fratribus nostris S. R. E. cardinalibus diligenter examinatas, et de eorum consilio cum praefato rege concordatas, per dilectum filium Rogerium Earnæ reg. advocatum, oratorem suum, ad hoc ab eodem Francisco rege ad nos destinatum, habentem ad hoc speciale et sufficiens mandatum, acceptavit; de eorundem fratrum consilio et unanimi consensu, ex certa nostra scientia et potestatis plenitudine statuimus et ordinamus quod de caetero, perpetuis futuris temporibus, loco dictae pragmaticae constitutionis ac omnium et singulorum capitulorum in ea contentorum, in dicto regno, Delphinatu, comitatu Dien. ac Valentinen., infrascriptae observentur constitutiones, videlicet.

De electionibus ad cathedrales et metropolitanas ecclesias,

§ 7. Quod cathedralibus et metropolitanis ecclesiis, in regno, Delphinatu et comitatu praedictis, nunc et pro tempore, etiamsi per cessionem in manibus nostris et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium sponte factam, vacantibus, illarum capitula et canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri praelati procedere non possint; sed illarum occurrente huiusmodi vacatione, rex Franciae pro tempore existens, unum gravem magistrum seu licentiatum in theologia, aut in utroque seu

in altero iurium doctorem aut licentiatum in universitate famosa et cum rigore examinis, et in vigesimo septimo suae aetatis anno ad minus constitutum et alias idoneum, infra sex menses a die vacationis ecclesiarum earundem computandos, nobis et successoribus nostris Romanis Pontificibus seu Sedi praedictae nominare, et de persona per regem huiusmodi nominata, per nos et successores nostros seu Sedem praedictam provideri; et si contingeret praefatum regem personam taliter non qualificatam ad dietas ecclesias sic vacantes nominare, per nos et successores seu Sedem huiusmodi de persona sic nominata eisdem ecclesiis minime provideri debeat, sed teneatur idem rex, infra tres alios menses, a die recusationis personae nominatae non qualificatae, sollicitatori nominationem non qualificatam prosequenti consistorialiter factae intimandae, computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare; alioquin, ut dispensatione ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur, ecclesiae tunc sic vacanti per nos et successores nostros seu Sedem huiusmodi de persona, ut praefertur, qualificata;

§ 8. Necnon ecclesiis per obitum apud Sedem praedictam vacantibus, semper, nulla dieti regis praecedente nominatione, libere provideri possit, decernentes electiones contra praemissa attentatas, ac provisiones per nos et successores nostros seu Sedem huiusmodi factas, nullas et invalidas existere.

Et ad ecclesias vacantes, per obitum, apud Sedem Apostolicam,

§ 9. Consanguineis tamen praefati regis ac personis sublimibus, ex causa rationabili et legitima, in nominatione et apostolicis literis exprimenta, necnon religiosis Mendicantibus reformatis eminentis scientiae et excellentis doctrinae, qui, iuxta sui Ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possint, sub prohibitione praemissa minime comprehensis, sed de eorum personis, dietis ecclesiis pro tempore vacantibus, ad dieti

Electionibusq. consanguin. regis aut sublimium personarum aut Mendicant. reformatorum,

regis nominationem, per nos et successores nostros seu Sedem huiusmodi libere provideri possit.

Monasterisque
et beneficiis electivis;

§ 10. Monasteriis vero et prioratibus, conventualibus et vere electivis, videlicet in quorum electionibus forma capituli, *Quia propter*, servari, et confirmationes electionum huiusmodi solemniter peti consueverunt, in regno, Delphinatu et comitatu huiusmodi, nunc et pro tempore, etiam per similem cessionem, vacantibus, illum conventus ad electionem seu postulationem abbatis seu prioris procedere non possint; sed idem rex, illorum occurrente huiusmodi vacatione, religiosum eiusdem Ordinis in aetate viginti trium annorum ad minus constitutum, infra simile tempus sex mensium a die vacationis monasteriorum et prioratuum huiusmodi computandorum, nobis et successoribus nostris aut Sedi huiusmodi nominare, et de persona, per regem huiusmodi monasterio vacanti nominata, per nos et successores nostros seu Sedem huiusmodi provideri; prioratus vero personae ad illum per eundem regem nominatae conferri debeat. Si vero idem rex presbyterum saecularem vel religiosum alterius Ordinis aut minorem viginti trium annorum vel alias inhabilem nobis aut successoribus nostris, infra dictum semestre, seu Sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari et nullatenus sibi provideri debeat; sed rex ipse, infra trimestre a die recusationis supradicto modo intimandae computandum, alium modo supradicto qualificatum monasterio seu prioratui tunc vacanti nominare, et de persona ad monasterium nominata illi provideri, ac prioratum vere nominato, prioratus ipse per nos et successores nostros seu Sedem praedictam conferri debeat. Alioquin, dictis novem mensibus efflaxis, nulla seu de persona minus idonea et modo praemisso non qualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud Sedem praedictam, semper, etiam nulla dicti regis expectata nomina-

tionem, per nos et successores nostros seu Sedem praedictam monasteriis provideri; prioratus vero personis, ut praefertur, qualificatis dumtaxat conferri libere possint. Electiones autem et illarum confirmationes nec non provisiones, per nos et successores nostros et Sedem praedictam contra praemissa pro tempore factas, nullas, irritas et inanes esse decernimus. Per praemissa tamen non intendimus in aliquo praediacare capitulis ecclesiarum et conventibus monasteriorum et prioratuum, huiusmodi privilegia a Sede Apostolica proprium eligendi praclatum obtinentibus, quominus ad electionem episcoporum ac abbatum et priorum, iuxta formam in privilegiis contentam; et si in eorum privilegiis forma aliqua expressa non fuerit, tunc formam concilii generalis, *Quia propter*, servare teneantur, dummodo de privilegiis sibi concessis huiusmodi per literas apostolicas seu alias authenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta.

§ 11. Volumus quoque et ordinamus quod, in regno, Delphinatu et comitatu praedictis, de caetero non dentur aliquae gratiae expectativae, ac speciales vel generales reservationes ad vacatura beneficia per nos et Sedem praedictam non fiant; et si de facto per importunitatem aut alias a nobis et successoribus nostris et Sede praedicta emanaverint, illas irritas et inanes esse decernimus. In cathedralibus tamen, metropolitanis et collegiatis ecclesiis, in quarum statutis caveretur expresse quod nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinere possit, nisi in illis actu canonicus existat, canonicos (ad effectum dumtaxat inibi obtinendi dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi, et non consequendum primam praebendam vacaturam) creari posse intendimus.

§ 12. Statuimus insuper quod ordinarius collator, in unaquaque cathedrali ac

De expectativis et reservationibus,

Collationibusque fiendis per ordinarios;

etiam metropolitana ecclesia, canonicatum et praebendam theologalem inibi existentem conferre teneatur uni magistro seu licentiatu aut baccalaureo formato in theologia, qui per decennium in universitate Studii generalis privilegiata studuerit, ac onus residentiae, lectionis et dicationis actu subire voluerit, quique bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas, impedimento cessante legitimo, legere debeat; et quoties ipsum in huiusmodi lectione deficere contigerit, ad arbitrium capituli, per subtractionem distributionum totius hebdomadae puniri possit; et si residentiam deseruerit, de illis alteri provideri debeat; et, ut liberius studio vacare possit, etiam si absens fuerit a divinis, habeatur pro praesente, ita ut nihil perdat. Praefatique ordinarii collatores seu patroni ecclesiastici, quicumque fuerint, ultra dictam praebendam theologalem, quam, ut praefertur, qualificato conferre tenentur, tertiam partem omnium dignitatum, personatum, administrationum et officiorum caeterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, ad eorum collationem, provisionem, nominationem, praesentationem seu quamvis aliam dispositionem quomodolibet spectantium, viris literatis, graduatis et per universitates nominatis hoc modo, videlicet, primo mense post praesentium acceptationem et earundem publicationem, praefati ordinarii collatores dignitates, personatus, administrationes et officia ad eorum collationem, provisionem, nominationem, praesentationem seu quamvis aliam dispositionem, ut praefertur, spectantia, graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studii debite insinuaverint, conferre teneantur. Beneficia vero, quae in duobus sequentibus mensibus vacare contigerit, illa, iuxta iuris communis dispositionem, personis idoneis libere conferre, seu personas idoneas ad illa praesentare possint. Beneficia autem, quae in quarto mense vacare contigerit, viris graduatis per uni-

versitatem nominatis, qui gradus et nominationis literas cum tempore studii debite insinuaverint, conferre seu praesentare teneantur. Beneficia vero, quae quinto mense et sexto vacare contigerit, simili modo personis idoneis libere conferre seu personas ad illa praesentare possint. Beneficia autem, quae septimo mense vacare contigerit, graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studii debite insinuaverint, conferre teneantur. Beneficia vero, quae octavo et nono mensibus vacare contigerit, pari modo personis idoneis conferre seu personas idoneas ad illa praesentare teneantur. Beneficia autem, quae mense decimo vacare contigerit, graduatis nominatis, qui gradus nominationis literas cum tempore studii debite insinuaverint, per eosdem ordinarios conferri, seu ipsi ad illa praesentari debeant. Beneficia autem, quae undecimo et duodecimo mensibus vacare contigerit, per eosdem ordinarios personis idoneis, iuxta iuris communis dispositionem, conferri, seu ipsi ad illa praesentari debeant. Si quis vero, cuiuscumque status, etiam si cardinalatus, patriarchalis, archiepiscopalis aut pontificalis vel alterius cuiuslibet dignitatis, contra praedictum ordinem et qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis seu quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo praemisso disposuerit, dispositiones ipsae sicut ipso iure nullae, collationesque et provisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem devolvantur, qui eisdem personis modo praemisso qualificatis providere teneantur; et, si contravenerint, ad alium superiorem devolvatur provisio et praesentatio huiusmodi gradatim, donec ad Sedem Apostolicam fiat devolutio. Praeterea volumus quod collatores ordinarii et patroni ecclesiastici praefati, qui dignitates, personatus, administrationes et officia ac beneficia in mensibus graduatis et nomi-

natis, assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos dumtaxat praesentare teneantur, qui per tempus competens in universitate famosa studuerint. Tempus autem competens: decennium in magistris seu licentiatis aut baccalaureis in theologia; septennium vero in doctoribus seu licentiatis in iure canonico, civili aut medicina; quinquennium autem in magistris seu licentiatis in artibus, cum rigore examinis, logicalibus inclusive, aut in altiori facultate; sexennium autem in baccalaureis simplicibus in theologia; quinquennium vero in baccalaureis iuris canonici aut civilis, in quibus baccalaureis iuris canonici aut civilis, si ex utroque parente nobiles fuerint, triennium sufficiens esse decernimus; praefatique graduati et nominati collatoribus ordinariis sive patronis ecclesiasticis, semel autem vacationem beneficii, de literis gradus seu nominationis, et de praefato tempore studii, per literas patentes universitatis, in qua studuerint, manu scribae et sigillo universitatis signatas, fidem facere teneantur. Cum vero probatio nobilitatis fieri deberet ad effectum ut nobiles ipsi gaudere possint beneficio minoris temporis studii, tunc nobilitas ipsa per quatuor testes deponentes in iudicio coram iudice ordinario loci, in quo est natus ille de cuius nobilitate ex utroque parente constare debet, etiam in partis absentia, probari possit; teneanturque praefati graduati, tam simplices quam nominati, patronis ecclesiasticis aut collatoribus ordinariis, quibus gradus aut nominationis literas huiusmodi insinuare deberent, literas suorum gradus et nominationis, certificationis de tempore studii et attestationis nobilitatis duplicatas dare; ac in singulis annis, tempore quadragesimae, per se vel procuratorem suum, collatoribus, nominatoribus seu patronis ecclesiasticis aut eorum vicariis, eorum nomina et cognomina insinuare; et eo anno, quo praefatam insinuationem

facere omiserint, beneficium, in vim gradus aut nominationis huiusmodi, petere non possint; et si collatoribus ordinariis aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis, graduatis simplicibus, aut graduatis nominatis, non esset graduatus aut nominatus, qui diligentias praefatas fecerit, collatio seu praesentatio per collatorem seu patronum ecclesiasticum, etiam eisdem mensibus facta alteri quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita censeatur; si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium, post insinuationem gradus aut nominationis in mensibus eis assignatis, vacans petierit, et inter suam insinuationem et praefatam requisitionem non supervenerit quadragesima, in qua nomen et cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem, ipsumque illud consequi posse debere decernimus. Statuimus quoque et ordinamus quod collatores ordinarii et patroni ecclesiastici praefati, inter graduatos, qui literas gradus cum tempore studii et attestatione nobilitatis debite insinuaverint, quoad beneficia in mensibus deputatis vacantia, gratificare possint illum ex eis, quem voluerint; quo vero ad beneficia in mensibus graduatis, nominatis, deputatis, antiquiori nominato conferre, seu antiquiorem nominatum, qui literas nominationis, temporis studii et attestationis nobilitatis debite insinuaverit, praesentare seu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominationibus eiusdem anni, doctores licentiatis, licentiatos baccalaureis (demptis baccalaureis formatis in theologia, quos, favore studii theologici, licentiatis in iure canonico, civili aut medicina praefereandos esse decernimus), baccalaureos iuris canonici aut civilis magistris in artibus praeferrere volumus. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diversis facultatibus, doctorem theologum doctori in iure, doctorem in iure canonico doctori in iure civili, doctorem in civili doctori in medicina prae-

ferendos esse decernimus; et idem in iure licentiatas et baccalaureis servari debere volumus; et, si in eisdem facultate et gradu concurrerent, ad datam nominationis seu gradus recurrendum esse volumus; et, si in omnibus his concurrerent, tunc collator ordinarius, inter eosdem concurrentes, gratificare possit. Volumus autem quod nominati literas nominationis ab universitatibus, in quibus studuerint, obtinentes, in nominationum literis, beneficia per eos possessa et eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literae nominationis huiusmodi, eo ipso, nullae sint et esse censeantur. Si quis vero ex dictis qualificatis, graduatis simplicibus aut nominatis, tempore vacationis beneficii in mensibus eis deputatis vacantibus, duas obtineat praebendas in cathedralibus, etiam metropolitanis, aut collegiatis, seu dignitatem vel praebendam vel aliud beneficium seu alia beneficia, quorum insimul, vel cuius fructus, redditus et proventus tempore residentiae, et horis divinis interessendo, ad summam ducentorum florenorum auri de Camera ascenderent, beneficium, in vim gradus seu nominationis huiusmodi, tunc petere seu consequi non possit. Et insuper, quod tam graduati simplices quam nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantibus petere et consequi possint, secundum propriae personae concordantiam et conformitatem, videlicet saeculares saecularia, et religiosi regularia beneficia ecclesiastica: ita quod saecularis nominatus beneficia regularia in mensibus deputatis vacantibus, praetextu cuiusvis dispensationis apostolicae; et, e contra, religiosus beneficia saecularia petere aut consequi minime possit. Quodque beneficia simpliciter vel ex causa permutationis in mensibus graduatis simplicibus et nominatis assignatis vacantibus eis non sint affecta nec debita, sed ex causa permutationis cum permittantibus dumtaxat, simpliciter vero vacantibus beneficia huiusmodi personis idoneis

per ipsos ordinarios libere conferri possint.

§ 13. Statuimus quoque quod parochiales ecclesiae in civitatibus aut villis muratis existentes, non nisi personis modo praemisso qualificatis, aut saltem qui per tres annos in theologia vel altero iurium studuerint, seu magistris in artibus, qui in aliqua universitate privilegiata studentes magisterii gradum adepti fuerint, conferantur. Monemus autem praefati regni universitates, sub poena privationis omnium et singulorum privilegiorum a nobis et Sede Apostolica obtentorum, ne collatoribus seu patronis ecclesiasticis habeant aliquos nominare, nisi eos, qui secundum praefata tempora studuerint, et secundum dietarum universitatum statuta ad gradus et non per saltum proventi fuerint. Quod si secus fecerint, ultra nullitatis poenam, quam in praefatarum nominationum literis declaramus, universitatis ipsius nominandi privilegium ad tempus, secundum culpae qualitatem, suspendimus. Si quis autem graduatorum aut nominatorum, in mensibus deputatis, a collatoribus ordinariis aut personis ecclesiasticis beneficium vacans, in vim gradus aut nominationis, petierit, et collatorem ordinarium, in vim praefati gradus aut nominationis, in processu posuerit et aliter molestaverit, illum, ultra expensarum, damnorum et interesse condemnationem, a fructibus sui gradus et nominationis privandum esse decernimus; eodemque vinculo collatores ordinarios et patronos ecclesiasticos, quibus graduati et nominati, debite, ut supra, qualificati, suos gradus et nominationis literas insinuaverint, adstringimus, ut beneficia ad eorum collationem vel praesentationem spectantia, in mensibus graduatorum simplicium et nominatorum vacantibus, stantibus praefatis graduatis aut nominatis, debite qualificatis, illa prosequentibus, aliis quam graduatis aut nominatis conferant, sub poena suspensionis potestatis conferendi beneficia

De collatione ecclesiarum parochialium;

in octo mensibus, illo anno, ad collationem eorum ac praesentationem liberam spectantibus.

De literis Papae in forma mandati (1);

§ 14. Statuimus quoque et ordinamus quod quilibet Romae Pont., semel dumtaxat tempore sui pontificatus, literas in forma mandati, iuxta formam inferius adnotatam, et non ultra, dare possit, hoc modo videlicet: unum collatorem habentem collationem decem beneficiorum, in uno; habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum et ultra, in duobus beneficiis dumtaxat gravare possit, ita tamen quod in eadem ecclesia cathedrali vel collegiata collatorem unum pro tempore in duabus praebendis non gravet. Et, ut obvietur litibus, quae occasione literarum mandatorum huiusmodi oriri possent, mandata huiusmodi, sub forma quae est inferius adnotata, dari volumus, quam, ad perpetuam rei memoriam, in Cancellaria Apostolica publicari, et illius quinterno registrari mandamus. Declarantes prosequentes huiusmodi mandata, quoad beneficia sub illis comprehensa, ordinariis collatoribus et graduatis simplicibus et nominatis praefereandos esse; nosque et successores nostros, iure praeventiois, dignitates, personatus, administrationes et officia caeteraque beneficia ecclesiastica et saecularia et quorumvis Ordinum regularia, quaecumque et quomodocumque qualificata, tam in mensibus graduatis simplicibus et nominatis, quam ordinariis collatoribus praefatis assignatis vacantia, ac etiam sub dictis mandatis comprehensa libere conferre.

De vero valore exprimendo (2);

§ 15. Statuimus insuper quod in provisionibus, quas personis quibusvis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis, per nos et successores nostros ac Sedem praedictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad ecclesias cathedrales et metropolitanas ac monasteria, ut ob-

(1) Forma dicti mandati mox infra ponitur.

(2) Ad hoc vide declarationem hic in fine huius ultimae constitutionis.

tenta per eos beneficia retinere possint, fieri contigerit, illorum fructus annui, per florenos aut ducatos auri de Camera aut libras turonen. seu alterius monetae, valor, secundum communem estimationem, exprimi debeat, alioquin gratiae ipsae sint ipso iure nullae.

§ 16. Statuimus quoque et ordinamus quod, in regno, Delphinatu et comitatu praedictis, omnes et singulae causae, exceptis maioribus in iure expresse denominatis, apud illos iudices in partibus, qui, de iure aut consuetudine praescripta vel privilegio, illarum cognitionem habent, terminari et finire debeant. Et ne, sub umbra appellationum, quae nimium et nonnumquam frivola interponi consueverunt, atque etiam in eadem instantia, ad prorogationem litium, saepe multiplicari, iniustus vexationibus materia praebatur; volumus quod, si quis offensus coram suo iudice iustitiae complementum habere non possit, ad immediatum superiorem, etiam ad nos et successores nostros vel Sedem praedictam, omisso medio; nec a gravamine, in quacumque instantia, ante definitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit, quod in definitiva reparari nequiret; et, eo casu, non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari. Si quis vero immediate subiectus Sedi Apostolicae ad eandem Sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum usque ad finem litis, videlicet usque ad tertiam sententiam conformem inclusive; si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegatae iustitiae aut iustum metum, et tunc committi debeat in partibus convicinis et cum causarum expressione, quae etiam de illis, etiam legitime, alias quam per iuramentum coram iudicibus a Sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra praemissa attentatos, nullos et irritos esse volumus; ac rescripta contra praemissa impetrantes, in expensis, damnis

De causis in partibus Franciae cognoscendis et earum appellationibus.

et interesse condemnari debere decernimus atque declaramus; sanctae vero Romanae Ecclesiae cardinales, qui pro universali Ecclesia continue laborant, necnon dictae Sedis officiales officia sua actu exercentes, sub praesenti decreto non intendimus comprehendi.

Earumdemque instantiis,

§ 17. Statuimus etiam et ordinamus quod iudices causas, quae in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, sub poena excommunicationis et privationis beneficiorum per eos obtentorum eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant; pars vero diffugiens et expeditionem ipsius causae malitiose impediens, gravissime per eosdem iudices mulctetur, etiam usque ad privationem iuris in huiusmodi processu praetensi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus; ab interlocutoriis autem, secundo; definitivis vero, tertio dumtaxat provocare licere decernimus.

Appellationib.,

§ 18. Volumusque, secundam sententiam interlocutoriam conformem et tertiam definitivam etiam conformem, omni mora cessante, executioni debitae demandari debere, quacumque appellatione interposita non obstante.

Triennali pacifico possessore,

§ 19. Statuimus quoque quod quicumque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice et sine lite praelaturam, dignitatem, personatum, administrationem vel officium seu quodcumque beneficium ecclesiasticum triennio proximo haecenus possidet vel pro tempore possidebit, in petitorio vel possessorio, a quoquam, etiam ratione iuris noviter reperti, molestari nequeat, praeterquam praetextu hostilitatis aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, et illud, iuxta concilium Viennense intimari debeat; his autem, hoc casu, quoad futuras controversias, intelligatur, si ad executionem citationis iurisque sui in iudicio exhibitionem ac terminorum omnium observationem processum fuerit.

§ 20. Monemus etiam ordinarios ut diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat, et si quem beneficium sine titulo possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiusvis temporis detentione non obstante; de ipsoque beneficio possit illi (dummodo non sit intrusus vel violentus aut alias indignus) vel alteri idoneo provideri.

Beneficia sine titulo possidentibus,

§ 21. Et insuper statuimus quod quicumque clericus, cuiuscumque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius praeminentiae fuerit, qui, post habitam praesentium notitiam, quam habere praesumitur post duos menses post earumdem praesentium publicationem in ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi dioecesani omnino facere teneantur, postquam praesentes ad eorum notitiam pervenerint, publicus concubiniarius a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem ecclesiarum utilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, convertat; necnon huiusmodi publicum concubiniarium, ut primum talem esse noverit, mox suus superior monere teneatur ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat, et si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publice resumpserit, iubemus ut ipsum in omnibus suis beneficiis omnino privet. Et nihilominus ii publici concubiniarii, usque quo cum eis, per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem manifestamque vitae emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, beneficiorum officiorumve sint inhabiles; qui si, post dispensationem, recidivo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad praedicta prorsus inhabiles existant; quodque si hi, ad quos talium correctio per-

Concubiniariorum poenis (1).

(1) Vide concil. Trid., sess. xxiv, *De Reform.*, c. 8; et sess. xxv, *De Regular.*, cap. 14.

tinet, eos, ut praedictum est, punire neglexerint, eorum superiores, tam in ipsos de neglectu, quam in illos pro concubinato, modis omnibus, digna punitione animadvertant. In conciliis etiam provincialibus et synodalibus, adversus tales punire negligentes vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum vel alia condigna poena, severiter procedatur; et si ii, quorum destitutio ad nos et Sedem praedictam spectat, per concilia provincialia aut suos superiores, propter concubinatum publicum, reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur: eadem diligentia et inquisitio in quibuscumque generalibus capitulis, etiam provincialibus, quoad eos servetur, poenis aliis contra praedictos et alios non publicos concubinarios a iure statutis in suo robore permansuris.

Concubin. publici qui sint.

§ 22. Publici autem intelligendi sunt non solum ii, quorum concubinitus per sententiam aut confessionem in iure factam seu per rei evidentiam, quae nulla possit tergiversatione celari, notorius est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam et diffamatam tenent, et, per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

Concubin. non permittendi.

§ 25. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes pecuniarios quaestus a concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali foeditate sordescere, sub poena maledictionis aeternae praecipimus ne deinceps, sub pacto, compositione aut spe alterius quaestus, talia quovismodo tolerent aut dissimulent; alioquin, ultra praemissam negligentiae poenam, duplum eius, quod propterea acceperint, restituere et ad pios usus omnino convertere teneantur et compellantur. Ipsas autem concubinas aut suspectas, praelati omnibus modis eurent a suis subditis, per auxilium et brachii saecularis invocationem (si opus fuerit), penitus arcere; qui etiam

filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper quod in praedictis synodis et capitulis praemissa publicentur, et ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter. Iniungimus praeterea omnibus saecularibus viris, etiam si regali praefulgeant dignitate, ne nullum qualecunque inferant impedimentum, quocumque quaesito colore, praelatis, qui, ratione officii sui, adversus subditos suos pro huiusmodi concubinato et aliis casibus sibi a iure permissis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum sit, et sub poena peccati mortalis necessarie evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos quam solutos, ut similiter a concubinato abstineant; nimis enim reprehensibilis est qui uxorem habet, et ad aliam uxorem seu mulierem accedit; qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium, uxorem ducat; pro huiusmodi autem divini observantia praeccepti, hi, ad quos pertinet, tam salutaribus monitis quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.

De conversatione cum excommunicatis,

§ 24. Statuimus insuper, ad evitandum scandala et multa pericula, subveniendumque conscientis timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione aut aliis quibuscumque divinis, vel etiam praetextu cuiuscumque sententiae aut censurae ecclesiasticae, seu suspensionis aut prohibitionis ab homine vel a iure generali promulgatae, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit vel contra personam, collegium, universitatem, ecclesiam aut locum certum aut certam a iudice publicata et denunciata specialiter et expresse; aut si notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quae nulla possit tergiversatione celari aut aliquo iuris suf-

fragio excusari, eum a communione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos seu prohibitos non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.

Interdictisque ecclesiasticis,

§ 25. Et quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire, statuimus quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa sive culpa ipsorum locorum aut domini seu rectoris vel officialium; propter culpam autem seu causam alterius cuiuscumque privatae personae huiusmodi loca interdicti nequaquam possint, auctoritate quacumque ordinaria delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata seu in ecclesia publicata, aut domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum, auctoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam, infra biduum, inde eum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint; qua, etiam post biduum eiecta, recedente vel satisfaciente, mox ad divina resumitur, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

Resignationibus beneficiorum.

§ 26. Necnon constitutionem, de eorundem fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio editam, quam eum irritanti decreto statuimus et decrevimus et ordinamus quod ex tunc, de caetero, perpetuis futuris temporibus, de cessione regiminis et administrationis ecclesiarum et monasteriorum facta per eos, qui ecclesiis, monasteriis ipsis praerunt, seu illa in administrationem seu commendam, aut ut aliis unita, aut alias obtinebant, seu resignatione aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum seu cessione iuris in eis vel ad ea quomodolibet competentis, aut privationis vel depositionis aut censurarum fulminatione, etiam literis apostolicis a nobis et Sede Apostolica, etiam motu proprio pro tempore emanatis, quae in manibus Romani

Pontificis factae dicerentur, contentis, etiam si super illis narratis fundaretur intentio, constare et apparere deberet per publica instrumenta vel documenta authentica; alioquin, tam in iudicio quam extra illud, narrativae et assertioni huiusmodi in praedictum tertii minime stari, nec ex illis alicui praedictum afferri debere, nisi de huiusmodi narrativa et assertionem, etiam in literis apostolicis facta, altero ex praemissis modis doceretur, innovamus, illamque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari mandamus.

§ 27. Et quia ad supradictam concordiam cum praefato rege, ob illius sinceram devotionem erga nos et Sedem praedictam ostensam, cum ad praestandam nobis reverentiam et filialem obedientiam ad civitatem nostram Bononiae personaliter accessit, consentimus, illamque inviolabiliter observari desideramus, illam veri contractus et obligationis inter nos et Sedem Apostolicam praedictam ex una, et praefatum regem et regnum suum ex altera partibus, legitime initi vim et robur obtinere.

Stabilimentum dictae concordiae cum ipso met rege, qui Bononiae personalit. huic Pontifici obedientiam praestitit,

§ 28. Ac illi et praesentibus in aliqua sui parte, per quascumque literas et gratias per nos et successores nostros desuper concedendas, derogari, clausulamque cum earumdem derogatione praesentium latissime extendenda, ac quod eadem praesentes literae et earum tenor pro expressis habeantur, in quibusvis supplicationibus pro tempore signatis appositam, nihil penitus operari; et illius vigore in literis apostolicis, super ipsis supplicationibus conficiendis, quicquam, per quod praesentibus aut alicui particulae de contentis in eis derogaretur seu derogari videretur, narrari non possit, et sic, per quoscumque iudices, etiam commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici auditores et praefatae Romanae Ecclesiae cardinales, in quibusvis causis super praemissis vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, definiri et sententiarum debere, sublata eis

Cui derogari non posso decernit.

aliter sentiendi et definiendi omnimoda facultate et auctoritate; necnon irritum et inane quidquid secus super iis vel eorum aliquo, a quoquam, quavis auctoritate, etiam per nos et successores nostros praefatos, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§ 29. Volumus autem quod, si praefatus rex praesentes literas ac omnia et singula in eis contenta, quae in prima futura sessione praesentis concilii Lateranensis approbati et confirmari facere promisimus, infra sex menses a die approbationis et confirmationis computandos, non approbaverit et ratificaverit, et ea perpetuis futuris temporibus in regno suo et omnibus aliis locis et dominiis dicti regni, per omnes praelatos et alias etiam ecclesiasticas personas ac curias parlatorum, legi, publicari, iurari et registrari ad instar aliarum constitutionum regiarum; et de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento et registratione praedictis infra praedictum tempus, omnium et singulorum supradictorum patentes literas aut authenticas scripturas nobis non transmiserit, aut nuncio nostro, apud ipsum regem existingi, per eum ad nos destinandas, non consignaverit, et deinde singulis annis etiam legi, prout alias ipsius Francorum regis constitutiones et ordinationes, quae in viridi sunt observantia, observari debent, inviolabiliter observari cum effectu non fecerit, praesentes literae, et inde secuta quaecumque sint cassa et nulla, nulliusque roboris vel momenti.

§ 50. Et cum de omnibus, quae in regno, Delphinatu et comitatu praedictis aguntur, notitiam non habeamus, consuetudines, statuta seu usus libertati ecclesiasticae et auctoritati Sedis Apostolicae quomodolibet praeiudicantia, si qua in regno, Delphinatu et comitatu praedictis alias quam in praemissis existant, non intendimus nobis et eidem Sedi in aliquo praeiudicare, seu illa tacite vel expresse quomodolibet approbare.

§ 31. Et nihilominus praefato Francisco et pro tempore existingi Francorum regi, in virtute sanctae obedientiae, mandamus quatenus per se vel alium seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos, praesentes literas ac omnia et singula in eis contenta, quando et quoties opus fuerit, publicari et ea inviolabiliter observari faciant. Contradictores, cuiuscumque dignitatis et praeminentiae fuerint, per censuras ecclesiasticas et pecuniarias poenas, aliaque iuris et facti quaevis opportuna remedia, appellatione qualibet omnino postposita, compescendo.

§ 52. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Forma vero supradicti mandati apostolici sequitur et est talis.

Leo episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo N. et dilectis filiis capitulo singulisque canonicis Ecclesiae N., salutem et apostolicam benedictionem.

§ 53. Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius N. apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos, cupientes ut eidem N., iuxta illius, quae olim per felicis recordationis Gregorium Papam IX, praedecessorem nostrum, ad tunc episcopum Noviomensem directa extitit, quae incipit *Mandatum*, et aliarum duarum illam immediate sequentium decretalium formas, de canonicatu et prebaenda aut dignitate, personatu, administratione vel officio vestrae vel alterius ecclesiae aut alio beneficio, cum cura vel sine cura, etiam si

Observan. concordiae per regem executioni demandanda.

Clausulae derogatoriae.

Forma mandati apost. de quo supra.

Pactumque ut rex infra certum temp. hanc concordiam in suo regno acceptari faciat.

Declaratio dictae concordiae.

parochialis ecclesia vel eius perpetua vicaria aut cappella sive perpetua cappellania ad vestram collationem, nominationem seu praesentationem et aliam quamcumque dispositionem provideri possit; ac volentes praefato N., meritorum suorum intuitu, gratiam facere specialem, ipsumque N. a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes; nec non omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, quae praefatus N., etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus, obtinet et expectat, ac in quibus et ad quae ius sibi quomodolibet competit, quaecumque, quotennique et qualiacumque sint, eorumque fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum tenores praesentibus pro expressis habentes, motu proprio, non ad ipsius N. vel alicuius alterius pro eo nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, discretionis vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus, si vobis pro alio non scripserimus, qui simile mandatum aut similem gratiam prosequatur, canonicatum et praebendas aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium vestrae vel alterius ecclesiae, aut aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, etiam si parochialis ecclesia vel eius perpetua vicaria aut cappella vel perpetua cappellania fuerit, ad vestram collationem, provisionem, praesentationem, nominationem seu quamvis aliam dispositionem pertinens, etiam si dignitati, personatui, administrationi vel officio huiusmodi cura immineat animarum, dummodo talis dignitas electiva non existat, cum creatione in canonicum vestrae vel alterius ecclesiae, etiam si in ea statuto

et privilegio expresse caveatur quod nulli de dignitate, personatu, administratione vel officio provideri possit, nisi cum effectu illius ecclesiae canonicus existat, canonicatum huiusmodi ecclesiae, cum plenitudine iuris canonici, et non obstante de certo canonicorum numero, ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem vel officium dumtaxat obtinendam et non alias, auctoritate apostolica, tenore praesentium conferimus, et de illo etiam providemus, si quem, quam vel quod, post mensem postquam praesentes literae vobis praesentatae fuerint, extra Romanam Curiam vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem N. conferatis, et de illo aut illa provideatis, seu ipsum ad illum, illam vel illud praesentetis aut nomine; ipsumque N. in canonicum et in fratrem vestrae vel alterius ecclesiae, ad effectum tantum obtinendi dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi, recipiatis; stallum sibi in choro, et locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonici, assignetis, inducentes eundem N. vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et praebendarum aut dignitatis, personatus, administrationis vel officii seu beneficii huiusmodi iuriumque et pertinentium universorum praedictorum, defendentesque inductum, ac facientes N. vel pro eo procuratorem praedictum ad praebendas aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium seu beneficium huiusmodi, quodcumque fuerit, ut moris est, admitti, sibi que de illius vel eorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Non obstante de certo canonicorum numero, ut praefertur, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae vestrae vel alterius ecclesiae, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut

si vobis ab Apostolica sit Sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneamini, quodque de canonicatibus et praebendis seu dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis vestrae vel alterius ecclesiae aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscumque, ad vestram collationem, provisionem, praesentationem, nominationem seu quamvis aliam dispositionem, communiter vel divisim, pertinentibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam, praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Seu si dictus N. praesens non fuerit ad praestandum de observandis statutis et consuetudinibus vestrae vel alterius ecclesiae solitum iuramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter praestet. *Data etc.*

§ 54. Dilectis filiis N. et N. ac N., officialibus, salutem et apostolicam benedictionem. Hodie cupientes ut dilecto filio N. Clerico N. dioecesis, iuxta illius, quae olim per felicis recordationis Gregorium Papam IX praedecessorem nostrum ad tunc episcopum Noviomensem directa extitit, quae incipit *Mandatum*, et aliarum duarum illam immediate sequentium decretalium formas, de canonicatu et praebendis aut dignitate, personatu, administratione vel officio ecclesiae N. aut alio beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, provideri posset, motu proprio, venerabili fratri nostro episcopo N. et dilectis filiis capitulo singulisque canonicis ecclesiae N. per alias nostras literas mandavimus quatenus, si eis communiter vel divisim pro alio non scripsissemus, qui simile manda-

tum aut similem gratiam prosequeretur, eidem N. canonicatum et praebendas aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium aut beneficium ecclesiae N. aut aliud beneficium ecclesiasticum, ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, nominationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim pertinens, si quem, quam vel quod, post mensem post praesentationem earumdem literarum, vacare contingeret, cum plenitudine iuris canonici, omnibus iuribus et pertinentiis suis, prout ad eos communiter vel divisim pertineret, conferrent et assignarent; aut eum ad illa praesentarent, eligerent, nominarent, seu de illis providerent, prout in eisdem literis plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta motu simili mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, si episcopus, capitulum et canonici praedicti canonicatum et praebendas aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium aut beneficium huiusmodi eidem N. conferre et assignare, ac de illis etiam providere recusaverint seu distulerint, aut negligentes fuerint, canonicatum, praebendas aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis supradictis, eidem N. conferre et assignare, necnon eundem N. ad illa, ut moris est, admittere et in canonicum recipere et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, omniaque et singula alia in dictis literis contenta, alias iuxta earumdem continentiam et formam, in omnibus et per omnia facere et exequi curetis. Contradictores, prout iustitia suadebit, ad hoc compescendo. Non obstantibus omnibus quae in dictis literis volumus non obstare. *Data etc.*

Pro regularibus autem similis forma illis conveniens detur *etc.*

Nulli ergo *etc.*

Si quis *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, xv kalendas septembris, pont. nostri anno iv.

Dat. die 18 augusti 1516, pont. anno iv.

Sequitur eiusdem Pontificis alia dictae concordiae confirmatio, sacro Lateranensi Concilio approbante.

SUMMARIUM

Causae huius constit. — 1. Concordia inita fuit cum rege Franciae, ut in bulla praeinserta. — 2. Et nunc illa per Pontificem, cum approbatione concilii, iterato approbatur, quatenus rex pro parte sua eandem observet. — 3. Clausulae derogatoriae.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Causa huius constitutionis.

Divina disponente clementia, per quam reges regnant, et principes imperant, in eminenti apostolatus specula et supergentes et regna, meritis licet imparibus, constituti, animo revolventes quod, etsi ea, quae pro salubri et quieto regimine regnorum, et ad apicem et iustitiam populorum, perpetua eorumdem regnorum stabilitate, regibus praesertim de fide catholica et de republica christiana et Apostolica Sede benemeritis, laudabili et provida nostra ordinatione cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus concessa ac ad effectum huiusmodi gesta, statuta, ordinata et decreta factave sunt, plenam roboris obtineant firmitatem; illis nihilominus interdum, sacro approbante concilio, nostrae innovationis et approbationis robor adiiicimus, ut eo firmiter illibata perdurent, quo saepius erunt nostra auctoritate ac etiam generalis concilii praesidio communita; efficacemque operam circa eorumdem conservationem libenter adhibemus, ut reges et ipsorum regnorum personae, concessionibus, privilegiis, statutis et ordinationibus huiusmodi in Domino plene gaudentes, in pacis et tranquillitatis ac amoenitatis dulcedine conquiescant, et in eorum solita erga eandem Sedem devotione ferventius perseverent.

§ 1. Nuper siquidem, ut Ecclesia sponsa nostra in sancta unione conservaretur, et per christifideles sacris canonibus a Romanis Pontificibus et sacris generalibus conciliis dumtaxat editis uteretur, quasdam constitutiones, quae de cetero loco pragmaticae sanctionis et contentorum in ea in regno Franciae, pro bono pacis et concordiae, ac illius communi et publica utilitate, cum carissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum rege christianissimo, dum Bononiae cum nostra Curia essemus, tractatas, et cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, et de eorum consilio cum praefato rege concordatas, et per ipsius regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorumdem fratrum consilio et unanimi consensu, statuimus, ordinavimus, prout in nostris literis desuper confectis plenius continetur, quarum tenor sequitur, et est talis (1).

§ 2. Nos igitur, ut literae ipsae, quae ob id praecipue editae fuerunt ut in corpore mystico, sancta videlicet Ecclesia, perpetua caritas et pax inviolata perdurent, et si qua membra dissentiant, ea commode suo reinsertantur corpori; eoque magis observentur, quo clarius constiterit ipsas literas ea matura et salubri deliberatione a nobis, dicto sacro Lateranensi approbante concilio, approbatas, innovatas, qua statuta et ordinatae fuerunt; licet ad earumdem literarum subsistentiam et validitatem, alia approbatione non indigerent, ad abundantiore tamen cautelam, ut eo tenacius observentur et difficiliter tollantur, quo tantorum patrum fuerint maiore approbatione munitae, literas praedictas cum omnibus et singulis statutis, ordinationibus, decretis, definitionibus, pactis, conventionibus, promissione, voluntate ac poenis, inhibitione aliisque omnibus et singulis clausulis in eis contentis, illa praesertim, qua volumus quod, si praefatus Francorum rex supradictas literas ac omnia et

Concordia inita fuit cum rege Franciae ut in bulla praeinserta.

Et nunc illa per Pontificem, cum approbatione concilii, iterato approbatur quatenus rex pro parte sua eandem observet.

(1) Bulla ipsa est quae praecedit, ideo non inseritur.

singula in eis contenta, intra sex menses a data praesentium computandos, non approbaret et ratificaret, et ea perpetuis futuris temporibus, in regno suo et aliis locis et dominiis dicti regni, per omnes praelatos et alias ecclesiasticas personas ac curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari et registrari ad instar aliarum constitutionum regiarum, et de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento et registratione praedictis, intra praedictum tempus, omnium et singulorum supradictorum patentes literas aut authenticas scripturas, nobis non transmitteret, aut nuncio nostro, apud ipsum regem existenti, per eum ad nos destinandas non consignaret, et deinde singulis annis etiam legi, prout alias ipsius Francorum regis constitutiones et ordinationes, quae in viridi sunt observantia, observari debent, inviolabiliter observari cum effectu non fecerit, literae ipsae et inde secuta, quaecumque essent, cassa et nulla nulliusque roboris vel momenti, sacro Lateranensi concilio approbante, apostolica auctoritate et potestatis plenitudine approbamus et innovamus, easque inviolabiliter et irrefragabiliter observari et custodiri mandamus; roborque perpetuae firmitatis in eventum dictarum approbationis et ratificationis, et non aliter nec alio modo obtinere; omnesque in dictis literis comprehensos, ad ipsarum literarum ac omnium et singulorum in eis expressorum observationem, sub censuris et poenis ac aliis in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem et formam, teneri et obligatos esse decernimus et declaramus.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae in publica sessione, in

Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, xiv kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 19 decembris 1516, pont. anno iv.

Sequitur dictae constitutionis declaratio.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. In concordatis Franciae habetur quod verus valor beneficiorum exprimatur. — 2. Ex causis autem hic expressis, — 3. Conceditur facultas illum valorem exprimendi infra annum a die datae literarum. — 4. Impetrationes aliter factae invalidantur.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, cui tot tantaque in spiritualibus et temporalibus providenda incumbunt, rerum et temporum qualitate pensata, nonnulla, prout ad cunctorum clericorum beneficia ecclesiastica a Sede Apostolica pro tempore impetrantium commoda et utilitates, ac litibus et fraudibus obvian- dum oportere conspicit, salubriter ordinat et disponit.

§ 1. Nuper siquidem, inter constitutiones ad laudem Dei et christifidelium pacem et quietem, de fratrum nostrorum consilio, cum carissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum rege christianissimo, matura deliberatione concordatas, statuimus quod, in provisionibus, per quas personis quibusvis regni Franciae ac Delphinatus et comitatus Diensis et Valentiniensis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis, per nos et successores nostros et Sedem praedictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad ecclesias cathedrales et metropolitanas et monasteria (ut obtenta per eos beneficia retinere possent) fieri contingeret, illorum verus annus per florenos aut ducatos auri de Camera aut libras turonenses seu alterius monetae valor, secundum communem aesti-

Exordium.

In concordatis Franciae habetur quod verus valor beneficiorum exprimatur.

mationem exprimi deberet, alioquin gratiae ipsae essent ipso iure nullae.

Ex causis autem hic expressis,

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, saepe contingeret personas regni ac Delphinatus ac comitatus huiusmodi, vacatione beneficiorum in locis remotis regni ac Delphinatus et comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiam haberi non posse, et veri valoris huiusmodi notitia non habita, ad illa a Romano Pontifice impetrandum, celerem nuncium ad Sedem praedictam destinare, et signaturam supplicationis super illorum impetratione, cum facultate verum annum valorem beneficiorum huiusmodi in literarum super huiusmodi supplicationibus expeditione augendi, obtinere, ad effectum possessionem beneficiorum huiusmodi assequendi, literas super huiusmodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expressione expedire, et absque eorum culpa, diligentia et expensis, pro impetratione huiusmodi obtinenda factis, et gratia eis a nobis concessa et illius effectum frustrari, ac per posteriores (qui, nulla habita diligentia, expressione veri valoris, eadem beneficia a Sede praedicta impetrarunt) excludi, ac desuper propterea molestari.

Conceditur facultas illum valorem exprimi infra annum a die datae literarum.

§ 3. Nos, qui subditorum nostrorum commoda libenter procuramus, ac eos a litibus et expensis, quantum cum Domino possumus, relevamus, motu proprio ac ex certa nostra scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, statuimus et ordinamus quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, impetrantes beneficia ecclesiastica in regno, Delphinatu et comitatu praedictis, per obitum dumtaxat vacantia, si verum annum valorem beneficiorum in literis apostolicis, quae super dictis beneficiis expeditae fuerunt, non expresserint infra annum a die datae literarum earundem computandum, valorem ipsum male expressum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiusmodi pertinet et correctiones literarum earundem fieri con-

sueverunt, petere; ipsique officiales, ipsarum literarum expeditioni praesidentes, ad eorundem simplicem petitionem, valorem ipsorum impetrantium ad verum annum valorem, iuxta petentium voluntatem, in eisdem literis reducere et corrigere; ipsique impetrantes, pro augmento valoris expressi dumtaxat, annatam Camerae Apostolicae solvere debeant et teneantur.

§ 4. Decernentes quascumque impetrationes posteriores de dictis beneficiis, ratione non expressionis veri valoris huiusmodi infra dictum annum factas, nullius roboris vel momenti esse et pro infectis haberi debere.

Impetrationes aliter factae invalidantur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae MDXVI, kalendis octobris, pont. nostri anno IV.

Dat. die 1 octobris 1516, pont. anno IV.

XXII.

De praedicatorum verbi Dei munere, examine et approbatione (1).

SUMMARIUM

Praedicationis munus valde necessarium et utile est. — 1. Praedicatores tamen aliqua scandalosa quandoque proponunt. — 2. Ideo S. Gregorius praedicatores hortabatur etc. — 3. Et hic Pontifex iubet praedicatores debere prius examinari et approbari; — 4. Admissosque, Evangelium iuxta sensum DD. approbatorum praedicare teneri. — 5. Futura praedicare, etc. non debent. — 6. Const. Clem. V de privilegiis observent. — 7. Inspirationes divinae, antequam praedicentur, Sedis Apost. aut loci ordinarii examini reserventur. — 8. Contravenientium poenae. — 9. Contrariorum derogatio.

(1) Approbatio et examen huiusmodi regulariter spectat ad ordinarios locorum, ita disponente Concil. Trid., sess. v, cap. 2, *De Reform.*; et sess. xxiv, cap. 4, eodem decreto. Quo vero ad eorum officium, habes Concil. Trid., sess. v, cap. 2; sess. xxiv, cap. 4; et sess. xxv, in cap. *De Purgatorio*.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Praedicationis munus valde necessarium et utile est.

Supernae Maiestatis praesidio, per cuius ineffabilem providentiam coelestia simul et terrena diriguntur, super gregem dominicum nobis commissum speculatoris officium (quantum imbecillitati nostrae conceditur) exercentes, totaque mente nobiscum ipsi revolventes, inter alia complura et magna, ad nos pertinere ut munus praedicationis, quod in Ecclesia Dei praecipuum ac pernecessarium magnique fructus atque utilitatis, dummodo recte et ex sincera caritate erga Deum et proximum, praeceptisque et exemplis sanctorum Patrum, qui haec profitentes cum fidei fundatione et propagatione plurimum Ecclesiae contulerunt, exerceatur; quippe quod Redemptor noster primus fecit et docuit, et eius praecepto et imitatione duodenus ille apostolorum numerus, quasi totidem coeli Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum, universum genus humanum, quod sub peccati iugo vetusta servitute continebatur, sensim ab eorum tenebris educentes, et ad perpetuae salutis lucem excitantes, verbum ipsum in omnem terram et in fines orbis terrae, tum ipsi prius, tum deinde sui successores longe lateque propagaverunt altissimeque fundaverunt, ut qui nunc tantum subeant onus meminisse debeant, creberrimeque secum revolvere, praeter auctoris ipsius ac fundatoris Iesu Christi pientissimi Redemptoris, Petri etiam et Pauli ceterorumque apostolorum et Domini discipulorum se vices, quoad hoc officium, subire ac sustinere.

§ 1. Sane fide dignorum relatione percipimus quod nonnulli praedicatores nostris temporibus (quod dolenter referimus), non attendentes se eorum, quos diximus, et insuper sanctorum Ecclesiae doctorum aliorumque sacram theologiam profitentium, qui assistendo iugiter christianis, ac se falsis prophetis rectam fidem subvertere annitentibus opposcentes, Ecclesiam

Bull. Rom. Vol. V.

86

militantem illaeram prius, per se talem eam esse manifestarunt, officium exercere, et non nisi utilia concurrenti eorum sermonibus populo, ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique salutem fidelium, meditata et perficienda debere assumere; multa tamen et varia contra institutiones et exempla, quae diximus, quandoque etiam scandalosa, populis praedicare; quod mentem certe nostram mirum in modum commovit dum nobiscum ipsi mente volvimus quod illi, officii immemores sui, in suis sermonibus non ad utilitatem audientium, sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam devenisse apparent ut verificetur dictum Apostoli ad Timotheum ita scribentis: *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non substinebunt, sed ad sua desideria coaccervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Quorum falsas et inanes mentes, praedicantes ipsi praefati non modo in rectam veramque viam reducere minime student, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum, sine ulla canonum attestatione vel reverentia, immo contra ipsas canonicas sanctiones, sacrae Scripturae sensum multifariam pervertentes, temereque ac perperam plerumque interpretantes, contra veritatem praedicare, terroresque ac minas multaque mala propediem affutura, iamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo dumtaxat sensui obsequentes, comminantur, representant, adesseque asseverant; plerumque etiam vana quaedam et inania et alia huiusmodi populis ingerere, et (quod enormius est) ab aeternitatis lumine et Sancti Spiritus admonitione aut infusione illa se habere asserere audent. Cumque ii, sub confictorum miraculorum mendaciis, varios errores fraudesque disseminent; denique populos, quos in evangelica doctrina sedulo instruere, et in vera fide retinere et conser-*

Praedic. tamen aliq. scandalosa quandoque proponunt.

vare deberent, per sermones suos a sensu et praeceptis universalis Ecclesiae retrahentes, a sacrisque constitutionibus, quas maxime sequi deberent, deviantes, auditores suos amoveant, ac longe faciunt a salute. Per haec namque et alia huiusmodi, simpliciores homines et ad deceptionem procliviores a via salutis et obedientia Romanae Ecclesiae deviantes, in errores perfacile inducuntur.

Ideo S. Gregorius praedicatorum hortatur ut hic.

§ 2. Propterea Gregorius, huius muneris peritissimus et fervore caritatis incensus, praedicatorum vehementer hortatur et monet ut, dicturi ad populum, prudentes cautique accedant, ne, dicendi impetu rapti, verborum erroribus, quasi aculis, audientium corda configant, et cum sapientes fortasse videri desiderant, decepti, speratae virtutis compagem insipienter discendant. Saepe namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna vel incauta audientium corda levigantur. Et sane in nullo alio rudem in plebem maiori damno scandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda praedicant, vel falsa et inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quae, quoniam huic sacrae religioni divinitus institutae, nova et aliena, omnino contraria esse noscuntur, gravi certe acerratoque sunt examine digna, ne scandalum populo christiano et suorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant.

Et hic Pontifex iubet praedicator, debere prius examinari et approbati;

§ 3. Nos igitur, sanctae Dei Ecclesiae (cui, disponente Domino, praesidemus, quae quidem una est, et Deum unum praedicat, colit, ac unam fidem firmiter et sincere confitetur, iuxta illud prophetae vaticinium: *Qui habitare facit unius moris*) uniformitatem, quantum cum Deo possumus, posthabitam reducere, et retentam conservare; quique populo verbum Dei praedicant tales esse cupientes ut eorum praedicatione Ecclesia nullum scandalum patiatur; et si qui corrigibiles sunt ab his, quae proximis nostrisque temporibus praesumpserunt, cum nonnullos eorum, praeter

illa quae diximus, in praedicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Evangelium, ut deberent, explanantes, sed conficta miracula et nova ac falsa vaticinia, aliaque levia et ab anilibus fabulis parum distantia, magnumque scandalum parientia, nulla devotionis et auctoritatis, eiusque improbantis ac repellentis haec habita ratione, vastis clamoribus imprimere ac suadere ubique conantes; et ne pontificali quidem dignitate fulgentibus et aliis Ecclesiae praelatis parentes, quibus potius honorem ac reverentiam exhibere deberent, sed in eorum personas ac statum audaciter ac temere inveli consuevisse, et alia huiusmodi commisisse constat, in futurum abstineant; ut tam periculosum contagiosumque malum ac mortifera pestis radicitus evellatur, et arefactum ita penitus deleatur, ut nec memoria eius remaneat, sacro approbante concilio, statuimus et ordinamus ut nullus tam eletricus saecularis, quam cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinis regularis, aut quivis alius, ad quem facultas praedicandi, tam de iure, quam de consuetudine vel privilegio aut alias, pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respective diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus), ac morum honestate, doctrina, probitate, prudentia et vitae exemplaritate ad illud aptus et idoneus reperiatur; et hic, quocumque postea praedicaturus accesserit, de huiusmodi examine et idoneitate sua per literas authenticas seu alias sui examinatoris approbatorisque episcopis et aliis locorum ordinariis fidem legitime faciat.

§ 4. Mandantes omnibus, qui hoc onus substinent, quique in futurum substinebunt, ut evangelicam veritatem et sanctam Scripturam, iuxta declarationem, interpretationem et ampliationem doctorum, quos Ecclesia vel usus diuturnus approbavit, legendosque haecenus recepit et in poste-

Admissosq. Evangelium iuxta sensum DD. approbator. praedicare teneri.

rum recipiet, praedicent et explanent: nec quidquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adiciant, sed illis semper insistant, quae ab ipsius sacrae Scripturae verbis et praefatorum doctorum interpretatione, rite et sane intellectis, non discordant.

Futura praedicere, etc. non debent.

§ 5. Tempus quoque praefixum futurorum malorum vel Antichristi adventum aut certum diem iudicii praedicare vel asserere nequaquam praesumant; cum Veritas dicat: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate*; ipsosque, qui hactenus similia asserere ausi sint, mentitos, ac eorum causa reliquorum etiam recte praedicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet; inhibentes omnibus et singulis clericis saecularibus vel regularibus praefatis, ceterisque, cuiuscumque status, gradus et ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero, in sermonibus suis publicis, alia quaeque futura ex Literis sacris constanter praedicere, nec illa a Spiritu Sancto vel divina revelatione se habuisse affirmare, et alienas inanes divinationes asseverando, aut alio quocumque modo tractanda assumant; sed, ex divinae vocis praecepto, Evangelium omni creaturae cum vitiorum detestatione et virtutum commendatione enucleent; et pacem ac dilectionem mutuam, a Redemptore nostro tantopere commendatam, ubique foventes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab episcoporum et praelatorum ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractio, quos coram vulgo et laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendant et mordent, et ab eis male gestorum, expressis quandoque nominibus, aperta et manifesta redargutione absteineant.

§ 6. Denique constitutionem felicis recordationis Clementis Papae V, quae incipit *Religiosi*, quam tenore praesentium innovamus et approbamus, inviolabiliter observari debere decernimus, ut hac ratio-

Const. Clem. V de privileg. observent.

ne ad utilitatem populi praedicantes et eum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab Illo acceperant, superlucrarı et eiusdem gratiam et gloriam consequi mereantur.

§ 7. Ceterum, si quibusdam eorum Dominus futura quaedam in Dei Ecclesia inspiratione quapiam revelaverit, ut per Amos prophetam Ipse promittit, et Paulus apostolus, praedicatorum princeps, *Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere*; hos aliorum fabulorum et mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui fervor contradictione sopitur, et tunc Spiritui Sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proveniant, volumus ut lege ordinaria tales assertae inspirationes, antequam publicentur aut populo praedicentur, ex nunc Apostolicae Sedis examini reservatae intelligantur; quod si sine morae periculo id fieri non valeret, aut urgens necessitas aliud suaderet, tunc, eodem ordine servato, ordinario loci notificentur, ut ille, adhibitis secum tribus aut quatuor doctis et gravibus viris, huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint.

Inspiration. divinae, antequam praediceant. Sedis Apostol. aut loci ordinari. examini reserventur.

§ 8. Si qui autem contra praemissorum aliquid committere quidquam ausi fuerint, ultra poenas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, a qua non nisi a Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, eos incurrere volumus. Et ut eorum exemplo alii attentare similia minime audeant, eis praedicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus.

Contravenientium poenae.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac privilegiis et indultis et literis apostolicis, Ordinibus et personis

Contrariorum derogatio.

praefatis, etiam in Mari Magno comprehensis, ac etiam a nobis forsitan approbatis, innovatis vel etiam de novo concessis, quae, quoad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari.

Nulli ergo etc.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimosexto, XIV kalendas ianuarii, pontif. nostri anno IV.

Dat. die 19 decembris 1516, pont. anno IV.

XXIII.

De fidelitatis iuramento per promotos ad quascumque ecclesias et dignitates praestando, poenisque contra non praestantes infligendis (1).

SUMMARIUM

1. Perpetuus in Ecclesia mos, ut ad beneficia promoti iuramentum praestent fidelitatis. — 2. Poenae contra illud praestare negligentes. — 3. Ab eo praestando non excusat literas apostolicas provisionis non fuisse expeditas. — 4. Literae non expediendae nisi prius constet de praestito iuramento. — 5. Exequutores huius constitutionis designati.

Leo Papa X.

§ 1. Inter alia laudabilia et necessaria Sedis Apostolicae decreta, a Summis Pontificibus praedecessoribus nostris edita et omni tempore observata, illud videtur praecipuum, quod ad ecclesias patriarchales, metropolitanas, cathedrales et abbatiales dignitates promoti vinculo iuramenti astringantur, ut Pontifici pro tempore existenti et successoribus suis canonice intransibus fideles esse et alia observare teneantur, quae in forma eiusmodi iuramenti continentur.

§ 2. Nuper ad notitiam nostram pervenit aliquos, ut praemittitur, vincu-

(1) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

lum ipsius iuramenti, quod indissolubile est, declinasse, in decretorum praedictorum contemptum; cupientes autem tali absurditati opportune providere, motu proprio et ex certa nostra scientia, hac praesenti nostra in perpetuum valitura constitutione ordinamus atque decernimus quod quicumque ad aliquam ex dictis dignitatibus in titulum, commendam, administrationem, unionem temporalem et coadiutoriam cum successione, seu quamvis aliam dispositionem, etiam ad ecclesiam titularem in partibus infidelium constitutam, promotus fuerit, et ipse praesens in Romana Curia extiterit, teneatur et debeat, sub mille ducatorum, pro medietate Camerae Apostolicae, et una quarta parte dilectis filiis clericis caeremoniarum magistris, altera vero quarta parte dispositioni praesidentis ipsius Camerae applicandorum, necnon excommunicationis latae sententiae poenis, in manibus dilecti filii nostri prioris diaconorum S. R. E. cardinalium pro tempore existentis, infra mensem a die promotionis computandum, vocato uno ex dictis caeremoniarum magistris, iuxta consuetudinem hactenus servatam, in forma solita iuramentum antedictum praestare, et ultra, si facere neglexerit, omnibus fructibus ecclesiae seu abbatiae, ad quam promotus fuerit, careat, donec iuramentum ipsum praestiterit et poenam incursam cum effectu persolverit.

§ 3. A quibus iuramento et poenae solutione minime se excusare valeat, quod literas promotionis suae non expediverit, seu ad illas expediendas aliquam forsitan a nobis vel successoribus nostris dilationem obtinuerit, qua dilatione gaudere minime possit, nisi obligatio in Camera praedicta bancharii idonei de bullas expediendo, et iura sua Camerae et officialibus Romanae Curiae solvendo praecesserit, vel quod possessionem non fuerit assecutus, nec assequi forsitan posse confidat.

§ 4. Et nihilominus dilectis filiis eustodi Cancellariae nostrae ac summistae

Poenae contra illud praestare negligentes.

Ab eo praestando non excusat literas apostolicas provisionis non fuisse expeditas.

Literae non expediendae, nisi

Perpetuus in Ecclesia mos, ut ad benefic. promoti iuramentum praestent fidelitatis.

prius constet de
praestito iura-
meoto.

literarum nostrarum et notariis Camerae Apostolicae, in virtute sanctae obedientiae, districte mandamus quatenus nullas literas super praemissis expediri permittant, et expeditas minime tradant, nisi eis prius, de iuramento huiusmodi praestito, fides per alterum ex clericis caeremoniarum magistris facta fuerit, sicut haecenus consuetum erat.

Exequutor. hu-
lus constitutio-
nis designati.

§ 5. Volumus autem quod hoc praesens decretum nostrum, tam promovendos quam etiam promotos comprehendat, ita ut ipsi promoti teneantur, infra mensem a die requisitionis, iurare; quod iuramentum recipi non debeat, nisi constituto de obligatione bancharii praedicti aut de alia in eadem Camera facta, pro quorum omnium et singulorum praemissorum efficaci executione venerabili fratri nostro Raphaeli episcopo Ostiensi, ac pro tempore existenti camerario, nec non dilectis filiis praesidentibus Camerae praenominatis, praesentium tenore committimus et mandamus ne habita fide promotionis alicuius ad aliquam ex dignitatibus ante dictis, ex neglectu praestationis praedicti iuramenti, postquam ad id monitus fuerit, contra eum ad declarationem poenarum praedictarum, veluti contra debitores ipsius Camerae, in eobligatos procedant, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Placet, et ita motu proprio mandamus. I.

(Papae subscriptio)

XXIV.

Moderatio et declaratio indulgentiarum quibuscumque Mendicantium et aliorum religiosorum Ordinibus et eorum Tertiariis concessorum.

SUMMARIUM

Causae huius constituit. — 1. Episcopalis dignitas est ceteris eminentior, et Mendicantium opera fructuosa nimis sunt. — 2. Hic itaque Pontifex ex concordia horum inter

episcopos et Mendicantes moderatur privilegia in infra dicendis. — 3. Episcopi eos visitent et corrigant in concernentibus parochianorum curam et sacramentorum administrationem. — 4. Quisque in eorum ecclesiis celebrare possit. — 5. Ad processiones ire cogantur. — 6. Confessores ab ordinariis approbentur. — 7. Sacramenta ministrare possint. — 8. Pacta inita inter episcopos et Mendicantes serventur. — 9. Mendicantes quando mortuos levare possint. — 10. Volentes sepeliri cum eorum habitu, sepulturam eligere possunt. — 11. Ordines ab episcopo recipiant — 12. Et ecclesiarum consecrationes; — 13. Sponsos non benedicant; — 14. Campanam die Sabbati Sancti post cathedralem pulsant; — 15. Censuras ordinariorum servent et publicent; — 16. Decimarum solutionem suadeant; — 17. Conservatores habeant. — 18. Excommunicati ad Religionem non recipiantur. — 19. Tertiarii in propriis domibus degentes uti laici reputentur. — 20. Secus, si claustraliter vivant, etc. — 21. Derogatio contrariorum. — 22. Ordinarii et Mendicantes benigne se tractent. — Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

Dum, intra mentis arcana revolvimus, et diligenti consideratione pensamus operosa sollicitudinis studia continuosque labores, pro divini nominis gloria, exaltatione catholicae fidei, Ecclesiae unitate servanda, et institutione ac salute fidelium animarum per coepiscopos eorumque superiores in diversis partibus ad regimen suarum ecclesiarum a Sede Apostolica constitutos, necnon per fratres diversorum Ordinum, praesertim Mendicantium, indefesse et indesinenter impensos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuosis operibus et opportune ac laudabiliter gestis cordi nostro provenit satisfactio, ut his, quae ad pacem et quietem inter eos conservandam conducere cognoscimus, omni studio intendamus.

§ 1. Novimus enim episcopos ipsos in partem sollicitudinis nostrae assumptos

Causae huius
constitutionis.

Episcopalis di-
gnitas est cete-

ris eminentior
et Mendican. u-
pera fructuosa
omnis eunt.

fuisse, quorum honor et sublimitas, te-
stante Ambrosio, nullis potest coopera-
tionibus adaequari. Religiosos etiam in
agro dominico, pro christiana religionis
defensione et ampliatione, complura fe-
cisse, ac uberes fructus protulisse et in
dies singulos proferre, ita ut eorundem
episcoporum ac religiosorum bonis ope-
ribus orthodoxam fidem incrementa sum-
pisse, et per orbem terrarum undique
dilatatam fuisse, fidelium nullus ignoret.
Et sicut ipsi saepenumero, vigilantissima
et solerti cura, schismata in Dei Ecclesia
extinguere, et Ecclesiae unitatem reddere,
et, ut eidem Ecclesiae pacis tranquillitas
daretur, innumeros labores subire non
dubitarunt; ita quoque par est, eos inter
se, nostris provisionibus, pacis vinculo ac
fraterna charitate et unitate coniungi, ut
eorum concordia doctrina et mutuis ope-
ribus uberiores in Ecclesia Dei fructus
proveniant.

Hic itaque Pon-
tifex ex concor-
dia horum in-
ter episcopos et
Mendican. mo-
deratur privile-
gia in infra di-
cendis.

§ 2. Sane, cupientes ut iura spiritualia,
quae ad Dei laudem et christifidelium
animarum salutem pertinent, et quorum
exercitium praefatis episcopis et eorum
superioribus in suis dioecesibus (cum ipsi
in partem sollicitudinis, ut praefertur, as-
sumpti, ac dioeceses distinctae et cuiuslibet
eorundem episcoporum assignatae fue-
runt) commissum extitit, per ipsos epi-
scopos exerceantur, et ius illa libere exer-
cendi, quantum fieri potest, eis illaesum
praeservetur. Et si aliqua diebus fratribus
Mendicantibus, in eorundem episcopo-
rum laesionem, per Romanos Pontifices
praedecessores nostros et Sedem Apo-
stolicam concessa fuerint, concessionem
huiusmodi, eisdem religiosis factas, in sub-
sequentibus duximus moderandas, ut ipsi
fratres potius ab eisdem episcopis omni-
cum charitate loveantur, quam aliquo modo
molestentur et inquietentur. Una enim est
regularium, saecularium, praelatorum et
subditorum exemptorum et non exempto-
rum universalis Ecclesia, extra quam
nullus omnino salvatur; eorumque om-

nium unus Dominus, una fides. Et pro-
pterea decet eos, qui eiusdem sunt cor-
poris, unius etiam esse voluntatis, et si-
cut fratres nexu invicem charitatis ad-
stricti sunt, sic non convenit alterum in
alterius iniuriam seu iacturam prosilire,
dicente Salvatore: *Hoc est praeceptum
meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.*

§ 3. Ad conservandam igitur inter
episcopos et eorum superiores ac prae-
latos et fratres huiusmodi mutuam cha-
ritatem et benevolentiam, divini quoque
cultus augmentum, pacemque et tran-
quillitatem universalis Ecclesiae status,
quod ita demum fieri posse cognoscimus,
si unienique, quantum fieri potest, sua
iurisdictio conservetur, sacro approbante
concilio, statuimus et ordinamus quod epi-
scopi et eorum superiores et alii praelati
praefati, parochiales ecclesias ad eosdem
fratres, ratione locorum suorum, legitime
spectantes, quoad ea, quae ad parochia-
norum curam et sacramentorum conser-
vationem administrationemque pertinent
(sine tamen visitorum insolito gravamine
vel impensa), visitare; et illarum curam
gerentes et circa illam delinquentes, si
religiosi fuerint, iuxta ipsius Ordinis re-
gularia instituta, intra septa regularis loci;
saeculares vero presbyteros et fratres hu-
iusmodi beneficia obtinentes, libere, tam-
quam suae iurisditioni subiectos, punire.

§ 4. Ac tam praelati quam presbyteri
saeculares, qui vinculo excommunicationis
ligati non fuerint, missas in ecclesiis do-
morum eorundem, devotionis causa ce-
lebrare volentes, celebrare possint; ipsique
fratres tales celebrare volentes, libenter
recipere debeant.

§ 5. Ac ab eisdem praelatis ad pro-
cessionem solennes pro tempore faciendas
requisiti (dummodo eorum loca subur-
bana ultra unum milliare a civitatibus
respective non sint remota) accedere.

§ 6. Necnon superiores eorundem fra-
trum, fratres, quos ad audiendas confes-

(1) Vide Concilium Trid., sess. xxv, *De Regu-
lar.*, cap. 13.

Episcopi eos
visitent et cor-
rigant in con-
cernentibus pa-
rochianor. cu-
ram et sacra-
mentorum ad-
ministrationem.

Quisque in eo-
rum eccles. ce-
lebrare possit.

Ad processio-
nes ire cogan-
tur (1).

Confessores ab
ordinar. appro-
bentur (1).

siones subditorum eorumdem praelatorum tempore elegerint, eisdem praelatis personaliter exhibere ac praesentare (si eos sibi exhiberi et praesentari petierint), alioquin eorum vicariis (dummodo ad praelatos ultra duas diaetas accedere non cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem episcopos et praelatos super sufficiente literatura et aliqua saltem huiusmodi sacramenti peritia dumtaxat examinari. Talibusque praesentatis admissis vel etiam indebite recusatis confitentibus, constitutioni, quae incipit *Omnis utriusque sexus*, quoad confessionem dumtaxat, satisfacisse censeantur.

Sacramenta mi-
nistr. possint.

§ 7. Ipsique fratres etiam forensium confessiones audire valeant, laicos tamen et clericos saeculares a sententiis ab homine latis nullatenus absolvere possint. Eucharistiae vero et Extremae Unctionis aliaque ecclesiastica sacramenta, illis, quorum, etiam infirmorum ac decedentium, confessiones audierint, docentibus proprium sacerdotem sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio eorum notario publico facta doceretur. Eorumdem vero fratrum obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Pacta inita in-
ter episcopos et
Mendic. ser-
ventur.

§ 8. Pacta autem et conventiones inter eosdem fratres et praelatos atque curatos, pro tempore inita, valeant: nisi per subsequentum capitulum proximum generale vel provinciale refutata, ac per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Mendic. quando
mortuos levare
possint.

§ 9. Parochias autem cum cruce ad levanda funera eorum, qui apud ecclesias domorum et locorum eorumdem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius praemonito et requisito ac non recusante parochiano presbytero, et tunc sine eius ac ordinarii praedictio, nisi

(1) Hoc idem, ultra dictum Concilium, statuit Pius V in constitutione *Romani*.

eisdem fratribus super hoc antiqua consuetudo, quae sit in viridi observantia, et eum pacifica possessione, suffragetur.

§ 10. Volentes quoque sepeliri in habitu eorumdem fratrum, in claustro non degentes, sed in propriis domibus habitantes, in eorum ultima voluntate sepulturam sibi eligere possint.

Volentes se-
peliri cum eo-
rum habitu, se-
pulturam elige-
re possunt.

§ 11. Quodque fratres ipsi ad ordines promovendi, per ordinarios de grammatica et sufficientia examinari, et dummodo competenter respondeant, per eosdem ordinarios libere admitti; ac nullatenus in eorum ecclesiis seu domibus aut aliis eorum locis, ab alio quam a dioecesano episcopo vel eius vicario, super hoc cum debita reverentia requisito, et absque rationabili causa contradicente, vel eo a dioecesi absente, ad dictos ordines promoveri debeant.

Ordines ab e-
pisc. recipiant

§ 12. Nec ab alieno episcopo consecrationem ecclesiae vel altaris, aut coemeterii benedictionem petere, seu in ecclesiis per eos pro tempore aedificandis, primum lapidem per alienum episcopum poni facere possint, nisi ubi ordinarius, bis aut ter cum debitis reverentia et instantia requisitus, sine legitima causa id recusaverit.

Et ecclesiarum
consecrationes;

§ 13. Et absque curatorum consensu, sponsum et sponsam benedicere nequeant.

Sponsos non
benedicant;

§ 14. Et ut debitus honor matri ecclesiae reddatur, tam ipsi fratres quam alii clerici saeculares, etiam super hoc Apostolicae Sedis privilegio muniti, die sabbati maioris hebdomadae, antequam campanam cathedralis vel matricis ecclesiae pulsaverit, campanam in ecclesiis suis pulsare minime possint; contrafacientes poenam centum ducatorum incurrant.

Campanam die
Sabbati Sancti
post cathedra-
lem pulsant;

§ 15. Censuras autem per eosdem ordinarios latis et promulgatas, ac in matrice ecclesia civitatum, necnon in collegiatis et parochialibus ecclesiis castrorum et oppidorum respective solemniter publicatas, quando super hoc ab eis-

Censuras ordi-
nariar. servent
et publicent;

dem ordinariis requisiti fuerint, in ecclesiis domorum suarum publicare ac servare.

Decimarum solutio. suadent;

§ 16. Et ut animarum utriusque sexus christifidelium saluti uberius consulatur, illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumque status et conditionis fuerint, ad solvendum decimas sive aliam bonorum seu fructuum quotam, in locis, in quibus decimae ipsae aut similia solvi consueverunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere et hortari; ipsisque etiam illas solvere recusantibus absolutionem denegare, et super hoc requisiti, id populo etiam publice praedicare et persuadere teneantur.

Conservatores habeant.

§ 17. Conservatores autem eisdem fratribus pro tempore a Sede Apostolica deputandi, doctrina et probitate praestantes et in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, et coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas a loco suae solitae habitationis nullus trahi possit, privilegiis super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus.

Excommunicati ad Religionem non recipiantur.

§ 18. Excommunicati quoque Ordinem Mendicantium profiteri volentes, ubi de interesse tertii ageretur, absolvi non possint, nisi praevia satisfactione. Procuratores quoque et negotiorum gestores ac operarii, eorundem fratrum servitiis insistentes, sententiis excommunicationis promulgatis illaqueati sint et esse censentur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium vel favorem praestiterint.

Tertiarii in propriis domibus degentes uti laici reputentur.

§ 19. Fratres autem et sorores Tertii Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzocharae, Cordellati et alii, quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam, ubi voluerint, eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon Extremam Unctionem caeteraque ecclesiastica sacramenta (Poenitentiae sacramento dumtaxat excepto) a proprio sacerdote recipere, et ad onera, quae laicis incumbunt, perferenda tenean-

tur; ac in foro saeculari, coram iudicibus saecularibus, conveniri possint. Et ne censura vilescat ecclesiastica, et minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, iidem dicti Tertii Ordinis, ad divina audienda, in ecclesiis suorum Ordinum, tempore interdicti, nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant seu foveant, aut dantibus auxilium, consilium vel favorem quocummodo praestiterint.

§ 20. Collegialiter autem viventes seu cum claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem seu caelibem aut castam virginalem, expresso voto et sub dicto habitu, vitam ducentes, privilegiis, quibus fratres Ordinis, cuius Tertiae Regulae habitum gestant, gaudere debeant. Omnia etiam et singula supradicta ad reliquos religiosos Ordinum quorumcumque extendi et per eos etiam servari debere volumus atque decernimus; salvis tamen, in reliquis desuper non expressis, tam episcoporum quam fratrum et aliorum religiosorum praedictorum iuribus, quibus per praemissa in aliquo praediacare seu quidquam innovare non intendimus.

Secus, si claustraliter vivant, etc.

§ 21. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dictorum Ordinum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque et indultis ac literis apostolicis, contra praemissa seu aliquod praemissorum, eisdem Ordinibus concessis, etiam in Mari Magno contentis; quibus (etiam si ad illorum derogationem, de eis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorumque tenores praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes) specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Decernentes etc.

Derogatio contrariorum.

Ordin. et Mendicant. benigne tractent.

§ 22. Eisdem insuper fratres, in virtute sanctae obedientiae, monemus ut eosdem episcopos leo sanctorum apostolorum subrogatos, pro debita et nostra ac Apostolicae Sedis reverentia, congruo honore et convenienti observantia venerentur. Ipsos quoque episcopos hortamur ac per viscera misericordiae Dei nostri requirimus ut fratres ipsos affectu benevolo prosequentes, charitative tractent ac benigne foveant, sequi illis minime difficiles aut duros vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios piaque munificentia liberales exhibeant; ac in omnibus praedictis, tamquam in agro dominico cooperatores, eorumque laboris participes, propria benignitate recipiant, eorumque iura omni cum charitate custodiant atque defendant, ut tam episcopi quam fratres praefati (quorum operae, veluti lucernae ardentes supra mensam positae, omnibus christifidelibus lumen praebere debent) ad Dei laudem, fidei catholicae exaltationem populorumque salutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde a largissimo bonorum retributore Domino perennis vitae praemium consequi mereantur.

Nulli ergo etc.

Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo sextodecimo, xiv kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno iv.

Dat. die 19 decembris 1516, pont. anno iv.

Sequitur declaratio dictae bullae quoad Tertiarios.

SUMMARIUM

Relatio dictae bullae. — 1. Causa huius declarationis. — 2. Declaratio. — 3. Derogatio contrariorum.

Leo Papa X ad futuram rei memoriam.

Nuper in sacro Lateranensi concilio, in reformationem privilegiorum religiosorum, inter alia statuimus quod fra-

Bull. Rom. Vol. V.

87

tres et sorores Tertii Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzocharae, Cordellati et alii quocumque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam, ubi voluerint, eligere valeant, sed die Paschatis tantum Eucharistiam ac Extremam Unctionem caeteraque ecclesiastica sacramenta (Poenitentiae sacramento duntaxat excepto) a proprio sacerdote recipere, et ad onera, quae laicis incumbunt, perferenda teneantur. Et ne censura vilescat ecclesiastica, et minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, iidem dicti Tertii Ordinis ad divina audienda nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel ipsam causam nutriant aut foveant, aut dantibus auxilium, consilium vel favorem quoquo modo praestiterint. Collegialiter vero viventes seu in claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem seu coelibem aut castam vidualem, expresso voto et sub dicto habitu, vitam ducentes, privilegiis, quibus fratres Ordinis, cuius Tertiae Regulae habitum gestant, gaudere debeant, prout in constitutione dicti Lateranensis concilii, eodem approbante concilio, desuper edita plenius continetur.

§ 1. Cum autem, sicut accepimus, a quibusdam nimium curiosis vertatur in dubium, an votum praedictum de voto solemnem Religionis intelligatur, cum illud tria substantialia comprehendat, obedientiam scilicet, paupertatem et castitatem, et circa dictas mulieres, virginalem seu castam vidualem vitam ducentes, de virginitate et castitate tantummodo mentio fiat.

§ 2. Nos, ad tollendum omne dubium, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, harum serie decernimus et declaramus quod in praemissis, de voto solemnem Religionis minime intelligi debeat, ita ut mulieres virginalem aut coelibem vitam simpliciter viventes, etiam in consanguineorum et affinium suorum aut propriis

Sanctio poenalis.

Causa huius declarationis.

Declaratio.

Relatio dictae bullae.

domibus vel seorsum habitantes, privilegiis et immunitatibus praedictis, in omnibus et per omnia frui et gaudere debeant.

Terogatio contrariorum.

§ 5. Non obstantibus illis, quae in dicta constitutione nostra volumus non obstandere, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae sub annulo Piscatoris, die prima martii, anno millesimo quingentesimo decimo octavo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 1 martii 1518, pontif. anno v.

XXV (1).

Contra mentientes personas in literis apostolicis ut earum expeditionem gratis assequantur, officialesque eorum complices (2).

SUMMARIUM

Causa constitutionis. — 1. Mentientes se in literis apost. coercentur. — 2. Officiales eorum complices puniuntur. — 3. Literae expeditae nullae sunt. — 4. Decretum irritans. — 5. Iussio publicandi — 6. Derogatio contrariorum. — Publicatio.

Leo episcopus ad perpetuam rei memoriam, motu proprio etc.

Causa constitutionis.

Inhaerendo vestigiis praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sicut non absque gravi displicentia accepimus, nonnulli animae suae prodigi, et avaritiae morbo laborantes, ut literas apostolicas gratis expeditae et Romanae Curiae officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis nonnumquam venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellarii et aliorum cardinalium aut dilectorum filiorum abbreviatorum de maiori praesidentia seu literarum praedictarum scriptorum, necnon aliarum personarum quarumcumque, ex

(1) Haec constitutio sub numero xxx per errorem in Edit Rom. legitur (n. r.). (2) Hoc fere voluit etiam Innoc. VIII contra praedictos mentientes, ut sup. in eius constit. xiv, *Cum sicut*, pag. 529.

quarum qualitatibus et privilegiis sive antiqua consuetudine literas ipsas gratis expedire solent, nepotes et quandoque germanos, interdum vero familiares, continuos commensales fuisse et esse affirmare, et ut tales in dictis literis inseribi facere et fecisse non verentur, cum re vera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, officiorum eiusdem Romanae Curiae non modicum praerudicium et gravamen.

§ 1. Nos igitur, fraudibus et deceptionibus huiusmodi, prout nostro incumbit officio, de remedio opportuno providere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, et quocumque nomine nuncupentur, qui se vicecancellarii aut aliorum cardinalium vel abbreviatorum seu scriptorum eorumdem aut aliarum personarum quarumcumque, ex quarum qualitatibus et privilegiis sive ex antiqua consuetudine huiusmodi literas ipsas in toto vel in parte gratis expedire solent, nepotes, fratres aut familiares, continuos commensales, in eisdem literis, etiam motu proprio concessis, nominaverint, si re vera tales nepotes aut fratres vel familiares, continui commensales non fuerint.

Mentientes se in literis apost. coercentur.

§ 2. Ne non officiales praemissa fieri procurantes seu permittentes, excommunicationis sententiam, a qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione praevia) absolvi possint, auctoritate apostolica, per praesentes innotamus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum eventum, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, incurrisse declaramus, et pro talibus publice indicari mandamus. Ac ipsos officiales procurantes seu permittentes huiusmodi a suorum officiorum perceptione emolumentorum per annum continuum, ultra alias poenas, quas propterea incurrent, omnino suspendimus.

Officiales eorum complices puniuntur.

§ 5. Et nihilominus concessiones et gratias in eisdem literis contentas quas-
Literae expedi-
tae nullae sunt. eumque, ipsasque literas hactenus, tam
 per Cameram quam Cancellariam expedi-
 das et expediendas, viribus omnino ca-
 rere, eisque, quos concernunt, et eorum
 singulis in aliquo suffragari non potuisse
 neque in futurum posse, sed omnino sub-
 reptitias, invalidas et nullas fuisse, esse
 et fore.

§ 4. Sicque per quoscumque iudices,
Decretum Irri-
tans. etiam sanctae Romanae Ecclesiae cardi-
 nales ac sacri Palatii Apostolici auditores,
 in quacumque instantia, sublata eis et eo-
 rum cuilibet quavis aliter interpretandi
 et indicandi facultate, interpretari et in-
 dicari debere; ac irritum et inane quid-
 quid secus super iis, quavis auctoritate,
 etiam per nos et successores nostros Ro-
 manos Pontifices, qui pro tempore fue-
 rint, scienter vel ignoranter contigerit
 attentari, motu et scientia similibus de-
 cernimus et declaramus.

§ 5. Ac volumus quod mandatum, de-
Iussio publi-
candi. cretum et declaratio nostra huiusmodi in
 Cancellaria Apostolica publicentur, et in
 illius libro describantur, ac perpetuis fu-
 turis temporibus observentur.

§ 6. Non obstantibus praemissis ac
Derogatio con-
trariorum. quibuscumque privilegiis et indultis, eis-
 dem vicecancellario et aliis cardinalibus
 ac quibusvis personis, sub quibusvis ver-
 borum formis et clausulis, etiam deroga-
 toriis, concessis et in posterum conce-
 dendis, quae eis aut eorum alicui, quoad
 praemissa, nullatenus volumus suffragari,
 caeterisque contrariis quibuscumque.

Placet, publicetur et describatur. I.

(*Papae subscriptio*).

Publicatio. Lectum et publicatum fuit suprascri-
 ptum mandatum Romae in Cancellaria A-
 postolica, anno Incarnationis dominicae
 millesimo quingentesimo decimoseptimo,
 die vero vigesima mensis februarii, pon-
 tificatus sancti domini nostri Leonis Pa-
 pae X anno v (1).

Dat. die 20 febr. 1517, pont. anno iv.

(1) Legendum *pontif. anno iv* (R. T.).

XXVI (1).

*Carolus rex Hispaniarum eiusque coniux
 catholicorum titulo decorantur* (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Catholici titulus Hispania-
 rum regibus ab Alexandro VI concessus.
 — 2. Eodem nomine Carolus Rex eiusque
 coniux decorantur. — 3. Obstantibus de-
 rogat.

Leo episcopus servus servorum Dei,
 ad futuram rei memoriam.

Pacificus et aeternus Rex, qui cuncta
Exordium. regit, simul et terrena mirabili providen-
 tia composuit, ac reges et principes super
 populum suum disposuit, eisdem regibus
 et principibus honorem et reverentiam
 per ipsum populum exhiberi praecepit;
 convenit etiam nos, qui eiusdem aeterni
 Regis vices, licet immeriti, gerimus in ter-
 ris, eosdem reges et principes, praesertim
 illos, quorum progenitorum gloriosa me-
 moria manet in saeculo, dignioribus ti-
 tulis et honoribus, quantum nobis ab eo-
 dem aeterno Rege conceditur, decorare,
 ut, in regimine populorum eis commis-
 sorum, eorum humeri efficiantur fortiores.

§ 1. Dudum siquidem felicitis recorda-
Catholici titu-
lus Hispaniarum
regibus ab Alex-
andro VI con-
cessus. tionis Alexander Papa VI, praedecessor
 noster, ad praeclara virtutes et merita
 clarae memoriae Ferdinandi regis et Eli-
 sabeth reginae Hispaniarum; ad immensos
 quoque labores, quos in expugnatione
 regni Granatae adversus perfidos Sara-
 cenos, fidei catholicae inimicos, pugnando
 pertulerat; ac quod, provida ordinatione
 eorum regis et reginae, Iudaei, quorum
 conversatio et in eorumdem regis et re-
 ginae regnis et dominiis habitatio valde
 contagiosa erat, ab eis denuo regnis et
 dominiis expulsi; insuper ordines utrius-
 que sexus religiosi ad observantiam re-
 gularem informati fuerant, debitum respec-
 tum habens; ac volens propterea eosdem
 regem et reginam dignioris nominis ti-

(1) Bulla haec in Rom. Edit. numerum xxv ha-
 bet (R. T.). (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

tulo decorare, eis nomina catholicorum concessit, ac voluit quod ex tunc in antea Ferdinandus *rex catholicus*, et Elisabeth *regina catholica* intitularentur et denominarentur, prout in literis desuper confectis plenius continetur.

Eodem nomine
Carolus rex et
coniux decoratur.

§ 2. Nos sperantes quod, gratia divina assistente, carissimus in Christo filius noster Carolus Hispaniarum rex, qui, ut accepimus, in decimo octavo suae aetatis anno constitutus existit, succedentibus annis, ne dum virtutes eorundem Ferdinandi regis et Elisabeth reginae imitabitur, sed, divina favente elementia, in virtutum earundem exercitio per amplius proficiet; ac volentes propterea dictum Carolum regem et eius legitimam coniugem pro tempore existentem titulo *catholicorum regum* decorare, motu proprio, et ex certa scientia, et potestatis plenitudine, dicto Carolo regi et eius legitima coniugi, pro tempore existenti, nomen et titulum *regum catholicorum* in Dei nomine assignamus; eisque et eorum cuilibet, quod de caetero Carolus rex et eius coniux regina praefati, cum eorum nominibus propriis vel sine illis, *rex et regina catholici* denominari et intitulari possint; seu quod, dum et quoties verbo vel scriptis de rege catholico aut regina catholica simpliciter, nomine proprio non adiecto, mentio facta fuerit, solum et dumtaxat dictus Carolus rex et eius coniux regina praefati, et nullus alius rex sive princeps saeculi intelligi debeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium indulgemus.

Obstantibus
derogat.

§ 5. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, quae dictus Alexander praedecessor in dictis literis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimoseptimo, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 1 aprilis 1517, pontif. anno v.

XXVII (1).

De electione praelatorum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, eorumque a fratribus Conventualibus seiunctione (2).

SUMMARIUM

Commendatio Ordinis S. Francisci. — 1. Discordia orta inter fratres de Observantia et conventuales dicti Ordinis. — 2. Pro cuius terminatione princip. institerunt apud Pontif. — 3. Qui sic providendum censuit, videlicet quod — 4. Minister generalis unus eligatur totius Ordinis, eiusque officium sex annos duret; — 5. Et eligatur de fratribus Observantiae et per eos; — 6. Ac per vota ministrorum provincialium et custodum. — 7. Alternativeque fiat electio, semel de ultramontanis, et semel de cismontanis. — 8. Qui minisier gen. quolibet triennio commissarium deputet de ultramontanis, si ipse sit cismontanus, et e contra. — 9. Vicarii autem de Observantia veri ministri censeantur. — 10. Ministrorumque provincialium officium triennio expleatur. — 11. Ipsique et custodes a capitulo provinciali deponi possint. — 12. Et de Observantia sint. — 13. Observantes qui censeantur. — Quodque, dimissis aliis denominationibus, omnes *fratres Minores S. Francisci* vocentur. — 14. Vetera nomina, maxime in contemptum, adhibere vetitum, sub poenis etc. — 15. Observantes autem ad conventuales non transeant. — 16. Novae reformationes non inducantur. — 17. Conventuales eos desuper non molestant. — 18. Praeservatores huius reformationis in capit. generali eligantur. — 19. Executorum deputatio. — 20. Contrariorum derogatio. — 21. Transumptorum fides.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Ite et vos in vineam meam, ait homo ille paterfamilias, qui plantaverat vineam. Mundi Salvator atque Redemptor Dominus noster Iesus Christus, qui, etsi enram gerat de omnibus, cunctaque dirigat quae ipse fecit; attamen, inter caeteras plantationes, quas per ipsum Pater coelestis

Commend. Ordinis S. Francisci.

(1) Haec numerum xxxvi in Rom. Edit. (n. t.).
(2) Ordinis huius institutionem aliaque ad eundem spectantia videre est in constitutionibus praedecessorum Pontificum.

in solo plantavit militantis Ecclesiae, vineam quamdam, tam ardenti prosecutus est amore, ut suam velut propriam ubivis illam appellet: hanc siquidem vineam sic assiduus, solertibus ac fidelibus excoluit agricolis, ut alios primo mane, alios hora tertia, sexta, nona, decima vero et undecima, quasi incessanter cultores transmissit. Haec est sacra illa Minorum fratrum Religio, quae, virentibus caeremoniarum foliis, per viros apostolicos, tamquam per palmites extensos a mare usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, vino sapientiae et scientiae irrigavit montes, et implevit terram. Haec est Religio sancta et immaculata, in qua, per speculum sine macula, Redemptoris contemplatur praesentia, vitae Christi et apostolorum inspicitur forma, per quam primorum Ecclesiae fundatorum ante oculos christianae plebis reducitur norma; quae demum nihil nisi divinum, angelicum, omni perfectione refertum Christoque nil nisi conforme, ut non immerito sua dicatur, repraesentat. Ad hanc vineam excolendam primo mane, oriente iam sole, misit ipse Paterfamilias angelum illum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, beatum Franciscum, qui, comitantibus mirae sanctitatis viris, prima vitis huius duceret fundamenta; iis successerunt viri religiosi, qui, duce beato Bonaventura, muros vineae, iam utrinque ruinam minantes, hora tertia, Trinitatis sanctae virtute et adiutorio, reparaverunt. Post hos, veluti hora sexta, prodierunt spiritu ferventes fratres nonnulli, qui a sacro Viennensi concilio, tamquam a Deo, missi et confortati, enervatam pene disciplinae censuram, ad sua principia revocaverunt. Hora vero nona, moriente Domino, surgentibus in dies malis et scandalosis huius vineae agricolis, suscitavit Dominus spiritum adolescentiae paucorum videlicet fratrum, qui, signifero nominis Iesu beato Bernardino ductore et praeside, sacri concilii Constantiensis

freti praesidiis, languentem, immo pene mortuum, per orbem universum Ordinem vivificarunt. Novissime vero diebus istis, quasi hora ultima, apparuerunt viri alii, qui, zelantes pro domo Israel, succiderunt lucos, et demoliti sunt delubra; ac, ubi abundabat peccatum, adiuvante Domino, curaverunt per introductam reformationis normam, ut superabundaret et gratia. Sed, veluti inter parabolicos et evangelicos illos viticolas, quia novissimi aequabantur prioribus, murmur surrexit non parvum, sic acclamantibus regibus, principibus, communitatibus et populis; graves lites et iurgia ac dissensiones, occasione superioritatum et perfectionis graduum, inter aliquos huius Religionis professores per totum mundum, magis ac magis auferi dielitim accepimus.

§ 1. Quare nos, cuius animus, ab aetate tenera, ardenti devotione efferbuit ad huius Ordinis professores et Ordinem ipsum totum, nunc vero ex communi cura procuratoris et pastoralis regiminis, quam immeriti sustinemus, ad componendas huiusmodi agricolarum lites et sedandas murmuraciones, illius evangelici procuratoris more, tanto provocamur ardentius, quanto frequentius intenta mente recolimus fructus uberes, quos ex eorum exemplari vita et salubri doctrina universali Ecclesiae continue cernimus provenire.

§ 2. Nec minus continuis principum christianorum, praesertim carissimorum in Christo filiorum nostrorum Maximiliani imperatorem electi, et Francisci christianissimi Francorum, ac Caroli catholici Hispaniarum, Henrici octavi Angliae, ac Emanuëlis Portugalliae et Algarbiorum, et Ludovici Ungariae et Bohemiae, ac Sigismundi Poloniae, necnon Christiani Daciae, regum illustrium, ac nonnullorum principum aliorum, ducum, comitum, populorum et communitatum, piis provocamur supplicationibus et precibus, quibus, pro pacandis huiusmodi divisionibus in Ordine divi Francisci exortis, non cessant usque hodie apud nos postulare.

Discordia orta inter fratres de Observantia et Conventu, dicti Ordinis.

Pro cuius terminatione princip. instituerunt apud Pontif.

§ 3. Deputatis igitur a nobis in secreto nostro concistorio aliquibus ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, causas et seminaria huiusmodi iurgiorum et divisionum diligenter perquirere, ac de remediis opportunis, pro sedandis praelatis litibus, pertractare commissimus et iniuimus; qui, longo maturae discussionis examine, diligentissime ac fidelissime inssa complentes, relatione per ipsos nobis facta, necnon pensatis per nos acutius, quae per ipsos, pro huiusmodi concordia, tractata et examinata fuerunt; habita etiam super iis in dicto concistorio nostro cum eisdem ac reliquis eiusdem Romanae Ecclesiae cardinalibus matura deliberatione, et de eorum unanimi consilio, praefato Ordini modo infrascripto indicamus providendum.

Minister generalis unus eligatur totius Ordinis, eiusque officium sex annos duret (1);

§ 4. Quia in primis compertum habemus praelatorum diversitatem, quorundam perpetuitatem, ceterorum vero fratrum vitam non reformatam huiusmodi litibus et divisionibus plurimum causae praebuisse, ea propter volumus et ordinamus, prout in dicta Regula Beati Francisci, unum ministrum generalem totius Ordinis de cetero, omnibus et singulis fratribus eiusdem Ordinis, cum plenaria potestate, quae ex Regula sibi competit, praefici, cui omnes et singuli praedicti fratres, in omnibus, quae non sunt contra Deum, animam suam et Regulam, firmiter teneantur obedire; qui quidem minister generalis per sex annos ad plus generalatus fungetur officio; infra quem terminum, si aliquo tempore appareret universitati ministrorum provincialium et custodum praedictum ministrum generalem non esse sufficientem ad servitium et communem utilitatem fratrum, teneantur praedicti fratres, quibus electio dicti ministri generalis data est, in nomine Domini alium sibi eligere, quibuscumque sex annis, quibus (ut praefertur) expletis, ipso facto sit absolutus a generalatus officio, et pro tali ab omnibus habeatur.

(1) Scias hoc non servari, cum quisque Ordo suum eligat generalem.

§ 5. Electio vero successoris fieri debeat a solis ministris provincialibus et custodibus reformatis, tam cismontanis, quam ultramontanis, in capitulo generali dicti Ordinis, in festo Pentecostes, in loco, quem minister generalis cum capitulo generali proximo praecedenti, duxerint assignandum. Ad quod capitulum omnes ministri et custodes sive vocales, tam cismontani quam ultramontani, accedere teneantur. Et ne caput suis membris difforme appareat, volumus et etiam ordinamus quod nullus frater possit eligi in ministrum generalem, nisi vitam ducat reformatam, et pro reformato a communitate reformatorum habeatur. In praefata vero electione ministri generalis, nullus penitus vocem habeat nisi reformatus et pro reformato a congregatione reformatorum habeatur; quod si in futuro quicquam in contrarium attentatum fuerit, irritum penitus et inane habeatur.

§ 6. Quo vero ad electionem futuri ministri generalis, in proximo festo Pentecostes, in conventu de Ara Caeli de Urbe, iuxta aliam nostram ordinationem, in literis in forma brevis contentam, celebrandam, statuimus omnes ministros et custodes reformatos, ac vicarios et discretos fratrum de Observantia seu de Familia dictam electionem debere celebrare. Et ut praefata electio ministri generalis, quae, secundum praedictam Regulam, a ministris, provincialibus et custodibus fieri deberet, libere, secundum intentionem eiusdem Regulae, et absque quovis scrupulo celebretur, declaramus omnes provinciales, vicarios fratrum de Familia seu Observantia veros ministros esse, ipsosque, ad effectum electionis huiusmodi, in ministros ordinamus et instituimus. Discretos etiam ipsorum similiter declaramus esse custodes; quo vero ad alios fratres reformatos, volumus quod in provinciis, in quibus ministri pro nunc non sunt reformati, nec pro reformatis habiti, sub quibus sunt

Et eligatur de fratribus Observantiae et per eos;

Ac per vota ministrorum provincialium et custodum (1);

(1) Haec vota secreta esse debent, ut iubet Pius V.

aliqui conventus reformati, duo fratres electi a praefatis conventibus reformatis, secundum aliarum literarum nostrarum tenorem sub forma brevis, voces ministrorum non reformatorum, quantum ad praefatas provincias, pro hac vice dumtaxat suppleant. Fratibus vero de congregatione fratris Amadei, de Clarenis, de Sancto Evangelio, seu Capucio, pro singulis provinciis, in quibus habent conventus, ultra suorum vicariorum voces, duas pro hac solum vice concedimus. Quam quidem electionem, a praefatis fratribus de huiusmodi generali ministro faciendam, canonicam, secundum Minorum fratrum Regulam et formam a beato Francisco in Regula traditam, esse diffinimus et etiam declaramus.

§ 7. Et ut in Ordine ipso, quantum cum Deo fieri potest, pax conservetur, et caritas per amplius inter cismontanos et ultramontanos fratres eiusdem Ordinis nutriatur, ordinamus quod si minister generalis, ut praefertur, per sex annos de cismontanis fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de ultramontanis fratribus eligi debeat; quem modum, alternatis vicibus, in perpetuum volumus ab ipsis observari. Verum, quia conspiciamus ipsum Ordinem per universam christianitatem mirum in modum dilatatum esse, ne, ob huiusmodi amplitudinem, debito pastoralis regiminis careat beneficio, decernimus quod si minister generalis de cismontanis electus fuerit, instituat in partibus ultramontanis unum generalem commissarium, ab eisdem ultramontanis fratribus eligendum, cui minister generalis super praefatos fratres ultramontanos vices suas committat, prout capitulo generali expedire videbitur. Ita tamen quod commissarius praefato ministro generali commode subiiciatur, ut caeteri dicti Ordinis praelati subiiciuntur, ac illi per omnia secundum Regulam obedire teneatur.

§ 8. Dum vero minister generalis fuerit ex ultramontanis fratribus electus, tunc

pariter commissarium generalem cismontanum instituere debeat pari modo, quod de ultramontano commissario superius dictum et statutum est. Qui quidem generalis commissarius per triennium solum generalis commissionis fungetur officio; quo triennio elapso, novus commissarius per ministrum generalem in capitulo generali, ut supra eligendus, secundum quod ultramontanis de commissario fuerit providendum institui debeat; minister vero generalis in partibus, in quibus suis sex annis fuerit, et ad alias partes se conferre voluerit, pro eo tempore, quo absens fuerit, commissarium loco sui, de consilio et assensu diffinitorum capituli generalis huiusmodi dumtaxat, relinquere possit. Et in partibus, quibus dictis sex annis non erit commissarius generalis, tenebitur minister generalis primo triennio dictorum sex annorum celebrare unum capitulum generale, ad quod convenient vocales illarum partium, a quibus assumptus fuerit; et similiter aliud capitulum in partibus, a quibus assumptus non fuerit, per se vel suum commissarium, ad quod omnes vocales dictarum partium accedere teneantur, celebrare habebit; aut super hoc fiat quod generalis minister cum capitulo generali iudicaverit faciendum.

§ 9. Porro, quantum ad ministros provinciales in provinciis, in quibus ministri pro nunc non sunt reformati, seu pro vere reformatis non habentur, declaramus, ordinamus et decernimus, vicarios fratrum de Observantia seu Familia illarum provinciarum respective, ex nunc et in perpetuum, veros et indubitatos earundem provinciarum esse ministros, illoque de cetero nomine debere appellari; quibus omnes et singulos fratres, necnon domos et loca eorumdem, in dictis provinciis, ut praefertur, consistentes, plenarie submittimus; ac generali et aliis provincialibus ministris auctoritatem et potestatem, antea generali et aliis provincialibus, vica-

(1) Quoad electionem commissarii, vide Pium V.

Qui minis. gener. quolib. triennio commissarium deputet de ultramontanis, si ipse sit cismontanus, et e contra 1).

Alternatimveque fiat electio, semel de ultramontanis, et semel de cismontanis.

Vicarii autem de Observantia veri minis. censentur

riis, de Familia nuncupatis, attributam et concessam, perpetuo concedimus, ac concessam et attributam esse decernimus. Mandantes praefatis fratribus, etiam Regulam B. Francisci pure et simpliciter observantibus, ut dictis ministris sic per nos declaratis et ordinatis, ut veris illarum provincialiarum ministris, secundum Regulam, per omnia obediant.

Ministrorumq. provincial. officium trienn. expleatur.

§ 10. Denique, ne ex ministrorum provincialium perpetuitate Ordinem ipsum in ruinam iterum collabi contingat, volumus et ordinamus praefatos provinciales ministros ultra triennium in suis non posse continuari officiis; quo triennio elapso, pro absolutis ab officio a cunctis fratribus habeantur.

Ipsique et custodes a capitulo provinciali deponi possint.

§ 11. Poterunt tamen infra dictum triennium a suis capitulis provincialibus, prout secundum Regulam et consuetudinem celebrabuntur, si minus utiles inventi fuerint, ab officiis provincialibus absolvi; et idem iudicium de custodibus per omnia habeatur.

Et de Observantia sicut.

§ 12. Nullus vero in ministrum provincialem aut custodem eligi, aut in ipsorum electione vocem habere poterit, nisi vitam ducat reformatam, et in communitate reformatorum illius provinciae, cui praeficiendus est, pro tali habeatur; quicquid autem in contrarium attentatum fuerit ipso facto irritum sit et inane.

Observantiae qui censentur.

§ 13. Praeterea, quia de Reformatis ac pure et simpliciter Regulam beati Francisci huiusmodi observantibus saepe saepius in praecedentibus et sequentibus mentio habetur, volumus et declaramus, sub nomine Reformatorum ac pure et simpliciter Regulam beati Francisci huiusmodi observantium comprehendi omnes et singulos infrascriptos, videlicet observantes, tam de Familia, quam Reformatos sub ministris, ac fratres Amadei, de Coletanis, de Clarenis, de Sancto Evangelio, seu de Caputio, ac Discalceatos nuncupatos, aut alios, similesque quocumque alio nomine nuncupatos et Regulam ipsam beati Francisci pure et simpliciter observantes; et ex qui-

bns omnibus supradictis unum corpus insimul facientes, eosdem ad invicem perpetuo unimus, ita quod de cetero, omnia diversitate nominum praedictorum, *fratres Minores sancti Francisci regularis Observantiae*, vel simul vel disiunctive, nuncupentur et nuncupari possint et debeant. Omnesque et singulos, ut praefertur, unitos generali ministro praedicto ac provincialibus ministris et custodibus, in quorum provinciis et custodiis respective morantur, in omnibus et per omnia secundum Regulam subiaci debere. Conventuales vero secundum privilegia viventes, quomodo eisdem ministris generalibus et provincialibus subiaci et obedire debeant, per alias nostras desuper edendas literas declaramus.

Quandque, dimissis aliis denominationibus, omnes fratres Minores sancti Francisci vocentur.

§ 14. Ceterum, ut dissensionum, scandalorum et partialitatum fomes penitus ab ipso Ordine tollatur, praecipimus firmiter et mandamus, sub poena excommunicationis latae sententiae ipso facto incurrenda, a qua nullus, praeterquam in mortis articulo, nisi a nobis aut a Sede Apostolica possit absolvi, ne aliquis frater Ordinis sancti Francisci appellet alium fratrem eiusdem Ordinis malitiose, irrisorie seu improprie, privilegiatum coletanum, bulistam, amadeitam, clarenum, de Evangelio, seu Capucio, bigotum aut alio quovis nomine, etiam de novo reperto, seu forte in futurum, occasione priorum divisionum ipsius Ordinis vel huius nostrae sanctae institutionis et unionis, Spiritus Sancti gratia compositae, a quocumque imponendo, seu alio quovis irrisorio, iniurioso seu improprie a patientibus habetur: necnon omnibus, tam clericis quam laicis, ne fratres huiusmodi aut eorum fautores, praefatis nominibus, irrisorie seu malitiose appellent, sed omnes fratres ipsius Ordinis fratres Minores, ut praefertur, seu sancti Francisci, a se ipsis et omnibus aliis nominentur.

Vetera nomina, maxime in contemptum, adhibere vetitum, sub poena etc.

§ 15. Item, statuimus quod de cetero nullus frater reformatus possit per quem-

Observan. au-
tem ad conven-
tuales non tran-
seant.

cumque praelatum Ordinis, etiam mini-
strum generalem, mitti ad morandum ad
aliquem conventum non reformatum aut
pro reformato non habitum; excepto quod
si capitulis provincialibus videretur minus
malum aliquem fratrem licentiare ad non-
dum reformatos, quam ipsum cum refor-
matis retinere; tali casu possint praelati
mittere fratrem seu fratres reformatos ad
nondum reformatos. Inhibentes, sub excom-
municationis latae sententiae poena, om-
nibus et singulis conventualium secundum
privilegia viventium praelatis ac fratribus
ne aliquem ex praefatis reformatis, nisi
modo praedicto, recipere audeant. Simi-
liter et dictis reformatis fratribus, sub eadem
poena, ne ab obedientia suorum ministro-
rum ullatenus, quam modo praedicto, re-
cedant. Et ne, ex novarum sectarum in
dicto Ordine forsitan introductione facienda,
Ordinem iterum in rixas devenire oporteat,
volumus, et in virtute sanctae obedientiae
firmiter praecipimus et mandamus quod
de cetero nullae novae sectae vel refor-
mationes in dicto Ordine introducantur
aut fiant, absque ministri generalis aut
provincialium ministrorum reformatorum
in suis provinciis respective expresso as-
sensu. Ita tamen quod dictae reformationes
ipsi ministro generali et provincialibus re-
formatis per omnia, iuxta Regulam, subi-
ciantur, ut supra expressum est de aliis
reformatis.

Novae refor-
mationes non
inducantur.

§ 16. Quapropter omnes domos, loca
et eremitoria, quae fratres de Observantia
seu de Familia, seu alii reformati sub mi-
nistris, quocumque nomine appellati fue-
rint, hactenus tenuerunt et possederunt,
ipsi ministro generali ac provincialibus
ministris reformatis et per nos sic institutis
et declaratis in suis provinciis respecti-
ve perpetuo subiicimus et incorporamus.
Volentes loca ipsa per ipsos ministros ac
eorum successores reformatos perpetuo te-
neri et possideri, regi et gubernari. Quas-
cumque lites desuper exortas, coram qui-
buscumque iudicibus ordinariis vel dele-

gatis, etiam S. R. E. cardinalibus et dicti
Ordinis protectore aut sacri Palatii nostri
auditoribus sive commissariis apostolicis,
tam in Romana Curia quam extra eandem
et tam inter subditos, in quibuscumque
statu vel instantia, tam super possessorio
quam petitorio, seu etiam spolio, si quo-
modolibet praetendi possit, desuper pen-
dentes, etiam si huiusmodi loca de Obe-
dientia et de capitulis fratrum conventua-
lium dicti Ordinis prius fuissent, ad nos
advocamus penitus et extinguimus, silen-
tium perpetuum partibus imponentes. Sen-
tentias quoque et processus per quoscum-
que iudices in eis habitos et latas, ac inde
secuta quaecumque, etiam si lites ipsae,
ratione locorum, fratrum et honorum hinc
inde receptorum, aut cuiuscumque alterius
rei occasione vel causa, motae fuissent,
cassamus et annullamus.

§ 17. Et nihilominus dictis fratribus
conventualibus, necnon quibusvis iudici-
bus ac aliis quibuscumque, ne quicquam
contra huiusmodi nostram declarationem,
institutionem, innovationem, unionem et
incorporationem, in iudicio vel extra, at-
tentare, procurare, iudicare vel pronun-
ciare, etiam si eis per nos commissum exi-
stat, seu in futurum committatur, prae-
sumant, sub poena excommunicationis la-
tae sententiae ac privationis beneficiorum,
quae obtinent, ac etiam inhabilitationis ad
alia in posterum obtinenda eo ipso in-
currenda, inhibemus, praecipimus et man-
damus.

Convent. eos
desup. non mo-
lestent.

§ 18. Demum, ut, secundum exigentiam
locorum, personarum et morum cuncta,
quae conducere videbuntur pro manute-
nentia reformationis, per totam christia-
nitatem in dicto Ordine iam divina gratia
introductae, iuste, provide et discrete va-
leant statui et ordinari, volumus capitulum
generalissimum proxime celebrandum te-
neri per deputatos, ex probatoribus, do-
ctoribus ac magis expertis fratribus, non-
nullos ex diversis regionibus assumptos,
qui omnia et singula, quae, pro manute-

Praeservatores
hnius reforma-
tionis in capi-
tulo generali e-
ligantur.

mentia reformationis et vera Regulæ observantia ac huius nostræ constitutionis debita executione, accommoda iudicaverint, in unum recolligant, approbanda per totum capitulum, vel maiorem partem eiusdem, ac tandem per nos apostolicæ confirmationis patrocinio munienda.

Execut. deputatio.

§ 19. Et nihilominus moderno et pro tempore existenti Camerae Apostolicæ generali auditori, necnon universis archiepiscopis et ecclesiarum praelatis, ac quibuscumque in dignitate ecclesiastica constitutis personis, per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi et eorum singuli præsentibus nostras literas et in eis contenta quaecumque, ubi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dicti generalis ac provincialium ministrorum reformationum seu alicuius eorum super hoc requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eos omnibus et singulis prædictis pacifice frui et gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque, quavis auctoritate fungentes, quomodolibet indebite molestari. Contradictores per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, invocato ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, appellatione postposita, compescendo.

Contrariorum derogatio.

§ 20. Non obstantibus quibuscumque literis apostolicis et indultis, etiam sacri concilii Constantiensis, dictæ Religionis fratribus, familiis, congregationibus aut alicui eorum, sive illarum auctoribus et institutoribus, conventualibus sive reformatis aut de Familia fratribus, sub quibusvis verborum formis, solemnitatibus et clausulis fortioribus et insolitis, concessis seu forsitan in futurum concedendis, etiam si tales forent, quod de illis eorumque totis tenoribus specialis, expressa, individua ac de verbo ad verbum mentio esset habenda, quibus, quoad præmissa, expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 21. Ceterum, quia difficile foret has

nostras præsentibus literas ad quaelibet loca, ubi opus fuerit, deferre, etc. Transumptorum fides.

Nulli ergo omnino hominum etc.

Si quis autem hoc attentare etc.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, iv kalendas iunii, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 29 maii 1517, pontif. anno v.

XXVIII (1).

Jurisdictio camerarii et clericorum R. Camerae Apostolicæ in causis et contractibus cameralibus et guberniis locorum eis commissorum. Necnon et confirmatio ordinationum per eosdem clericos pro felici Camerae regimine editarum (2).

SUMMARIUM

Eug. IV et Innoc. VIII declararunt camerarium et clericos magnam iurisdictionem habere. — 1. Sed tamen aliqui excitarunt dubium hic relatum. — 2. Hic modo Pontifex, dic. dubium submovet et decernit eorum iurisdictionem esse quascumque causas summarie etc. cognoscendi et decidendi; — 3. Officialibus contravenientibus poenas infligit; — 4. Clericis prædictis gubernium quarundam terrarum Sedis Apost. approbat et iterato committit; — 5. Emolumenta dicti gubernii indicat et concedit; — 6. Iurisdictionem super omnibus dehaneriis, appaltatoribus etc. eisdem tribuit; — 7. Facultatem singulis annis terras, arces et officia Sedis Apost. visitandi etc. confirmat; — 8. Solam bullæ signaturam sufficere decernit.

Leo Papa X, motu proprio, etc.

Licet felicis recordationis Eugenius IV et Innocentius VIII, Romani Pontifices prædecessores nostri, provida dispositione declaraverint totius christiani orbis et Eugen. IV et Innoc. VIII declararunt camerarium et clericos magnam iurisdictionem habere.

(1) Haec Const. numerum in Rom. Edit. xxvii habet (R. T.). (2) De clericorum iurisdictione dixi in constitutione xvi Alexandri VI, *Etsi*, pag. 597 huius tomi. Alias Camerae ordinationes attende in Eugenii IV constitutione xvii, *Inter*, pag. 52 eiusdem tomi.

eclesiarum et monasteriorum et omnium civitatum, terrarum et locorum, S. R. E. mediate vel immediate subiectorum, personas quaslibet, ex quocumque loco, etiam exempto, oriundas, ad Cameram Apostolicam, pro eorum causis et negociis peragendis recurrentes, summariae iustitiae implementum reportare debere, ac camerarium nostrum et dilectos filios clericos praesidentes in easdem personas superioritatem et omnimodam iurisdictionem passim habere.

§ 1. Nihilominus, nonnulli, rigorosis iuris apicibus innixi, frequenter in dubium revocare nituntur, an camerarius et clerici praefati in privatorum causis et negociis huiusmodi iurisdictionem exercere potuerint sive possint, prout habere et exercere consueverunt in fiscalibus ecclesiarum et monasteriorum quorumcumque.

§ 2. Nos, ne de caetero super praemissis et infrascriptis dubitari contingat, opportune providere volentes, auctoritate apostolica, tenore praesentium, decernimus et declaramus camerarium, praesidentes et clericos praefatos omnimodam superioritatem et iurisdictionem in quascumque personas, tam publicas quam privatas, quarumcumque ecclesiarum et monasteriorum, piorum locorum et fiscalium, ac almae Urbis aliarumque civitatum, terrarum et locorum S. R. E. mediate vel immediate subiectorum, ipsarumque personarum negocia semper habuisse et nunc in futurum habere, cum ampla et irrefragabili potestate et auctoritate omnes earum causas et querelas, summarie, simpliciter et de plano, sola facti veritate inspecta, audiendi, cognoscendi et sine debito terminandi; necnon ius inter quoscumque civitatum, terrarum et locorum huiusmodi dicendi; ac illis praecipendi ac mandandi, prout haecenus facere consueverunt, perinde ac si causae piae, eorum nobis seu Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, agerentur. Praemissaque omnia et singula eidem Camerae

Apostolicae praesidentibus et clericis alias concessa, quatenus opus sit, de apostolica potestatis plenitudine, ex certa nostra scientia et animi deliberatione, motu simili innovamus ac perpetuae firmitatis robur obtinere decernimus.

§ 3. Districtius inhibentes quibuscumque iudicibus et S. R. E. cardinalibus, coram quibus causas huiusmodi agitari contigerit, ne contra declarationem et determinationem huiusmodi iudicare praesumant, adempta eis aliter iudicandi et interpretandi facultate.

§ 4. Et cum gubernium terrarum Arnulphorum et Tulphae, Civitatis Vetulae, Massae, Aquaspartae et Sancti Gemini et aliorum castrorum et terrarum Spoletanae, Tudertinensis et Narniensis dioecesis eisdem clericis specialiter sit commissum; et terrae, castra et loca huiusmodi a iurisdictione Spoletanae, Tudertinensis et Narniensis civitatum et comitatum sint penitus separata, illa, quatenus opus sit, etiam de novo separamus, et illorum gubernium eisdem clericis confirmamus.

§ 5. Ac eisdem concedimus quod in castris, terris ac locis praedictis iurisdictionem per se vel alium seu alios exercere, ac subsidia per homines castrorum, terrarum ac locorum huiusmodi Camerae Apostolicae solvi solita, per eos exigere; ac illa et alia emolumenta in dictis locis per eos haberi solita recipere, et custodiam arcium dictae Tulphae et oppidi Caesarum, cum eorum subditis, pagis, salariis et emolumentis, habere, ac inter se dividere licite possint et valeant; et quod equi in dictis locis ponendi ad stallones, per eosdem clericos, habito respectu ad alia eisdem Romanae Ecclesiae subiecta, poni debeant. Necnon tritellorum tractas et alia eorum consueta emolumenta etiam concedimus.

§ 6. Quodque eorum et gubernium ac auctoritatem, tam in Urbe quam extra eam, tam circa datia quam gabellas, dohanas et appaltus, eorumque officiales

Officialib. co-
travenien. poe-
nas indigit;

Clericis praedictis gubernium quorundam terrarum Sedis Apostolicae approbat et iterato committit;

Emolumenta dicti gubernii indicat et concedit;

Iurisdictionem super omnibus dohanis, appaltatoribus etc. eisdem tribuit;

Sed tamen aliqui excitat. dubium hic relatum.

Hic modo Pontifex dictum dubium submovet, et decernit eorum iurisdictionem esse quascumque causas summar. etc. cognoscendi et decidendi;

dohanerios, conductores et appaltatores, etiam circa dohanam Ripae, mercium, grasciae, salis, aluminum, patrimonii, et zeccham, carceres, stratas, tam Urbis quam caeterarum civitatum et locorum, nobis et eidem Ecclesiae subiectorum, quam etiam circa singulos thesaurarios et depositarios in dictis locis consistentes, quam haecenus habere consueverunt, habere et exercere. Ac septingenta cantaria aluminum, pro residuo milleducentorum cantariorum similium, quae per appaltatorem pro decimis vel alias fabricari debent, singulis annis fabricare et fabricari facere, ac illa libere exigere, vendere, et pretium inde proveniens inter se dividere, libere et licite valeant, concedimus.

§ 7. Cum facultate visitandi quolibet anno terras Ecclesiae, illarumque arces et officia, necnon reformandi, corrigendi et emendandi ea, quae reformatione indigerent, iuxta alias, tam per recolendae memoriae Urbanum, Martinum, Innocentium, Iulium et alios Romanos Pontifices praedecessores nostros, quam per camerarios, qui pro tempore fuerunt, concessa; quas concessionem et in eis contenta quaecumque tenore praesentium confirmamus et approbamus. Non obstantibus etc.

§ 8. Volentes quod desuper literae in forma gratiosa, ad perpetuam rei memoriam, expediri possint, etiam sub plumbio vel per breve. Et etiam quod sola signatura sufficiat, et quod, tam in iudicio quam extra illud, plenam fidem faciat.

Datum Romae die duodecima iunii, millesimo quingentesimo decimoseptimo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 12 iunii 1517, pontif. anno v.

Sequitur alia constitutio confirmatoria praecedentis et aliarum hic relative insertarum, ordinationumque a clericis Camerae pro eius gubernio feliciori editarum.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Eug. IV quasdam Cam. Ap. ordinationes a clericis firmatas approbavit.

— 2. Hic modo Pontifex illa omnia approbat una cum bullis hic infra mox inserendis, et omnia privilegia camerarii et clericorum confirmat; — 3. Iteratoque omnia statuit. — 4 ad 6. Constitutiones Innocentii, Iulii et Leonis. — 7. Ultra quas pontificias constitutiones, clerici alia condiderunt statuta, quae confirmat hic Pontifex. — Sequitur tenor statutorum a clericis Camerae editorum, de quibus supra. — 8. Iulii II mandati observantia. — 9. Notarii mensarii officia circa expeditionem bullarum — 10. Et circa resignationum et cessionum registrationem. — 11. Camerarii decretum ad evitandas fraudes notariorum in eiusmodi registrationibus. — 12. Providet circa resignationes praeteritas — 13. Et circa futuras; — 14. Resignationes aliter factas irritat; — 15. Clericis, ut notarios contravenientes coerceant, iniungit. — 16. Statutorum Camerae tenor sequitur, super expeditionum cuiuscumque clerici registratione, — 17. Mandatisque procuratorum registrandis in causis interesse Camerae concernentibus, — 18. Clericis absentibus, vel ad Cameraam per mensem non accedentibus, — 19. Clericorum et notariorum admissione, — 20. Causarum clericorum defensione, — 21. Infirmorumque visitatione, — 22. Morientium quoque funeralibus, — 23. Praedictorum omnium observantia, — 24. Et singulis annis in prima Camera publica lectione.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Sicut prudens paterfamilias cuncta, quae in eius domo sunt, ad illius honorem et gloriam, provida moderatione disponit et ordinat; ita et nos, qui, meritis licet imparibus, ab ipso supremo Patrefamilias illius domi dispensatores effecti sumus, eius curam studiosa sollicitudine sic convenit attendere ut in illa, praesertim quoad ea, quae Romanae Curiae illiusque officialium, potissime Camerae Apostolicae, cui, pro status Romanae Ecclesiae conservatione, diversa onera incumbunt, salubrem statum, regimen et profectum conspiciunt, rectus ordo servetur, ac officia ipsa diligenter, accurate et decenter exer-

Prooemium.

Facultatem singulis annis terras, arces et officia Sedis Apostolicae visitandi etc. confirmat;

Solam bullae signaturam sufficere decernit.

ceantur; et ad eandem Curiam, pro negociis tractandis, pro tempore accedentes, necnon ea, quae propterea provide facta et ordinata comperimus, ut executioni demandentur et firmiter perpetuo illibata observentur, nostrae approbationis munimine roborare et de novo statuere et ordinare debemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Eugenius IV
quasdam Camerae
Apostolicae
ordinationes a
clericis firmatas
approbavit.

§ 1. Sane, cum accepimus nuper, postquam felicis recordationis Eugenius Papa IV, praedecessor noster, attendens ad praefatam Camera, ecclesiarum et monasteriorum omnium, necnon etiam urbium, civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, villarum et locorum dictae Romanae Ecclesiae immediate vel mediate subiectorum spiritualia et temporalia negotia peragenda devenire, nonnulla statuta, ordinationes et capitula, per tunc praesidentes dictae Camerae edita, per suas literas, ex certa scientia, confirmaverat, dilecti filii moderni praesidentes eiusdem Camerae, circa illius ac officialium eiusdem statum feliciter conservandum et prospere dirigendum intenti, cupientes, quantum cum Deo possunt, quae in dicta Camera gerunt, iuste et laudabiliter, ad omnipotentis Dei laudem, et status Romanae Ecclesiae conservationem, ac omnium, quorum intererit quomodolibet, sublevamen fieri, matura super hoc inter eos deliberatione praehabita, statutis et ordinationibus praedictis ac mandatis, tam per pie memoriae Innocentium Papam octavum et Iulium secundum, etiam praedecessores nostros, quam per nos in forma motus proprii concessis, iulhaerendo, nonnullas constitutiones et ordinationes, inter caetera, ea, quae tam per clericos quam alios officiales ipsius Camerae pro tempore existentes fieri et exerceri debeant, concernentes et disponentes, ac alias rationabiles et honestas unanimiter fecerunt et ediderunt, prout in literis Eugenii ac mandatis Innocentii, praedecessorum, ac no-

stris, necnon constitutionibus et ordinationibus huiusmodi, quorum omnium tenores de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, plenius continetur.

§ 2. Nos, cupientes ut literae, mandata, constitutiones et ordinationes ipsae inconcussae persistent, et clerici et alii officiales praefati eorum officia cum decencia et tranquillitate exercere valeant, motu proprio, non ad ipsorum clericorum vel aliorum pro eis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia, literas, mandata, constitutiones et ordinationes praedicta et in eis contenta quaecumque, necnon omnia et singula privilegia, facultates, gratias, concessionem et indulta camerario et clericis ipsius Camerae pro tempore existentibus, ac eorum collegio alias per felicis recordationis Bonifacium, Urbanum, Martinum, Callistum, Sixtum quartum et per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros et Sedem praedictam ac etiam per nos quomodolibet concessa et confirmata, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus, haberi volumus pro expressis, auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitus, illisque perpetuae firmitatis robur adiicimus, suppletes omnes et singulos defectus iuris et facti, si qui forsau intervenerint in eisdem.

§ 3. Et nihilominus, pro potiori cautela, omnia et singula per ipsos modernos clericos statuta et ordinata, ac eisdem camerario, clericis et eorum collegio concessa et indulta, ut praefertur, auctoritate et tenore praedictis, de novo statuimus et ordinamus, concedimus et indulgemus, ac illa perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari volumus et mandamus. Non obstantibus *etc.* Tenores vero literarum et mandatorum Innocentii et Iulii, praedecessorum, et nostrorum, necnon constitutionum et ordinationum prae-

Hic modo Pontifex illa omnia approbat una cum bullis hic infra mox inserendis, et omnia privilegia camerarii et clericorum confirmat;

Iteratoque omnia statuit.

dictarum sequuntur et sunt tales, videlicet:

Constitutiones
Innocentii, Iulii
et Leonis.

§ 4. Innocentius Papa VIII etc. *Cum sicut* (1).

§ 5. Iulius Papa II etc. *Ex iniuncto* (2).

§ 6. Leo Papa X etc. *Licet felicis* (3).

Ultra quas pontificias constitutiones, clerici alia condiderunt statuta, quae confirmat hic Pontifex.

§ 7. Et quia, ut scriptum est, propter temporum varietatem, novas etiam licet edere sanctiones, dilecti filii moderni eiusdem Camerae clerici, cupientes, quantum cum Deo possunt, quae in Camera ipsa geruntur, iuste, integre et laudabiliter fieri, Christi Salvatoris nostri, qui est sapientia Patris et sol iustitiae, numine invocato, ut, quae inferius constituerentur, ad eius laudem et S. R. E. statum, et omnium, quorum quomodolibet intererit, iustum sublevamen prospiciant, infrascriptas constitutiones in ipsa Camera perpetuo valituras unanimiter ediderunt.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo octavo, tertio nonas ianuarii, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 3 ianuarii 1518, pont. anno v.

Sequitur tenor statutorum a clericis Camerae editorum, de quibus supra.

CAP. I.

De missa in
Camera audien-
da,

Quoniam scriptum est: *Primum quaerite regnum Dei et omnia bene adicientur vobis*, cunctis diebus cameralibus clericis et omnes camerales, nisi iusto impedimento detineantur, in solita eorum cappella missam devote audiant; et cappellanus in missa currenti semper de Spiritu Sancto unam orationem addat, ut, eius gratia, clericorum mentes ad iustitiam recte administrandam illuminentur.

CAP. II.

Post cuius quidem missae finem, duobus primis simul, successive caeteris, ser-

(1) Omittitur, quia ipsa bulla est sup., pag. 515.

(2) Omittitur bulla, quia habes eam sup. pag. 418.

(3) Ipsae bullae sunt quae praecedunt.

vando ordine eodem modo procedentibus, ad eorum tribunal publicae audientiae cum gravitate ascendant.

Accessu exinde
ad Tribunal Cam-
merae,

CAP. III.

Ubi proposita per recurrentes ad eos benigne audiant, notentque in eorum libro diligenter; et diebus, quibus fuerint sacra consistoria, tam in missa, quam supra in eorum publica et secreta audientia, cappis pontificalibus induantur, praeterquam tempore vacationum; et quando concistorium non fuerit, satis sit eorum honestis palliis uti. In audientia autem secreta, ea honestas et ea gravitas servetur, quae loco et personis conveniat, ut qui administrandae iustitiae ac regimini praepositi sunt, aliis praesse merito censeantur.

Audientia et
habitu,

CAP. IV.

Intus vero, cum clerici ad utilitatem Camerae Apostolicae sint instituti, ante omnia, bullae, ex quibus iura Papae, Camerae et collegii solvenda sunt, una cum clericis ipsius collegii, expeditur. Deinde illis recedentibus, aliae bullae et negotia ipsius Camerae proponantur, et cum ipsius Camerae utilitate, absque tamen iuris tertii praedicio, determinentur; et ibi omnia huiusmodi collegialiter tractentur, neque extra bullae per alium mensarium liberentur. Alia vero ad ipsam Cameram pertinentia, in eius praesertim praedicio, per aliquem ex clericis expediti non possint, nisi ad executionem manifestae eius utilitatis; et in contrarium gesta viribus non subsistant.

Expeditione ne-
gociorum Into-
Cameram,

CAP. V.

Et cum dicitur, ubi non est ordo, confusio omnia subruit, ideo negotia, tam Camerae quam privatarum personarum, per illum proponantur, cui illorum iura demandata fuerint; et inter proponendum nemo proponentem interrumpat, sed omnes silentio utantur, ut propositio bene intelligatur; et quia cameralis consessus ex

Ordine in pro-
positionib. cau-
sarum,

collegio personarum literatarum deducitur, quilibet, tam in proponendo causas pendentes in Camera aut materias camerales, quam respondendo et argumentando, latine loquatur, ut a consortio mechanicorum clarissimus iste locus differre videatur. Et ne causarum et negotiorum cognitio confundatur, cum alicui ex clericis alicuius causae examen commissum fuerit, nullus ex aliis in ea se intromittat, nisi talis primo deputatus impeditus fuerit, et tunc nova ipsius Camerae cum commissione et in impediti locum alicuius subrogatione.

CAP. VI.

Summario processu,

Et quoniam Camera Apostolica in determinationibus causarum manu regia uti potest, dummodo iustitiam faciat, in omnibus causis in Camera cognoscendis, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, procedatur, et absque registorum confectione, si qualitas causae id non exigat. Cum autem registrum fieri necesse fuerit, ad obviandum querelis, quae hactenus factae fuerunt, conficiatur eo modo quo per constitutionem felicis recordationis Ioannis Papae XXII, quae singulis annis, dum Rota aperitur, legi et publicari consuevit, tam in numero versuum et dictorum quam literatura et cartis, ordinatum est. A pauperibus autem nihil contra eorum possibilitatem exigatur.

CAP. VII.

Propinarum taxis,

Et quia ex iustitiae administratione a Deo iusto iudice, qui iustis copiosam mercedem praeparat in coelis, praemia expectanda sunt, in causis pauperum nullae propinae accipiantur, nec in causis divitum, nisi sint commissariae, in quibus, cum registra et dicta testium non possunt sine magno labore videri, aequum est ut tunc propina moderata, idest in exulentis et poculentis dumtaxat consistens, accipi possit, ut omnis infamiae et avaritiae nota penitus evitetur.

CAP. VIII.

Cumque praefecti fisci apostolici, non solum ab omni fraude, labe et ex lucro illicito abstinere, sed etiam omni suspicionem carere debeant, ut ex eis Camera nullam prorsus iacturam seu damnum patiatur, nullus clericus seu notarius, sub duorum millium ducatorum eidem Camerae applicandorum poena eo ipso incurrenda, contrahat aliquam societatem publicam vel occultam in conductu alicuius gabellae, dohanae seu thesaurariae ad Camerae Apostolicam pertinentis; qui vero de hoc convictus fuerit, ultra dictam poenam, biennio privetur emolumentis clericatus et notariatus, quae pro tribus illorum partibus accrescant aliis clericis et notariis, reliqua vero illorum quarta revelanti detur.

Participationibus afflictum prohibitis,

CAP. IX.

Et quia clerici omni studio et industria tenentur, cum iustitia tamen et honestate, intendere et consulere, quantum possunt, commodo et utilitati Camerae, in subhastatione et locatione cuiuscumque dohanae, gabellae, sive thesaurariae ad ipsam Camerae pertinentis, fiant publica proclamata sive publica significatio in locis debitis, ita ut intelligatur ubi et quando talis subhastatio fieri debeat, et Camerae utilitati bene sit et omni ex parte consultum; inter cetera, in stabilium locationibus, dieti clerici diligenter et accurate provideant quod illi, quibus fient tales locationes, bonum bancum, fide et facultatibus sufficientem, eidem Camerae praestent, ita ut Camera per conductorem promissa facile assequi possit.

Forma in eis observanda,

CAP. X.

Et quia persaepe contingit quod thesaurarii, dohanarii et alii tractantes proventus et res Camerae Apostolicae, computa et rationem eorum administrationis reddere defugiunt, tales thesaurarii, dohanarii et alii rerum Camerae ministri, ad talem effectum, debitis temporibus, ad red-

Computorum visione et examinatione,

dendum rationem praemissam adstringantur; quorum computis in Camera ex se illa per eos, quibus per praefatam Camera commissam fuerint, diligenter et fideliter examinentur, vocato, quando opus est, computista praefatae Camerae, qui ad talem clericum commissarium, quotiens opus fuerit, sub poena amissionis salarii sex mensium, venire teneatur, et officium suum diligenter impendere. Post vero ipsorum computorum opportunum examen, idem commissarius in Camera ceteris collegis suis illa fideliter et diligenter referat, ut, sine aliquo affectu, Camerae utilitati, cum iustitia tamen, consuli possit.

CAP. XI.

Et quoniam thesaurarii Camerae Apostolicae, ut saepe querelae audiuntur, castellanis arcium et aliis officialibus terrarum S. R. Ecclesiae aut sero satisfaciunt, aut illis eorum stipendia et salaria, non in pecunia numerata solvunt, sed in pannis et aliis rebus, quas pro maiori pretio quam valeant eis computant, propter quod ipsi castellani et officiales non levi damno afficiuntur, et dicta Camera etiam ex hoc iacturam gravem patitur, cum praedicti officiales, ex diminutione eorum stipendiorum et salariorum, opportune deservire non possint; propterea moneantur thesaurarii, etiam sub inramento in principio suorum officiorum, quod eisdem castellanis et officialibus in pecunia numerata et non in aliqua alia rerum specie satisfaciant.

CAP. XII.

Quia vero castellani arcium S. R. E. numerum stipendiatorum eis designatum aliquando non retinent, et, pro eorum satisfactione, Camera gravissimas subit impensas, ad evitandum periculum occupationis alicuius arcis, ex defectu stipendiatorum et necessariorum munitionum, Camera ipsa Apostolica moneat thesaurarios, qui ipsis castellanis stipendia persolvunt, ut ultra visitationem, quam facit visitator

a S. D. N. pro tempore deputatus, ipsi saepe et, si fieri potest, omni mense curent intelligere an castellani pagas ordinatas retineant; et si in hoc deficere reperti fuerint, eis de eorum stipendio non satisfaciant; alias, ipsi thesaurarii in tantumdem a Camera multentur.

CAP. XIII.

Item, quia dicitur quod impunitas malefactorum incentivum praebet delinquendi, si habeatur notitia quod aliquis officialis terrarum Ecclesiae, ignavia sua vel malignitate, delicta relinquat impunita, unde et mala exempla et scandala inter subditos Ecclesiae, cum iactura etiam Camerae, frequenter oriuntur; tali officiali, si post monitionem se non correxerit, de salario debito non satisfaciat; et ultra hoc alia pecuniaria poena arbitrio Camerae puniatur.

Officialium Status Ecclesiastici ignavia et malignitate coercenda (1).

CAP. XIV.

Item, quia subditi Ecclesiae, tamquam filii liberae et filii ancillae, cum caritate et pietate tractandi sunt in eorum gravaminibus, sacros pedes S. D. N. non facile adire valent, neque aliud quam Camerae Apostolicae refugium habent; quod nunquam a plerisque, velut diaboli membris, non Ecclesiae filiis, malignitate quadam impediri videmus, si de aliquo rectore, etiam locumtenente alicuius reverendissimi legati, aut alio officiali provinciarum sive terrarum Romanae Ecclesiae mala fama de iniustitia, extorsionibus aut malo regimine ad Camera Apostolicam allata fuerit, et ex monitionibus ipsius Camerae incorrigibilem se demonstraverit, et talis legatus de suo locumtenente opportune non providerit, significetur saltem per duos clericos S. D. N., et habita venia a sua Sanctitate, iusto Camerae arbitrio provideatur; et Ecclesiae populi, se lupis laecrandos non relinqui, sed sibi tamquam filiis opportunum patrocinium praestari cogno-

EisJemque de iniustitiis et extorsionibus puniendis,

(1) Ad hoc vide etiam supra constitutionem hic in principio insertam.

The saurarii inramento de solvendis salariis in pecunia numerata,

The saurarii numero in corrigendis castellanis arcium,

seant; et ultra hoc, huiusmodi improbo officiali, inter alia, salarium adimatur.

CAP. XV.

Consultatione in arduis cum Papa aut camerario,

Item, quia scriptum est *Omnia cum consilio, et non poenitebit*, clerici aut aliqua eorum pars, saltem semel in mense, S. D. N. aut reverendissimum camerarium adeant, et cum Sanctitate et dominatione reverendissima, de rebus arduis occurrentibus, consulant; et deinde talem consultationem et responsiones sive deliberationes in Camera referant.

CAP. XVI.

Iustitiae sin- cera admini- stratione,

Et quia officium administrandae iustitiae satis grave est et periculosum, superfluum non videtur saepe illud replicare, ut omnes clerici moniti sint et animo frequenter revolvant quod in omnibus causis, quas in Camera Apostolica verti continget, tam pro ipsa Camera, quam pro privatis personis, iustitiam sincere administrare convenit, semper Deum prae oculis habendo, atque illam horrendam sententiam assidue memoriae repetendo, quod durissimum iudicium his, qui praesunt, retribuetur.

CAP. XVII.

Decani officio iuxta bullam Eugenii IV, de qua supra,

Deveniendum est praeterea ad ea, quae ad singulos clericos ad se pertinent, inter quos reverendus dominus decanus ipsius Camerae illa agat diligenter, quae ex ordinatione felicitis recordationis Eugenii IV ei incumbunt, prout in literis apostolicis eiusdem Eugenii supra expressis continetur, quae literae semper et inconcusse serventur.

CAP. XVIII.

Clerici mensarii munere, quoad bullas expediendas, et annatas exigendas,

Item, ut res camerales eo diligentius pertractentur, quo curae unius quolibet mense commissae fuerint, constituatur singulo mense unus mensarius, qui, nisi iusto impedimento fuerit impeditus, singulis diebus non feriatis, ad Cameram accedat,

Bull. Rom. Vol. V.

89

et ibi videat et indicet omnes bullas partibus restituendas; et illas, pro quibus fuerit solvenda annata, nulli permittat consignari, nisi, annata ipsa debito et consueto loco soluta, de eius solutione cedulas depositariorum videat; et si aliqua iusta causa fuerit, quare tunc annata ipsa solvi non debeat, in eo casu de opportuna cautione provideat, ut res, absque Camerae detrimento, pertranseat, partibus nihilominus iustitiam ministrando. Et quoniam, ad evitandas solutiones annatarum, plurimi intrusiones allegant, et eas probare nituntur per testes; cum in hoc grave Camerae interesse versetur, ne fraude et dolo tales intrusiones contingat probari, consultum opportunitati Camerae videretur, si tale examen coram mensario clerico fieret, et propterea ipse mensarius tale onus omnino subeat. Item, quia bullae, ex quibus annatae et iocalia solvi debent, aliquando, sive ex negligentia, sive per errorem, omnes non transmittuntur ad Cameram, ut tali inconvenienti occurratur, mensarius omnibus diebus cancellariae vadat ad plumbum, ad providendum quod omnes bullae, tam pro debita annata quam pro iocalibus, mittantur ad Cameram, illis in dicto plumbo per eum in uno libro adnotatis; et qui non iverit aut non miserit unum ex collegis, careat provisione sex ducatorum, qui ad eundem effectum omni mense ordinati sint, ac etiam participatione iocalium illius mensis. Et quia plurimum quam unius tantum iudicio omnia melius determinantur, praefatus mensarius proponat in camera tunc proxima omnes bullas, in quibus aliquod dubium fuerit, ut Camerae et partibus pro iustitia satisfiat.

CAP. XIX.

Item, cum inter alias curas, quae Camerae Apostolicae demandantur, illa praecipua, gravior et onerosior existat, per

Examine promovendorum ad sacros ordines (1),

(1) In hoc ipsi clerici Camerae non amplius se intromittunt.

quam examen ad sacros ordines promovendorum eidem Camerae committitur; nam, cum ex bonis membris bonum corpus Ecclesiae conficiatur, nisi sacerdotes, quorum officium est de lege divina recte respondere, moribus et doctrina idonei aptique fuerint, presbyteralis ordo in ludibrium efficitur laicis, qui a sacerdotibus doctrinam et bonos mores videre desiderant, ignorantiam et vitae improbitatem manifeste conspiciunt; attendant diligenter et accurate dicti clerici examinatores ne Deo optimo tales admittant ministros, quorum victimae, propter ruditatem insufficientissimae ac vitae inhonestatem, Maiestati divinae abominabiles fiant, et examinerum simul damnationes causentur; exquiratur itaque sufficiens titulus beneficialis, competens doctrina et praesentia et loquela promovendi, bonorum morum compositio; illud praeterea et constanti memoria cum timore et tremore prospiciant, ne pro tali examine pecuniam aut munus aliquod accipiant, cum in sacris canonibus nihil tantopere prohibeatur, quantum sacrorum ordinum collatio simoniaca. Notarii quoque ipsius Camerae pro scriptura collationis ordinum praedictorum nihil accipiant, nisi quantum de iure licet. Vae autem illis antistitibus, qui ex ipsorum ordinum collatione oculos implent, ut sibi aedificent in gehennam! Cura autem examinandi non alterius sit, quam clerici, qui in locum suum non possit nisi collegam substituere; et si quando acciderit quod in supplicatione promovendi insertum sit quod ipse promovendus examinetur in Camera Apostolica per clericum sive notarium eiusdem, nullus notariorum audeat illum examinare, cum talis clausula per notarium inadvertenter admissa fuerit, et numquam solita sit poni, nisi cum examinandus, literarum ignarus, censuram Camerae clerici vult effugere.

CAP. XX.

Item, quia omni collegio tunc bene succedunt omnia, cum caput et membra charitatis officio devincta sunt, propterea clerici omni studio advocatos, procuratores, notarios et alias personas Camerae deservientes benigne et charitative prosequantur et tractent, eorumque honestis utilitatibus et honoribus, quantum possunt, faveant et assistant.

Clericorum humanitate erga curiales,

CAP. XXI.

Advocatus vero pauperum ad causas miserabilium personarum in Camera Apostolica tractandas diligenter advertat, illasque, quantum licet, sine respectu tueatur et curet, ne contra iustitiam vexentur.

Advocati pauperum munere,

CAP. XXII.

Advocatus et procurator fiscalis, tam in Camera Apostolica quam extra, interesse ipsius Camerae studiose curet; et cum in ea vel alibi de praedicto interesse sermonem haberi audierint, illud, quantum iustitia expostulaverit, sine aliquo respectu tueantur, etiam si super hoc, extra Camerae, aliqua causa sive iudicium civile vel criminale intentatum fuerit; et quando fiet aliqua declaratio incursus poenarum eidem Camerae applicatarum vel absolutio ab eisdem, de omnibus per ipsos advocatum et procuratorem detur Camerae Apostolicae opportuna notitia, ut possit in omnibus providere. Et quia eorundem advocati et procuratoris iudicium in omnibus et per omnia, et praesertim in causis fiscalibus, utile est, a Camera non discedant, nisi causis fiscalibus terminatis, quae, post examen bullarum, ante omnes alias causas terminentur.

Advocati et procuratoris fiscalis munere,

CAP. XXIII.

Notarii autem Camerae Apostolicae, in quorum fide et diligentia magna cura rerum cameralium reposita est, infra notata servare teneantur.

Notariorum Camerae reformatione,

CAP. XXIV.

Registratione
scripturarum
interesse Ca-
merae concer-
nentium,

Et primo, in libris ipsius Camerae ad id deputatis registrentur extense et ad longum omnes et singulos contractus inter eam et quaecumque personam, collegium vel universitatem initos, et quascumque scripturas ad ipsam Cameraam pertinentes, infra sex dies a die stipulationis sive revisionis illorum per clericum, cui id commissum fuerit, computandos; qui contractus et scripturae per notarios ipsius Camerae et non per alios registrentur, sub poena ducentorum ducatorum anni pro qualibet vice, qua transgressus aliquis eorum fuerit, pro medietate eidem Camerae, et pro alia medietate collegio clericorum applicandorum, etiam si pars, cum qua contractus fuerit initus, notario rogato non satisfecerit; pro cuius tamen mercede consequenda, clerici praesentent eidem notario omnem favorem, ut ipsam mercedem cum effectu consequatur.

CAP. XXV.

Bullarumque,

Item, quia bullae apostolicae fideliter tractandae et registrandae sunt, neque ante illarum registrationem alicui extra collegium ipsorum notariorum credendae, omnes bullae in praefata Camera registrandae, per ipsos notarios Camerae et non per aliquem alium registrentur; ipsaeque bullae, ut praemittitur, registratae et sumpta, quae de eis fieri continget, per unum ex clericis eum eodem registro fideliter ac de verbo ad verbum auscultentur, et si quid in registro omissum, superfluum vel mendosum reperiatur, corrigatur manu eiusdem clerici; talisque correctio per ipsum clericum, nomine suo apposito, approbetur, prout fit in aliis registris Curiae.

CAP. XXVI.

Registrationum
mercede,

Et quia omnis labor optat praemium, praedictaque registratio admodum necessaria est et in partium utilitatem redundat,

quia visum saepe fuit, quando accidit ex registris Camerae aliquod sumptum extrahi, repertos fuisse in eisdem registris plurimos defectus et errores, etiam substantiales, praedictus clericus auscultator a parte unum iulium recipiat pro quolibet pari bullarum, gratiosa scilicet et executoriali simul, aut pro una bulla, quando simplex fuerit, et similiter pro uno sumpto. Notarius vero pro labore suae registrationis tantum capiat et non ultra, quantum in registro Cancellariae sive praefatae Camerae antiquitus capiebatur, in quo ipsi notarii modestiam servant, ne partes de ipsis iuste conquerantur; et similis auscultatio fiat de instrumentis, capitulis, patentibus et aliis in eisdem libris Camerae registrandis.

CAP. XXVII.

Item, ut semper possit videri causa, propter quam bullae, absque annatae solutione, partibus allegantibus intrusionem traduntur, notarii eiusdem Camerae conficiant et in eadem Camera conservent unum librum, in quo, in praesentia notarii, describant omnes attestaciones testium examinatorum in praesentia mensarii per ipsum notarium Camerae super intrusionibus ecclesiarum, monasteriorum et aliorum quorumcumque beneficiorum, eum interrogatoriis per procuratorem fiscalem compositis et in Camera Apostolicae registratis; alias, testibus super similibus alio modo examinatis nulla praestetur fides, et bullae non tradantur, etiam sub obligatione, nisi intrusio plene per testes, ut praefertur, examinatos probetur; et notarius habeat, pro examine unius cuiuslibet testis, ut praemittitur, examinati, carlenos duos antiquos, et tantumdem capiat pro examine in similibus causis, praeterquam in commissariis, in quibus servetur stylus Romanae Curiae.

Bullarum, absque solutione annatarum expeditione ac testium examine,

CAP. XXVIII.

Item, quia libri, qui sunt in archivio Camerae Apostolicae, sunt magni pon-

Librorum Camerae custodia.

deris, tam quoad interesse Sedis Apostolicae et ipsius Camerae quam etiam partium, et propterea fideliter et diligenter sunt custodiendi ne aliquis extraneus aliquos ex dictis libris subripiat, aut aliquod folium ex eis laceret, vel aliquo modo vitiet, notarii non admittant intra cancellum eiusdem archivii aliquem extraneum, sed faciant extra expectare illos, qui eorum operam exquirunt; neque etiam permittant quod aliquis ex familiaribus ipsorum notariorum intret vel maneat intra dictum cancellum, nisi quando aliquis ex ipsis notariis ibidem praesens fuerit, et tunc etiam ipse notarius bene circumspiciat ne dictus familiaris aliquid mali faciat in dictis libris; atque etiam quando libri praedicti aut a domino thesaurario aut ab aliquo ex dominis clericis extra dictum cancellum extrahuntur, tunc ipsi notarii conficiant unum alium librum, in quo describatur extractio uniuscuiusque libri cameralis, cum subscriptione receptionis illius, qui librum ipsum extraxerit, ut sciatur apud quem talis liber possit reperiri, et, circa hoc, servetur mandatum per felicis recordationis Iulium Papam II super hoc editum, cuius tenor sequitur, et est talis.

Iulii II mandati observantia.

§ 8. Cum, sicut accepimus, in nostra Camera etc. (1).

Notarii mensarii officia circa expedition. bullarum

§ 9. Item, ad evitanda monopolia et quascumque extorsiones, ipsi notarii nullo modo possint vendere sive arrendare inter se aliquod membrum emolumentorum eorum officii notariatus, sed labores et proventus omnes inter eos sint communes, et quaelibet cura, praeterquam registrandi bullas, quae semper debet esse communis omnium, solum ad mensem et non ultra, per unum ipsorum notariorum, et utilitas inter omnes aequaliter dividi debeat; et ut partes commodius expediantur, notarius mensarius bullarum et obligationum, non in domo suae habitationis, sed in Camera

(1) Omittitur quia ipsa bulla est sup. pag. 437.

Apostolica, ea, quae circa illas occurrunt, agere et expedire teneatur, ubi etiam clericus mensarius pro expediendis iis, quae circa id ad eum pertinent, adesse debet, ita ut bullae recipiantur et retineantur solum per notarium ad id deputatum et non per alium; qui notarius sic deputatus non recipiat aliquas bullas ab officialibus registri bullarum Cancellariae, nisi per manus solius scriptoris eiusdem registri, et non famulorum ipsius vel quorumvis aliorum; bullas vero per Cameraam expeditas, solum recipiat per manus summistae vel eiusdem summistae officium exercentis.

§ 10. Item, ut resignationes et cessiones beneficiorum, quae in manibus notariorum fiunt, omni dolo et fraude careant, et nemo propterea decipiatur, prout quotidie clamores audiuntur, de cetero notarii praedicti, in adnotandis ipsis resignationibus et cessionibus in libris Camerae, infrascriptam ordinationem servare debeant, cuius tenor talis est, ut sequitur.

Et circa resignationum et cessionum registrationem.

§ 11. Raphael, episcopus Ostiensis, cardinalis S. Gregorii, S. D. N. Papae camerarius. Cum fide dignorum relatione intellexerimus consuevisse dilectos filios notarios Camerae Apostolicae, per quamdam corruptelam, negligentiam sive abusum et malitiam, resignationes beneficiorum, quae in Curia Romana et Camera Apostolica fieri consueverunt, et in ordinariis libris et authenticis eiusdem Camerae notari et scribi, ne fraus aliqua fieri sive excogitari possit, et ad hoc ut semper de veritate doceri possit, quando opus esset, non in dictis libris, ut rationabile statutum erat, amplius scribi, pro maiori parte, sed a tergo supplicationum, quarum praetextu dictae resignationes admitti debent, simpliciter notare et scribere manu propria, et deinde partibus restituere, nulla retenta copia vel nota, absque eo quod in protocolis vel libris Camerae Apostolicae scriptae sint; vel si scribantur, id ex intervallo plurimum mensium fit, et id non aliter quam parte instante, ex quo fit ut veritas repe-

Cameraril decretum, ad evitandas fraudes notariorum in eiusmodi registrationibus.

riri non possit in libris, dum de illarum admissione quaeritur et tractatur; et sic in potestate partis in fraudem et deceptionem nostram et impetrantium, ad eorum propositum, illis uti vel eas celare, prout eis magis expedire videtur, in maximum scandalum curialium et aliorum impetrantium, et pessimum exemplum.

Providet circa resignat. praeteritas

§ 12. Nos igitur, ad quos ex nostro camerariatus officio pertinet et spectat in primis, quantum possumus, providere, de mandato S. D. N. Papae, viva voce oraculo super hoc nobis facto, et auctoritate nostri camerariatus officii, praecipimus et mandamus quatenus dictas resignationes beneficiorum iam factas et admissas usque in praesentem diem, sic notatas in margine supplicationum dumtaxat, etiam si partibus restituta forent, infra terminum octo dierum proxime futurorum, in libris authenticis Camerae Apostolicae, ubi scribi et notari solent, scripsisse et posuisse debeant, omni mora et excusatione cessantibus.

Et circa futuras.

§ 13. Resignationes vero, quas fieri continget in futurum et in posterum admitendas et faciendas, sub officii privationis poena et excommunicationis, quam quilibet contrafaciens eo facto incurreret, infra tres dies a die resignationis factae et notatae sive stipulatae, in dictis libris Camerae Apostolicae, in forma authentica et legali, admittere et solemniter apponere teneantur et debeant, omni prorsus excusatione cessante; nec prius liceat eis in margine supplicationis scribere vel notare, nisi in libris authenticis notatae fuerint.

Resignationes aliter factas irritat;

§ 14. Decernentes ex nunc resignationes aliter factas nullius momenti existere, nec alicui suffragari, beneficiaque taliter resignata, non per resignationem, sed per obitum vacare.

Clericis ut notarios contravenientes coercere in iungit.

§ 15. Mandantes RR. patribus dominis praesidentibus et clericis Camerae Apostolicae ut omnia et singula supradicta inviolabiliter observari mandent et faciant, ac ad declarationem et executionem dictarum

poenarum ipso facto incursum effectualiter procedere debeant et teneantur, ut quos a malo Dei timor non revocat, temporalis coerceat disciplina, sub poenis in dicto mandato contentis, in omnibus et per omnia observent; ac cessiones et resignationes easdem continuatim in libro resignationum describant, nullo spacio inter illam et praecedentem, nisi forte unius lineae, dimisso, ut tollatur occasio aliquid in medio scribendi.

§ 16. Item, ut omni tempore de gestis per clericos Camerae ratio reddi valeat, quilibet notarius habeat unum librum, in quo registret omnes literas camerales, quae per manus suas expediuntur, postquam a clerico visae fuerint, et conetur unusquisque illas eleganter componere.

Statutorum Camerae tenor sequitur super expeditionum cuiuscumque clerici registratione,

§ 17. Item, quia saepe contingit mandata procuratoria in Camera super negociis fiscum et interesse Camerae concernentibus, exhiberi, ac illa ex incuria vel dolo alicuius deperdi, et sine illorum ostensione, acta inter Cameram et exhibentes pro nullis reputantur, statuerunt ut omnia instrumenta et mandata procuratoria huiusmodi, cum recognitionibus illorum, in libris eiusdem Camerae per ipsos notarios omnino registrentur, ut de illorum tenore per libros eosdem perpetuo doceri possit; quorum registrationi fides adhiberi debeat, sine alia originalium exhibitione, cum per clericum sint videnda et conferenda cum originalibus.

Mandatisque procuratorum registrandis in eausinteresse Camerae concernentibus,

§ 18. Item, sicut scriptum est, *Qui non laborat non manducat*, et in Camera Apostolica continui et intolerabiles labores existunt, ne qui incommodum non sentiunt commoditates capiant et lucra, constituerunt quod clericus Camerae, in Curia praesens et legitimo impedimento non impeditus, ad Cameram per unum mensem non accedens, careat participatione iocalium et utilitate mensariatus; si vero extra Curiam degerit, absque collegarum licentia, sive habuerit aliquod publicum officium sive commissionem, cum salario et lucro,

Clericis absentibus, vel ad Cameram per mensem non accedentibus,

de preventibus clericatus non participet; et idem observetur quoad notarios eiusdem Camerae.

§ 19. Circa vero admissiones clericorum et notariorum, tam in solutione admissionis et iocalium, quam in perceptione fructuum et emolumentorum, servetur id quod observatum fuit.

§ 20. Et quia omnes leges et prophetas in sola radice caritatis pendere et solidari Veritas affirmat, constituerunt praefati clerici ut, in quibuscumque occasionibus alienius collegae eorum sive alterius personae camerale, collegium ipsum clericorum debeat patrocinium et defensionem causae eiusdem assumere, et omnia et modo illam tutari et defendere.

§ 21. Atque etiam in infirmitate, clericos et alias personas camerales visitare, et si opus fuerit, suis necessitatibus subvenire.

§ 22. In morte etiam providere ut sumptibus defuncti, si facultates reliquerit, sine autem, communi omnium camerale impensa, fanus decenter efferatur, et ipsi camerale omnes illud collegialiter comitentur; in octava depositionis, in loco sepulturae, curent exequias, ipsis ibidem assistentibus et ipsorum impensa, celebrari, ut in eo pietatis opere Deo optimo placeatur, et cuiuscumque ipsorum, qui in hoc operam praestiterit, ut in eius morte id ipsum a superstitibus rependatur.

§ 25. Quae omnia et singula supradicta et ordinata in praesentium constitutionum volumine, RR. DD. Camerae Apostolicae clerici unanimiter statuerunt et constituerunt, ac per quascumque camerale personas et alios, ad quos spectat, integre servari mandaverunt.

§ 24. Et ut de praedictis iugis memoria omnibus, quorum interest, maneat, instituerunt omnes et singulas constitutiones praedictas, singulis annis in prima audientia mensis octobris, per unum ex notariis ipsius Camerae, ad mandatum D. decani in tribunali publicae audientiae ip-

sorum dominorum clericorum, alta et intelligibili voce perlegi, ut quilibet eorum ad iustitiam ministrandam ferventior reddatur, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui pro iustitiae administratione magna praemia redditurus est. Amen.

XXIX (1).

Quod audientes missam in ecclesiis fratrum Mendicantium, in dominicis et festis diebus, satisfaciunt praecepto Ecclesiae de missa audienda.

SUMMARIUM

Causa huius constituit. — 1. Declaratio (de qua in rubrica). — 2. Contrariorum derogatio. — 3. Transumptorum fides.

Leo Papa X universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Intelleximus quosdam in dubium revocare, et perinde timoratis conscientias scrupulum iniicere, si christifideles, qui, dominicis et festis diebus, extra ecclesias suas parochiales, missas audiunt in ecclesiis fratrum Ordinis Mendicantium, Ecclesiae praecepto de missa audienda satisfaciunt.

§ 1. Nos enim, ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, ut cum sinceriori conscientia fideles quique Deo creatori suo serviant, auctoritate apostolica, tenore praesentium notum facimus, omnes christifideles utriusque sexus qui (non contempto proprio sacerdote parochiali) in ecclesiis fratrum Ordinum Mendicantium, dominicis et festis diebus, missas audiunt, satisfacere praecepto Ecclesiae de missa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati poenamve incurrere.

§ 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§ 5. Et quia difficile foret etc.

(1) Hanc in Editione Romana constitutionem sub numero xxviii legos (n. T.).

Clericorum et notariorum admissione,

Caesarum clericorum defensione,

Infirmitate et visitatione,

Morientium quoque funeribus,

Praedictorum omnium observantia,

Et singulis annis in prima camera publica lectioe.

Causa huius constitutionis.

Declaratio (de qua in rubrica).

Contrariorum derogatio.

Transumptorum fides.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimatertia novembris, millesimo quingentesimo decimoseptimo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 13 novembris 1517, pont. anno v.

XXX (1).

Fratres Minores Ordinis S. Francisci de Observantia, in processionibus et actibus publicis, fratribus Conventualibus praecedunt, digniori loco crucem deferunt.

SUMMARIUM

Fratres de Observantia digniorem locum habent, quam Conventuales in processionibus et aliis actibus publicis, ex bulla huius Pontificis, sub die 12 iunii huius anni. — Et in ea permissa fuit utrique Ordini sui generalis electio. — 1. Possunt tamen Conventuales solitam crucem deferre. — 2. Quia eam volunt deferre in loco digniori, — 3. Pontifex ideo contrarium servari mandat; — 4. Eisdemque fratres de Observantia veros B. Francisci fratres declarat; — 5. Perturbatoribus poenas imponit; — 6. Contrariis derogat; — 7. Transumptis credi iubet.

Leo Papa X universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Licet alias, postquam statueramus et ordinaveramus quod de cetero perpetuis temporibus fratres B. Francisci, puritate eius Regulae et sub regulari Observantia viventes ac reformati, ministrum; fratres vero dicti Ordinis Conventuales nunquam magistrum generales habere deberent, ne inter Reformatos et Conventuales fratres huiusmodi super praecedentia dissensio et contentio oriri posset, voluerimus et statuerimus quod, in processionibus et aliis actibus publicis, fratres Conventuales fratribus regularis Observantiae, ministrum

(1) Hanc in Rom. Edit. leges sub numero xxix (n. r.). (2) Quam, uti hic sufficienter relatam, praetermissi.

habentibus, locum digniorem relinquere tenerentur.

§ 1. Quodque fratres ipsi Conventuales semper eorum crucem et vexillum, per eos deferri solitum, deferre libere et licite valerent.

Possunt tamen Conventuales solitam crucem deferre.

§ 2. Quia tamen, ut ex nonnullorum relatione accepimus, fratres ipsi Conventuales praetendunt crucem ipsorum Conventualium deferre in loco digniori.

Quia eam volunt deferre in loco digniori,

§ 3. Nos autem, qui praemissa omnia statuimus, ut omnis dissensio et contentio inter eosdem fratres de Observantia et Conventuales tolleretur, mentisque nostrae fuerit, prout etiam id expressimus, quod in omnibus actibus fratres de Observantia haberent locum magis dignum, quam ipsi Conventuales, et propterea mentis nostrae incommutabilis fuerit, prout existit, quod ipsi fratres de Observantia crucem suam in loco digniori deferant; ad huiusmodi tamen ambiguitatis dubium de mentibus omnium tollendum, motu proprio et certa nostra scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine declaramus, mentis nostrae fuisse quod tam Conventuales quam de Observantia et reformati fratres praedicti, in quibuscumque processionibus et aliis actibus, in quibus crux deferenda foret, crucem suam deferre possint: ita tamen quod crux ipsorum fratrum de Observantia et reformatorum loco digniori deferatur.

Pontifex ideo contrarium servari mandat;

§ 4. Quodque ipsi fratres de Observantia et reformati veri et indubitati fratres Ordinis B. Francisci et eius Regulae observatores semper fuerint, ac, divina favente gratia, sint futuri, sine aliqua interruptione seu divisione, a tempore editae Regulae per B. Franciscum usque ad praesens; ac sub ipsius B. Francisci Regula militaverint et etiam ad praesens militent; sicque in omnibus teneri et observari ac decidi debere decernimus ac mandamus.

Eisdemque fratres de Observantia veros B. Francisci fratres declarat;

§ 5. Mandantes nihilominus omnibus et singulis patriarchis, archiepiscopis et

Perturbatoribus poenas imponit;

Fratres de Observantia digniorem locum habent, quam Conventuales in processionibus et aliis actibus publicis, ex bulla huius Pontificis, sub die 12 iunii huius anni (2).

Et in ea permissa fuit utrique Ordini sui generalis electio.

episcopis ac ecclesiarum capitulis, sub interdicti ingressus ecclesiae ac suspensionis a divinis; inferioribus vero praelatis ac parochialium rectoribus, necnon Mendicantium et aliorum Ordinum professoribus, sub excommunicationis latae sententiae poenis ipso facto incurrendis, a quibus nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, praeterquam in mortis articulo, absolvi nequeant, quatenus declarationem et decretum huiusmodi inter Conventuales ac de Observantia et reformatos fratres huiusmodi inviolabiliter observent observarique faciant; necnon ne eosdem fratres Conventuales, de Observantia et reformatos huiusmodi super his molestent aut perturbent, seu per quoscumque, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existentes, seu etiam inter se quomodolibet molestari, perturbari vel inquietari permittant.

Contrariis derogat;

§ 6. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

Transcriptis credi iubet.

§ 7. Volumus autem quod praesentium transumptis, manu publici notarii subscriptis et sigillo ministri generalis pro tempore existentis dicti Ordinis Minorum aut alterius praelati in dignitate ecclesiastica constituti munitis, in iudicio et alibi, ubi opus fuerit, eadem fides adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus literis, si illae forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die sexta decembris, millesimo quingentesimo decimoseptimo, pontificatus nostri anno v.

Dat. die 6 decembris 1517, pont. anno v.

XXXI.

Contra barones et communitates non custodientes eorum territoria a banditis, furibus, etc.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iulius II edidit constitutionem. — 2. Hic Pontifex eam confirmat.

— 3. In probandis huiusmodi furtis et valore bonorum stetur declarationi clericorum Camerae Apostolicae, praecedente iuramento damni passi. — 4. Damnum passi contra dominos et communitates locorum agere possint. — 5. Viae, ut sint securae, latibula hinc inde amoveantur. — 6. Decretum irritans. — 7. Executores. — 8. Fides transumptorum.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspecta praedecessorum suorum gesta, quae praecipue pro venientium ad almam Urbem, totius orbis caput, et recedentium ab ea, securitate et commodo facta sunt, pensatis opportunis occasionibus, innovat atque extendit, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§ 1. Dudum siquidem a felicis recordationis Iulio II, praedecessore nostro, emanarunt literae in forma brevis, tenoris subsequentis (1).

Iulius II edidit constitutionem.

§ 2. Nos itaque cupientes literas praedictas, pro venientium ad almam Urbem et ab ea recedentium tutela et commodo, inviolabiliter observari, motu proprio et ex certa nostra scientia literas praedictas, auctoritate apostolica, tenore praesentium, innovamus ac praesentis scripti patrocinio communitus, illasque perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere decernimus.

Hic Pontifex eam confirmat.

§ 3. Et insuper, cum huiusmodi furta, delicta et derobationes fiant in sylvis, nemoribus, latebris et in locis occultis et secretis, non adhibitis nec praesentibus testibus, adeo quod, sine maxima difficultate, per ipsos spoliatos et derobatos, furta et valor rerum subtractarum et ablatarum probari non possint, statuimus et ordinamus quod, quoad probationem bonorum subtractorum et eorum valorem, stetur declarationi praefatorum praesidentium et clericorum ipsius Camerae Apo-

In probandis huiusmodi furtis et valore bonorum stetur declarationi clericorum Camerae Apostolicae, praecedente iuramento damni passi.

(1) Omittitur tenor istius constitutionis, quam habes sup. pag. 599.

stolicae, qui, diligenter considerata qualitate personarum spoliatarum et derobatarum, exposita quantitate furtorum et aliis circumstantiis et coniecturis, recepto iuramento ipsarum personarum derobatarum seu mercatorum, quorum bona ablata existebant, super quibus praefatorum praesidentium et clericorum conscientiam oneramus, furtum et eius valorem declarare debeant.

Damnum passi contra dominos et communitates locorum agere possint.

§ 4. Et quod si derobatio seu furtum in confinibus diversorum territoriorum diversarum communitatum seu dominiorum, vel iuxta huiusmodi confines fiat, derobatus contra dominum territoriorum praedictorum et communitatem, quam et quem elegerit ad recuperationem rerum sibi ablatarum, agere possit; et valeat ab actione, quam ipse derobatus intentaverit, discedere, si ei placuerit, et contra alium agere licite possit (cum domini confinium praedictorum, illos non custodiendo, in praemissis culpa non careant), reservato tamen solventi iure agendi contra terminos.

Viae ut sint securae, latibula hinc inde amoveantur.

§ 5. Et ut, quantum fieri potest, omnis occasio crassandi et derobandi sublata esse videatur, eisdem motu et scientia ac tenore praecipimus et mandamus, sub duorum millium ducatorum Camerae Apostolicae applicandorum poenis similibus, omnibus et singulis antedictis, ne fures, latrones et crassatores in sylvis et sepibus latibula faciant, ne ibi se abscondere possint, ut prope vias publicas, utrinque ad medium milliare, arbores et sepes et quaecumque latibula incidere seu incidi, ac amovere seu amoveri et extirpari facere infra duos menses a die publicationis praesentium computandos, et sic incisas conservare et manutenere omnino teneantur et debeant.

Decretum irritans.

§ 6. Sicque per clericos dictae Camerae ac quoscumque alios iudices et commissarios, etiam S. R. E. cardinales et sacri Palatii Apostolici causarum auditores, iudicari ac definiiri et exequi facere, sublata eis et eorum cuilibet aliter iudi-

Bull. Rom. Vol. V.

90

candi et interpretandi facultate, decernimus summarie et absque iudicii tela.

§ 7. Mandantes propterea eisdem Raphaeli, episcopo et camerario, ac praesidentibus et clericis pro tempore existentibus, ut praemissa omnia et singula ab omnibus inviolabiliter observari faciant, et contrafacientes ad illorum observationem per supradictas poenas, iuxta stylum ipsius Camerae, compellant.

Executores.

§ 7. Volumus autem quod praesentium transumptis, manu unius clerici et unius notarii eiusdem Camerae subscriptis, eadem prorsus fides indubia adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

Fides transumptorum.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo octavo, kalendis septembris, pontificatus nostri anno VI.

Dat. die 1 septembris 1518, pont. anno VI.

XXXII.

Inquisitorum haereticae pravitatis facultas suo arbitrio puniendi et curiae saeculari tradendi testes falsidicos in causis fidei.

SUMMARIUM

Causa constitutionis. — 1. Inquisitorum facultates coercendi eorum arbitrio et curiae saeculari tradendi testes falsidicos in causis fidei. — 2. Derogatio contrariorum.

Leo Papa X dilecto filio Hadriano tituli Ss. Ioannis et Pauli, presbytero cardinali.

Intelleximus quod in Hispania ceterisque regnis et dominiis carissimae in Christo filiae nostrae Ioannae reginae et carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Hispaniae catholicorum ditioni subiectis, in quibus tu haereticae pravitatis inquisitor generalis, per Sedem Apostolicam deputatus, existis, multi perditii ingenii homines in testimoniis, quae perhibent super die-

Causa constitutionis.

tae pravitatis veritate inquirenda, falsitatem, quandoque prece, precio, odio vel amore, et quandoque metu committere, aut se eandem falsitatem commisisse publice, licet falso, fateri non verentur; sicque huiusmodi diabolicæ artis ministerio, plerumque vel damnantur insontes, vel divinæ maiestatis Dei et orthodoxæ fidei sub christiano nomine derisores veniam consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes, tam propria improbitate et inconstantia, quam audacia et impunita temeritate eorum, qui illos ad talia committenda minis cogunt aut pecunia alliciunt, impelluntur.

Inquisitorum facultates coercendi eorum arbitrio et curiæ saeculari tradendi testes falsidicos in causis fidei.

§ 1. Nos igitur, scelestum hoc hominum genus, qui in divinam humanamque simul naturam conspirant et, in nefandi criminis causa, vel iniustæ absolutionis vel iniquæ condemnationis actores existunt, acriori longe supplicio, quam ceteri falsidici testes plecti soleant, dignum censes, circumspeditioni tuæ et universis et singulis aliis, per te et pro tempore existentem generalem dictæ pravitatis in regnis et dominiis prædictis inquisitorem, ad ipsum inquisitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes et singulas personas, cuiusvis status, gradus, ordinis, dignitatis et conditionis existant, quas tibi aut aliis inquisitoribus prædictis in crimine hæresis scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum aut verum tacendum induxisse; vel quempiam, ob prohibitum veritatis testimonium, vel propter falsum non attestatum, occidisse aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus vel maiori parte illorum spoliasse vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affecisse, legitime constiterit, tuo aut a te deputando seu deputandis et subdelegandis arbitrio, procedendi, et eos poenis, de quibus tibi vel illis videbitur, condemnandi, super quo tuam et illorum, quibus negocia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus, absque alicuius poenæ seu censuræ ecclesiasticæ metu aut

irregularitatis nota, tradendi vel relaxandi, etiam curiæ saeculari, plenam et liberam concedimus facultatem.

§ 2. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimaquarta decembris, millesimo quingentesimo decimo octavo, pontificatus nostri anno VI.

Dat. die 14 decembris 1518, pont. anno VI.

XXXIII.

Contra quoscumque, etiam prætextu indulti Urbani VI, quoquo modo impediennes executionem literarum apostolicarum (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Bonifacius IX literas apostolicas exequi iussit, prævia revocatione indulti Urbani VI, quibusdam praelatis concessi, quod eas prius ipsi viderent, et exequi mandarent. — 2. Iste Pontifex, ex causa hic expressa, dictam constit. Bonifac. IX innovat et observari mandat; — 3. Quascumque contrarias constitutiones ubicumque editas irritat; — 4. Praelatis et ceteris liberam executionem literarum apostolicarum præcipit. — 5. Non obstantibus quibuscumque. — 6, 7. Iussio et effectus publicationis in Urbe. — Publicatio in Cancellaria Apost. — Et in Urbe.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In supremo Apostolicæ Sedis solio, meritis licet imparibus, constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ debitus honor et reverentia dictæ Sedi, a subditis et inferioribus, præsertim pontificali dignitate præditis, impendantur; et si quid perverse aut minus recte per eosdem inferiores factum aut gestum reperiatur, quod in dictæ Sedis depressionem, ac malum exemplum et scandalum plurimorum ce-

Exordium.

(1) Eiusmodi sanctionem edidit etiam Martin. V in constitutione II, *Quod*, tom. IV huius editionis, pag. 677.

dat, id per nostrae providentiae ministerium revocetur, et ad debitam normam redneatur, ne membra a capite, cui obedientiam debitam et devotam praestare tenentur, discordare videantur.

§ 1. Sane, licet felicitis recordationis Bonifacii Papa nonus, praedecessor noster (ad quem fide dignorum relatione pervenerat quod certi praelati, quibus pie memoriae Urbanus Papa VI, etiam praedecessor noster, concesserat ut in eorum civitatibus et dioecesibus executio literarum apostolicarum fieri non posset, nisi literae ipsae praelatis ipsis aut eorum officialibus prius exhibitae et per eos approbatae forent, et eorundem praelatorum officiales in consuetudinem deduxerant; aliqui vero, praetextu statutorum provincialium seu synodalium, etiam servabant quod nullus literas apostolicas huiusmodi exequi audeat, nisi postquam praelati seu officiales ipsi, per suas literas, quas *Vidimus* nuncupabant, mandarent et concederent ut iudices, in ipsis literis apostolicis deputati, illa exequi possent), provide attendens quod, propter tales literas, *Vidimus* seu *Placet* nuncupatas, impetrantes apostolici saepe literarum apostol. (1) consequi nequiverant, concessionem Urbani huiusmodi ac statuta quaecumque super his facta revocavit, cassavit et annullavit; ac decrevit quod iudices et executores quicumque, in literis apostolicis pro tempore deputati, etiam sine licentia vel consensu quorumcumque praelatorum vel superiorum aut officialium eorundem, literas apostolicas exequi possent et deberent.

§ 2. Tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullae supplicationes positae fuerunt continentes quod in Toletana et Carthaginensi ecclesiis, sub colore falsitatis obviandi, editae fuerant constitutiones synodales, quibus cavere dicebatur ut tabelliones et notarii, etiam a partibus requisiti, literas apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illae prius per archiepiscopum Toletanensem et episcopum

(1) Deest fortasse *executionem* (n. r.).

Carthaginensem, pro tempore existentes, aut eorum officiales examinatae forent, a nobisque eorundem constitutionum confirmatio peteretur. Nos petitionem huiusmodi, uti ratione carentem, cum Romani Pontificis gesta per inferiores sibi et subditos, sine eius speciali licentia, examinari non debeant; indecens et absurdum, quinimmo temerarium esse censentes quod aliquis, quavis occasione, literas apostolicas, sine Romani Pontificis speciali commissione examinare velle praesumat; propterea supplicationes ipsas, prout merito reiiciendae erant, reiecimus, et coram nobis laerari fecimus. Ac constitutiones edentium temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volentes, ut aliis in posterum committendi similia aditus praecludatur, motu proprio et ex certa nostra scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, literas Bonifacii praedecessoris huiusmodi, tenore praesentium, approbamus et innovamus, ac perpetuae firmitatis robur obtinere, illasque inviolabiliter observari debere decernimus.

§ 3. Necnon quascumque constitutiones synodales, tam in dictis Toletanensi et Carthaginensi quam quibusvis aliis ecclesiis per universum orbem constitutis super his factas, motu, scientia, auctoritate et potestate praedictis, cassamus et annullamus; ac statuimus et ordinamus quod iudices et executores, in literis apostolicis pro tempore deputati, ac notarii et tabelliones super his requisiti, literas ipsas apostolicas, sine alicuius personae, cuiuscumque ecclesiasticae vel mundanae dignitatis fuerit, licentia vel consensu, exequi possint et debeant.

§ 4. Et insuper universis patriarchis, archiepiscopis, primatibus, episcopis et aliis praelatis et personis ecclesiasticis, necnon dilectis filiis communitatibus civitatum et universitatibus castrorum, oppidorum, terrarum et locorum, sub interdicti; singularibus vero personis eorum, etiam saecularibus, sub excommunicationis et anathe-

Bonifacius IX literas apostolicas exequi iussit, praevia revocatione indulti Urbani VI, quibusdam praelatis concessi, quod eas prius ipsi viderent, et exequi mandarent.

Quascumque contrarias constitutiones ulicumque editas irritat;

Iste Pontifex, ex causa hic expressa, dictam constit. Bonifacii IX innovat et observari mandat;

Praelatis et ceteris liberam executionem literarum apostolicarum praecipit.

matis poenis, quas eo ipso, si contrafecerint, absque alia declaratione, incurrant, et a quibus, non nisi a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, praeterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione praemissa, absolvi, et interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctae obedientiae, districtè praecipiendo mandamus ne iudices et executores literarum apostolicarum ac notarios et tabeliones super his requisitos, quominus literas apostolicas huiusmodi exequi possint, quoquo modo impedire praesumant; ac eos, qui executionem literarum huiusmodi impedientibus auxilium, consilium vel favorem, quovis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte praestare praesumpserint, etiamsi patriarchali, archiepiscopali, primatiali, episcopali et quavis alia ecclesiastica vel mundana, etiam imperiali, regali, reginali aut ducali vel alia praefulgeant dignitate, eidem excommunicationis et anathematis sententiae, a quo non nisi ut praefertur absolvi possint, subiacere; ac civitates, terras, castra, oppida et loca praedicta, et ad quae inobedientes et contrafacientes declinare, et in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico supposita interdicto, tandiu firmiter observando. donec, compuncti corde, huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione praemissa, meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, et per triduum post eorum inde discessum, motu, scientia, auctoritate et potestatis plenitudine similibus decernimus. Ac sub dictis poenis, etiam mandamus illis, in quorum libris constitutiones synodales et provinciales huiusmodi descriptae reperiuntur, ita deleri et cassari faciant, ut amplius legi non possint.

Non obstantibus quibuscumque.

§ 5. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quae idem Bonifacius praedecessor in suis literis voluit non obstare, contrariis quibuscumque. Aut si patriarchis, archiepiscopis,

primatibus, episcopis et aliis personis praefatis vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indultis et literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quae, praesentibus non insertis, effectus eorum impediri valeat quomolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum sit in nostris literis specialis mentio habenda, quae, quoad hoc, cuiquam volumus aliquatenus suffragari.

§ 6. Ut autem praesentes literae ad omnium notitiam deducantur, volumus et mandamus, illas in Cancellaria Apostolica et valvis basilicae Principis apostolorum de Urbe nostra affigi, ut ii, quos huiusmodi literae concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut illas ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere posse incognitum quod tam patenter fuerit publicatum.

Iussio et effectus publicationis in Urbe.

§ 7. Verum, quia difficile foret etc.

Nulli ergo etc.

Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo octavo (I), kalendis martii, pontificatus nostri anno vi.

LECTA ET PUBLICATA fuit haec constitutio Romae, in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis dominicae MDCXIX, die vero XVIII mensis iunii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. D. Leonis, divina providentia PP. X., anno vii.

Publicatio in Cancellaria Apostolica

Melchior de Campagna, custos.

Anno Domini MDCXIX, indictione vii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. D. Leonis, divina providentia Papae X,

Et in Urbe.

(1) Legendum millesimo quingentesimo decimo nono, ut cum ceteris chronologicis notis concordet (n. r.).

anno VII, diebus XVIII, XIX et XX mensis Iunii, in basilica Principis apostolorum de Urbe; et XXII, XXV et XXVIII eiusdem mensis Iunii successive, etiam in Cancellariae Apostolicae valvis seu portis, diebus cancellariae, istae literae apostolicae affixae et publicatae fuerunt, per nos Henricum Bousnardi, sanctissimi D. N. Papae cursorem, et per me Girardum Dubier, praefati sanctissimi D. N. Papae et Romanae Curiae cursorem.

Dat. die 1 martii 1519, pontif. anno VI.

XXXIV (1).

Canonizatio sancti Francisci de Paula, Ordinis fratrum Minorum institutoris, eiusque adscriptio catalogo sanctorum confessorum, et institutio festivitatis pro die secunda mensis aprilis, una cum octava.

SUMMARIUM

Deus Ecclesiam suam pretiosissimis lapidibus construxit. — 1. Cuius primi fundatores fuerunt patriarchae et prophetae, — 2. Apostoli deinde, — 3. Martyres, — 4. Doctores postea, — 5. Confessores etiam, — 6. Virginesque et viduae. — 7. S. Franciscus Religionem fundavit. — 8. Origo S. Francisci de Paula. — 9. A puerilibus annis religionem dilexit; — 10. Semper orabat aut laborabat; — 11. Affabilis erat; — 12. Ordinem suum appellavit Minorum; — 13. Super ignem, spinas, etc. ambulabat; — 14. Claruit miraculis; — 15. Ob quorum famam a cubiculario PP. visitatus fuit; — 16. Illo praesente, ignem manib. accepit; — 17. Apostema incurabile Iacobi de Tarsia sanavit; — 18. Paralicum et leprosum curavit; — 19. Mutum a nativitate liberavit; — 20. Puellae caecae visum reddidit; — 21. Obrutos illaesos reperiit; — 22. Fabas sine igne coxit; — 23. Lampadem absque igne accendit; — 24. Filium viduae mortuum fere sanavit; — 25. Oculi albuginem abstulit; — 26. Mortuum in

(1) Bulla canonizationis in Rom. Edit. reperitur sub. numero XLI, ratione temporis non habita (R. T.).

sepulcrum mittendum vitae restituit; — 27. In fornacem ignis intravit, et exinde incolumis exivit; — 28. Alium ab evidenti mortis periculo liberavit; — 29. Ardentes titiones manibus propriis ad proximi salutem accepit; — 30. Iussu Sixt. IV, ad regem Franciae accessit, qui benigne eum recepit et ecclesiam edificavit. — 31. Regulas tres B. Franciscus instituit; — 32. Romanique Pontif. plurima illi privilegia concesserunt. — 33. Is, praevisto suae mortis die, sacris susceptis, obdormivit in Domino in die Veneris Sancti. — 34. Miracula post eius obitum Deus edidit. — 35. Rex Franciae ac alii institerunt pro canonizatione. — 36. Hic ergo Pontifex, annuens canonizationi petita, examen et processum fieri mandavit. — 37. Eiusque relatio facta fuit in publico consistorio. — 38. Postquam Papa preces ad Deum emitti praecipit, et deinde vota pro canonizatione recipit; — 39. Modo B. Franciscum Ss. catalogo adscribit; — 40. Festumque die 11 aprilis celebrari iubet; — 41. Orationes proprias de Sancto decrevit. — 42. Oratio prima. — 43. Secreta. — 44. Postcommunio. — 45. Transumptorum fides. — Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Excelsus Dominus militantem Ecclesiam pretiosorum lapidum vivorum, ipsi summo angulari lapidi Christo Iesu unitorum, ornatissima varietate decoratam, structura mirabili fundare disposuit.

§ 1. Hinc processere beati patriarchae, qui in fide praeclari, sanctorum etiam angelorum susceptores effecti, facie ad faciem videre Deum meruerunt. Hos sequuti sunt sancti prophetae, quibus ostendit Deus secreta sua, ut ventura, quasi praesentia, Spiritu Sancto illuminati, agnoscere atque enunciare potuerint.

§ 2. Postquam autem venit plenitudo temporis, et nos in assumpta sibi humanitate Oriens ex alto visitare, nostraeque salutis mysteria (iuxta quod praedixerant prophetae) adimplere dignatus est, constituti fuere beati apostoli, divinae legis

Deus Ecclesiam suam pretiosissimis lapidibus construxit.

Cuius primi fundatores fuerunt patriarchae et prophetae,

Apostoli deinde,

promulgatores et praedicatores, qui, per orbem universum, genus humanum, quod sub diabolicae potestatis iugo tenebatur, ad salutem excitantes, Dei verbum in omnibus terrae finibus praedicarunt.

Martyres,

§ 3. Hos subsequuti sunt martyres splendidi, qui, fidei lorica induiti, et inconcussae stabilitatis baltheo succincti, stolas suas in sanguine innocentis Agni lavantes, candidato exercitu Christum Iesum imitati, supernae civitatis Hierusalem, hoc est triumphantis Ecclesiae, cum gloriosa victoria palmas manibus gestantes, se dicto vivo lapidi Christo adiunxerunt, sempiternam sui memoriam et exemplum venerabile militanti Ecclesiae relinquentes.

Doctores p-
stea,

§ 4. Progressi sunt et doctores lucidi, qui suis doctriinis et exemplis catholicam et orthodoxam fidem defensantes, falsisque prophetis ac iniquis doctoribus, fidem ipsam subvertere satagentibus, se opposcentes, dictam Ecclesiam militantem multipliciter illustrarunt, quibus eadem Ecclesia coniuncta *progredditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.*

Confessores
etiam,

§ 5. Sequuntur postea sancti confessores, qui, virtutum gemmis coruscantes, Domino rationem de talentis creditis deposcenti (utpote fideles et boni servi) multiplicatum de suis laboribus fructum attulerunt, et in arcem coelestem deposuerunt; omniaque mundi blandimenta (ut venenum aspidum) fugientes, latibula in terris fecerunt, a terris obliiti, rudi victu et scaturientis aquae levi potu carnem macerantes, tegmine hircino amicti, iunco vel stramineo cubili fessa membra somno foventes, nudis pedibus Dominum quaesierunt, aeternamque patriam invenerunt.

Virginesque et
viduae.

§ 6. Adsunt et virgines nitidae, mundo corpore, sincero corde sanctaque mente, cum oleo in lampadibus suis sponso (qui est prae filiis hominum speciosus) obviam venientes; devotae tandem continentesque

viduae, et aliae quamplurimae sexus utriusque personae, piis ac sanctis operibus semper intentae, cum plenis etiam manipulis eidem coelesti sponso se repraesentant, cum angelis gloriam in altissimis Deo et in terra pacem hominibus bonae voluntatis mirifice depromentes. Haec omnia unus atque idem Spiritus admirando plurimum operatur mysterio; sicut Altissimus ab initio vineam suam talibus piis cultoribus (iuxta sanctam promissionem suam) visitavit, firmavit et auxit, sic semper ad illam suae protectionis auxilium multipliciter impertitur.

§ 7. Novissime vero diebus nostris coelestis ille Agricola vineam suam, more solito, visitans, virum fortem ad huiusmodi vineae culturam adduxit, gloriosum scilicet confessorem, beatum Franciscum de Paula, superno coetui merito sociandum, immo verius sociatum, qui, inter ceteros Christi athletas, suis meritis et exemplis ipsam sanctam Ecclesiam (divina cooperante gratia) multipliciter decoravit, praesentis temporis caligines suae lampadis fulgore mirabiliter illustravit; ipse enim adversus mundum, carnem et daemoneum fortiter dimicavit, ac in odorem suavitatis Altissimi currens, copiosam utriusque sexus fidelium multitudinem salubriter post se traxit, ac (velut effusam super faciem terrae) religiosam professionis suae generationem dereliquit, ut ad illuminationem gentium ecclesiae sui memoria (tamquam rutilum sydus) in Ecclesiae firmamento servaret.

S. Franciscus
Religionem fua-
darit.

§ 8. De cuius quidem origine, vita, moribus et fama, necnon mirabilibus (quae, in praemium sanctitatis eius, Deus mundo multipliciter ostendere dignatus est), ne de tam celebri viro etiam posteritas ipsa remaneat ignara, pauca ex multis duximus recensenda. Constat siquidem, in regno Neapolitano, inter Brutios et Lucanos, Paulae oppidum situm esse, quod itinere unius diei a Cusentia, illius provinciae metropoli, distat. Inde originem traxit

Origo S. Fran-
ciscl de Paula.

Iacobus Martolilia; illi proximum est castrum Foscandi, ubi nata est Vienna, quondam ambo in fide Christi baptizati et confirmati ac (ut veri catholici) educati, qui invicem, secundum ritum sanctae Romanae Ecclesiae, matrimonium contrahentes et (ut fideles decet coniuges) mutuam charitatem vitaeque honestatem servantes diu cohabitarunt; ex hoc matrimonio beatus Franciscus de Paula procreatur.

A puerilibus
annis relig. di-
lexit;

§ 9. Qui sacri baptismatis fonte lavatus et chrismatis sacramento confirmatus, ab eisdemque parentibus sub Dei timore et amore educatus, insigne specimen sanctitatis futurae praesefrens, solitudinem et religionem diligere, ac orationibus et ieiuniis assidue vacare coepit; quae cum eius parentes animadvertissent, ipsum, annum circiter decimum tertium agentem, iuxta votum per eos emissum, domui sancti Francisci civitatis Sancti Marci obtulerunt. In qua puer, in sortem Domini electus, anno per eum exacto, nullaque professione emissa, vocatis parentibus, eos, ut se ad ecclesiam sancti Francisci de Assisio et sanctae Mariae de Angelis, devotionis causa, ducere vellent, enixe rogavit, qui pio eius desiderio annuentes, sese itineris comites praebuerunt. Quibus ecclesiis devote visitatis, in patriam reversus, idem beatus, Sancto Spiritu inspirante, ad ecclesiam construendam animum addixit, ipseque primus fundamenta effodere coepit, quo inter vicinos divulgato, undique ad opus iuvandum concurrerunt; alii operi incumbabant, nonnulli calcem, lapides, cementa et alia id genus, futuro aedificio necessaria, deportabant; fertur etiam tunc fratrem quemdam, sancti Francisci habitu indutum, ex improviseo beatum Franciscum de Paula inrepassa quod tam angustam aedem facere incoepisset, eandemque demoliri sibi mandasse, ac aliam maiorem designasse; beatoque Francisco de Paula asserenti sibi vires ad tam ingens opus perficiendum

non sufficere, divinitus respondisse Deum omnipotentem ei nullo pacto defuturum, e vestigioque, disruptis muris, evanuisse; unde non immerito plerique illumque beatum Franciscum fuisse existimarunt. Postridie vero nobilis quidam Consentinus supervenit, qui eidem beato, pro aedificanda ecclesia, magnum auri atque argenti pondus obtulit, unde, iuxta situs designationem, ecclesiam notabili forma, non parvo sumptu construere coepit.

§ 10. Numquam a laboribus cessabat, nisi cum orationi divinisque rebus intendebat, qui, etsi vigiliis ieiuniisque maximis esset attritus, lapides tamen, calcem et ligna aliaque ad fabricam necessaria propriis etiam humeris deferre non desinebat.

Semper orabat
aut laborabat;

§ 11. Erat adeo in loquendo humanus atque affabilis, ut nullus unquam ad eum accesserit, qui, mellifluis eius verbis delectatus et incredibili quadam sermonis dulcedine captus et quasi divino spiritu repletus, ab eo non recesserit.

Affabilis erat;

§ 12. Humilitatem eius, etiam instituti per eum Ordinis cognomentum ostendit, quod, ut is omnium minimus esse volebat, ita Minimorum censuit et instituit; eiusdem etiam Ordinis institutor et generalis corrector existens, omnium se infimum (quoad poterat) exhibebat, et ad omnia etiam servilia opera (ut et ceteris humilitatis praeberet exemplum) descendere non dedignabatur; quippe discipulis suis discumbentibus ministrabat, saepeque ecclesiam et altaria verrebat et mundabat, ac paramenta et alia ad divinum cultum necessaria componebat, aliorumque fratrum, etiam novitiorum, indumenta propriis manibus abluebat; et cum iuvenis adhuc esset, Calabriamque incoleret, numquam, nisi nudis pedibus, etiam per glacies, nives, montes et acuta saxa, vepres spinasque incedebat, nullamque ex eo, etiam gravissimo saepe pondere pressus, laesionem in pedibus patiebatur.

Ordinem suum
appellavit Mi-
norum;

§ 13. Ipsum saepius ignem nudis pe-

Super ignem,
spinas, etc. am-
bulabat;

dibus conculcasse, ac ignitos candentes-
que lapides manibus portasse, liquido con-
stat: admirabilis erat vitae eius austeritas,
quae propterea admirabilior censenda est,
quia in pueritia, adolescentia, iuventute,
senectate et decrepita eius aetate inter labo-
res, vigiliis, ieiunia, abstinentias innume-
rasque corporis macerationes eundem pene
vivendi modum servavit.

Claruit
miraculis;

§ 14. Horum et plurimorum aliorum
sanctorum operum ratione habita, adeo S.
Spiritus gratia hominem complexa est, ut,
piis eius meritis et precibus, in Christi
nomine daemones a corporibus humanis
saepius eiecit; pluresque infirmi, diversis
morborum generibus oppressi, et iam a
medicis destituti, ac morti propinqui, pri-
stinae sanitati restituti fuerint; idemque
Beatus aliis compluribus, qui memoria et
sensibus capti, seu intelligentia debilitati
erant, sanitatem praestiterit, ac multis clau-
dis incessum, surdis auditum, mutis lo-
quelam caecisque lumen restituerit, et
leprosos mundaverit, nonnullosque mor-
tuos, vel pro mortuis habitos, ad vitam
pristinamque lucem reduxit.

Ob quorum fa-
mam a cubiculario
Papae visitatus
fuit.

§ 15. Quorum quidem miraculorum
fama cum iam per totum fere orbem va-
garetur, et ad aures felicitis recordationis
Pauli II praedecessoris nostri pervenisset,
cubicularium quendam suum ad bonae
memoriae Pyrrhum archiepiscopum Con-
sentinensem misit, mandavitque ut ipse su-
per miraculis huiusmodi se diligenter in-
formaret, ac deinde ipsum de veritate cer-
tiores efficeret. Qui quidem archiepisco-
pus, Pontificis mandato parere desiderans,
ac neminem habens, qui talia melius, quam
ipsemet cubicularius explorare, fideliusque
referre posset, idem suavit ut is, cum socio
quem ei adiunxit, ad dictum beatum virum
se conferret, ac de illius vita, miraculis et
fama huiusmodi plenam informationem ca-
peret.

Illo praesente,
ignem manibus
accepit;

§ 16. Cubicularius, archiepiscopi fre-
tus consilio, hominem adiit, et cum inter
salutandum dicti beati viri manum oscu-

lari vellet, ille omnino renuit, eumque ro-
gavit ut sibi potius manum deosculandam
porrigeret, asserens id multo iustius et
convenientius fore, eo quod ipse cubicu-
larius triginta tres annos iam presbyter es-
set; quod cubicularius memoriam repetens,
ubi id verum esse cognovit, miratus est
hominis spiritum, et cum eo ad colloquium
in cameram concessit, ubi cum primus
sermo de tam ardua difficultique vita fuis-
set, ut eam nulli, nisi robusto ac valido,
tolerabilem fore cubicularius asseveraret,
beatus pater, audito illius verbo, igni ap-
propinquans, ardentisque prunas, absque
laesione, manibus arripiens, dixit, *Qui per-
fecto corde Domino serviunt, omnia creata
illis obtemperant*; exterritus ille eo mi-
raculo, veniam petiit. Cumque eius pedes
humiliter osculari vellet, ipseque vir bea-
tus id recusasset, eius tunc vestem ma-
nu apprehensam devote osculans, ab eo
recedens, ad Pontificem rediit, eique mi-
racula, quae viderat, enarravit.

§ 17. Olim etiam vir nobilis Iacobus
de Tarsia, baro terrae Bellimontis, Consen-
tinensis dioecesis, cum gravissimo et pene
insanabili apostemate longo tempore in
crure laborasset, insignesque medici et
chirurgi in eo nihil proficerent, quin ulcus
illud quotidie ingravesceret, omnibusque
remediis adhibitis, iam in desperationem
salutis res adducta esset, tandem dictus
Iacobus, fama sanctitatis et miraculorum
beati viri, qui tunc Paulae degebat, addu-
ctus, ad eum, non sine magno labore, ac-
cessit, illique plagam detexit, et se devo-
tissime commendavit. Primum siquidem
ipsi beato et omnibus, qui astabant, ulcus
grave et miserabile ac pene insanabile vi-
sum est. Illum tamen Beatus admonuit
ut in Deo firmam fidem et certam spem
haberet, quia sanitatis gratiam conseque-
retur. Ac statim unum ex suis fratribus
misit, qui aliqua folia herbae, quae ungula
caballina dicitur et inibi nascitur, collige-
ret, et cum ipsis foliis, certos pulveres,
quos in cella sua ipse Beatus retinebat,

Apostema iocu-
rabile Iacobide
Tarsia sanavit;

sibi afferret. Dum frater ille mandata exequitur, beatus vir ad propinquam crucifixi imaginem conversus oravit ut baroni, in suae divinitatis gratia confidenti, misericordiam suam aperiret; nec multo post, foliis ac pulveribus huiusmodi sibi, ut iusserat, apportatis, facto signo crucis, aliquantulum de dictis pulveribus ulceri imposuit, illudque tribus ex foliis dictis cooperuit, et omnia circumligavit, in Domino spem reponens quod sanitatem recuperaret. Illi ergo, benedicens, iussit ut illico suam repeteret domum, ad quartumdecimum ferme lapidem inde distantem. Qui cum aliquamdiu equitasset, ad uxorem Ioannam, quae illum semper in eo itinere comitata fuerat, conversus, *Mihi videtur*, inquit, *quod sim sanus, quia acerbum dolorem et pessimum foetorem amplius non sentio*; et cum iam certum monticulum superasset, Iacobus, avidè cupiens intelligere an posset ambulare, ex equo descendens, propriis pedibus ambulare coepit, et calce terram percutiens, nec aliquid doloris sentiens, se liberum et sanum intellexit. Deo igitur et B. Francisco de Paula gratias agentes coniuges, voti compotes, ad propria rediere.

Paraliticum et leprosum curavit;

§ 18. Iisdem ferme diebus, in civitate Consentina fuit quidam Marcellus de Cardilla, pedibus et manibus contractus, ac totus leprosus, adeo ut iam vocem quasi omnem amisisset, eiusque loquela vix audiretur, qui cum per consanguineos suos ad Paulae monasterium adductus et beato viro praesentatus fuisset, ille, misericordia motus, parum secreto oravit, mox vero rediens, eum manu sublevavit, et ab omni membrorum contractu et lepra incolumem reddidit. Guidonem quoque Lipantum, nobilem Consentinum, gravissima infectum lepra in domo Paterni, quam vir beatus tunc aedificabat, ad se venientem, sanitati restituit.

Mutum a nati-
vitate liberavit;

§ 19. Cum idem beatus vir fabricam domus iuxta Paulae oppidum inceperet, adductus est ei quidam a nativitate mu-

tus, quem cum parentes eius iuxta ecclesiam posuissent, dixit eis vir beatus, ut alte secum ter *Iesum* acclamarent, et ita aperiretur illi sensus. Beato viro inchoante dictisque parentibus prosequentibus, mutus similiter, alta voce dixit *Iesus*, et deinde liber atque integer usque ad eius obitum in loquela permansit.

Puellae caecum visum reddidit;

§ 20. Rursus Iulia, Antonii Catalani in dicto oppido Paulae habitantis filia, ab ortu caeca et nihil prorsus videns, eum a parentibus ad beatum virum, qui forte tunc in horto domus erat, adducta fuisset, idem beatus vir, herbam quamdam emulsit, eamque, signo crucis facto, super ipsius puellae oculos apposuit, quae statim videre coepit, ac sensus visus tandem quamdiu postea vixit fruita est.

Obrutos illa-
sos reperit;

§ 21. In fabrica dictae domus Paterni, cum duo laborantes terram effodiendo obruti fuissent, ita ut iam pro mortuis haberentur, ad succurrendum invocatus vir beatus a duobus partibus terram effodi fecit, quo facto, dicti laborantes vivi et illaesi sua (ut creditur) gratia sunt reperti.

Fabae sine igne coxit;

§ 22. Dum quidam Antonius architectus ad dictae domus Paterni fabricam accessisset, et beatus vir, ut pro cibo illi ministrando nonnullae fabae coquerentur eidam fratri juniore inibi existenti mandasset, frater ille ollam cum dictis fabis et aqua frigidis in coquina cineribus superposuit, oblitusque ignem, quo coquina carebat, aliunde afferre, discessit; sed cum vir beatus, dictas fabas iam coctas esse credens, una cum hospite in coquina, nullusque ibi ignis adesset, dictus Antonius subrisit de dicti beati praecepto et eius fereulo, quod nondum coqui coepisset; cui vir beatus fereulum ipsum paratum esse respondit, tetigitque manu ollam, quae illico fervere visa est, statimque fabae coctae fuere, ita ut idem Antonius de ipsis prandium sumere potuerit, qua de re dictus Antonius et nonnulli alii tunc praesentes, maxima sunt admiratione affecti.

§ 25. Idem etiam beatus vir die qua-

Lampadem abs-
que igne ac-
cendit;

dam, more solito, missam audire cupiens, ecclesiam ingressus est; cumque tunc ecclesiae lampas accensa non esset, et aliqui ex his, qui ibi missae audiendae causa aderant, ignem foras quaesitum ivissent, illumque iam afferrent, vir beatus chordam lampadis accepit, ut eam deduceret, illa vero in medio descensu absque aliquo igne miraculose accensa effulsit, ex quo circumstantes candelas pro missa tunc celebranda necessarias devotissime accenderunt.

Filium viduae,
mort. fere, sa-
navit;

§ 24. Cum in terra Montisalti, dictae Consentinensis diocesis, quidam Franciscus, ipsius terrae incolae, febre adeo vexaretur, ut de eius salute nullam medici spem promitterent, laboraret in extremis, ac omnibus ecclesiae sacramentis devote susceptis, et candela benedicta, more solito, accensa, in eiusque manibus posita, a circumstantibus iam pro mortuo haberetur; tunc Ioanna mater eius, ad B. Franciscum de Paula specialem gerens devotionis affectum, illum laerimans deprecata est ut filium suum sanare ac vitae restituere dignaretur, ut illius ope tribus suis ex dicto eius filio nepotibus providere posset; praeterea, si voti compos fieret, et statim huius saeculi vanitatibus omnino renunciaturam, et in habitu Tertiae Regulae eiusdem Beati Deo perpetuo famulaturam devote vovit; quo voto emisso, statim eius filius quasi a morte resurgens, circumstantes aspiciere, seque melius habere incepit, ac non multis postea diebus pristinae fuit salutis restitutus et per triginta fere annos idem supervixit.

Oculi albugi-
nem abstulit;

§ 25. Cum in dicto oppido Paterni idem beatus vir moram traheret, quidam oculi albuginem patiens ad eum accessit, humiliterque rogavit ut sibi opem afferret, cuius precibus motus, vir beatus bombycem sacro lacte aspersum super virginem calcem, quae forte pro ecclesiae fabrica ibi aderat, convolvit, et ea oculum, macula huiusmodi infectum, abstersit, signoque crucis desuper facto, ab omni albugine et macula statim liberavit.

§ 26. Cum quidam dicti oppidi venatores, hyemis tempore, in montibus nivibus repletis, hominem nullum viventis signum praeseferentem invenissent, illum sepeliendum ad locum detulerunt ubi tunc beatus vir morabatur, qui in illum respiciens, *Per caritatem*, ait, *vixit homo iste*, et ad eum conversus, *Surge*, inquit, *et ambula*: ad cuius verba homo in sepulcrum mittendus illico surrexit, ac pedestris ambulare coepit, moxque hospitii domum ingressus, ac cibo et potu refectus, pristinaeque valetudini restitutus, ad propria salvus et incolumis remeavit.

Mortuum in se-
pulcrum mit-
tendum vitae re-
stituit;

§ 27. Praeterea in dicto oppido Paulae, dum sui Ordinis domus aedificaretur, et calx in fornace coqueretur, accidit quod, vel propter nimium ignem vel aliam causam, fornax ipsa ruinam minaretur. Tunc illius magistri, nullum penitus remedium adhibere scientes, ad beatum virum pro auxilio recurrerunt, qui illis *Per caritatem*, inquit, *ad collationem seu prandium eatis, mihi que curam fornacis relinquetis*; quibus discedentibus, ipse statim, signo crucis facto, intrepide dictam fornacem ardentem intravit, ac illam solus temperavit, indeque absque laesione aliqua incolumis exivit.

In fornacem i-
gnis intravit, et
exinde incolumis
exivit;

§ 28. Iulius Barthuchius etiam de Paula, iuvenum multitudine adiutus, post beati viri obitum, e Cusentiae castro Paulam versus eximiae magnitudinis bombardam transportari curans, additis etiam ad laborem viginti bovum iugis, apud quemdam declivem locum non longe a Paula distantem, Lamachiam nuncupatum, funem maximum cuiusdam navis onerariae, quo bombardam ipsa alligata erat cuidam arbori (ut paulatim laberetur) involvit, quam nec Iulius ipse neque tot socii, propter impetum velocem, quo ex magnae molis lapsu ferebatur, retinere valerent, ibi dum idem Iulius, ultra quam eius vires ferebant, nititur, iuxta arborem cui circumligatus erat funis prostratus cecidit, pedesque suos intra funis orbem involvit. Unde cum nullo pacto (nisi munere divino), quin eius crura

Alium ab evi-
denti mortis pe-
riculo liberavit

frangerentur, evadere posset, arborem amplectens, summa cum devotione clamavit: *O beate Franciscæ de Paula, open fer mihi misero.* His dictis, curru cui bombardæ ipsa imposita erat, in loco præcipiti statim restitit, apparuitque eidem Iulio quidam frater Ordinis beati Francisci de Paula, qui tunc funem ipsum manibus retinuit. Idem, vero Iulius tanto periculo ereptus, omnesque qui illuc, quasi ad spectaculum, convenerant, omnipotenti Deo beatoque Francisco de Paula immensas illico gratias egerunt, ipseque ante alios omnes nudis pedibus ad eiusdem beati viri monasterium profectus, imaginem suam ceream fene pedibus implicito pro devotione, in tanti miraculi memoriam, obtulit.

§ 29. Cum a quodam fratre Antonio, Ordinis Minorum professore, viro doctissimo integerrimæque vitæ, idem beatus vir, etiam in publicis prædicationibus carperetur quod videlicet tam imprudens esset, ut simplex laicus et literarum penitus ignarus, quibusdam herbis aegrotis salutem promitteret, accidit ut idem frater Antonius ab aliis dicti Ordinis Minorum fratribus ad eundem beatum virum missus fuerit, quatenus eum de præmissis redargueret; qui cum ad eum venisset et magnis illum contumeliis affecisset, increpassetque eius ignaviam et crassitudinem, vir Dei constantissimus patientissimusque tot convitiis et iniuriis nullatenus fractus, ac nec commotus quidem fuit, sed loco appropinquans ardentibus titiones nudis manibus accepit, eosque striete compressit, ac manifeste ostendit, in Dei virtute omnia fieri posse. At ille prudentissime prospiciens hominis simplicitatem et fidem, omniaque ab eo divina gratia et ardentissimo fidei spiritu fieri, eius pedibus advolutus, illos arte complectens, oscularique satagens veniam ab ipso humillime postulavit. Neque inde surrexit, donec ab eodem beato patre benediceretur; quo factum est, ut qui antea in illum publice maledicta plurima congresserat, proprium confessus errorem,

Ardentes titiones manib. propriis ad proximi salutem accepit;

beati viri sanctitatem dignis verisque postea laudibus merito efferret.

§ 30. Quæ omnia cum mirabilem quamdam et raro auditam viri sanctitatem arguerent, eorumque celebris fama iam ad claræ memoriæ Ludovicum XI huius nominis, Francorum regem christianissimum, perlata esset, rex viri beati sanctitate motus, ipsum coram videre cupiens, a piæ memoriæ Sixto Papa IV, etiam prædecessore nostro, impetravit ut eidem beato viro in virtute sanctæ obedientiæ mandaret ut ex Calabria in Franciam se conferret, dictumque Ludovicum regem visitaret; quibus iussis Dei famulus obediens, in Franciam ivit, ubi eum præfatus rex singulari devotione suscipiens, seque ab eo benedici postulans, illi tamquam viro Dei magnum honorem et reverentiam exhibuit. Cognita deinde viri sanctitate, ei eiusque fratribus sedem prope civitatem Turonensem et regium palatium assignavit, amplamque et magnificam domum cum ecclesia, quæ in hanc usque diem extat, pro ipsius B. Francisci de Paula suorumque fratrum usu et habitatione, construi fecit.

§ 31. Tantæ insuper continentiæ fuit idem beatus vir, ut non carne sed solo spiritu compactus esse videretur. Prius enim quam ab hac luce discederet, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, suæque Religionis propagationem, divina (ut pie creditur) inspiratione instructus, tres Regulas, fratrum scilicet ac sororum et utriusque sexus fidelium Tertiariarum nuncupatorum instituit; et ut humilitatis amator erat, illamque a suis etiam coli desiderabat, fratres sui Ordinis *Mimos*, et sorores *Mimas* vocari debere ordinavit, iniunxitque illis ut, decem mandata divina et Ecclesiæ præcepta salutaria vigilanter observantes, Rom. Pontifici pro tempore existenti fideliter obedirent, ac sub obedientiæ, castitatis et paupertatis quadragesimalisque vitæ sacris votis perseveranter vivere profiterentur, nonnullis ad Regulas

Iussu Sixti IV, ad regem Franciæ accessit, qui benigne eum recepit et ecclesiam ædificavit.

Regulas tres B. Franciscus instituit;

fratrum ac sororum huiusmodi, tam circa personarum ipsarum directionem et informationem, quam divini cultus augmentum, debitam observationem et institutionem, opportunis adiectis capitulis.

Romaniq. Pontif. plurima illi privilegia concesserunt.

§ 52. Ipsas vero fratrum ac sororum cum decem, dictorum autem utriusque sexus Tertiariorum Regulas cum septem capitulis, per eum pie institutas, recolendae memoriae Iulius Papa II, similiter praedecessor noster, eodem beato viro tunc in humanis agente, matura praehabita deliberatione, tamquam religioni consonas, postquam idem Sixtus, praedecessor noster, ac sanctae commemorationis Innocentius VIII et Alexander VI, Romani Pontifices etiam praedecessores nostri, eidem beato viro eiusque Ordini, ac eius personis et domibus quamplura privilegia concesserant, per suas primo, et deinde nos per alias nostras literas approbavimus et confirmavimus, diversisque privilegiis, gratiis et indultis Ordinem ipsum multipliciter communitivimus, prout in ipsorum praedecessorum et nostris ad id confectis literis plenius continetur.

Is, praevise enim mortis die, sacr. susceptis, obdorm. in Domino die Veneris Sancti.

§ 53. Cumque vitae suae finem iam proximum (divina inspiratione) prospiceret, idem beatus vir, pridie quam decederet, qui fuit dies Coenae Domini, pluribus ex variis provinciis et regnis, qui tunc ad eum venerant, astantibus, in missa conventuali et post poenitentiae sacramentum susceptum, cum profundissima humilitate uberrimaque lacrymarum effusione, pectus suam percutiendo, sacrosanctum Eucharistiae viaticum e manibus unius ex sui Ordinis presbyteris magna cum devotione suscepit. Postea Domino nostro Iesu Christo beataeque Mariae Virgini et sanctis omnibus devote peractis gratiarum actionibus, missaque huiusmodi celebrata, ad cellam suam propriis pedibus (licet pro senectute debilis et infirmus), baculo, quem more solito gestabat, innixus, rediit. Postero autem die, cum beatus fidelisque Dei servus tempus instare videret, quo sibi ex hac lacryma-

rum valle migrandum erat, dictos fratres suos ad se convocari iussit, eosque ad fraternam pacem mutuaque caritatem dulcissimis verbis ac salutaribus monitis caritative exhortatus est, illisque benedictione more solito impertita, cum iam nonagesimum primum, vel circa, annum feliciter implevisset, anno a Partu Virgineo millesimo quingentesimo septimo, aprilis vero die secunda, quae tunc fuit Parasceves, Veneris Sancta nuncupata, circa horam, qua pro nobis Christus passus est, signo sanctae crucis devote signatus, omnibusque sacramentis ecclesiasticis debite communitus, perfecta eorum Dominica Passione, iunctis devote manibus, erectisque in coelum oculis, sanctae crucis triumphum pie amplectens, reverenterque osculans, ac saepius, *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*, aliasque pias orationes devotissime repetens, dimissa huius carnis sarcina, quasi vivens, absque aliquo doloris aut mortis notabili signo, migravit ad Christum.

§ 54. Cumque tunc per undecim dies eiusdem Beati corpus insepultum remanserit, illucque maxima virorum et mulierum ac religiosarum personarum multitudo accesserit, ut sanctum virum, quem viventem summa fuerant veneratione prosequenti, etiam defunctum viderent; et illius apud Deum suffragia mererentur, mirum omnibus fuit, quod eius caro per tot dies incorrupta permanserit, nec ullum prorsus foetorem emisit, quin potius odor quidam suaviter fragrans ab ea manaverit. Post ipsius etiam obitum, multis eius suffragia devote implorantibus omnipotens Deus quamplures gratias largiri, magna-que miracula palam operari dignatus est.

Miracula post eius obitum Deus edidit.

§ 55. Propter quod carissimus in Christo filius noster Franciscus, huius nominis primus, Francorum rex christianissimus, carissimaeque regina, quae a correctore Ordinis tunc generali ac aliis nobilibus personis emisso voto, quod si gratiam pro masculo assequeretur, in B. Patris honorem, Francisci nomen ei imponeret, fulgentis-

Rex Franciae ac alii instituerunt pro canonizatione.

simum puerum in lucem edidit, illique, iuxta dictum eius votum, Francisci nomen imponi fecit; necnon dilecta etiam in Christo filia nobilis mulier Aloysia de Sabaudia, Andegavensis et Angolismensis ducissa, Cenomanensisque comitissa, eiusdem Francisci regis genitrix, nobis per venerabilem fratrem nostrum Dionysium, episcopum Macloviensem generalem, ac dilectos filios Iacobum Lucam, decanum ecclesiae Aurelianensis et nobilem virum Antonium Raphi, alias de Protom, dominum temporalem loci de Podio Calvario Agennensis dioecesis, pro nonnullis particularibus ipsius christianissimi regis negotiis, nuncios et oratores ad nos destinatos, humiliter supplicari fecerunt ut, praemissis diligenter inquisitis et exploratis, ad eiusdem viri canonizationem procedere dignaremur.

§ 56. Quorum quidem precibus, licet libenter annuere vellemus summopereque gauderemus, huiusmodi canonizationem nostris temporibus divino quodam misterio contigisse, ac nobis aequum videretur ut idem B. Franciscus de Paula, quem iam Deus in coelesti gloria sanctorum choro dignum fecisse pluribus ac manifestis indicis et miraculis ostenderat, in terris etiam sibi debito sanctorum honore non defraudaretur; ac super eo maxime nobis instaret venerabilis frater noster Bernardinus, episcopus Sabinensis, cardinalis Sanctae Crucis nuncupatus, in dicti Ordinis protectorem ab eodem beato, nondum tunc ab humanis egresso, assumptum, cumulatissimaeque preces nobis ac venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, per dicti Ordinis tunc zelosum, totius Minimorum Ordinis nomine, super hoc saepius porrectae fuissent, non statim rem tanti ponderis ac momenti faciendam, sed, iuxta veterem ac laudabilem consuetudinem, cunctanter matureque considerandam duximus. Post complures igitur commissiones aulae Palatii nostri advocato concistoriali et auditoribus causarum eiusdem Palatii super hoc debite factas, tan-

dem tribus etiam S. R. E. cardinalibus, ex tribus illorum Ordinibus, videlicet, venerabili fratri Nicolao, episcopo Albanensi, de Flisco, et dilectis filiis nostris Dominico, tituli Sancti Bartholomaei in Insula presbytero, de Iacobatis, ac Ioanni Sanctorum Cosmae et Damiani (nostro secundum carnem nepoti) diacono, de Salviatis, respective nuncupatis cardinalibus, de fratrum nostrorum consilio et assensu, commisimus ut ipsi, visis et examinatis processibus editis super eiusdem beati viri vita, moribus, fama et miraculis, ante et post ipsum obitum, eius intercessionibus, a Deo factis, aliisque cunctis ad sanctorum canonizationem huiusmodi necessariis, se super omnibus ac singulis diligenter informarent, et per eos comperta, in nostro secreto concistorio, ut moris est, fideliter referrent. Cumque ipsi cardinales, visis ac diligenter examinatis diversis processibus, in partibus Calabriae et Franciae, de Sedis Apostolicae commissione habitis et ad Curiam nostram transmissis, testiumque fide dignorum depositionibus, pro tantae rei dignitate debite ponderatis, de supradictis miraculis ac vitae sanctimonia et aliis a iure requisitis, fidelem nobis relationem in pluribus, etiam secretis, concistoriis, iam fecissent, nosque ipsorum et omnium aliorum cardinalium vota pro facienda dicta canonizatione convenientia et conformia invenissemus:

§ 57. Et pro ulteriori executione, dilectus filius Angelus de Caesis, utriusque iuris doctor, et dietae aulae nostrae concistorialis advocatus, in publico concistorio, omnia de ipsius beati viri vita, moribus et fama, miraculis copiose recensuisset, nobisque humiliter supplicasset ut ad eiusdem Beati canonizationem, matura deliberatione praehabita, procedere dignaremur, nos, de relatis coram nobis, in primis humiliter Deo gratias agentes, rogavimus omnes in eodem publico concistorio tunc astantes ut suis orationibus et ieiuniis Ecclesiam Dei iu-

Ille ergo Pontifex, annuus canoniz. petita, examen et process. fieri mandavit.

Eiusque relatio facta fuit in publico concistorio.

varent, ac ne eam Altissimus modo aliquo in huiusmodi canonizationis officio errare permitteret, instanter orarent.

§ 58. Demum, post aliquot dies, convocatis de novo in aula nostra concistoriali, in Palatio Apostolico, universis et singulis, qui tunc aderant in nostra Romana Curia, ecclesiarum praelatis, patriarchis videlicet, archiepiscopis ac episcopis, in praesentia eorundem fratrum nostrorum praefatae sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, eosdem processus, super ipsius Beati vita, moribus, fama et miraculis editis, per eundem Angelum breviter summarieque repeti fecimus, quae, cum ex serie per cardinales ac ipsos, quibus id munus per nos inunctum fuerat, enarrata et exposita fuissent, omnesque astantes praelati, quid sibi super huiusmodi negotio videretur, interrogati, unanimi consensu, nullo penitus discrepante, respondissent sibi videri quod idem beatus vir inter sanctos merito adscriberetur et connumeretur.

§ 59. Nos iterum humiles omnipotenti Deo gratias agentes quod, ad Beatum servum suum debitis honoribus prosequendum, corda nostra illuminare dignatus esset, ipsius canonizationis diem dominicam in Albis nuncupatam, qua in Ecclesia cantatur *Quasi modo geniti infantes*, quae tunc occurrebat prima die maii anni Domini millesimi quingentesimi decimononi, in qua etiam tunc beatorum apostolorum Philippi et Iacobi festum contingebat, deputavimus; ac in basilica Principis apostolorum de Urbe amplum suggestum ligneum de more parari et exornari iussimus, super quo quidem hodie, astante populo ac universo clero, de vita, miraculis et fama eiusdem beati Francisci de Paula, humili devotioneque pleno sermone per nos, ut moris est, habito; deindeque Litania et hymno *Veni Creator Spiritus* per omnia devote decantatis, necnon a proenratoribus causae ipsius canonizationis et a christianissimi Francorum re-

Postquam PP. preces ad Deum emitti praecipit, et deinde vota pro canonizatione recipit.

Modo B. Franciscum Ss. catalogo adscribit;

gis oratoribus huiusmodi, eiusdemque Ordinis Minimorum tunc vicegenerali correctore a nobis magna cum instantia petito pronunciarum adscribi inter sanctos eundem beatum Franciscum de Paula, cum iam omnia consummata essent, omnesque consuetas Ecclesiae caeremonias super ea re rite servavisset, Deum prae oculis habentes, ad canonizationem eiusdem Beati sub his verbis procedendum duximus et processimus. Ad honorem omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, ad exaltationem fidei catholicae, christianaeque religionis augmentum, ac Ordinis Minimorum consolationem et incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorumque Petri et Pauli apostolorum eius, ac nostra, de fratrum nostrorum speciali consilio et assensu, decernimus et definimus bonae memoriae Franciscum de Paula, eiusdem Ordinis Minimorum institutorem, in caelesti Hierusalem inter beatorum choros iam receptum, aeternaeque gloriae condonatum fuisse, ac sanctorum confessorum catalogo adscribendum fore, ipsumque huiusmodi catalogo in praesentiarum adscribimus, et eum tamquam sanctum publice privatimque colendum esse declaramus atque mandamus.

§ 40. Statuentes eius festum die secunda mensis aprilis ab universali Ecclesia annuatim celebrandum fore, et ab eo suffragia a christifidelibus implorari et expectari posse, omnesque ac singulos honores illi merito praestandos et exhibendos esse, qui caeteris etiam sanctis confessoribus in huiusmodi catalogo descriptis convenire noscuntur.

§ 41. Quibus debite peractis, inchoatque per nos ac decantato et ad finem usque a cantoribus prosequuto hymno *Te Deum laudamus*, in illius etiam fine cardinali diacono in cantu dicente: *Ora pro nobis, beate Francisce de Paula*, a choroque responso: *Ut digni efficiamur promissionibus Christi*, nos illico propriam

Festumque die 2 aprilis celebrari iubet;

Orationes proprias de Sancto decernit.

orationem de eodem Sancto alta voce decantavimus, dicentes:

Oratio prima. § 42. *Servitutis nostrae tibi, Domine, iura solventes, quaesumus ut, beati Francisci de Paula confessoris tui patrocini suffragante, in nobis tua dona multiplices, et ab omnibus tuis adversis, per Christum Dominum nostrum.* Deinde vero a dicto choro responso *Amen*, solemnem illie missam nos ipsi celebravimus de dicta tunc eurrente dominica in Albis, collectas singulas sub una conclusione terminantes, additis etiam praedicta caeterisque specialibus eiusdem sancti Francisci de Paula collectis immediate sequentibus, pro secreta videlicet:

Secrata. § 43. *Hostias, Domine, tuorum suscipe populorum, quas tibi in beati Francisci de Paula festivitate dicamus, ut nobis conferant tuae propitiationis auxilium: cum sua conclusione, videlicet: Per Dominum etc.* Deinde vero post communionem subiunximus, dicentes:

Postcommunio. § 44. *Coelesti, Domine, sacramento consolati, te supplices deprecamur ut, intercedente beato Francisco de Paula, ab omni nos mentis et corporis labe custodias, et per ipsum tuae sentiamus indulgentiae largitatem, cum simili conclusione; et ita missam ipsam ad finem usque, cum solitis caeremoniis, iuxta Ordinarium Apostolicum, illie debite terminavimus, indulgentiamque plenariam omnibus officio huiusmodi tunc assistentibus devote concessimus; ac etiam in loco sepulturae eiusdem sancti Francisci de Paula, in depositionis suae die, videlicet secunda aprilis huiusmodi, perpetuo duraturam, quadraginta annorum totidemque quadragenarum indulgentiam annuatim condonavimus, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui in sanctis suis mirabilis et gloriosus vivit et regnat benedictus in saecula saeculorum.*

Transumptorum fides. § 45. Caeterum, quia difficile foret praesentes originales literas ad omnium notitiam deferri, volumus et decernimus

quod earundem transumptis, manu notarii publici subscriptis, sub sigillo venerabilis fratris nostri Paridis, moderni et pro tempore existentis episcopi Pisauriensis, ac caeremoniarum magistri, vel alicuius praelati ecclesiastici, fides adhibeatur indubia in omnibus ac per omnia, et illis ubique stetur, ac si originales literae huiusmodi essent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno millesimo quingentesimo decimono, prima maii, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 1 maii 1519, pontif. anno VII.

Sanctio poealis.

XXXV (1).

Contra pugnantes in duello, aut illud permittentes vel spectantes in Statu Ecclesiastico.

SUMMARIUM

Prooemium. — 1. Iulius II edidit hac de re constitutionem. — 2. Hic Pontif. eam confirmat; — 3. Duellantibus poenas auget; — 4. Permittentibus poenas imponit; — 5. Spectatoribus poenas infligit; — 6. Iulii II bullam innovat; — 7. Executores deputat; — 8. Contrariis derogat. — Publicatio.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Quam Deo et hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, et omnium in ore versatur, et divina humanaque iura detestantur: nec immerito, cum non solum corporum, sed etiam animarum eorum, pro quibus Salvator noster Iesus Christus Dei Filius mortem subiit temporalem, grave detrimentum afferre noceantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus, plurimum consentes, eos qui huiusmodi scelus detestabile quidem et canonica civilique lege prohibitum patrare non expavescunt, graviter fore puniendos, ac ea, quae ad compescendum similes ve-

Prooemium.

(1) Hanc leges constitutionem in Romana Edit. sub numero XXXIV (R. T.).

titos conatus a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris statuta fuerunt, ut eo firmiter observentur, quo saepius fuerint auctoritate apostolica communita, approbamus et novo munimine roboramus, et si qua ad perterrendum animos audaces meliora sint, iis adiicimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Julius II edidit
haec de re con-
stitutionem.

§ 1. Dudum siquidem a felicis recordationis Julio Papae II praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequenter videlicet (1).

Ille Pontifex
eam confirmat;

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, in eisdem literis contenta, ab aliquo tempore citra, non fuerint observata, et ex eo quam plurimi barones, domini temporales et alii, praesertim eidem Romanae Ecclesiae subditi, adeo procliviores ad pugandum in duello redditi sint, ut passim quotidie singularia eiusmodi certamina ubique committi videantur; ac domini temporales praefati armorumque duces eos ad id invitare quin potius irritare non formident; et cum in eorum territoriis et iurisdictionibus tutum paucatum sive aream praeparant, et talia cruenta spectacula exhibeant, et illis comitivam praestent; nos igitur non minus detestabilem in duello pugnantium, quam ducum, comitum, marchionum, baronum, domicellorum et armorum capitaneorum aliorumque dominorum temporalium eis ad id auxilium, consilium et favorem praestantium nequitiam ac improbam eorum conscientiam reprobantes, qui ad ea visenda conveniunt, et animarum saluti christifidelium opportunis remediis indefesso studio prospicere volentes, literas Iulii praedecessoris praefati, motu proprio et ex certa scientia nostra ac animi deliberatione, harum serie, auctoritate apostolica approbamus, confirmamus et innovamus, ac presentis scripti patrocinio communimus.

Duella istius
poenas auget;

§ 3. Adicientes et eadem auctoritate apostolica statuantes quod pugnantes ipsi non solum poenis praedictis subiaceant,

(1) Omititur tenor istius constitutionis, quia eam habes supra, pag. 474.

sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscripta sint et Camerae nostrae Apostolicae confiscata eo ipso.

Permittentibus
poenas impo-
nit;

§ 4. Duces, barones, comites, marchiones et domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum capitanei, communitates quoque civitatum, terrarum et locorum eidem Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectorum, campum ad pugandum praestantes, non solum poenas praedictas incurrant, sed ab omni iure, quod in locis et territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudque ad Cameraam praefatam devolvatur et devolutum esse censeatur, absque alia declaratione desuper facienda.

Spectatoribus
poenas indigit;

§ 5. Qui vero ad talia cruenta spectacula videnda convenerint, si nobiles, quingentorum; si mediocris fortunae, centum; si vero ignobiles, vigintiquinque ducatorum, necnon excommunicationis et perpetuae maledictionis poenam incurrant, ac locus ipse ecclesiastico subiaceat interdicto.

§ 6. Et insuper omnia et singula, tam per Iulium praedecessorem statuta et, ut praefertur, per nos confirmata et illis adiecta, perpetuae firmitatis robur obtinere, ac inviolabiliter observari debere decernimus.

Iulii II bullam
innovat;

§ 7. Quo circa venerabili fratri Raphaeli episcopo Ostiensi, camerario nostro, ac dilectis filiis praesidentibus et clericis dictae Camerae pro tempore existentibus, motu simili mandamus quatenus praesentes literas solemniter, prout sibi videbitur, publicari, ipsasque ac omnia et singula in eis contenta inviolabiliter observari faciant; contrafacientes vero praedictas censuras et poenas damnabiliter incurrisse declarent, ac summarie et eorum camerari more exequantur, et irremissibiliter exigant, convocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, super quibus amplam eisdem concedimus facultatem et potestatem.

Executores de-
putat;

§ 8. Non obstantibus omnibus supra-
dictis, aut si aliquibus, communiter vel

Contrariis de-
rogat.

divisim, ab Apostolica sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo *etc.*

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimonono, decimo kalendas augusti, pontificatus nostri anno VII

Publicatio.

Anno Domini MDCXIX, indictione VII, die vero XIX mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. D. Leonis, divina providentia Papae X, anno VII, istae literae apostolicae affixae et publicatae fuerunt in basilicae Principis Apostolorum valvis seu portis per me Franciscum cursorem, necnon in aede Campi Florae, ut moris est, per me Henricum Boumardi, sanctissimi D. N. Papae cursorem, pro M. Quarto de Urbino, cursore.

Dat. die 23 iulii 1519, pontif. anno VII.

XXXVI (1).

Quod canonici regulares S. Augustini, in episcopos promoti, utantur habitu, quo utuntur alii clerici saeculares in episcopos creati (2).

SUMMARIUM

1. Dubium. — 2. Commissio discussionis dicti dubii. — 3. Declaratio eiusdem dubii. — 4. Clausulae derogatoriae.

Leo Papa X venerabili fratri Zachariae, episcopo Sebastensi, praelato nostro domestico.

Dubium.

§ 1. Dudum enim ad ecel. Sebastensem, a nobis, de venerabil. fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, promotus esses in pastorem, dubitatum fuit a nonnullis,

(1) Haec constitutio numerum XXXVII in Edit. Rom. habet (R. T.). (2) Canonico regularium duae extant congregationes, una Lateranensis nuncupata, de qua in constitutione XXIX Pasch. II, *Quanto*, tom. II, pag. 246; altera autem nuncupata S. Salvatoris, de qua itidem notavi in Gregorii XII constitutione III, *Excitat*, tom. IV, pag. 634.

Bull. Rom. Vol. V.

92

an tu qui Ordinem canonicorum regularium S. Augustini expresse professus eras, in habitu et coloribus praelatorum saecularium, de iure vel consuetudine permissis, incedere posses, prout incedebas: et cum quaestio huiusmodi ad nos perlata fuisset,

§ 2. Nos, causam ipsam mature terminare desiderantes, venerabili fratri nostro Nicolao episcopo Albanensi, tunc tituli S. Priscae presbytero cardinali de Flisco nuncupato, vivae vocis oraculo commisimus, ut super his se diligenter informaret et demum nobis referret. Cum autem praefatus Nicolaus episcopus nobis retulerit, de antiqua consuetudine in pluribus locis, etiam in Romana Curia ubi Pontifex residet, receptum fuisse ut canonici regulares huiusmodi in episcopos promoti, tam in cappella nostra quam extra, utantur habitibus et coloribus, quibus utuntur alii clerici saeculares in episcopos promoti.

Commissio discussionis dicti dubii.

§ 3. Nos praeterea, iuxta relationem nobis factam, ut praefertur, fraternitati tuae vivae vocis oraculo concessimus ut habitus et colores, quos dicti clerici saeculares in episcopos promoti, tam in cappella nostra, quam extra gestant, gestare posses, et ita etiam tenore praesentium, auctoritate apostolica de novo concedimus.

Declaratio eiusdem dubii.

§ 4. In contrarium non obstantibus quibuscumque.

Clausulae derogatoriae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima septembris, millesimo quingentesimo decimonono, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 4 septembris 1519, pont. anno VII.

XXXVII (1).

Iurisdictio et alia privilegia consulis et consulariorum universitatis mercatorum Florentinorum in alma Urbe.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Ad petitionem universitatis mercatorum Florentinorum, — 2. Pontifex

(1) Haec sub numero XXXVI in Rom. Edit. legitur (R. T.).

iste per alias suas literas confirmavit statuta nationis Florentinae in Urbe; — 3. Et modo iterum confirmat; — 4. Notarium ipsius nationis decrevit non teneri portare acta et instrumenta ad archivium. — 5. Et nunc, ad instantiam consulis dictae nationis, — 6. Non restituens pecunias etc. eiusdem nationis excommunicat; — 7. Homines d. nationis pro crimine examinandos certo modo examinari iubet; — 8. Consuli et consiliariis armorum delationem permittit; — 9. Carceresque construere posse indulget; — 10. Executores huius bullae deputat; — 11. Contrariis derogat.

**Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Exordium. Pastoralis officii debitum nobis desuper commissum nos admonet et inducit ut singularum personarum, praesertim Romanam Curiam sequentium, votis, per quae statui prosperiori et utiliori personarum earundem consuli valeat, libenter annuamus, et ad id eiusdem officii partes favorabiliter impendamus.

Ad petitionem univers. mercatorum Florentinarum, § 1. Dudum siquidem pro parte capitaneorum partis Guelfae et consulum communis civitatis Florentiae, qui, dilectorum filiorum mercatorum suorum Florentinorum et aliorum dictae civitatis subditorum in Urbe et Romana Curia commorantium utilitati consulere volentes, quaedam capitula et constitutiones inter eos servanda, et inter alia eum potestate eligendi inter eos unum consulem cum duobus consiliariis et uno cancellario seu notario publico, prout in diversis mundi partibus mercatores dictae civitatis habebant, qui de eorum rebus, causis, litibus et quaestionibus civilibus inter eos tantum cognoscerent, vulgari sermone staturant et ordinaverant.

Pontifex iste § 2. Nos per alias nostras literas, in quibus dicta capitula, quae per in lingua latina peritum in latinum interpretari, et per deputatum ad hoc examinari diligenter, et praedictis literis inseri feceramus, statuta et ordinationes huiusmodi aucto-

ritate apostolica approbavimus et confirmavimus, suppletes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem.

§ 3. Et nihilominus, potiori pro cautela, quod tunc et pro tempore existens consul, cum dictis consiliariis, etiam tunc et pro tempore existentibus, de omnibus causis, litibus, quaestionibus et controversiis civilibus, inter eos tantum, ius dicere, procedere, sententiarum, decidere et exequi (exceptis illis, in quibus essent instrumenta in forma Camerae Apostolicae, et certis personis tunc expressis, qui mercatores non essent, quoad quos nihil penitus innovatum censetur), et, iuxta dictorum capitulorum tenores, emolumenta ac poenas et alia exigere, ac omnia in eisdem literis contenta, sine quibus eorum iurisdictio esset nulla, exercere; quodque, si pro executione sententiarum pro tempore latarum et aliis contingeret executionem contra aliquem sen aliquos fieri, carceribus, marescallis, barisello et aliis cuiuscumque curiae ministris, tam Urbis quam locorum circumvicinorum, assignata eis concedenti mercede, libere et licite uti valerent, nullique alii iudices spirituales vel temporales dictae Urbis, de illis sic ad eorum instantiam incarcerationis se intrmittere, sub excommunicationis latae sententiae poena, possent.

§ 4. Et cum dictorum mercatorum plurimum intererat ut eorum negotia secreta tractarentur, et eorum conditio, propter dictae mercaturae casus contingentes, non omnibus publicaretur, ut pro tempore consules et cancellarius seu notarius dicti officii acta, obligationes, protocolla et alia in dicto officio et extra facienda et exercenda et per ipsum roganda, et omnia alia, quae ad dicti notariatus officium spectant, penes se et dictum pro tempore existentem officii huiusmodi notarium retinere posset, nec dicta acta, contractus et alia inter dictos mercatores facta et facienda, obligationes in fidem alibi vel ad

Et modo iterum confirmat;

Notarium ipsius nationis decrevit non teneri portare acta et instrumenta ad archivium;

archivium ferre seu portare tenerentur, decernimus, prout in eisdem literis plenius continetur.

§ 5. Cum autem (sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Bernardi de Binis, moderni consulis, petitio continebat) nonnulli Florentini mercatores, bancarii aut fundacarii nonnullas pecuniarum summas ad dictum consulatum spectantes, quas de eodem consulatu habuerunt, latitent, illasque detineant indebite occupatas, quare pro parte eiusdem Bernardi nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi ac consulatui huiusmodi in hoc providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 6. Nos igitur, cupientes pecuniarum summas huiusmodi praefato consulatui restitui, ipsumque Bernardum, qui, ut asserit, dilecti filii magistri Baptistae etiam de Binis, notarii nostri, et pro dilecto filio nostro Iulio, tituli sanctorum Laurentii et Damasi presbytero cardinali, sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, in Cancellaria Apostolica locumtenentis, genitor existit, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes et singulos Florentinos mercatores, bancarios aut fundacarios, qui hactenus quidquam de pecuniis ad dictum consulatum pertinentibus in manibus habuerint, et de illis minime satisfecerint, aut rationem competentem non reddiderint, et ea detinent, seu de eisdem satisfacere, et competentem rationem reddere negligunt seu recusant, excommunicationis sententia (a qua, donec satisfecerint seu competentem rationem reddiderint, nonnisi a Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium

Et nunc, ad instantiam consulis dictae nationis,

Non restituentes pecunias etc. eiusdem nationis excommunicat;

nequeant obtinere), auctoritate apostolica, harum serie innodamus, ac innodatos et excommunicationis sententiam huiusmodi incurrisse decernimus et declaramus.

§ 7. Et nihilominus Bernardum et pro tempore existentem consulem, necnon consiliarios praefatos dictamque nationem Florentinam peramplius honore et specialis gratiae favore prosequi volentes, statuimus et ordinamus quod nullus dictae nationis, in dicta Curia pro quocumque crimine aut delicto captus et carceribus mancipatus, nonnisi praesente praedicto consule ac uno ex consiliariis praefatis aut aliquo ab eis pro tempore transmissio, examinari valeat. Quodque etiam nullus, cuiusvis nationis, in domo seu societate dicti consulis, occasione vel causa debiti, sive ratione cuiusvis criminis vel dicti (1) (non tamen laesae maiestatis) capi possit.

Homines dictae nationis pro crimine examinandos certo modo examinari iubet;

§ 8. Et insuper, eisdem Bernardo ac pro tempore existenti consuli et consiliariis, ut, pro defensione personarum suarum, ipsi et eorum quilibet, cum duobus eorum servitoribus et famulis; ac servitores, famuli et personae consulatus huiusmodi ac eorum quilibet, die noctuque, absque alterius gubernatorum almae Urbis nostrae aut bariselli seu Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, arma defensiva et offensiva deferre.

Consuli et consiliariis armorum delationem permittit;

§ 9. Ac ipsi consules et consiliarii, pro fugiendis expensis, quas ob pauperes incarceratos subire est necesse, prope locum dicti consulatus, carceres publicos, in quibus eorum subditi, pro debito et criminibus quibusvis eis notis, mancipari valeant, construere et habere libere et licite valeant, dicta auctoritate apostolica, tenore praesentium, licentiam et facultatem concedimus.

Carceresque construere posse indulget;

§ 10. Quocirca, venerabilibus fratribus nostris Caserano et Salutarum episcopis, ac dilecto filio praeposito ecclesiae Florentinae, per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, praesentes li-

Executores huius bullae deputat;

(1) Legendum putamus delicti (n. r.).

teras et in eis contenta quaecumque, ubi, quando et quoties opus fuerit, requisiti, solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra per quemcumque inviolabiliter observari, contradictores quoslibet et rebelles, per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 11. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis et consuetudinibus, etiam municipalibus, dictae Urbis, privilegiis quoque et indultis apostolicis, gubernatori et barisello praefatis et dilectis filiis populo Romano, necnon quibusvis aliis personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, praeminentiae existentibus, sub quibusvis formis et tenoribus concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus, etiam si, pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut alia quaevis exquisita forma servanda esset, illorum tenores, pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimonono, iv idus septembris, pontificatus nostri anno vii.

Dat. die 10 septembris 1519, pont. anno vii.

XXXVIII (1).

Communicatio omnium privilegiorum Mendicantium, tam concessorum quam concedendorum, inter singulos eorundem Ordines, eorumque loca, ecclesias, fratres, moniales, tertiarios, conversos et oblatos.

SUMMARIUM

Causa huius constitutionis. — 1. Communicatio privilegiorum inter Ordines Mendicantium. — 2. Dubium excitatum super indulgentiis quoad saeculares. — 3. Declaratio dicti dubii contra saeculares. — 4. Inssio aliter non suadendi. — 5. Derogatio contrariorum. — 6. Fides transumptorum.

Leo Papa X universis et singulis christifidelibus praesentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum per nos accepto quod Romani Pontifices praedecessores nostri, aliqui ad Minorum, alii vero ad Eremitarum S. Augustini, alii ad B. Mariae de Monte Carmelo, reliqui ad Praedicatorum Ordinum fratres et domos, iuxta ipsorum vota, devotionis affectum gerentes, illorum singulis nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, praerogativas, favores, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, indulta ac dona, tam spiritualia quam temporalia, per diversas ipsorum literas, respective concesserunt.

§ 1. Nos ad singulos Ordines praedictos singulasque ipsorum Ordinum domos, ubi religiose vivitur, indifferenter, absque acceptione personarum, devotionis affectum aequa lancee gerentes, omnes et singulas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, praerogativas, favores, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, indulta, tam spiritualia quam temporalia, qualiacumque illa essent, quae Praedicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, Servorum Bea-

(1) Hanc const. sub numero xxxv in Edit. Rom. reperies (n. r.).

Causa huius constitutionis.

Communicatio privilegiorum inter Ordines Mendicantium.

tae Mariae ac Minorum fratrum in domibus (1) et illorum ecclesiis, oratoriis, ac ecclesias ipsas et oratoria pro tempore visitantibus, cuiuscumque status aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione et ornatu contribuentibus; necnon domibus et praesidentibus, non solum generalibus et provincialibus, fratribusque et sororibus, necnon monialibus et conversis, oblati, ac utriusque sexus personis, de Poenitentia seu Tertii Habitus nuncupatis, a dictis praedecessoribus aut a nobis ipsisque successoribus aut alias auctoritatem habentibus, coniunctim vel divisim, in genere vel in specie, concessa fuerunt aut in posterum concedentur, illa et omnia singula ac si nominanter exprimerentur, pro sufficienter expressis tunc habentes, singulis Ordinibus praedictis, illorumque singulis ecclesiis, oratoriis, et ecclesias ac oratoria visitantibus, cuiuscumque status aut sexus existerent, seu pro eorum manutentione et ornatu contribuentibus, necnon domibus et conventualibus fratribus et etiam sororibus vel monialibus, conversis quoque et oblati, ac utriusque sexus personis de Poenitentia nuncupatis, et aliis singulorum Ordinum praedictorum, motu proprio et ex mera nostra scientia et liberalitate, de apostolicae auctoritatis plenitudine communicavimus. Illaque omnia et singula inter dictorum Ordinum personas, pariformiter communia fuisse et esse volumus, prout in singulis literis praedictis plenius continetur.

§ 2. Et deinde, sicut accepimus, nonnulli fratres dictorum Ordinum, volentes sapere plusquam oportet, atque ad ipsorum nutum verba ipsa interpretantes, diversis, tam saecularibus quam etiam aliis personis, publice et private suggesserint quod ipsi saeculares, visitando unam dictorum Ordinum domum, omnes et singulas indulgentias et remissiones peccatorum, tam per dictos praedecessores nostros quam per nos domui Beatae Mariae de Populo de Urbe concessas, conse-

(1) Ripoll habet *ac Minorum fratrum domibus.*

qui poterunt, perinde ac si dictam domum S. Mariae de Populo visitarent, quod praeter ipsorum praedecessorum et nostram mentem fuisse et esse dignoscitur.

§ 5. Attendentes igitur quod indulgentia, intuitu Religionis concessa, ad saeculares extendi non debet, volentes mentem dictorum praedecessorum et nostram declarare, et omnem ambiguitatem et occasionem tollere, motu proprio et ex certa nostra scientia volumus et auctoritate apostolica declaramus quod universi et singuli dictorum Ordinum fratres et moniales, Tertiique Ordinis utriusque sexus et familiares dumtaxat, omnibus et singulis indulgentiis et gratiis, per eosdem praedecessores et nos domui B. Mariae de Populo de Urbe, ut praefertur, concessis et concedendis, utantur, potiantur et gaudeant, ac uti, potiri et gaudere possint quomodolibet in futurum, perinde ac si ipsi dictam domum B. Mariae de Populo, his diebus et festivitibus, quibus indulgentiae huiusmodi concessae fore dignoscuntur, personaliter visitarent; quodque, vigore dictarum literarum, saeculares gratiis et indulgentiis huiusmodi uti et gaudere non possunt.

§ 4. Inhibentes nihilominus, in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis latae sententiae poena, eo ipso per contrafacientes incurrenda, omnibus et singulis fratribus, cuiuscumque Ordinis existentibus, et quibuslibet aliis personis, ne deinceps indulgentias et gratias huiusmodi S. Mariae de Populo de Urbe ad saeculares extendi praedicent, aut publice vel private nuntient.

§ 3. Non obstantibus praemissis aut quibusvis aliis literis apostolicis, privilegiis quoque et indultis dictis Ordinibus concessis, quae, quoad praemissa, cassamus et annullamus, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§ 6. Volumus autem et auctoritate apostolica decernimus quod praesentium transumptis etc.

Declaratio dicti dubii contra saeculares.

Iussio aliter non suadendi.

Derogatio contrariorum.

Fides transumptorum.

Dubium excitatum super indulgentiis quoad saeculares.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decima decembris, millesimo quingentesimo decimono, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 10 decembris 1519, pont. anno VII.

XXXIX (1).

De his quae servari debent circa impetrationem beneficiorum concistorialium.

SUMMARIUM

Sixtus quartus et Iulius secundus, Romani Pontifices, statuerunt quae modo referuntur.

— 1. Illic modo Pontifex eadem approbat et extendit, — 2. Servarique mandat. — 3. Clausulae praeservativae. — 4. Clausulae derogatoriae. — Publicatio.

Leo Papa X, motu proprio, etc.

Cum Sixtus IV et Iulius II et nonnulli alii praedecessores nostri, providendo ne illis, de quorum personis ecclesiis cathedralibus et metropolitanis ac monasteriis concistorialibus providetur, seu ipsa monasteria commendantur, prorogatione concistorii praecudicium sive occasio litigandi inferretur, constituerint et ordinaverint ut supplicationes desuper signarentur et darentur, ad quarum datas caedulae concistoriales retrotraherentur, alias nullius essent roboris vel momenti; necnon ut Camera Apostolica et sacrum dilectorum filiorum cardinalium collegium, cum periculo promoventium animarum, eorum iuribus et annatis non defraudarentur, similiter constituerint et ordinaverint ut literae provisionis sive commendae ecclesiarum cathedralium, metropolitanarum et monasteriorum concistorialium, sine literis dispensationum, et aliorum beneficiorum saecularium et regularium, ac pensionum quarumcumque, non expedirentur.

§ 1. Vestigiis praedecessorum inhaerendo, ac maioribus fraudibus occurrere

(1) Haec sub numero xxxviii in Rom. Edit. legitur (n. 7.).

cupientes, cum intellexerimus supplicationes dispensationum huiusmodi retentionum monasteriorum et beneficiorum ac pensionum praedictarum ad partem signari, et de illis in caedulis concistorialibus nullam mentionem fieri ad effectum ut literae ecclesiarum, monasteriorum praedictorum contra ordinationes praedictas libere ad eorum libitum expediri facere valeant: idcirco motu proprio et ex certa scientia ac de nostrae potestatis plenitudine, praedicta mandata et ordinationes extendimus, ac de novo decernimus, declaramus, statuimus et ordinamus ut per quascumque supplicationes, etiam motu proprio, sub quibusvis datis in posterum signandas dispensationum retentionum quorumcumque monasteriorum et beneficiorum regularium et saecularium, ac quarumcumque pensionum et similium beneficiorum vacantium et pensionum translatarum per huiusmodi promotiones et commendas concistoriales, nullius sint roboris, nec in aliquo eisdem personis provisus suffragentur; sed monasteria et beneficia praedicta per huiusmodi promotiones impetrari possint, ac pensiones cassatae et extinctae intelligantur, nisi in caedulis praedictis super illis dispensetur, et beneficiis sic vacantibus provisum sit, ac supplicationes praedictae retrotrahantur.

§ 2. Mandantes propterea dilecto filio nostro Iulio, tituli S. Laurentii in Damaso presbytero cardinali, sacrosanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, eiusdem Camerae Apostolicae regenti et dilectis filiis de maiori praesidentia abbreviatoribus et aliis officialibus, ad quos expeditio dictarum literarum spectat, praesentibus et pro tempore existentibus, sub poena excommunicationis latae sententiae, ut praesens nostrum decretum et mandatum praedictorum nostrorum praedecessorum inviolabiliter observent et observari faciant et mandent.

§ 3. Ac simili modo volumus, manda-

Illic modo Pontifex eadem approbat et extendit,

Servarique mandat.

Sixtus IV et Iulius II, Romani Pontifices, statuerunt quae modo referuntur.

Clausulae praesertivae. mus et decernimus ordinationi et decreto nostris huiusmodi per quascumque clausulas, etiam derogatorias, in supplicationibus et caedulis praedictis appositas, nisi per speciale mandatum, ut decet, signatum, derogari non posse.

Clausulae derogatoriae. § 4. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet, et ita motu proprio mandamus. (*Papae subscriptio*)

Publicatio. Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum Romae in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, die III mensis ianuarii.

Dat. die 3 ianuarii 1520, pont. anno vii.

XL (1).

Animadversio contra illos, qui per vim, metum aut fictis promissionibus praetorum electiones in monasteriis Ordinis Cisterciensis impediunt, aut electores ad personas sibi benevisas eligendas adstringunt (2).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Causae huius ferendae constitutionis. — 2. Prohibitio libertatem electionis in monasteriis Ordinis Cisterciensis frangendi. — 3. Electiones, ad alterius procuracionem factae, nullae declarantur. — 4. Exequutores bullae huius destinantur. — 5. Obstantium derogatio.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Pastoralis officii debitum, quo ecclesiis et monasteriis quibilibet ac in eis, sub suavi Religionis iugo, Altissimo famulantibus utriusque sexus personis astringimur, nos admonet et inducit ut ad ea sollicite intendamus, per quae eorundem monasteriorum et personarum feliciiori successui ac ipsius Religionis incremento

(1) Haec sub numero XLII in Rom. Editione est (R. T.). (2) Ex Regest. in Archiv. Vatic.

et conservationi nostrae provisionis ministerio consuli valeat.

§ 1. Sane accepimus quod nonnulli Causae huius ferendae constitutionis. sacculares principes et alii locorum domini temporales, occurrentibus vacationibus monasteriorum, etiam monialium, Cisterciensis Ordinis in eorum dominiis consistentium, seu etiam antequam vacent, consiliarios et alios viros ecclesiasticos vel saeculares, etiam nonnumquam cum armatorum caterva, ad dicta monasteria pro electionibus de personis per eos nominandis faciendis transmittere; ac conventus monasteriorum ipsorum, ut personas per eos eis nominatas, etiam minus idoneas, eligant vel postulent, literis et precibus ac promissionibus inducere; seu, cum eorum suggestionibus et minis flecti nequeunt, in electionibus aliarum personarum idonearum, secundum regularia dicti Ordinis instituta, ac privilegia et indulta eidem Ordini concessa, impedire et perturbare; eosque ac personas secundum regularia instituta ac privilegia et indulta praedicta electas diversimode molestare praesumant; nonnullae etiam religiosae ac aliae ecclesiasticae personae, damnosa ambitione ductae, ad monasteria praedicta improbe aspirantes, per se vel alium seu alios preces ac literas dictorum principum et dominorum temporalium per se, sive etiam ad effectum ut postmodum monasteria ipsa in favorem saecularium et aliarum minus idonearum personarum eedere possint, procurare non verentur.

§ 2. Nos igitur, qui Ordinum et monasteriorum singulorum curam gerimus generalem, quorum interest talibus obviare, motu proprio, non ad alterius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione ac ex certa scientia, ad tollendam huiusmodi iniuriam et evellendam ambitionis radicem, omnibus et singulis principibus, quacumque, etiam imperiali, regali, reginali, ducali vel alia auctoritate et excellentia fulgentibus, et aliis etiam dominis tem-

Prohibitio libertat. electionis in monasteriis Ordinis Cisterciensis frangendi.

poralibus locorum quorumcumque, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis et praeeminentiae fuerint, et quacumque auctoritate et excellentia fungantur, ne de caetero, occurrentibus vacationibus monasteriorum, etiam monialium Cisterciensium, Ordinis huiusmodi, aut prius quam vacent, sive alias, praefatis conventibus, pro quibusvis personis eligendis sive postulandis, consiliarios vel alios mittere; aut literis, precibus, promissionibus vel comminationibus, sive etiam impressionibus, ut personas aliquas eligant vel postulent, persuadere; et alias conventus praefatos, quominus libere ad electionem, iuxta instituta regularia ac privilegia et indulta praedicta, procedere possint, impedire seu perturbare; ac illos sive per eos pro tempore electos molestare seu etiam perturbare; necnon etiam, sub excommunicationis latae sententiae poena, a qua non nisi per dilectos filios definitores capituli generalis dicti Ordinis absolutionis beneficium obtinere valeant, quibusvis personis, ne huiusmodi preces et literas, sive pro eis, aut ut postmodum in aliorum favorem cedere possint, procurare; ac conventibus praefatis, ne ad preces, literas, promissiones, comminationes, impressiones et alia praemissa quemcumque eligere quoquomodo directe vel indirecte, tacite vel occulte praesumant, inhibemus.

§ 5. Decernentes electiones seu postulationes, quas ad similes preces, literas, procuraciones, comminationes et impressiones pro tempore fieri contigerit, nullas ac cassas et irritas, nulliusque roboris vel momenti fore, et sic per quoscumque causarum Palatii Apostolici auditores et sanctae Romanae Ecclesiae cardinales ac alios iudices et commissarios ubicumque locorum, tam in Romana Curia quam extraneam, in quaenunque instantia iudicari, sententiarum et diffiniri debere, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter interpretandi et diffinendi potestate et facultate:

irritum quoque et inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 4. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Cabilonensi et Lingonensi episcopis ac dilecto filio abbati monasterii Sanctae Genovefae Parisiensis, per apostolica scripta, motu simili, mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, praesentes literas et in eis contenta quaecumque, ubi, quando, ac pro parte diffinitorum praedictorum sive alicuius dicti Ordinis fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes literas et in eis contenta huiusmodi per principes et dominos temporales ac conventus praefatos, necnon quoscumque alios inviolabiliter observari, contradictores quoslibet et rebelles, ac eis auxilium, consilium vel favorem quomodolibet praestantes per ecclesiasticas sententias, censuras et poenas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 5. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suas civitatem et dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis, ultra unam diaetam a fine suae dioecesis, ad iudicium evocetur; seu ne iudices a Sede praedicta deputati, extra civitatem et dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, ac alii vel alii vices suas committere quoquo modo praesumant; et de duabus diaetis in concilio generali editis, dummodo ultra tres diaetas a fine suae dioecesis aliquis auctoritate praesentium non trahatur; et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque et indultis, etiam apostolicis, principibus et locorum dominis temporalibus ac aliis personis prae-

Exequat. bullae huius destinantur.

Obstantium derogatio.

Electiones ad alterius procuracionem factae nullae declarantur.

fatis, sub quibusvis verborum formis, etiam per nos et Sedem Apostolicam concessis, confirmatis et innovatis, quibus, etiam si, ad illorum derogationem, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si principibus et locorum dominis temporalibus ac personis praefatis vel quibusvis aliis, communitate vel divisim, ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad iudicium trahi non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo *etc.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, quintodecimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno VIII (1).

Dat. die 18 ianuarii 1520, pont. anno VII.

XLI (2).

Contra homicidas, bannitos, etc., communitates et dominos eos non capientes, aut auxiliantes, faventes et receptantes in Statu Ecclesiastico.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iulius II edidit constitutionem. — 2. Quam hic modo Pontifex, ex causis hic expressis, confirmat; — 3. Immo poenas dictae constit. contra eos non ca-

(1) Lege anno pontificatus VII (n. T.). (2) Hanc reperies in Rom. Edit. constitutionem sub numero XXXIX (n. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

93

pientes extendit, et alias imponit; — 4. Executores istius const. deputat. — 5. Clausulae derogatoriae.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Omnes quidem christifideles, praesertim vero nostros et S. R. E. devotos et peculiare filios, quiete ac pacifice et sine aliqua offensione vivere summis desideriis affectantes, ad id operarias manus libenter apponimus; et illa quae, pro eorum felici, prospero ac pacifico statu, per Romanos Pontifices praedecessores nostros facta fuisse comperimus, non solum apostolico munimine roboramus, verum etiam pro illorum observantia novas et severiores poenas adiciamus, ut si non virtutis amore, saltem formidine poenae mandata apostolica arctius serventur.

§ 1. Dudum siquidem a felicitis recordationis Iulio Papa II, praedecessore nostro, emanarunt literae tenoris subsequenter, videlicet (1).

§ 2. Cum autem, sicut fide digna relatione accepimus et re ipsa cognovimus, nequissimi sicarii eo ad perpetranda homicidia et mala omnia committenda procliviores reddantur, quo, in opprobrium iustitiae et animi nostri indignationem, non solum in civitatibus, terris, castris et locis S. R. E. subiectis et non subiectis almae Urbis nostrae convicinis, sed etiam in Urbe ipsa, intra aedes et palatia, retinentur et recipiuntur, aut favore ducum, marchionum, comitum, baronum, domicellorum, dominorum temporalium, armorum capitaneorum ductorumque et aliorum magnatum auxilio confoventur, iudicium quoque et officialium animadversio in eos saepe et saepius omissa fuerit. Nos candidissimi Solis iustitiae, qui arcum suum tetendit, et, nisi convertantur, gladium vibrabit, cuius vices in terris gerimus, exemplo ducti, non aequae minorem criminorum praedictorum audaciam, quam praefatorum eos

(1) Omittitur tenor istius constitutionis, quia eam habes sup., pag. 415.

Exordium.

Iul. II edidit
constit. hic
indicatam.

Hic modo Pon-
tifex, ex causis
hic expressis,
eam confirmat;

recipientium temeritatem esse intuentes, qui in supremæ ac pontificiæ maiestatis læsionem inniti videntur, dum venerandæ legum potestati tales recipiendo eripiunt. Volentes igitur bene viventium paci et tranquillitati prospicere, audaces quoque et sceleratas manus delinquentium, promptosque animos a criminibus reprimere, recipientium receptorumque nequitiam exterminare, motu proprio et ex certa nostra scientia ac animi matura deliberatione, literas Iulii prædecessoris huiusmodi, ac omnia et singula in eis contenta, harum serie, auctoritate apostolica approbamus et innovamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus.

Immo poenas dictæ constitutionis contra eos non capientes extendit, et alias imponit;

§ 3. Adiciētes et auctoritate præfata, de nostræ potestatis plenitudine, statuentes quod si duces, barones, marchiones, comites, domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum capitanei, ductores, magnates, principes communitatesque et officiales civitatum, terrarum et locorum, S. R. E. mediate vel immediate subiectorum, homicidas, haunitos, exititios, rebelles aut pro quocumque crimine capitali poena damnatos, necnon brigosos, pacem facere recusantes, treguarum sive induciarum violatores seu fractores, ius sibi met contra alium dicentes, cavalcatas aut armatas vel ultra numerum decem hominum adunatas propria auctoritate facientes vel moventes, ad eorum civitates, terras, castra, territoria et dominia declinantes, non solum recoperint, retinuerint, vel auxilium, consilium, opem et favorem eis, tacite vel occulte, directe vel indirecte, præstiterint; aut contra mandata et inhibitiones in eisdem Iulii prædecessoris literis contenta devenerint; sed etiam si eisdem manu forti non acceperint apprehenderintque, et captos ad mandatum nostrum seu Romani Pontificis canonice intrantis, pro tempore existentis, aut nostrorum seu suorum officialium exhibuerint tradiderintque; non solum omnes et singulas sententias, censuras ac etiam privationis poe-

nas in eisdem literis expressas, verum etiam læsæ maiestatis verum ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipso iueurrant; et in eos sic contrafacientes, modo et forma, quibus in veros criminis læsæ maiestatis reos, a iure procedi debere statutum est, procedatur; et tam ad prædictas, quam huiusmodi læsæ maiestatis criminis a iure inflictas poenas executive deveniatur. Et insuper omnia et singula per Iulium prædecessorem, et, ut præfertur, per nos innovata, ac de novo statuta et illis adiecta, perpetuæ firmitatis robor obtinere, ac inviolabiliter observari debere decernimus, sublata cuilibet aliter interpretandi et iudicandi facultate et potestate.

§ 4. Quocirca venerabili fratri Raphaeli, episcopo Ostiensi, camerario nostro, et dilectis filiis præsidenti et clericis Camerae Apostolicæ pro tempore existentibus, motu simili mandamus quatenus præsentis literas solemniter, prout sibi videbitur, etiam in provinciis nostris, per legatos earum et alios rectores et gubernatores civitatum, terrarum et locorum S. R. E. mediate et immediate subiectorum publicari, ac omnia et singula in his contenta inviolabiliter observari faciant et mandent; contrafacientes quoscumque, cuiusvis status, gradus, ordinis vel conditionis aut præminentiae sint, sententias, censuras et poenas antedictas damnabiliter incurrisse declarent, et in libris Camerae respective, ad perpetuam damnatorum memoriam, per ipsius Camerae notarios respective declarationem huiusmodi, per eos faciendam, conscribi et annotari mandent et faciant, ac summarie eorum more camerari exequantur; capitalesque prædictas sententias a ministris iustitiæ, absque alienius incurso irregularitatis, exequi procurent; reales autem irremissibiliter exigant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, super quibus omnibus amplam eisdem concedimus facultatem et potestatem.

Executores iustis const. deputat.

§ 5. Non obstantibus omnibus supra-

Clausulae derogatoriae.

dictis, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, decimo kalendas februarii, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 23 ianuarii 1520, pont. anno VII.

XLII (1).

Approbatio archiconfraternitatis Caritatis nuper in Urbe institutae, ad pauperum mendicare erubescensium carceratorumque subventionem, ac mortuorum sepulturam.

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Iulius cardinalis instituit in Urbe confraternitatem Caritatis, ad pia opera exercenda (*de quibus in rubrica*). — 2. Officiales dic. confraternitatis ea coeperunt exercere. — 3. Hic modo Pontifex dictam confraternitatem approbat, et in archiconfraternitatem erigit; — 4. Facultatem condendi statuta opportuna ei concedit; — 5. Indulgentias confratribus et benefactoribus elargitur. — 6. Bona quaecumque, etiam feudalia, etc. relinqui possunt. — 7. Observantia huius bullae omnibus praecipitur. — 8. Derogatio contrariorum. — 9. Clausulae praeservativae. — 10. Fides exemplorum.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Illius, qui caritas est (et cuius apostolus Paulus se, etiam si linguis hominum loqueretur et angelorum, novissetque mysteria omnia, ac prophetiam et omnem scientiam, omnemque fidem, ita ut montes transferre posset, non tamen caritatem ha-

(1) Sub numero XL hanc leges approbationem in Rom. Edit. (R. T.).

beret, nil esse; et caritatem reliquis virtutibus maiorem, ac legis plenitudinem esse firmavit), vices, licet immeriti, gerentes in terris, ut ubilibet, et praesertim in alma Urbe, quae universo orbi exemplar et virtutum speculum esse debet, caritatis opera exerceantur frugifera, opem et operam impendimus efficaces.

§ 1. Sane (sicut nobis nuper innotuit) dilectus filius noster Iulius, S. Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, S. R. E. vicecancellarius, pie considerans quod pauperes mendicare erubescens, longe maiores, quam pauperes mendicantes, sustinent necessitates: quodque, cum Curia Romana maximo forensium et ignotorum numero frequentetur, magna pars incarceratorum in Urbe, nedum amicis, qui pro eis sollicitent, verum etiam notis saepe carent: et quod cadavera pauperum defunctorum quotidie per baulos in plateis ac locis publicis eiusdem Urbis passim ad colligendum, pro eorum vectura et sepultura eleemosynas ponebantur, et sine cruce ac sine lumine et cum magno dedecore et christifidelium horrore ad sepulturam vehantur: cupiensque praemissis et aliis reipublicae christianae, praesertim in dicta Curia, necessitatibus et caritatis operibus providere, et quod provisio huiusmodi perpetuo duraret atque vigeret, nonnullos curiales ac dictae Curiae officiales, quorum aliqui circa mendicare erubescens, alii vero circa incarceratos huiusmodi operam aliquamdiu praestiterant et praestare desiderabant, ad se fecit vocari, et offerens eis ex tunc, pro operibus huiusmodi summam duorum millium ducatorum auri et omne auxilium, operam et favorem, eos hortatus est ut, inter se et alios dictis operibus assistere volentes, societatem sub titulo *Sanctissimae Caritatis* inirent, ac dictis et aliis, per alias eiusdem Urbis societates, assumptis caritatis operibus, intenderent.

Iulius cardinalis instituit in Urbe confraternitatem Caritatis, ad pia opera exercenda (*de quibus in rubrica*).

§ 2. Quo quidem auctore, dicti curiales et officiales intenso gaudio perfunsi, iam

Officiales dictae
confraternitatis
ea cooperant e-
xercere.

per annum vel circa, panes singulis dominicis diebus et alia alimenta dictis pauperibus erubescensibus erogare; necnon dictos carceres per personas per eos ad id deputatas visitare, et ut iustitia (praesertim pauperibus et qui pro eis sollicitent non habentibus) celeriter ministretur procurare, et pro pauperibus incarceratis capturas ac alias expensas solvere; et cadavera pauperum defunctorum decenter cooperta et cruce ac luminaribus praecedentibus, saltem uno presbytero, ac aliquibus aliis associantibus, ad sepulturam deferri facere, propriis dicti Iulii cardinalis et vicecancellarii ac eorum expensis curarunt et curant, et confraternitatem sanctissimae Caritatis, in qua iam octuaginta et ultra confratres, quorum aliqui episcopi et alii praelati, aliqui officiales dictae Curiae et aliqui curiales existunt, instituerunt, ac in ecclesiae Sancti Andreae, regionis Arenulae, persaepe, pro caritatis operibus exercendis, se congregant.

Hic modo Pon-
tifex d. c. t. con-
fraternitat. ap-
probat, et in
archiconfrater-
nitatem erigit;

§ 3. Nos igitur gratias Deo agentes, quod nostro tempore, ac dicto Iulio cardinali, qui noster, secundum carnem, frater patruelis existit, auctore, tam saluberrima tamque pernecessaria caritatis opera in dicta Curia coeperint exerceri; cupientesque quod perpetuo frequententur, ac illis dicti confratres animo hilariori insistant, motu proprio, non ad Iulii cardinalis et aliorum confratrum praedictorum vel alicuius alterius pro eis super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa nostra scientia, institutionem huiusmodi et quaecumque statuta ac ordinationes, per confratres confraternitatis huiusmodi edita, approbamus et confirmamus, supplemusque omnes et singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Ipsamque confraternitatem in archiconfraternitatem caputque omnium confraternitatum Caritatis ubilibet institutarum et instituendarum perpetuo erigimus et instituimus, ac ei omnes et singulas ubique iustitias

et instituendas confraternitates Caritatis immediate subiicimus, et facimus membra ab ea dependentia, sine tamen earum praediuicio.

§ 4. Quodque confratres archiconfraternitatis huiusmodi quaecumque statuta et ordinationes, pro eiusdem archiconfraternitatis felici regimine, ad piorum operum huiusmodi exercitium, et aliis, quoties et prout eis videbitur, etiam cum quarumcumque poenarum in contravenientes appositione, condere, reformare et mutare, ipsasque poenas executioni demandare.

Facultat. con-
den. statuta op-
portuna ei con-
cedit;

§ 5. Necnon archiconfraternitas et confratres, communiter ac divisim, illorumque ecclesiae, cappellani, ministri, officiales, familiares, res et bona quaecumque, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantes, seu de bonis suis pro dictis operibus in testamento vel alias contribuentes, legantes seu relinquentes, aut confraternitatem ipsam haerodem particularem vel universalem instituentes, omnibus et singulis, ac illis eisdem privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, etiam plenariis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conservatoriis, indultis, favoribus, literis et gratiis spiritualibus et temporalibus, a Sede Apostolica in favorem sub imagine Salvatoris ad Sancta Sanctorum, et S. Spiritus in Saxia, ac B. Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta, necnon Sanctorum Ioannis Baptistae et Cosmae ac Damiani de Urbe, et S. Iacobi in Compostella hospitalium et confraternitatum et confratrum, ac illorum ecclesiarum, cappellanorum, ministrorum, officialium, familiarium, rerum, honorum quorumcumque, ac illorum ecclesias visitantium, vel illis de bonis suis largientium, aut illa in totum vel in partem haeredes instituentium, communiter vel divisim, in genere vel in specie, quomodolibet emanatis et emanandis. Quae omnia et singula, necnon quarumcumque literarum apostolicarum desuper quomodolibet confectarum et conficiendarum et

Indulgen. con-
fratribus et be-
nefactoribus e-
largitur.

quorumcumque in eis contentorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habemus, etiam si illa non sint in usu, ac revocari contingat, uti, potiri et gaudere; ac literas apostolicas super eisdem privilegiis et exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conservatoriis, indultis, favoribus et gratiis, etiam illorum individuum expressionem et mentionem faciendo, mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, invocationibus ac diebus, ad libitum confratrum archiconfraternitatis huiusmodi, simul vel separatim expediri facere in omnibus et per omnia, ac si illa non solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illarum omnium tenorum de verbo ad verbum expressionem et insertionem, eidem archiconfraternitati, illiusque confratribus et ecclesiis, rebus, bonis, ministris, officialibus, cappellanis, familiaribus, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus aut alias contribuentibus, legantibus aut reliquentibus, seu ipsam archiconfraternitatem haereditariam vel universalem instituentibus, sigillatim concessimus, prout praesentium tenore concedimus, libere et licite valeant. Et quod quicumque dictae archiconfraternitatis et quicumque etiam illius officiales pro tempore existentes id concesserint, aliarum ab ea dependentium confraternitatum confratres utriusque sexus, nunc et pro tempore existentes, ubicumque existant, eisdem indulgentiis, etiam plenariis, et gratiis, quibus eiusdem archiconfraternitatis confratres in Urbe commorantes, gaudere possunt, etiam si tunc confessi non fuerint (dummodo propositum confitendi habeant) gaudere possint, fiantque participes ieiuniorum ac divinorum officiorum ac aliorum quorumcumque spiritualium honorum, ubicumque in toto orbe pro tempore factorum. Et quicumque ex eis poenitens et contritus nomen Iesu in mortis articulo nominaverit, plenariam om-

nium peccatorum suorum, etiam de quibus, nisi morte praeveniretur, confiteretur, consequatur.

§ 6. Et quaecumque bona, etiam feudalia ac emphyteutica, etiam ecclesiastica, archiconfraternitati, tam inter vivos quam mortis causa, seu testamento seu codicillo dari, concedi et relinqui libere possint, ita tamen quod ipsa archiconfraternitas ad eadem onera, ad quae donator seu testator huiusmodi occasione bonorum eorumdem tenebatur, et quaecumque alia, quae ipse donator seu testator etiam imposuerit, omnino teneatur. Et si ad certum numerum generationum aut nominationum eadem bona concessa fuerant, ipsa archiconfraternitas, non perpetuo sed per viginti annos, pro qualibet generatione seu nominatione huiusmodi, bona eadem tenere possit et, finitis ipsis annis, bona praedicta ad eorum directos dominos devolvantur, et absque eorum consensu teneri non valeant, perpetuo statuimus et ordinamus.

§ 7. Et nihilominus universis et singulis archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis in dignitate ecclesiastica constitutis personis, necnon canonicis metropolitanis vel aliarum cathedralium ecclesiarum, ac dictorum archiepiscoporum et episcoporum vicariis in spiritualibus generalibus et officialibus ubilibet constitutis, per apostolica scripta, motu simili, mandamus quatenus ipsi vel plures aut unus eorum, per se vel alium, auctoritate nostra, faciant praesentes literas et in eis contenta quaecumque optatum effectum sortiri, ac ab omnibus, quos concernunt, inviolabiliter observari. Non permittentes quemquam, contra tenorem praesentium, modo aliquo molestari, impediri aut inquietari. Contradictores quoslibet et rebelles, etiam per quascumque arbitrio suo imponendas, applicandas et exequendas censuras et poenas ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Bona quaecumque, etiam feudalia, etc. relinqui possunt.

Observantia huius Bullae omnibus praecipitur.

Derogatio
contrariorum.

§ 8. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII, praedecessoris nostri, de una, qua cavetur ne quis extra suam dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, et, in illis, ultra unam diaetam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur; seu ne iudices, a Sede praedicta deputati, extra civitatem vel dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vices suas committere praesumant; et de duabus diaetis, in concilio generali edita, ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon statutis, consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis ac literis apostolicis a dicta Sede, etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, et de dictae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio et consensu etiam concistorialiter habitis, ac per viam contractus et obligationis iuramento vallatis, necnon perpetui statuti et ordinationis, et cum quibusvis etiam exceptivis, praeservativis, mentis attestativis, irritativis, annullativis, restitutoriis, innovatoriis ac derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis et quantumcumque urgentissimis causis, ac necessario exprimendis, quomodolibet emanatis et emanandis, quibus, etiam si pro illorum sufficiente derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia expressio habenda aut exquisita forma servanda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis, necnon modis et formis ad id servandos, pro individuo servatis habentes, harum serie, in eo quod praesentibus quomodolibet obstant, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 9. Nos enim praesentes literas et in

eis contenta quaecumque, sub bullis etiam in favorem basilicae Principis apostolorum de Urbe ac illius fabricae et cruciatae sanctae quomodolibet emanatis et emanandis, revocationibus, suspensionibus, annullationibus, limitationibus, modificationibus vel derogationibus comprehensis, illisque etiam illorum toto tenore inserto, etiam in aliquo derogari nullatenus posse; et quotiens opus fuerit, totiens in pristinum et sub quaecumque data, de qua officialibus archiconfraternitatis huiusmodi pro tempore placuerit, restituta esse et censeri, ac literas apostolicas desuper expediri posse decernimus.

§ 10. Et quia difficile foret praesentes literas ad quaecumque loca, ubi opus esset, deferre etc.

Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, v kalendas februarii, pontificatus nostri anno VII.

Dat. die 28 ianuarii 1520, pont. anno VII.

XLIII.

Institutio monasterii in Urbe pro mulieribus ab inhonesta vita ad honestam se convertentibus, sub invocatione Sanctae Mariae Magdalenae ac Regulae sancti Augustini, et sub regimine archiconfraternitatis Caritatis, cum indultorum concessione ac spoliolum impudicarum mulierum applicatione.

SUMMARIVM

Prooemium. — 1. Mulieres incontinentes et meretrices erant in Urbe; ideo pro earum conversione hic Pontifex quoddam monasterium erigere voluit. — 2. Et nunc erigit. — 3. Abbatissam praeficit. — 4. Mulierum recipiendarum qualitates, habitum et Regulam declarat. — 5. Monasterii regimen archiconfraternitati Caritatis committit. — 6. *Moniales B. Mariae Magdalenae* vocari iubet. — 7. Spolia meretricum Ur-

Clausulae
praeservativae.Fides
exemplorum.

bis applicat; — 8. Confessori monialium amplam absolvendi facultatem concedit; — 9. Monasterium, quaecumque bona et personas sub B. Petri protectione recipit; — 10. Indulgentias eis et benefactoribus largitur; — 11. Executores huius const. deputat. — 12. Notitiam habentes spoliatorum meretricium revelare tenentur. — 13. Degregatio contrariorum. — 14. Fides exemplorum.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Salvator noster Iesus Christus, Dei Filius, qui, assumpta humanitate, non venerat, Eo testante, nisi ad oves, quae perierant, non abs re in Evangelio Lucae parabolam de ove, quae perierat, et postea inventa est, pharisaeis et publicanis murmurantibus quod peccatores recipiebat et cum illis manducabat, recitare voluit, ut ostenderet, eodem evangelista teste, maius gaudium esse in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanovem iustis poenitentia non indigentibus. Et in tantum Poenitentiae sacramentum commendaverat, ut beato Petro, apostolorum Principi, cuius, licet immeriti, vices gerimus in terris, interroganti quotiens peccati remissionem exhibiturus esset peccatoribus, responderit *Non septies, sed septuagies septies*, ut, eo numero finito, infinite quotiens quis, ad eor reversus et Dominum recognoscens, poenitentiam facturus esset, ei poenitentiam iniungendam et peccatorum remissionem concedendam fore designaret.

§ 1. Nos itaque attendentes quod, sicut fide digna relatione plurimum notabilium personarum accepimus, quamplures incontinentes et turpi quaestui deditae mulieres, in alma Urbe nostra degentes, si aliquem religiosum locum seu monasterium, ubi a turpi et inhonesta vita recedentes inibi reciperentur, haberent, a lapsu peccati et carnis sese quamplures retraherent, et tamquam oves, quae perierant, coram Domino in odorem holo-

cansti per poenitentiam offerri possent, et castae deinceps vivendo, Deo gratum exhiberent famulatum, more pii Patris et Pastoris providi curam de ovibus pereuntibus habentes, et animarum periculis succurrere, ac pereunti, ne pereat, manum porrigere; et praesertim foemineo sexui et incontinentibus mulieribus vitam sordidam libidinibusque et foetoribus plenam ducentibus, in alma Urbe nostra existentibus, quarum, prohi dolor! in dies, temporum malignitate, copia, ut accepimus, augetur, si, Domino inspirante, a lapsu carnis et mundi illecebris prurientibusque voluptatibus resipiscere voluerint, ubi Domino famulari et recipi, ac instar Mariae Magdalenae peccatricis et Ægyptiaca poenitentiam agere possint, ut tandem, Domino concedente, aeternae vitae praemium consequi, et Christo sponso cum lampadibus accensis obviam ire valeant, pro nostro pastoralis officii debito, quo nec sanctior, nec Deo acceptior exhiberi posset, opportune providere volentes; et provide considerantes quod si aliquod monasterium earundem mulierum, lubricae in hoc saeculo viventium et a peccato recedere volentium, pro eisdem mulieribus in praefata alma Urbe nostra et in aliquo congruo et condecienti loco pro receptione ipsarum, ut Deo famulari et poenitentiam agere possint, sub invocatione eiusdem beatæ Mariae Magdalenae, erigeretur; et ipsae recipiendae mulieres moniales forent, ac sub Regula beati Augustini et perpetua clausura, ac sub cura, regimine et directione fratrum Minimorum beati Francisci de Paula, in domo seu conventu Sanctissimæ Trinitatis de Urbe in Monte Pincio degentium perpetuo permanerent; et bona quaecumque nunc et pro tempore, dicto erigendo monasterio, per utriusque sexus christifideles seu alias elargita seu elargienda, ac spectantia et pertinentia, per rectores societatis seu confraternitatis sanctissimæ Caritatis, nuper in praefata alma Urbe

Mulieres incontinentes et meretrices erant in Urbe; ideo pro earum conversione hic Pontifex quoddam monasterium erigere voluit.

nostra a dilecto filio nostro Iulio, tituli sancti Laurentii in Damaso presbytero cardinali, sanctae Romanae Ecclesiae vicecancellario, nostro, secundum carnem, patruale, auctore, saluberrime institutae, conservarentur, regerentur et gubernarentur; ipsaeque moniales tria vota solemniter emittente, ac habitum nigri coloris subtus, ad ostendendam prioris vitae sordem, et desuper ehlamydem seu scapulare album, ad designandum vitae candorem, quo sese ex huiusmodi vitae mutatione honestarunt, deferre, et singulis horis, diurnis pariter et nocturnis, horas divinas inibi decantare tenerentur; et in eodem monasterio una abbatissa seu priorissa, quae non perpetuo sed ad tempus inibi praesideret, praeficeretur, ex hoc profecto decori praefatae almae Urbis nostrae ac animarum saluti earundem mulierum, curialium nuncupatarum, et alias inhoneste et extra matrimonii claustra degentium non parum consuleretur, et quamplures ad dimittendam tam sordidam et libidinibus plenam vitam, seque a peccato retrahendum, Dominoque perpetuo famulandum excitarentur, magnusque in dies, dante Domino, animarum profectus et salus exerescerent, idque Deo et hominibus gratissimum foret.

Et nunc arigit; § 2. Quare, praemissis bene consideratis, habita desuper matura deliberatione ac relatione super iis a pluribus magnae auctoritatis et vitae laudabilis viris, relatione quoque dilecti filii nobilis viri Alberti de Sabaudia, comitis Carpensis, in partibus Gallicanis, in certis civitatibus et locis, a pauco tempore citra, nonnulla monasteria similium mulierum olim incontinentium constructa fuisse, et ubi uberes fructus, dante Domino, in dies exerescere, motu proprio et ex nostra certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, ecclesiam sive cappellam Sanctae Luciae de Urbe, regionis Columnae, prope monasterium monialium Sancti Silvestri, etiam de Urbe, quam dilectus filius

Ioannes Baptista Beccarus, natus dilecti filii Aloysii de Suessa, dictae ecclesiae rector, obtinet; ipso Ioanne Baptista in hoc expresse consentiente et omne ius sibi in dicta ecclesia sive cappella quomodolibet competens in manibus nostris sponte et libere remittente, in monasterium monialium mulierum huiusmodi a lapsu carnis et vita sordida recedentium et poenitentiam agere volentium, cuiuscumque status, gradus, nobilitatis, conditionis, praeminentiae et nationis fuerint, pro illarum perpetuis usu et habitatione, una cum humili campanili, campana, refectorio, dormitorio, hortis, hortaliis et officinis necessariis, sub dicta invocatione beatae Mariae Magdalenae, auctoritate apostolica, tenore praesentium, erigendum duximus et erigimus.

§ 3. Decernentes inibi unam abbatissam seu priorissam, quae non perpetuo, sed ad certum tempus inibi praesit, praeficiendam esse.

Abbatissam praeficit;

§ 4. Ac mulieres huiusmodi a peccato recedere et poenitentiam ducere volentes, cuiuscumque gradus, status, conditionis et nationis fuerint, ut praefertur, vocatis tamen rectoribus dictae societatis, qui de earum qualitatibus plene informari valeant, recipi debere, quae tria vota solemniter in manibus dictae abbatissae seu priorissae pro tempore existentis emittente; ac Regulam Beati Augustini, earum statui congruam et condecentem, profiteri; ac habitum nigrum subtus et desuper ehlamydem seu scapulare album, ad designandum vitae mutationem, ut praemittitur, gestare; ac sub perpetua et strictissima clausura, quam nullus, cuiuscumque status, auctoritatis et praeminentiae, etiam cardinalatus praefulgens honore, sub maledictionis et damnationis aeternae interminatione, ac excommunicationis latae sententiae poena, cuius absolutionem nobis et successoribus nostris canonice intransibit tantummodo reservamus, violare praesumat. Ac sub cura, regimine et directione eorundem fratrum

Mulierum recipiendarum qualitates, habitum et Regulam declarat;

Minimorum dicti conventus seu domus Sanctissimae Trinitatis pro tempore existentium subesse.

§ 5. Redditi vero, proventus et bona quaecumque dicto monasterio quomodocumque pro tempore erogata seu eroganda, et alias legitime spectantia et pertinentia, per eosdem rectores dictae societatis seu confraternitatis Caritatis regi, distribui et gubernari debere. Ac singulas moniales praedictas pro tempore in dicto monasterio existentes, introductas et introducendas, a colloquio quarumcumque personarum saecularium vel religiosarum, etiam affinium et parentum, quomodocumque, verbo vel in scriptis, penitus abstinere debere. Statuentes quod, si quispiam eisdem monialibus aliqua dicere vel deferre voluerit, ipsae moniales nullo pacto aures praebere, vel aliquid recipere audeant vel praesumant, sed abbatissa vel priorissa huiusmodi, duabus antiquioribus et gravioribus eiusdem monasterii monialibus associata, verba ipsa per craticulam ferream, praesentibus tamen, si videbitur, ad minus duobus rectoribus dictae societatis seu confraternitatis Caritatis, audire, et sic allata recipere possit et valeat. Et nihilominus dicta auctoritate decernimus quatuor claves et seras totidem portis introitus ipsius monasterii ponendas esse; ipsasque claves penes quatuor rectores societatis seu confraternitatis huiusmodi permanere debere. Ita quod porta ipsius monasterii aperiri non possit, nec debeat, nisi saltem et ad minus duo ex rectoribus huiusmodi praesentes existant.

§ 6. Et insuper easdem moniales et earum singulas *B. Mariae Magdalenae de Poenitentia* moniales perpetuo nuncupari debere pari auctoritate volumus et decernimus. Verum cum sperandum sit ut, daute Domino, plures a sordida vita ad bonam et exemplarem vitam transeant, et propterea non parva onera et expensas inibi in dies necessario supportari et sufferri oportere conspiciamus.

Bull. Rom. Vol. V.

94

§ 7. Nos, pro supportatione onerum huiusmodi, omnia et singula bona ac spolia curialium meretricum, ex illicito quaestu et extra matrimonii claustra et pudorem viventium, in Urbe nostra pro tempore ab intestato et absque condendi seu faciendi testamenti facultate decedentium, quaecumque et qualiacumque fuerint, eidem monasterio, illorumque conventui et monialibus pro tempore existentibus, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus, dicta auctoritate perpetuo applicamus ac incorporamus, ac applicata et incorporata, ex tunc, prout ex nunc, et e contra, dicto casu adveniente, fore et esse eadem auctoritate decernimus. Ac ipsis curialibus et inhonestis mulieribus, quae ad minus quartam vel quintam partem bonorum suorum quorumcumque, mobilium vel immobilium, eidem monasterio et illius conventui et monialibus, pro supportatione eorundem onerum, seu alias pie relinquere, legare vel donare voluerint, faciendi et condendi testamenta, et de reliquis bonis earum, tam mobilibus quam immobilibus, cuiuscumque qualitatis, quantitatis et valoris, libere et licite, ex tunc, prout ex nunc, et e contra, disponendi licentiam et facultatem, dicta auctoritate, motu, scientia et potestatis plenitudine praedictis, damus et concedimus. Volumus tamen quod rectores dictae societatis seu confraternitatis Caritatis, pro dicto monasterio et illius conventu agentes, eorundem bonorum sic pro tempore legatorum, donatorum seu relictorum, et aliorum bonorum earundem curialium meretricum, ab intestato seu sine facultate testandi decedentium, et propterea ad dictum monasterium, utpote incorporatorum, pertinentium, quandocumque casus contigerit, possessionem realem et actualem, auctoritate propria, capere, retinere, et alias de illis, nomine et ad opus dicti monasterii et illius conventus, disponere possint et valeant. Ita tamen quod de illis duo inventaria, coram authenticis et probis viris per notarium publicum in-

Spolia meretricum Urb. applicat;

Monasterii regimē archiconfraternitati Caritatis committit;

Moniales B. Mariae Magdalenae vocari iubet;

continenti et quanto citius poterunt, facere teneantur, quorum unum abbatissae seu priorissae pro tempore existenti, alterum vero dictae societati seu confraternitati consignare debeant.

Confessori monialium amplam absolvendi facultatem concedit;

§ 8. Et insuper correctori pro tempore existenti dictae domus fratrum Minimorum, sub quorum cura, regimine et directione ipsae moniales pro tempore existentes in spiritualibus subesse habent, eisdem monialibus nunc et pro tempore existentibus Regulam et normam religiose vivendi, ac statuta, tam circa horarum et divinorum officiorum recitationem, quam alia ipsarum directionem concernentia condendi et in unum volumen redigendi, eisque assignandi, per nos tamen prius, seu quos duxerimus ad id deputandos, ante quam assignentur, revidenda et mature consideranda, ac per nos apostolica auctoritate confirmanda et, dum casus exegerit, de novo condendi, addendi, minuendi, cassandi et immutandi; ac de confessoribus idoneis, dictis rectoribus eiusdem societatis seu confraternitatis Caritatis gratis et acceptis, eisdem monialibus pro tempore existentibus providendi; easdemque moniales et earum singulas pro tempore existentes a quibuscumque earum peccatis, criminibus, excessibus et delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam Apostolicae Sedis reservatis, de quibus corde contritae et ore confessae fuerint, apostolica auctoritate, totiens quotiens opus fuerit, absolvendi, et in earum confessionibus eas audiendi, et poenitentiam salutarem iniungendi licentiam et facultatem, dicta auctoritate, concedimus.

Monaster. quocumque bona et personas sub B. Petri protectione recipit;

§ 9. Ac ipsum monasterium sic creatum, illiusque abbatissam et moniales, ac illarum res et bona quaecumque pro tempore existentia, sub nostra et Sedis Apostolicae ac beati Petri protectione et inviolabili conservatione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio esse volumus.

§ 10. Necnon eidem abbatissae seu priorissae ac monialibus, nunc et pro tem-

pore existentibus, eiusdem monasterii, singulisque christifidelibus utriusque sexus ubicumque existant, opera caritatis et manus adiutrices pro sustentatione monasterii, conventus et monialium huiusmodi porrigentibus, omnes et singulas et easmet indulgentias, facultates et peccatorum remissiones concedimus; ac easdem abbatissam et moniales pro tempore existentes, Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam tantummodo recitantes; eosdem vero christifideles manus adiutrices porrigentes, ut praefertur, lucrari posse volumus, quas eidem societati seu confraternitati Caritatis et aliis personis inibi expressis, videlicet quod ipsi utriusque sexus christifideles, ecclesias huiusmodi societatis seu confraternitatis visitantes, seu de bonis suis, pro oneribus caritatis exercendis, in testamento vel alias contribuentes, legantes seu relinquentes; aut confraternitatem societatis huiusmodi, haerem partialem seu universalem instituentes, omnibus et singulis ac illis eisdemmet privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, etiam plenariis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conservatoriis, indultis, favoribus, literis et gratiis spiritualibus et temporalibus, a Sede Apostolica, in favorem sub imagine Salvatoris ad Sancta Sanctorum, et Sancti Spiritus in Saxia, ac Beatae Mariae de Populo et Sancti Iacobi in Augusta, necnon Sanctorum Ioannis Baptistae et Cosmae et Damiani de Urbe, et Sancti Iacobi in Compostella hospitalium et confraternitatum, ac confratrum, ac illorum ecclesiarum, ac cappellanorum, ministrorum, officialium, familiarium, rerum et honorum quorumcumque, ac illorum ecclesias visitantium, vel illis de bonis suis largientium, aut in totum vel in partem haerem instituentium, communiter vel divisim, in genere vel in specie, quomodolibet emanatis et emanandis, quae omnia et singula, necnon quantumcumque literarum apostolicarum de super quomodolibet confectarum et conficien-

Indulgentias eius et benefactoribus elargitur;

darum ac quorumcumque in eis contentorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, etiam si illa non sint in usu, aut revocari contingat, uti, potiri et gaudere; ac literas apostolicas super eisdem privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conservatoriis, indultis, favoribus et gratiis, etiam illorum individuum expressionem et mentionem faciendo, mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, invocationibus ac diebus, ad libitum confratrum confraternitatis huiusmodi, simul vel separatim expediri facere, in omnibus et per omnia, ac si illa non solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illorum omnium tenorem de verbo ad verbum, expressionem et insertionem, eidem confraternitati illiusque confratribus, ecclesiis, rebus, bonis, ministris, officialibus, cappellanis et familiaribus, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus exercendis aut alias contribuentibus aut relinquentibus, seu ipsas confraternitates haeredes partiales vel universales instituentibus, sigillatim concessissemus, prout per quasdam alias nostras literas, quarum tenore, qui praesentibus pro sufficienter expresso et inserto haberi volumus, plenius continetur, concessimus. Quas quidem indulgentias, privilegia et alia omnia praemissa in eadem abbatissam seu priorissam ac moniales pro tempore existentes huiusmodi, ac dictos utriusque sexus christifideles ecclesiam dicti monasterii visitantes, et manus, ut praemittitur, adintrinsecos porrigentes, plenarie, dicta auctoritate transferimus.

§ 11. Quocirca dilectis filiis gubernatori ac auditori Camerae et vicario almae Urbis nostrae, nunc et pro tempore existentibus, per apostolica scripta, motu simili, mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, abbatissae et priorissae ac monialibus dicti

monasterii, necnon rectoribus dictae confraternitatis seu societatis Caritatis, in praemissis omnibus et eorum singulis assistentes, faciant eandem abbatissam seu priorissam ac moniales dicti monasterii, necnon rectores seu deputatos societatis seu confraternitatis Caritatis huiusmodi, nunc et pro tempore existentes, praemissis omnibus et singulis plenarie, pacifice et quiete frui et gaudere, non permittentes eas et eos ac earum et ipsorum singulos desuper, per quosvis, quaecumque auctoritate, facultate et potestate fungentes, quoquo modo molestari seu alias inquietari. Contradictores quoslibet et rebelles ac inobedientes, et praemissis, quovis modo, in toto vel in parte, contravenientes, per censuras ecclesiasticas et pecuniarias eorum arbitrio intelligendas, et quas iteratis vicibus aggravare possint, et alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato, seu etiam per eos vel eorum aliquem exhibito, super hoc auxilio brachii saecularis.

§ 12. Nihilominus ut, omni fraude et dolo cessantibus, bona curialium meretricum sic decedentium, ut praemittitur, incorporata seu alias dicto monasterio relicta revelentur et propalentur, rectoribus parochialium et aliarum ecclesiarum in Urbe consistentibus, ut quamprimum de praemissis notitiam habuerint, rectoribus seu deputatis dictae confraternitatis seu societatis, infra certum brevem et peremptorium terminum eis desuper, etiam sub poenis et censuris praedictis, praefigendum, notificare et revelare habeant, praecipiant et iniungant, et etiam mandent, et faciant ac exequantur quae in praemissis commo, decori, honestati ac animarum quieti et saluti expedire viderint.

§ 13. Non obstantibus quibusvis concessionibus et donationibus et aliis contrariis dispositionibus super huiusmodi spoliis et bonis in favorem quarumvis personarum, etiam familiarium et parafrenariorum nostrorum, cum quibusvis etiam

Notitiam habentes spoliis meretricum revelare tenentur.

Contrariorum derogatio.

Executores huius constitutionis deputat.

derogatarum derogatoriis clausulis, irritantibusque et aliis decretis pro tempore factis et faciendis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis eivibus Romanis quovis modo, sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatarum derogatoriis, concessis, confirmatis et innovatis quibusvis omnibus, etiam si, ad illorum sufficientem derogationem, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, hac vice specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus praesentes, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides
exemplorum.

§ 14. Caeterum, quia difficile foret praesentes, ubicumque opus fuerit, ostendere vel exhibere, volumus et eadem auctoritate decernimus quod earum transumptis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius eorundem gubernatoris, auditoris vel vicarii munitis, plena ubique, in iudicio et extra, fides adhibeatur, prout adhiberetur et adhiberi deberet praesentibus, si essent in medium exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, quartodecimo kalendas iunii, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 19 maii 1520, pontif. anno viii.

XLIV.

Damnatio errorum Martini Lutheri et sequacium, cum monitione et requisitione ut ab eis recedant.

SUMMARIUM

Exclamatio Pontificis adversus Lutherum. —

1. Martinus Lutherus et sequaces multas

haereses induxerunt. — Tenor articulo-
rum haeresis Lutheri. — 2. Qui errores improbi sunt. — 3. Pontifex eos damnat tamquam haereticos et falsos. — 4. Scripturas Lutheri, in quibus dicti eius articuli continentur, damnat, illasque penes aliquem retineri prohibet, quinimmo comburi mandat. — 5. Pontifex citari fecit Lutherum, et deinde eundem hortatus fuit ut ab erroribus desisteret. — 6. Ille vero ad futurum concilium provocavit. — 7. Et nihilominus Pontifex iterum Martinum eique adhaerentes ad conversionem hortatur; — 8. Eique inhibet praedicationis officium; — 9. Nec non ipsi eique adhaerentibus terminum praefigit ad desisten. ab eorum erroribus; — 10. Et inobedientes poenis hic contentis innodat; — 11. Opera Lutheri omnia damnat, et prohibet illa imprimi, teneri, etc. — 12. Monet omnes fideles ut evitent supradictos haereticos. — 13. Lutherum, eiusque sequaces capi mandat, sub poenis de quibus hic. — 14. Loca ad quae declinaverit Lutherus et eius sequaces interdicto subiiciuntur; — 15. Praecipit praefatis, ut Lutherum et ei adhaerentes, haereticos publicari faciant; — 16. Et constitutionem istam publicari mandat, et excommunicari publicationem impediens; — 17. Transumptis credi iubet. — 18. Iussio publicandi hanc bullam. — 19. Clausula derogatoria. — 20. Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Exurge, Domine, et iudica causam tuam, memor esto impropiorum tuorum, eorum quae ab insipientibus sunt tota die: inclina aurem tuam ad preces nostras, quoniam surrexerunt vulpes quae rentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcasti solus, et ascensus ad Patrem, eius curam, regimen et administrationem Petro, tamquam capiti et tuo vicario, eiusque successoribus, instar triumphantis Ecclesiae, commisisti. Exterminare nititur eam aper de sylva, et singularis ferus depascitur eam. Exurge, Petre, et pro pastoralis cura praefata tibi (ut praefertur) divinitus demandata, intende in causam sanctae Romanae Ecclesiae, matris om-

Exclam. Pontificis adversus Lutherum.

nium ecclesiarum ac fidei magistrae: quam tu, iubente Deo, tuo sanguine consecrasti; contra quam, sicut tu praemonere dignatus es, insurgunt magistri mendaces, introducentes sectas perditionis, sibi celebrem interitum superducentes; quorum lingua ignis est, inquietum malum, plena veneno mortifero; qui zelum amarum habentes et contentiones in cordibus suis, gloriantur et mendaces sunt adversus veritatem. Exurge tu quoque, quaesumus, Paule, qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Iam enim surgit novus Porphyrius, quia sicut ille olim sanctos Apostolos iniuste momordit, ita hic sanctos Pontifices, praedecessores nostros, contra tuam doctrinam eos non obsecrando, sed increpando, mordere, lacerare ac, ubi causae (1) deflilit, ad convicia accedere non veretur, more haereticorum, quorum (ut inquit Hieronymus) *ultimum praesidium est, ut, cum conspiciant causas suas damnatum iri, incipiant virus serpentis lingua diffundere; et cum se victos conspiciant, ad contumelias prosilire*. Nam, licet haereses esse ad exercitationem fidelium tu dixeris oportere, eas tamen ne incrementum accipiant, neve vulpeculae coalescant, in ipso ortu, te intercedente et adiuvante, extinguere necesse est. Exurgat denique omnis sanctorum ac reliqua universalis Ecclesia, cuius vera sacrarum literarum interpretatione posthabita, quidam, quorum mentem pater mendacii excaecavit, ex veteri haereticorum instituto, apud semetipsos sapientes, Scripturas eadem aliter quam Spiritus Sanctus flagitet, proprio dumtaxat sensu ambitionis, aeraeque popularis causa, teste Apostolo, interpretantur, immo vero torquent et adulterant: ita ut, iuxta Hieronymum, *iam non sit Evangelium Christi sed hominis, aut, quod peius est, diaboli*; exurgat omnis, inquam, praefata Ecclesia sancta Dei et, una cum beatissimis apostolis, apud Deum omnipotentem intercedat ut, purgatis ovium suarum erroribus eliminatis-

(1) Rayn. hic addit *suae* (R. T.).

que a fidelium finibus haeresibus universis, Ecclesiae suae sanctae pacem et unitatem conservare dignetur.

§ I. Dudum siquidem, quod praë animi angustia et moerore exprimere vix possumus, fide dignorum relatu ac fama publica referente, ad nostrum pervenit auditum, immo vere, proh dolor! oculis nostris vidimus ac legimus multos et varios errores, quosdam videlicet iam per concilia ac praedecessorum nostrorum constitutiones damnatos, haeresim etiam Graecorum et Bohemicam expresse continentes: alios vero respective vel haereticos vel falsos vel scandalosos vel piarum aurium offensivos vel simplicium mentium seductivos, a falsis fidei cultoribus, qui, per superbam curiositatem mundi gloriam cupientes, contra Apostoli doctrinam plus sapere volunt quam oporteat; quorum garrulitas (ut inquit Hieronymus), sine Scripturarum auctoritate non haberet fidem, nisi viderentur perversam doctrinam etiam divinis testimoniis, male tamen interpretatis, roborare; a quorum oculis Dei timor recessit, humani generis hoste suggerente, noviter suscitatos, et nuper apud quosdam leviores in inelyta natione Germanica seminatos. Quod eo magis dolemus ibi evenisse, quod eandem nationem et nos et praedecessores nostri in visceribus semper gesserimus charitatis. Nam, post translatum ex Graecis a Romana Ecclesia in eosdem Germanos imperium, iidem praedecessores nostri et nos, eiusdem Ecclesiae advocatos defensoresque ex eis semper accepimus; quos quidem Germanos, catholicae veritatis vere germanos, constat haeresum acerrimos oppugnatores semper fuisse, cuius rei testes sunt laudabiles illae constitutiones Germanorum imperatorum pro libertate Ecclesiae, proque expellendis exterminandisque ex omni Germania haereticis, sub gravissimis poenis, etiam amissionis terrarum et dominiorum, contra receptatores vel non expellentes olim editae et a no-

Martinus Lutherus et sequacos multas haereses induxerunt.

stris praedecessoribus confirmatae; quae, si hodie servarentur, et nos et ipsi utique hae molestia careremus. Testis est in concilio Constantiensi Hussitarum ac Wiclefistarum, necnon Hieronymi Pragensis damnata ac punita perfidia; testis est totiens contra Bohemos Germanorum sanguis effusus; testis denique est praedictorum errorum seu multorum ex eis per Coloniensem et Lovaniensem universitates, utpote agri dominici piissimas religiosissimasque cultrices, non minus docta quam vera ac sancta confutatio, reprobatio et damnatio. Multa quoque alia allegare possemus, quae, ne historiam texere videamur, praetermittenda censuimus. Pro pastoralis igitur officii divina gratia nobis iniuncti cura, quam gerimus, praedictorum errorum virus pestiferum ulterius tolerare seu dissimulare, sine christianae religionis nota atque orthodoxae fidei iniuria, nullo modo possumus: eorum autem errorum aliquos praesentibus duximus inserendos, quorum tenor sequitur et est talis:

Tenor articulo-
rum haeresis
Lutheri.

1. Haeretica sententia est, sed usitata, sacramenta novae legis iustificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obiectionem.

2. In puero, post baptismum, negare remanens peccatum, est Paulum et Christum simul conculcare.

3. Fomes peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingressu coeli.

4. Imperfecta charitas morituri fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere poenam purgatorii, et impedit introitum regni.

5. Tres esse partes poenitentiae, contritionem, confessionem et satisfactionem, non est fundatum in sacra Scriptura nec in antiquis sanctis christianis doctoribus.

6. Contritio, quae paratur per discussionem, collationem (1) et detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, leuitatem, amissionem aeternae beatitudinis

(1) Raynaldus legit *collectionem* (R. T.).

ac aeternae damnationis acquisitionem, haec contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem.

7. Verissimum est proverbium et omnium doctrina de contritionibus hucusque data praestantius, de caetero non facere, summa poenitentia, optima poenitentia, nova vita.

8. Nullo modo praesumas confiteri peccata venialia (1) sed omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia venialia cognoscas. Unde in primitiva Ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur.

9. Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiae Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

10. Peccata non sunt ulli remissa, nisi, remittente sacerdote. credat sibi remitti: immo peccatum maneret, nisi remissum crederet; non enim sufficit remissio peccati et gratiae donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

11. Nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi, *Quodcumque solveris, etc.* Hic, inquam, confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, et crede fortiter te absolutum et absolutus vere eris, quicquid sit de contritione.

12. Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolveret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.

13. In sacramento Poenitentiae ac remissione culpae, non plus facit Papa aut episcopus, quam infimus sacerdos: immo, ubi non est sacerdos, aequetantum quilibet christianus, etiam si mulier aut puer esset.

14. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritum, nec sacerdos requirere.

15. Magnus est error eorum, qui ad sacramenta Eucharistiae accedunt, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscii alicuius peccati mortalis, quod

(1) Sequentem pericopen ita legit, et profecto minus accurate, Rayn.: *sed nec omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia mortalia cognoscas* (R. T.).

praemiserint orationes suas et praeparatoria, omnes illi iudicium sibi manducant et bibunt: sed si credant et confidant se gratiam ibi consecuturos, haec sola fides facit eos puros et dignos.

16. Consultum videtur quod Ecclesia in communi consilio statueret laicos sub utraque specie communicandos, nec Bohemi communicantes sub utraque specie sunt haeretici, sed schismatici.

17. Thesauri Ecclesiae, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi et sanctorum.

18. Indulgentiae sunt piae frandes fidelium et remissiones bonorum onerum: et sunt de numero eorum, quae licent; et non de numero, quae expediunt.

19. Indulgentiae his qui veraciter eas consequuntur non valent ad remissionem poenae pro peccatis actualibus debitae apud divinam iustitiam.

20. Seduuntur credentes indulgentias esse salutare et ad fructum spiritus utiles.

21. Indulgentiae necessariae sunt solum publicis criminibus et proprie conceduntur duris solummodo et impatientibus.

22. Sex generibus hominum indulgentiae nec sunt necessariae nec utiles: videlicet mortuis seu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt, sed non publica, his qui meliora operantur.

23. Excommunicationes sunt tantum externae poenae, nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus.

24. Docendi sunt christiani plus diligere excommunicationem quam timere.

25. Romanus Pontifex, Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in B. Petro institutus.

26. Verbum Christi ad Petrum, *Quodcumque solveris super terram etc.* extenditur dumtaxat ad ligata ab ipso Petro.

27. Certum est in manu Ecclesiae aut

Papae prorsus non esse statuere articulos fidei, immo nec leges morum seu bonorum operum.

28. Si Papa cum magna parte Ecclesiae sic vel sic sentiret, nec etiam erraret; adhuc non est peccatum aut haeresis contrarium sentire, praesertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per concilium universale alterum reprobatum, alterum approbatum.

29. Via nobis facta est enarrandi auctoritatem conciliorum et libere contradicendi eorum gestis et iudicandi eorum decreta et confidenter confitendi quicquid verum videtur, sive probatum fuerit, sive reprobatum a quocumque concilio.

30. Aliqui articuli Ioannis Husz condemnati in concilio Constantiensi sunt christianissimi, verissimi et evangelici, quos nec universalis Ecclesia posset damnare.

31. In omni opere bono iustus peccat.

32. Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

33. Haereticos comburi est contra voluntatem spiritus.

34. Praeliari adversus Turcas est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.

35. Nemo est certus se non semper peccare mortaliter propter occultissimum superbiae vitium.

36. Liberum arbitrium post peccatum, est res de solo titulo, et dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

37. Purgatorium non potest probari ex sacra Scriptura, quae sit in canone.

38. Animae in purgatorio non sunt securae de eorum salute, saltem omnes: nec probatum est illis aut rationibus aut scripturis ipsas esse extra statum merendi vel agenda caritatis.

39. Animae in purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quaerunt requiem, et horrent poenas.

40. Animae ex purgatorio liberatae suffragiis viventium minus beantur quam si per se satisfecissent.

41. Praelati ecclesiastici et principes saeculares non malefacerent, si omnes saccos mendicitatis delerent.

Qui errores improbi sunt. § 2. Qui quidem errores, respective quam sint pestiferi, quam perniciosi, quam scandalosi, quam piarum et simplicium mentium seductivi, quam denique sint contra omnem caritatem, ac S. R. E. matris omnium fidelium et magistrae fidei reverentiam atque nervum ecclesiasticae disciplinae, obedientiam scilicet, quae fons est et origo omnium virtutum, sine qua facile unusquisque infidelis esse convincitur, nemo sanae mentis ignorat. Nos igitur in praemissis, utpote gravissimis, propensius (ut decet) procedere, necnon huiusmodi pesti morboque canceroso, ne in agro dominico tamquam vepres nocivus ulterius serpat, viam praecludere cupientes, habita super praedictis erroribus et eorum singulis diligenti trutinazione, discussione ac districto examine maturaque deliberatione, omnibusque rite pensatis ac saepius ventilatis cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus, ac regularium Ordinum prioribus seu ministris generalibus, pluribusque aliis sacrae theologiae, necnon utriusque iuris professoribus sive magistris, et quidem peritissimis, reperimus eosdem errores, respective (ut praefertur) aut articulos non esse catholicos, nec tamquam tales esse dogmatizandos, sed contra Ecclesiae catholicae doctrinam sive traditionem, atque ab ea veram divinarum Scripturarum receptam interpretationem, cuius auctoritati ita acquiescendum censuit Augustinus, ut dixerit se Evangelio non fuisse crediturum, nisi Ecclesiae catholicae intervenisset auctoritas. Nam ex eisdem erroribus vel eorum aliquo vel aliquibus palam sequitur, eandem Ecclesiam, quae Spiritu Sancto regitur, errare et semper errasse. Quod est utique contra illud, quod Christus discipulis suis in Ascensione sua (ut in sancto Evangelio Matthaei legitur) promisit dicens: *Ego vobiscum sum usque ad consumma-*

tionem saeculi; necnon contra sanctorum Patrum determinationes, conciliorum quoque et Summorum Pontificum expressas ordinationes seu canones, quibus non obtemperasse, omnium haeresum et schismatum, teste Cypriano, fomes et causa semper fuit.

§ 5. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consilio et assensu, ac omnium et singulorum praedictorum maturatione deliberatione praedicta, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra, praefatos omnes et singulos articulos seu errores, tamquam (ut praemittitur) respective haereticos aut scandalosos aut falsos aut piarum aurium offensivos vel simplicium mentium seductivos et veritati catholicae obviantes, damnamus, reprobamus atque omnino reiicimus, ac pro damnatis, reprobatis et reiectis ab omnibus utriusque sexus christifidelibus haberi debere, harum serie decernimus et declaramus. Inhibentes, in virtute sanctae obedientiae ac sub maioris excommunicationis latae sententiae; necnon, quoad ecclesiasticas et regulares personas, episcopaliū omnium, etiam patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum, monasteriorum quoque et prioratum, etiam conventualium et quarumcumque dignitatum aut beneficiorum ecclesiasticorum, saecularium aut quorumvis Ordinum regularium, privationis et inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda; quo vero ad conventus, capitula seu domos aut pia loca saecularium vel regularium, etiam Mendicantium necnon Universitates, etiam Studiorum generalium, quorumcumque privilegiorum, indultorum, a Sede Apostolica vel eius legatis, aut alias quomodolibet habitorum vel obtentorum, cuiuscumque tenoris existant; necnon nominis et potestatis Studium generale tenendi, legendi ac interpretandi quasvis scientias et facultates, et inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda; praedicationis quoque officii,

Pont. eos damnat tamq. haereticos et lat. eos.

ae amissionis Studii generalis et omnium privilegiorum eiusdem; quo vero ad saeculares, eiusdem excommunicationis, nec non amissionis cuiuscumque emphyteusis, seu quoruncumque feudorum, tam a Romana Ecclesia, quam alias quomodolibet obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda; necnon, quoad omnes et singulos superius nominatos, inhibitionis ecclesiasticae sepulturae, inhabilitatisque ad omnes et singulos actus legitimos, infamiae ac diffidationis et criminis laesae maiestatis et haereticorum et fautorum eorumdem in iure expressis poenis, eo ipso et absque ulteriori declaratione, per omnes et singulos supradictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis, a quibus, vigore cuiuscumque facultatis et clausularum, eis in confessionalibus a quibusvis personis, sub quibusvis verborum formis concessarum, nisi a Romanis Pontificibus vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant. Omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, tam laicis quam clericis, saecularibus et quorumvis Ordinum regularibus et aliis quibuscumque personis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant, et quaecumque ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate, etiam S. R. E. cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium, collegiatarum ac inferiorum ecclesiarum praelatis, clericis, aliisque personis ecclesiasticis, saecularibus et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, regularibus, abbatibus, prioribus vel ministris generalibus vel particularibus, fratribus seu religiosis, exemptis et non exemptis, studiorum quoque Universitatibus saecularibus et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, regularibus, necnon regibus, imperatori, electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis omnibusque of-

ficialibus, iudicibus, notariis ecclesiasticis et saecularibus, communitatibus, universitatibus, potentatibus, civitatibus, castris, terris et locis, seu eorum vel earum civibus, habitatoribus et incolis, ac quibusvis aliis personis ecclesiasticis vel regularibus (ut praefertur) per universum orbem, ubicumque, praesertim in Alemania, existentibus, vel pro tempore futuris, ne praefatos errores aut eorum aliquos, perversamque doctrinam huiusmodi asserere, affirmare, defendere, praedicare, aut illi quomodolibet, publice vel occulte, quovis quaesito ingenio vel colore, tacite vel expresse favore praesumant.

§ 4. Insuper, quia errores praefati et plures alii continentur in libellis seu scriptis Martini Lutheri, dictos libellos et omnia dicti Martini scripta seu praedicationes, in latino vel quocumque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores seu eorum aliquis continentur, similiter damnamus, reprobamus, atque omnino reiicimus, et pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (ut praefertur) haberi volumus; mandantes, in virtute sanctae obedientiae et sub poenis praedictis eo ipso incurrendis, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos, praedicationes seu schedulas vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continentia, legere, asserere, praedicare, laudare, imprimere, publicare sive defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut in domibus suis sive aliis publicis vel privatis locis tenere quoquomodo praesumant; quinimmo illa statim post harum publicationem, ubicumque fuerint, per ordinarios et alios supradictos diligenter quaesita, publice et solemniter, in praesentia cleri et populi, sub omnibus et singulis supradictis poenis, comburant.

§ 5. Quod vero ad ipsum Martinum attinet (bone Deus!) quid praetermisimus, quid non fecimus, quid paternae caritatis

Scripturas Lutheri, in quibus dicti eius articuli continentur, damnat, illasque penes aliquem retineri prohibet, quinimmo comburi mandat.

Pontifex citari fecit Lutherum, et deinde eundem hort. fuit

ut ab erroribus
desisteret.

omissimus ut eum ab huiusmodi erroribus revocarem? Postquam enim ipsum citavimus, mitius cum eo procedere volentes, illum invitavimus, atque tam per diversos tractatus cum legato nostro habitos, quam per literas nostras, hortati fuimus ut a praedictis erroribus discederet atque, oblato etiam salvoconductu et pecunia ad iter necessaria, sine metu seu timore aliquo, quem perfecta caritas foras mittere debuit, veniret, ac Salvatoris nostri apostolice Pauli exemplo, non occulte, sed palam et in facie loqueretur. Quod si fecisset, pro certo (ut arbitramur) ad cor reversus, errores suos cognovisset: nec in Romana Curia, quam tantopere, vanis malevolorum rumoribus plusquam oportuit tribuendo, vituperat, tot reperiisset errata; docuissimusque eum luce clarius, sanctos Romanos Pontifices praedecessores nostros, quos, praeter omnem modestiam, iniuriose lacerat, in suis canonibus seu constitutionibus, quas mordere nititur, numquam errasse: quia, iuxta Prophetam, nec in Galaad resina, nec medicus deest.

Illo vero ad
fotolum concilium
provocavit.

§ 6. Sed obaudivit semper et, praedicta citatione et omnibus et singulis supradictis spretis, venire contempsit, ac usque in praesentem diem contumax atque animo indurato censuras ultra annum sustinuit; et, quod deterius est, addens mala malis, de citatione huiusmodi notitiam habens, in vocem temerariae appellationis prorupit ad futurum concilium, contra constitutionem Pii secundi ac Iulii secundi, praedecessorum nostrorum, qua cavetur, taliter appellantes haereticorum poena plectendos. Frustra etiam concilii auxilium imploravit, qui illi se non credere palam profitetur; ita ut contra ipsum, tamquam de fide notorie suspectum, immo vere haereticum, absque ulteriori citatione vel mora, ad condemnationem et damnationem eius, tamquam haeretici, ac ad omnium et singularum suprascriptorum poenarum et censurarum severitatem procedere possemus.

§ 7. Nihilominus, de eorundem fratrum

nostrorum consilio, omnipotentis Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat, omnium iniuriarum hactenus nobis et Apostolicae Sedi illatarum obliti, omni qua possumus pietate uti decrevimus, et quantum in nobis est agere, ut proposita mansuetudinis via ad cor revertatur, et a praedictis recedat erroribus, ut ipsum tamquam filium illum prodigum ad gremium Ecclesiae revertentem, benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinum et quoscumque ei adhaerentes, eiusque receptatores et fautores, per viscera misericordiae Dei nostri, et per aspersionem sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quo et per quem humani generis redemptio et sanctae matris Ecclesiae aedificatio facta est, ex toto corde hortamur et obsecramus ut ipsius Ecclesiae pacem, unitatem et veritatem, pro qua ipse Salvator tam instanter oravit ad Patrem, turbare desistant, et a praedictis tam perniciosis erroribus prorsus abstineant; inventuri apud nos, si effectualiter paruerint, et paruisse per legitima documenta nos certificaverint, paternae caritatis affectum et apertum mansuetudinis et clementiae fontem.

§ 8. Inhibentes nihilominus eidem Martino ex nunc, ut interim ab omni praedicatione seu praedicationis officio omnino desistat.

§ 9. Alioquin, ut ipsum Martinum, si forte iustitiae et virtutis amor eum a peccato non retrahat, indulgentiaeque spes ad poenitentiam non reducat, poenarum terror coerecat disciplinae, eundem Martinum, eiusque adhaerentes, complices, fautores et receptatores, tenore praesentium requirimus et monemus, in virtute sanctae obedientiae, et sub praedictis omnibus et singulis poenis, eo ipso incurrendis, districte praecipiendo mandamus quatenus infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo et reliquos viginti dies pro tertio et peremptorio termino assignamus, ab affixione praesentium

Et nihilominus
Pontifex iterum
Martinum eique
adhaerentes ad
convers. hortatur;

Luthero inhi-
bet praedicationis
officium;

Luthero et ad-
haerentibus ter-
mum praefigit
ad desisten. ab
eorum errori-
bus.

in locis infrascriptis immediate sequentes numerandos, ipse Martinus, complices, fautores, adhaerentes et receptatores praedicti a praefatis erroribus, eorumque praedicatione ac publicatione et assertione, defensione quoque et librorum seu scripturarum editione super eisdem sive eorum aliquo omnino desistant; librosque ac scripturas omnes et singulas, praefatos errores seu eorum aliquos quomodolibet continentes, comburant vel comburi faciant. Ipse etiam Martinus errores et assertiones huiusmodi omnino revocet, ac de revocatione huiusmodi per publica documenta in forma iuris valida, in manibus duorum praelatorum consignata, ad nos, infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsummet (si ad nos venire voluerit, quod magis placeret) cum praefato plenissimo salvo conductu, quem ex nunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, ut de eius vera obedientia nullus dubitationis serupulus valeat remanere.

Et inobedientes poenis hic contentis innodati;

§ 10. Alias, si (quod absit) Martinus praefatus, complices, fautores, adhaerentes et receptatores praedicti secus egerint, seu praemissa omnia et singula, infra terminum praedictum cum effectu non adimpleverint, Apostoli imitantes doctrinam, qui haereticum hominem, post primam et secundam correctionem, vitandum docuit, ex nunc, prout ex tunc, et e converso, eundem Martinum, complices, adhaerentes, fautores et receptatores praefatos et eorum quemlibet, tamquam aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam contrariam catholicae fidei, inimicam sive scandalosam seu damnatam, in non modicam offensam divinae Maiestatis, ac universalis Ecclesiae et fidei catholicae detrimentum et scandalum, dogmatizantes, claves quoque Ecclesiae vilipendentes, notorios et pertinaces haereticos, eadem auctoritate, fuisse et esse declarantes, eosdem, ut tales, harum serie condemnamus, et eos pro talibus haberi ab omnibus utriusque sexus christifidelibus supradictis

volumus et mandamus. Eosque omnes et singulos omnibus supradictis et aliis contra tales a iure inflictis poenis praesentium tenore subiicimus, eisdem irretitos fuisse et esse decernimus et declaramus.

§ 11. Inhibemus praeterea, sub omnibus et singulis praemissis poenis, eo ipso incurrendis, omnibus et singulis christifidelibus superius nominatis, ne scripta, etiam praefatos errores non continentia, ab eodem Martino quomodolibet condita vel edita, aut condenda vel edenda, seu eorum aliqua, tamquam ab homine orthodoxae fidei inimico, atque ideo vehementer suspecta, et ut eius memoria omnino deleatur de christifidelium consortio, legere, asserere, praedicare, laudare, imprimere, publicare sive defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, sen in domibus suis sive aliis locis, publicis vel privatis, tenere quoquomodo praesument, quinimmo illa comburant, ut praefertur.

Opera Lutheri omnia damnata, et prohibet illa imprimi, teneri etc.;

§ 12. Monemus insuper omnes et singulos christifideles supradictos, sub eadem excommunicationis latae sententiae poena, ut haereticos praedictos declaratos et condemnatos, mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum termini supradicti evitent, et quantum in eis est, evitari faciant, nec cum eisdem vel eorum aliquo commercium aut aliquam conversationem seu communionem habeant, nec eis necessaria ministrent.

Monet omnes fideles ut evitent supradictos haereticos;

§ 13. Ad maiorem praeterea dicti Martini, suorunquae complicum, fautorum et adhaerentium ac receptatorum praedictorum, sic post lapsum termini praedicti declaratorum haereticorum et condemnatorum, confusionem, universis et singulis utriusque sexus christifidelibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium, collegiatarum ac inferiorum ecclesiarum praelatis, capitulis aliisque personis ecclesiasticis, saecularibus et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium (praesertim

Lutherum eiusque sequaces capi mandat sub poenis de quibus hic.

eius congregationis, cuius dictus Martinus est professus, et in qua degere vel morari dicitur), regularibus exemptis et non exemptis, necnon universis et singulis principibus, quaecumque ecclesiastica vel mundana fulgentibus dignitate, regibus, imperatori, electoribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, communitatibus, universitatibus, potentatibus, civitatibus, terris, castris et locis, seu eorum habitatoribus, civibus et incolis, omnibusque aliis et singulis supradictis, per universum orbem, praesertim in eadem Alemania constitutis, mandamus quatenus, sub praedictis omnibus et singulis poenis, ipsi vel eorum quilibet praefatum Martinum, complices, adhaerentes, receptantes et fautores personaliter capiant, et captos ad nostram instantiam retineant, et ad nos mittant; reportaturi, pro tam bono opere, a nobis et Sede Apostolica remunerationem praemiumque condignum; vel saltem eos et eorum quemlibet, de metropolitanis, cathedralibus, collegiatis et aliis ecclesiis, domibus, monasteriis, conventibus, civitatibus, dominiis, universitatibus, communitatibus, castris, terris ac locis respective, tam clerici et regulares quam laici omnes et singuli supradicti omnino expellant.

Loca ad quae declinarerit Lutherus et eius sequaces interdicto subiiciuntur;

§ 14. Civitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortalicia, oppida et loca quaecumque, ubilibet consistentia, eorum et earum respective metropolitanas, cathedrales, collegiatis et alias ecclesias, monasteria, prioratus, domus, conventus et loca religiosa vel pia, cuiuscumque Ordinis, ut praefertur, ad quae praefatum Martinum vel aliquem ex praedictis declinare contigerit, quamdiu ibi permanserint et triduo post recessum, ecclesiastico subiicimus interdicto.

Præcipi praefatis ut Lutherus et ei adhaerentes, haereticis publicari faciant;

§ 15. Et ut praemissa omnibus innotescant, mandamus insuper universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum et aliarum cathedralium ac collegiarum ecclesiarum

praelatis, capitulis, aliisque personis ecclesiasticis, saecularibus et quorumvis Ordinum supradictorum regularibus, fratribus religiosis, monachis, exemptis et non exemptis, supra dictis, ubilibet, praesertim in Alemania, constitutis, quatenus ipsi vel eorum quilibet, sub similibus censuris et poenis eo ipso incurrendis, Martinum, omnesque et singulos supradictos, qui, elapso termino huiusmodi, mandatis seu monitis nostris non paruerint, in eorum ecclesiis, dominicis et aliis festivis diebus, dum inibi maior populi multitudo ad divina convenerit, declaratos haereticos et condemnatos publice nuncient, faciantque et mandent ab aliis nunciari, et ab omnibus acriter evitari.

§ 16. Necnon omnibus christifidelibus, ut eos evitent, pari modo sub praedictis censuris et poenis; et praesentes literas vel earum transumptum, sub forma infrascripta factum, in eorum ecclesiis, monasteriis, domibus, conventibus et aliis locis, legi, publicari atque affigi faciant. Excommunicamus quoque et anathematizamus omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus, conditionis, praecminentiae, dignitatis aut excellentiae fuerint, qui, quo minus praesentes literae vel earum transumpta, copiae seu exemplaria in suis terris et dominiis legi, affigi et publicari possint, fecerint vel quoquo modo procuraverint, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse.

Et constitutionem istam publicari mandat, et excommunicari publicationem impediens;

§ 17. Postremo, quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca deferri, in quibus necessarium foret, volumus et apostolica auctoritate decernimus quod earum transumptis, manu publici notarii confectis et subscriptis vel in alma Urbe impressis, et sigillo alicuius ecclesiastici praelati munitis, ubique stentur, et plena fides adhibeatur, prout originalibus literis staretur et adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Transumptis credi iubet.

§ 18. Et ne praefatus Martinus om-

Jussio publi-
candi hanc bul-
lam.

nesque alii supradicti, quos praesentes literae quomodolibet concernunt, ignorantiam earundem literarum et in eis contentorum omnium et singulorum praetendere valeant, literas ipsas in basilicae Principis apostolorum et Cancellariae Apostolicae, necnon cathedralium ecclesiarum Brandenburgensis, Misnensis et Mespergeusis valvis affigi et publicari volumus. Decernentes quod earundem literarum publicatio sic facta supradictum Martinum omnesque alios et singulos praenominatos, quos literae huiusmodi quomodolibet concernunt, perinde arent, ac si literae ipsae, die affixionis et publicationis huiusmodi, eis personaliter lectae et intimatae forent, cum non sit verisimile quod ea, quae tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere.

Clausula déro-
gatoria.

§ 19. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, seu si supradictis omnibus et singulis, vel eorum alicui aut quibusvis aliis a Sede Apostolica praedicta vel ab ea potestatem habentibus, sub quavis forma, etiam confessionali, et cum quibusvis etiam fortissimis clausulis, aut ex quavis causa seu grandi consideratione, indultum vel concessum existat quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, de indulto huiusmodi mentionem, eiusdem indulti tenores, clausulas et formas, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, ita ut omnino tollatur, praesentibus pro expressis habentes.

Sanctio poe-
nalis.

§ 20. Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae damnationis, reprobationis, reiectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis, requisitionis, monitionis, assignationis, concessiois, condemnationis, subiectionis, excommunicationis et anathematizationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, xvii kalendas iulii, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 15 iunii 1520, pontif. anno viii.

XLV (1).

Indulgentiae confraternitatis Rosarii beatae Mariae Virginis (2).

SUMMARJUM

Prooemium. — 1. Confraternitas Rosarii, antiquitas a B. Dominico instituta, mox renovata est in civitate Coloniensi. — 2. Cardinalis legatus de latere in Germania eam ratificavit; — 3. Confratribusque indulgentiam concessit. — 4. Sixt. IV eam extendit ad omnia alia loca; — 5. Orandique modum praedictis approbavit, et indulgentias sic orantibus concessit in eius constitutione. — 6. Innocentius VIII alias indulgentias dedit. — 7. Alter cardinalis in Germania legatus Papae et alii ordinarii alias etiam indulgentias dederunt. — 8. Hic modo Pontifex, de praedictorum confirmatione requisitus, — 9. Omnia confirmat; — 10. Indulgentias auget; — 11. Confessori presbytero Ordinis S. Dominici confratres confitentes, eos audire et absolvere posse concedit. — 12. Ingredientes confraternitatem nihil solvere tenentur. — 13. Clausulae praeservativae. — 14. Clausulae derogatoriae. — 15. Fides transumptorum.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

Pastoris aeterni, qui, ut humanum genus redimeret, in ara crucis immolari non abnuit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, id super reliqua cordis nostri vota potissimum optamus, ut cunctos fideles, quos pretiosissimi Sanguinis sui aspersione Deo Patri reconciliari curavit, quorumque regimen et gubernationem nobis commisit,

Prooemium.

(1) Hanc sub numero XLVI in Rom. Edit. habes (R. T.). (2) Approbationem huius antiqui ritus orandi habes sup. in constitutione XXI Sixti IV, *Eu quae*, pag. 268.

ad salubria pietatis opera et praecipue ipsius Pastoris eiusque beatissimae ac semper Virginis intemeratae Genitricis, apud ipsum pro nobis advocatae, cultum et devotionis affectum, quibus immarcescibiles in caelis thesauros recondere, et coelestis patriae cives effici possint, frequenter invitemus; et his, quae propterea provide concessa fuisse percepimus, ut firma perpetuo et illibata persistent, cum a nobis, praesertim per saeculares principes et alias personas nobis et Apostolicae Sedi gratas et devotas, humiliter petitur, nostrae approbationis et innovationis libenter adiicimus firmitatem, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Confraternitas Rosarii, antiquitus a B. Dominico instituta mox renov. est in civitate Coloniensi.

§ 1. Sane, pro parte dilectorum filiorum prioris et fratrum domus Praedicatorum Coloniensium nuper exhibita petitiō continebat quod olim, prout in historiis legitur, a sancto Dominico quaedam confraternitas utriusque sexus fidelium, de Rosario eiusdem Beatæ Mariæ Virginis nuncupata, ad honorem Angelicæ Salutationis instituta, et in diversis mundi partibus prædicata fuit, sequentibus signis. Sed cum ipsa confraternitas, decursu temporis, fere neglecta fuisset et in oblivionem transisset, de anno MCDLXXV civitas et dioecesis prædicta, meritis et intercessionibus eiusdem Virginis a bellis liberata (1), in ecclesia dictæ domus innovata et de novo instituta fuit, cum certo modo orandi, videlicet, quod confratres et sorores eiusdem confraternitatis, tribus diebus cuilibet hebdomadae, ad honorem Dei et præfatae Virginis, ac contra imminentiæ mundi pericula legerent, coniunctim vel divisim, toties Angelicam Salutationem quot sunt psalmi in Psalterio Davidico, singulis decem salutationibus huiusmodi Orationem Dominicam semel præponendo; et modum

(1) Ripoll sic, integra apposita pericope, hunc locum legit: *ac anno MCDLXXV civitas et dioecesis Coloniensis gravibus bellis premeretur, eadem confraternitas, ad laudem et honorem præfatae Virginis, ut civitas et dioecesis prædicta, meritis et intercessionibus eiusdem Virginis, ab eis bellis liberaretur, etc. (R. T.).*

orandi huiusmodi Psalterium sive Rosarium eiusdem Beatæ Virginis vulgariter appellatum.

§ 2. Quam quidem confraternitatem in dicta ecclesia de novo institutam, postmodum bonæ memoriæ Alexander episcopus Foroliviensis, tunc Apostolicæ Sedis cum potestate legati de latere per totam Germaniam nuncius, singulari devotione permotus, et se in eandem confraternitatem recipi atque conscribi volens et petens, ad preces claræ memoriæ Federici tertii, Romani imperatoris, auctoritate apostolica approbavit, confirmavit et ratificavit.

Cardinalis legatus de latere in German. eam ratificavit;

§ 3. Ac omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus dictæ confraternitatis confratribus et consororibus, in singulis quinque ipsius beatissimæ Mariæ Virginis præcipuis festivitatibus, scilicet Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Purificationis, centum; et quoties per se vel per alium dictum Rosarium legerent vel legi facerent, seu sabbatis et festivis diebus decantationi *Salve Regina*, quæ post completorium in dicta ecclesia eiusdem beatissimæ Virginis, ubi dicta confraternitas instituta extitit, et quam ipse nuncius antea consecraverat, cantabatur, interessent, XL dies indulgentiarum concessit.

Confratribusq. indulgen. concessit.

§ 4. Et post vero felicis recordationis Sixtus Papa quartus, prædecessor noster, accepto per eum quod confraternitas huiusmodi in dicta ecclesia sic de novo instituta fuerat, voluit et ordinavit quod omnes et singuli confratres utriusque sexus, confraternitatem prædictam servantes, tam in dicta civitate Coloniensi, quam et alibi ubicumque locorum tunc et pro tempore existentes, vere poenitentes et confessi, qui Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam prædictam modo præmisso dicerent in singulis Nativitatis, Annunciationis, Assumptionis eiusdem Beatæ Virginis Mariæ festivitatibus, indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum consequerentur.

Sixt. IV eam extendit ad omnia alia loca;

Orandi quoque modum praedictis approb., et indulgentias sic orantibus concessit in eius constitutione.

§ 5. Et deinde supplicationibus tunc ducis et ducissae Britanniae inclinatus, praefatum Psalterium seu modum orandi eadem auctoritate approbavit, illumque tolerandum fore, ac eunctis fidelibus eo modo orare licere decrevit et declaravit; ac ut omnes et singuli christifideles ad devotionis opera et ad dictum modum orandi frequentius inducerentur, universis et singulis christifidelibus, modo praedicto orare volentibus, ubilibet, ac tunc et pro tempore existentibus, pro qualibet vice, qua, sicut praemittitur, orarent, pro qualibet quinquagena praefati Psalterii, quinque annos et totidem quadragenas de iniunctis poenitentibus in Domino relaxavit, prout in ipsius Sixti praedecessoris literis desuper confectis, quas perpetuo durare voluit, plenius continetur.

§ 6. Et successive piae memoriae Innocentius Papa VIII, etiam praedecessor noster, cum anno domini MCDLXXXIII, alias MCDLXXXIV, XIII die mensis octobris, quidam Bartholomaeus de Comatiis de Bonna, tunc dicti Ordinis generalis magister, cum eiusdem Ordinis provincialibus capitulum generale in alma Urbe celebraret, Bartholomaei generalis vivae vocis oraculo, omnibus qui tunc erant et in futurum essent de dicta confraternitate, et per hebdomadam dicerent Psalterium B. Mariae Virginis huiusmodi, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, semel in vita et semel in mortis articulo, etiam receptis per literas ad beneficia dicti Ordinis, non ad quaestum, sed devotionis causa, concessit, de qua concessione per literas testimoniales ipsius Bartholomaei sui secreti sigilli seu signati usualis impressione munitas constat.

§ 7. Et insuper felicis memoriae Raymundus, tituli S. Mariae Novae presbyter cardinalis, tunc per Germaniam dictae Sedis legatus, eisdem confratribus et censoribus, pro quolibet rosario, centum dies indulgentiarum perpetuo, et similiter plures ac diversi locorum ordinarii singuli

Alter card. in Germania legatus Papae et alii ordinarii alias etiam indulgentias dederunt.

indulgentiam XL (1) dierum concesserunt, prout etiam in Raymundi cardinalis legati necnon Alexandri episcopi et nuncii et ordinariorum huiusmodi singulis desuper confectis literis dicitur plenius contineri.

§ 8. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dilectus filius nobilis vir Ioannes dux et dilectae nobis in Christo filiae nobiles mulieres Maria ipsius Ioannis ducis consors ducissa Iuliensis et Montensis, ac Sibilla marchionissa Brandeburgensis, dictae Mariae ducissae genitrix, necnon dilectus etiam filius magister Ioannes Ingenolzensis, praepositus Ecclesiae S. Victoris Coloniensis dioecesis, literarum apostolicarum maioris praesidentiae abbreviator, necnon notarius scriptor et familiaris, continuus commensalis noster, ob singularem et sinceram, quam ad ipsam intemeratam Virginem ferunt devotionem; ac dicti prior et confratres cupiant, omnia et singula praemissa, etiam per nos approbari, confirmari et innovari. Quare pro parte, tam Ioannis ducis et Mariae ducissae ac Sibillae marchionissae, necnon Ioannis praepositi, quam prioris et fratrum Praedicatorum nobis fuit humiliter supplicatum ut praemissa omnia et singula, pro illorum subsistentia firmiori, approbare, confirmare et innovare, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§ 9. Nos igitur, piis votis eis in hac parte paterne annuentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica, tenore praesentium, confraternitatem ac ritum sive modum orandi huiusmodi, necnon omnes et singulas indulgentias, tam per Sixtum et Innocentium praedecessores, quam legatum, nuncium et ordinarios praedictos, ut praefertur, concessas et desuper confectas literas, ac omnia et singula in eis contenta approbamus, confirmamus et innovamus, ipsasque indulgentias de novo perpetuo concedimus.

§ 10. Et ut Ioannes dux et Maria ducissa et Sibilla marchionissa, ac Ioannes

(1) Ripoll legit *quinquaginta*, (R. T.).

Hic modo Pontifex, de praedictorum confirmatione requisitus,

Omnia confirmat;

Indulgentias auget;

praepositus, necnon prior et fratres praefati, necnon omnes et singuli alii christifideles ad ea devotionis opera et praedictum modum sive ritum orandi eo frequentius inducantur, quo exinde facilius animarum suarum salutem consequi speraverint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Joanni duci, Mariae ducissae, Sibillae marchionissae, Joanni praeposito, priori ac fratribus Praedicatoribus et eorum singulis ac universis, aliisque utriusque sexus christifidelibus dictae confraternitatis confratribus et consorioribus ubilibet existentibus, tam praesentibus quam futuris, vere poenitentibus et confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui ter in hebdomada dictum Rosarium devote oraverint, ut praefertur pro qualibet vice alios decem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus.

Confess. presbytero Ordinis S. Domin. confratres confitentes, eos audire et absol. posse concedit.

§ 11. Ac quod omnes praedicti et eorum singuli in Pascha Resurrectionis, festivitatis praedictis, ac tribus diebus singulis festivitatum earumdem praecedentibus, cuicumque presbytero domus Ordinis Praedicatorum fratrum professorum, per eorum singulos pro tempore eligenda, peccata sua confiteri valeant; ipseque presbyter, eorum confessionibus diligenter auditis, ipsos et eorum singulos ab omnibus et singulis excommunicationibus aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis et promulgatis, necnon sacrilegiis, incestibus, adulteriis, poenitentiarum iniunctarum et divinorum officiorum et ieiuniorum omissionibus, aliisque eorum peccatis, criminibus, excessibus, delictis, quantumcumque gravibus et enormibus, in singulis etiam Sedi Apostolicae reservatis casibus (contentis in bulla singulis annis die Coenae Domini legi consueta

dumtaxat exceptis) absolvere, et eis pro commissis poenitentiam salutarem iniungere; ac iuramenta quaecumque sine alienius praedicio relaxare, et vota quaecumque (ultramarinis, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli praefatorum, ac sancti Jacobi in Compostella, necnon Religionis et castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare libere possit, ordinarii et archidiaconi loci ac rectorum parochiarum et cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita.

§ 12. Quodque, pro receptione et conscriptione aliquorum confratrum sive consoriorum in dicta confraternitate, nihil omnino temporale exigi debeat, sed sponte oblata dumtaxat recipi possint, perpetuo statuimus et ordinamus.

Ingre dien. confraternitat. nihil solvere tenentur.

§ 13. Praesentibus, quoad illarum effectum et in eis contenta, sub cuiusvis similium vel dissimilium indulgentiarum, facultatum, concessionum et gratiarum revocationibus, suspensionibus vel modificationibus, etiam pro anno Iubilaei et in favorem fabricae basilicae Principis apostolorum de Urbe, seu expeditionis contra infideles vel alia quaecumque de causa, per nos et Sedem praedictam, nunc et pro tempore factis, nullatenus comprehendendi, sed illis non obstantibus, dictis christifidelibus omnino suffragari, ipsosque illis gaudere seu uti debere decernimus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

Clausulae praeservativae.

§ 14. Non obstantibus praemissis et constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausulae derogatoriae.

§ 15. Ceterum, quia difficile foret etc. Nulli ergo etc.

Transumptorum fides.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimo, pridie nonas octobris, pontificatus nostri anno VIII.

Dat. die 6 octobris 1520, pont. anno VIII.

XLVI (I).

Damnatio et excommunicatio Martini Lutheri haeretici et eius sequacium.

SUMMARIUM

Proœmium. — 1. Pontifex edidit contra Lutherum aliam constitutionem, — 2. Post cuius publicationem multi illius sequaces ad fidem catholicam conversi sunt; Lutherus autem peiora commisit, et sequaces multos habuit. — 3. Martinum ideo et eius sequaces anathematizat, et alias poenas incurrisse decernit; — 4. Interdictum ecclesiasticum apponit; — 5. Illosque a praelatis excommunicatos publicari mandat; — 6. Et contra Martini haereses ardentius praedicari iubet. — 7. Publicatio huius sententiae quos ligat. — 8. Transumptis credi declarat. — 9. Quibuscumque non obstantibus. — 10. Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, ex tradita sibi divinitus potestate, poenarum spiritualium et temporalium, pro meritum diversitate, dispensatorem constitutum, ad reprimendum nefarios conatus perversorum, quos noxiae voluntatis adeo depravata captivat intentio, ut, Dei timore postposito, canonicis sanctionibus mandatisque apostolicis neglectis atque contemptis, nova et falsa dogmata excogitare, ac in Ecclesia Dei nefarium schisma inducere, aut schismaticis ipsis inconsutilem Redemptoris nostri tunicam, orthodoxaeque fidei unitatem scindere satagentibus, favorem praebere, assistere, adhaerereque non verentur, ne Petri navicula sine gubernatore et remige navigare videatur, contra tales eorumque sequaces acrius insurgere et exaggeratione poenarum et alias opportuno remedio ita providere, ne iidem contemptores in reprobum sensum dati, illisque adhaerentes falsis commentis ac subdolis eorum malitiis simplicem turbam decipiant, ac in eum-

(1) Hanc leges in Rom. Edit. sub numero XLV (R. T.).

Bull. Rom. Vol. V.

96

dem errorem et ruinam secum trahant, ac veluti morbo contagioso contaminent; et ad maiorem ipsorum damnatorum confusionem, omnibus christifidelibus publice ostendere ac palam declarare quam formidabilium censurarum et poenarum illi rei existant, ad hoc, ut ipsi sic declarati et publicati, confusi tandem et compuncti ad cor suum redire, et ab eorundem excommunicatorum et anathematizatorum prohibita conversatione et participatione ac etiam obedientia se penitus subtrahant, ut divinam ultionem evadant, illorumque damnationis participes minime fiant.

§ 1. Sane alias, cum quidam falsi fidei cultores, mundi gloriam quaerentes etc. (1).

§ 2. Cum autem, sicut accepimus, licet post literarum affixionem et publicationem, post elapsam termini seu terminorum huiusmodi in literis per nos praefixi seu praefixorum (quos quidem terminos elapsos fuisse et esse omnibus christifidelibus per praesentes significamus et fidem facimus), nonnulli ex eis, qui eiusdem Martini errores secuti fuerant, ipsarum literarum ac monitionum et mandatorum nostrorum notitiam habentes, spiritu sanioris consilii ad cor reversi, errores suos confitentes et haeresim in manibus nostris abiurantes, et ad veram fidem catholicam se convertentes, absolutionis beneficium, iuxta facultatem eisdem nunciis desuper concessam, obtinuerint, et in nonnullis civitatibus et locis dictae Alemaniae libri et scripturae dicti Martini, iuxta mandata nostra, publice cremati fuerint; tamen ipse Martinus (quod non sine gravi animi molestia et mentis nostrae perturbatione referimus) in reprobum sensum datus, non solum errores suos infra praemissum terminum revocare, et de revocatione huiusmodi nos certiores facere, seu ad nos venire contempsit; verum, tamquam petra scandali, peiora prioribus contra nos et hanc san-

(1) Omittitur residuum huius narrativae, quoniam tota bulla habetur sub num. XLIV, pag. 748.

Hic Pontif. edidit contra Lutherum aliam constitutionem,

Post cuius publicationem multi illius sequaces ad fidem catholicam conversi sunt; Luth. autem peiora commisit, et sequaces multos habuit.

etiam Sedem et fidem catholicam scribere et praedicare, et alios ad hoc inducere non est veritus: propter quod, sicut ipse iam haereticus est declaratus, ita et alii, etiam non parvae auctoritatis et dignitatis, propriae suae salutis immemores, ipsius Martini pestiferam haereticamque sectam publice et notorie sequentes, eique palam et publice auxilium, consilium et favorem subministrantes, ipsumque Martinum in suis inobedientia et contumacia confoventes, et alii publicationem dictarum literarum impediens, poenas in dictis nostris literis contentas damnabiliter incurrerunt, et haeretici merito sunt habendi, atque ab omnibus christifidelibus evitandi, dicente Apostolo: *Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita: sciens quia subversus est, qui eiusmodi est, et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.*

artium Ideo et eius sequentes anathematizant, et alias poenas incurrisse docerunt;

§ 3. Ut igitur cum Martino et aliis haereticis excommunicatis et anathematizatis et maledictis merito copulentur, et sicut in delinquendo dicti Martini pertinaciam sequuntur, ita poenarum et nominis participes fiant, secumque Lutheri (1) vocem et debitas portent poenas, cum praemissa adeo manifesta et notoria sunt effecta et permanentes, ita ut nulla probatione aut monitione vel citatione indigeant, prout sic fore decernimus et declaramus, Martinum et alios, qui eundem Martinum in suo pravo et damnato proposito obstinatum sequuntur, ac etiam eos, qui eum etiam praesidio militari defendunt, custodiunt, et propriis facultatibus vel alias quomodolibet sustentare non verentur; ac auxilium, consilium vel favorem quovis modo praestare et subministrare praesumpserunt et praesumunt, quorum omnium nomina et cognomina et qualitates, etsi quavis celsa vel grandi praefulgeant dignitate, praesentibus haberi volumus pro expressis, ac si nominatum exprimerentur, ac in illorum publicatione, vigore praesentium facienda,

(1) Lutherani habet Rayualdus (n. r.).

nominatum exprimi possent, decernimus excommunicationis et etiam anathematis, necnon maledictionis aeternae et interdicti, ac in eos et eorum descendentes dignitatum, honorum et bonorum privationis et inhabilitationis ad illa, necnon bonorum confiscationis et criminis laesae maiestatis et alias sententias, censuras et poenas, etiam in haereticos a canonibus inflictas, in dictis literis contentas, damnabiliter invidisse.

§ 4. Civitates quoque, terras, castra, oppida et loca, in quibus tunc pro tempore fuerint, et ad quae eos declinare contigerit, ac quae in illis sunt, ac alias etiam cathedrales et metropolitanas, monasteria et alia religiosa et pia loca, etiam exempta et non exempta, quaecumque ecclesiastico interdicto supposita esse; ita ut, illo durante, praetextu cuiusvis indulti apostolici, praeterquam in casibus a iure permissis, et in illis, non alias quam ianuis clausis ac excommunicatis et interdictis exclusis, nequeant missae et alia divina officia celebrari, apostolica auctoritate, tenore praesentium, declaramus; illosque pro excommunicatis et anathematizatis, maledictis, interdictis, privatis et inhabilibus, ubicumque locorum denunciari et publicari, ac ab omnibus christifidelibus arctius evitari praecipimus et mandamus.

Interdictum ecclesiasticum apponit;

§ 5. Et, ut omnibus tantum in Dei et Ecclesiae suae vilipendium Martini et sequacium et aliorum inobedientium obstinatae temeritatis audacia innotescat, ne morbida pecus gregem inficiat, parsque sincera ad infectionem trahatur, universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum, cathedralium et collegiarum ecclesiarum praelatis, capitulis et personis ecclesiasticis et quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, religiosis, exemptis et non exemptis, ubilibet constitutis, in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis latae sententiae poenis, mandamus quate-

illosque a praetatis excommunicatos publicari mandat;

nus ipsi et quilibet eorum, si et postquam vigore praesentium requisiti fuerint, infra tres dies, quorum unum pro primo et alium pro secundo et reliquum pro tertio et peremptorio termino, ac canonica monitione praemissa, assignamus, eosdem Martinum et alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos et haereticos declaratos, aggravatos, interdictos, privatos et inhabiles et in praesentium executione nominatos, in eorum ecclesiis, dominicis et aliis festivis diebus (dum maior inibi populi multitudo convenerit ad divina), cum crucis vexillo, pulsatis campanis et accensis candelis, ac demum extinctis et in terram proiectis et conculcatis, eum trina lapidum projectione, aliisque caeremoniis in similibus observari solitis, publice nuncient, et faciant et mandent ab aliis nunciari, et ab omnibus christifidelibus arctius evitari. Ad maiorem insuper praefati Martini aliorumque haereticorum supradictorum adhaerentium et sequacium et fautorum confusionem, in virtute sanctae obedientiae mandamus omnibus et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliarum ecclesiarum praelatis ut, sicut ipsi ad sedandum schismata, auctore Hieronymo, constituti fuerunt; ita nunc, urgente necessitate, prout eorum incumbit officio, constituant se murum pro populo christiano, non tacendo, tamquam canes muti non valentes latrare, sed incessanter clamando et exaltando vocem, et praedicando et praedicari faciendo verbum Dei ac veritatem fidei catholicae contra damnatos articulos et haereticos supradictos.

§ 6. Necnon omnibus et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus ac rectoribus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, exemptis et non exemptis, ut praemittitur, similiter, in virtute sanctae obedientiae, mandamus ut, sicut ipsi nubes a Domino constituti sunt, ita spiritualem imbrem in populo Dei seminare, et contra supradictos articulos, ut prae-

Et contra Martini haereses ardentius praedicari iubet.

fertur, damnatos, sicut etiam eorum incumbit officio, publice publicare non veantur. Scriptum est enim quod perfecta caritas foras mittit timorem. Vos igitur et vestrum singuli onus tam meritorii negotii devota mente suscipientes, vos in illius executione sic sollicitos, ac verbo et opere studiosos atque diligentes exhibeatis, quod ex vestris laboribus, divina nobis favente gratia, sperati fructus adveniant, ac per sollicitudinem nostram, quae causas pias agentibus pro retributione debetur, palmam gloriae non solum consequi mereamini, verum etiam apud nos et Sedem praedictam non immerito valeatis de exacta diligentia vestra uberius commendari.

§ 7. Verum, quia difficile foret praesentes declarationis et publicationis literas ad praesentiam et personam propriam Martini et aliorum declaratorum et excommunicatorum huiusmodi personaliter deducere, propter eis faventium potentiam, volumus ut affixio et publicatio praesentium literarum in valvis duarum cathedralium, seu metropolitanis, aut unius cathedralis et metropolitanae in dicta Alemania consistentium ecclesiarum, per unum ex nunciis nostris ibidem existentibus facta, ita eos liget et arctet, Martinumque et alios declaratos damnatos huiusmodi demonstret in omnibus et per omnia, ac si eis et eorum cuilibet personaliter intimatae et praesentatae fuissent.

Publicatio huius sententiae quos ligat.

§ 8. Et quia etiam difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca deferri, in quibus earum publicatio necessaria foret, volumus, et praefata auctoritate decernimus quod earum transumptis, sigillo alicuius praelati ecclesiastici seu ex nunciis nostris praedictis munitis et manu alienius publici notarii subscriptis, ubique stetur, prout praesentibus originalibus literis staretur, si essent exhibitae vel ostensae.

Transump. crediti declarat.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quae in prioribus literis nostris praedictis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quibuscumque non obstantibus.

Saetio poena-
lis.

§ 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, declarationis, praecepti, mandati, assignationis, voluntatis et decreti infringere, vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimoprimo, tertio nonas ianuarii, pontificatus nostri anno viii.

Dat. die 3 ianuarii 1521, pont. anno viii.

XLVII.

Institutio Tertiae Regulae pro fratribus et sororibus Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, de Poenitentia nuncupatis, sub tribus votis essentialibus in communi viventibus (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Nicolaus IV Regulam Tertii Ordinis a beato Francisco editam confirmavit in sua constitutione. — 2. Cui postea Ordini non solum saeculares se addixerunt, sed etiam regulares. — 3. Illic ideo Pontifex illam Regulam pro istis regularibus accommodat. — Tenor Regulae.

Leo Papa X dilectis filiis fratribus et sororibus Tertii Ordinis B. Francisci, sub tribus votis essentialibus in congregatione viventibus.

Exordium.

Inter cetera nostro regimini credita, ea nos potissime sollicitos reddunt, per quae, fraenatis mundi carnisque concupiscentiis, innocentiae primaeque pacis caelitus (2) tranquillus status ad suam primaevam reduci cognoscitur originem.

Nicolaus IV Regulam Tertii Ordinis a B. Francis. editam con-

§ 1. Dudum siquidem huius gratia felic. Nicolaus PP. IV, praedecessor noster, Tertiam Regul. B. Francisci, quam de Poenitentia appellavit, per quam almus Con-

(1) Tertiam Regulam huiusmodi B. Franciscus constituerat pro saecularibus, ut videre est in constitutione IV Nicolai IV, *Supra montem*, tom IV, pag. 90. (2) Waddingus addit *collatae* (R. T.).

fessor omnes utriusque sexus fideles, Spiritu Dei plenus, salvare contendebat, confirmavit et approbavit.

firmavit in sua constitutione.

§ 2. Verum, quia temporis decursu, spirante illo Spiritu Sancto, non solum viri coniugati mundique huius incolae, pro quibus a B. Francisco praefata Tertia Regula edita fuerat, verum etiam innumerarum Virginum chori, tribus essentialibus, et a quibusdam etiam clausurae nostra auctoritate assumptis votis, constructisque monasteriis quampluribus, non sine militantis Ecclesiae fructu multiplici et aedificatione, praefati Tertii Ordinis iugo sua colla subdiderunt.

Cui Ordini non solum saeculares se addixerunt, sed etiam regulares.

§ 5. Et quoniam in dicta Tertia Regula quaedam maritatis accommodata, caelibus vero virgineoque statui, sub huiusmodi Tertia Regula Domino famulantibus, minus decencia innectuntur, ob quod castorum animorum nitidi affectus (1) ac, iuxta Domini voluntatem, pretiosum a vili separantes, eandem Tertiam Regulam, in modum qui sequitur distinctam, de novo confirmamus et approbamus, ac vobis et successoribus vestris servandam transmittimus, cuius tenor sequitur, et est talis.

Illic ideo Pontifex illam Regulam pro istis regularibus accommodat.

De novitiorum seu novitiarum ingressu.

CAP. I.

Fratres seu sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi debent esse fideles catholici, de haeresi non suspecti, in obedientia Romanae Ecclesiae firmi, matrimonio non ligati, debitis expediti, corpore sani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de iis omnibus, antequam recipiantur, ab eo, qui recipiendi habet facultatem, sunt diligenter examinandi.

De Novitiorum receptione;

De his, quae debent promittere fratres et sorores in professione huius Tertiae Regulae.

CAP. II.

Fratres et sorores, postquam per unum integrum annum habitum probationis de-

(1) Waddingus legit: *nitidi affectus ab ingressu dicti Ordinis nonnumquam avertuntur, nos, iuxta Domini etc.* (R. T.).

Habitu fratrum
et sororum et
forma professio-
nis;

tulerint (qui de vili panno, arbitrio visitatoris, esse debet), si conversatio laudabilis fuerit, apud conventum, in quo quis vel quae habitum probationis portaverit, de consilio discretorum dicti conventus, ad professionem dicti Ordinis recipiatur. In qua professione promittat servare mandata Dei, ac satisfactorum de transgressionibus, quas facere posset in futurum contra hanc Tertiam Regulam, ubi a praelatis requisitus fuerit, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate.

De ieiunio.

CAP. III.

Ieiunio;

Fratres et sorores, perpetuis temporibus, feria secunda, quarta, sexta et sabbato (excepto Dominicae Nativitatis festo) carnes non comedant. Et a festo Omnium Sanctorum usque ad Resurrectionem Domini, omni feria quarta et sexta ieiunare teneantur. Ac similiter, qualibet sexta feria totius anni. Item, a festo B. Martini usque ad Nativitatem Domini, ieiunent quotidie; iniuncta quadragesima universalis Ecclesiae, usque ad Resurrectionem Domini, quam tamen a quinquagesima incipere debent. Diebus vero, quibus non ieiunatur, bis in die dumtaxat comedant, excepto quod a festo Paschae usque ad mensem octobris, laborantes penoso seu gravi labore ter in die refici poterunt, ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore necessitatis, ieiunium solvere.

De divino officio et oratione.

CAP. IV.

Fratres et sorores in ecclesia servant silentium, praesertim quando missa celebratur, vel sermo Dei proponitur. In aliis vero locis servant quod per suos superiores circa silentium illis fuerit ordinatum. Debent etiam quolibet die in sero intra se et Deum cogitare quid fecerint, dixerint vel cogitaverint. Quolibet autem

Silentio, confessione et communionem;

die (si potuerint commode) debent audire missam. Et procurare debent quod habeant virum religiosum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat et eos ad poenitentiam et virtutes inducat. Illi autem vel illae, qui vel quae horas canonicas sciunt per se dicere, debent horas canonicas, secundum usum sanctae Romanae Ecclesiae, persolvere. Qui vero horas canonicas nesciunt dicere, dicant duodecim *Pater noster* pro matutino, et pro qualibet aliarum horarum septem, addito *Gloria Patri* in fine cuiuslibet *Pater noster*, addito etiam *Credo* et *Miserere mei Deus* in principio primae et completorii. Et qui praemissa nescierit, ter *Pater noster* pro poenitentia dicere debeat. Quotiens autem prandium vel cibum sumunt, gratias Deo reddere debent. De confessione vero sacramentali et sacra communione sumenda, servabunt ordinationem Nicolai Papae quarti, quod ter in anno confiteantur atque communicent, vel etiam statuta a suis superioribus super hoc ordinata.

De praelatorum et officiorum ordinatione.

CAP. V.

Quaelibet domus, si monasterium virorum fuerit, habebit superiorem istius fraternitatis, qui minister localis appellabitur. Si vero mulierum, mater dicetur, et eligentur per suos conventus, vel instituentur per suos provinciales superiores seu visitorem generalem. Ita tamen quod nullus sit perpetuus, sed certi temporis. Qui ministri et matres obedient per omnia, quae ad praesentem Regulam spectant, provincialibus ministris Ordinis Minorum B. Francisci et visitatoribus deputatis ab ipsis ministris, quamdiu in dictis officiis fuerint. Quo vero ad alia officia intra domum, servabunt statuta sua.

Officiorum ordinatione et subiectione Ordini fratrum Minorum;

De modo interius exteriusque conversandi.

CAP. VI.

Cum fratres et sorores huius fraternitatis dicantur de Poenitentia, oportet eos

Qualitate vestium et conversatione;

ab omni curiositate, tam in vestibus quam in aliis quibuscumque abstinere. Et, iuxta apostolicum (1) principis beati Petri salubre consilium, depositis certis vanis huius saeculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile et necessarium tegumentum corporis sui. Debent etiam ab accessu curiarum principum, dominorum seu dominarum, ubi mollia huius mundi (Domino testante) habentur, omnino cavere; nec ullo unquam tempore choreis, ludis, iocis et aliis histrionum vanitatibus interesse. Debent quoque esse parci in verbis et locutionibus, quae raro sine peccato multiplicantur. Et, super omnia, ab omni mendacio et iuramento quocumque, iuxta mandatum Domini, nisi pro pace, fide, calumnia et testimonio perhibendo, cavere debent. Et omni die in sero, inter caetera, debent examinare se si vel mendacium vel iuramentum aliquod fecerint, et pro quolibet ter *Pater noster* dicere debent.

De visitatione et cura infirmorum.

CAP. VII.

Infirmis;

Si quis frater vel soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit, minister domus vel mater, semel quotidie, per se vel per aliam personam visitare teneatur, et de bonis communibus omnia necessaria diligenter faciat illi ministrare. Teneatur quoque infirmum vel infirmam monere ad poenitentiam acceptandam veramque conversionem ad Deum faciendam, mortis propinquitatem et iudicii divini districtiorem, simulque divinam misericordiam proponendo.

De visitatione quam praelati debent facere circa fratres et sorores.

CAP. VIII.

Visitatorum officio;

Minister provincialis fratrum Minorum vel visitator eiusdem Ordinis, cui ipse commiserit, visitabit quolibet anno, semel tantum in qualibet domo, cum praesentia

(1) Waddingus, loco apostolicum . . . et certis, legit apostolorum . . . ceteris (n. r.).

seniorum. Et, facta visitatione, non debet intrare officinas nec alia interiora sororum. Ipse autem visitator numquam solus maneat et separatus cum aliqua sorore. Debent autem ministri et matres dicere visitatori defectus, qui correctione indigent. Similiter et alii fratres et sorores. Et si aliqui fuerint incorrigibiles, iudicio discretorum vel discretarum domus, tamquam morbida pecora, eiiciantur de congregatione.

De officio mortuorum.

CAP. IX.

Postquam aliquis frater vel soror ab hac luce migraverit, curabit minister seu mater quod eius exequiae solemniter celebrentur. Quibus exequiis omnes fratres vel sorores alicuius domus, ubi ipsum mori contigerit, personaliter interesse debent, nec recedere debent donec corpus traditum sit sepulturae. Et pro anima cuiuslibet defuncti vel defunctae, infra octo dies, quilibet sacerdos unam missam; scientes autem psalterium, quinquaginta psalmos; nescientes vero psalterium, quinquaginta *Pater noster*, et in fine cuiuslibet *Requiem aeternam* dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni, seu infra quemlibet annum, quilibet sacerdos tres missas pro defunctis; scientes psalterium, unum psalterium; nescientes vero psalterium, centum *Pater noster* cum *Requiem aeternam* in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa ista officia pro defunctis et alia officia divina in praesenti serie annexa, cura imponitur ministris et matribus ut fideliter persolvantur.

Defunctorum exequiis;

De obligatione contentorum in Regula.

CAP. X.

Omnia et singula in praesenti Regula contenta sunt consilia ad facilius salvandas animas viatorum, et nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale vel veniale, nisi humano vel divino iure aliquis alias

Obligazione ad tria vota et clausuram.

esset obligatus. Obligantur tamen fratres et sorores facere poenitentias sibi a superioribus impositas, quando super hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota essentialia, paupertatem, nihil habendo in speciali; castitatem, quia post votum non possunt matrimonium contrahere, nec, sine transgressione, vitiis carnis se immiscere; et obedientiam, quantum ad illa, sine quibus non potest commode ista fraternitas manuteneri. Tenentur etiam ad clausuram servandam illae, quae ipsam expresse servare voluerint. Quod omnibus et singulis conventibus concedimus, dummodo hospitalitas et charitas, quam exercere solent apud infirmos, nullum cum honestate patiatur detrimentum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima ianuarii, millesimo quingentesimo vigesimo primo, pontificatus nostri anno VIII.

Dat. die 20 ianuarii 1521, pont. anno VIII.

XLVIII.

Inquisitorum haereticae pravitatis iurisdictione per adiunctionem alterius iudicis non intelligatur diminuta in procedendo contra maleficos, sortilegos, a fide apostatantes etc. Et officiales saeculares, absque processu revisione, eorum sententias exequantur (1).

SUMMARIUM

Hic Pontifex, ex causis hic expressis, dedit nuncium suum in adiutorium inquisitoribus. — 1. Illi nonnullos condemnarunt et curiae saeculari praetoris Brixiae tradiderunt, cui Veneti inhibuerunt, et processus revidere voluerunt. — 2. Illic ergo Pontifex inquisitorum iurisdictionem liberam esse decernit, non obstante Venetorum inhibitione. — 3. Omnesque moneri mandat, ut sententias inquisitorum exequantur absque visione processuum. — 4. Quibuscumque non obstantibus.

(1) Quoad secundam partem, idem statuit Innocentius VIII sup., in sua constitutione XII, *Dilectis*, pag. 526.

Leo episcopus universis et singulis locorum ordinariis ac haereticae pravitatis inquisitoribus in dominio Venetorum consistentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Honestis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Alias ad petitionem dilectorum filiorum, nobilium virorum ducis et domini Venetorum, cum in Brixiensi et Bergomensis civitatibus et dioecesibus quoddam hominum genus perniciosissimum ac damnatissimum labe haeretica, per quam suscepto renuntiabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, et satanae, cuius consilio seducebantur, corpora et animas conferebant; et, ut illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, et alia maleficia et sortilegia exercere non verebantur: quod ita factum esse videbatur ut, ad eorum errorem extirpandum, opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili poena obstinate vitam potius perfide amittere, quam errorem suum cognoscere maluisse, et propterea de riguroso nimium (ut dicebatur) ordinariorum contra tales processu dubitantes, venerabilem fratrem episcopum Polensem, nostrum et Apostolicae Sedis apud eosdem ducem et dominum nuncium, vobis adiungendum duximus, eum facultate per se vel alium seu alios processus per vos habitos seu factos examinandi et revidendi; et si vos inquisitores processus praedictos rite et recte ac iuxta formam iuris habitos fecissetis, contra tale hominum damnatorum genus una vobiscum procedendi et inquirendi; necnon procuratores et advocatos, scribas caeterosque ad inquisitionis praefatae exercitium necessarios et opportunos officiales et ministros, cum competentibus salariis deputandi; et homines praedictos (qui redire ad Ecclesiae unitatem vellet) clementer suscipiendi, eisque poenitentiam salutarem iniungendi, et eos absolvendi, etiam in utroque foro; et in-

Hic Pontifex, ex causis hic expressis, dedit nuncium suum in adiutor. inquisitoribus.

corrigibiles condemnandi et brachio saeculari tradendi, caeteraque, quae vos de iure vel consuetudine facere possetis et deberetis, faciendi, gerendi, exercendi et exequendi, prout in literis desuper confectis continetur.

Illi nonnullos condemnar. et curiae saeculari praetoris Brixiae tradiderunt, cui Veneti inlubuerunt, et processus revidere voluerunt.

§ 1. Cum igitur, commissionis huiusmodi vigore, praefatus nuncius venerabilem fratrem episcopum Iustinopolitanum, in partibus illis commorantem, ad praemissa una vobiscum pertractanda et exequenda subdelegaverit; vosque et ipse subdelegatus in valle Canonica Brixien-sis dioecesis, ubi maxime huiusmodi dam-nati generis homines vigent et pullulant, processeritis, ac nonnullos culpabiles re-pertos et curiae saeculari tradendos, nec-non iam condemnatos habueritis, videtur quod per Venetorum collegium praetori Brixienti mandatum fuerit ne sententias huiusmodi exequeretur; et vobis et eidem subdelegato ne ad executionem illarum procederetis inhiberet, prout inhibitum fuit; ac expensas et salaria pro huiusmodi inquisitionis negotio necessaria sub-moveret et detraheret; necnon processus contra culpabiles praedictos habitos et factos eis transmitteret seu transmitti fa-ceret; et, quod deterius est, subdelegatum praedictum ad coram eis in civitate Veneti-arum comparandum egeret et com-pelleret, prout coactus et compulsus fuit.

Hic ergo Pon-tifex inquisito-rum iurisdictionem liberam esse decernit, non obstante Venetorum iobibilio-ne.

§ 2. Et quia, propter dictas literas, in quibus dictus nuncius adiunctus fuit, ab aliquibus haesitatur, an, propter hoc, facultas vestra diminuta existat, ita quod, prout ante datas huiusmodi literas potuissetis, procedere non possitis; inde-censque et contra iuris et sacrorum ca-nonum dispositionem ac ecclesiasticam li-beritatem existat laicos de personis et causis ecclesiasticis se intromittere, nolle-que iniunctam a vobis executionem adim-plere, nisi processibus ac sententiis per eos visis et examinatis, ac si ipsi in cle-ricos causasque ecclesiasticas superiori-tatem et iurisdictionem haberent, cum

tamen in clericos causasque huiusmodi laicis nulla facultas attributa sit, quos ob-sequendi et exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter christifideles non modicum surgit scandalum. Nos igitur, ne quod ad sa-lutem animarum et dictarum causarum faciliorem expeditionem introductum est, in damnum et perniciem convertatur, et propterea, ob diuturnitatem temporis, infelices animae huiusmodi peccatis magis graventur, et ad omne circa hoc du-bium tollendum, vos, prout ante datas dictas literas de iure et consuetudine sen privilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos et sortilegos ac a fide apostatantes, prout criminis postula-verit qualitas, procedere posse et debere, auctoritate apostolica, tenore praesen-tium, decernimus et declaramus.

§ 3. Vobis committentes et mandan-tes ut eosdem Venetos et illorum duces ac officiales suos, ne ipsi ulterius in hu-iusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones et forte iniun-gendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processuum per dictos ecclesiasti-cos iudices factorum visione vel exami-natione, prompte exequantur, moneatis et hortemini. Et si hoc facere neglexerint vel recusaverint, vos eos per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna re-media, appellatione postposita, compellatis.

Omnesque mo-neri mandat ut sentent. inquisitorum exequantur, absque visione processuum.

§ 4. Praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus civitatum et dioecesium praedictarum, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia robo-ratis, caeterisque contrariis non obstan-tibus quibuscumque.

Quibuscumque non obstantib.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimoquinto februarii, millesimo quingentesimo vige-simoprimum, pontificatus nostri anno VIII.
Dat. die 15 februarii 1521, pont. anno viii.

XLIX.

Circa celebrationem festi sancti Francisci de Paula.

SUMMARIUM

Causa huius constitutionis. — Institutio festivitatis cum octava, et officio proprio.

Leo Papa X.

Licet per alias nostras literas sancti Francisci de Paula, Ordinis fratrum Minorum, institutum festum ab universali Ecclesia die secunda aprilis annuatim celebrandum fore statuerimus, quia tamen de caetero eiusdem sancti Francisci de Paula festum huiusmodi etiam cum octava celebrari volumus, idcirco universis et singulis archiepiscopis, episcopis et aliis quibuscumque praelatis ecclesiasticis, quatenus ipsi et eorum singuli sancti Francisci de Paula festum huiusmodi cum officio proprio, cum illud de Sedis Apostolicae mandato ordinatum fuerit, alias cum officio unius confessoris non pontificis, cum propria oratione in eius canonizationis a nobis edita die secunda aprilis huiusmodi, nisi tunc occurrat maior hebdomada vel octava Paschae, et tunc secunda feria post octavam Paschae huiusmodi, in suis solemniter; in dictorum vero fratrum Minorum ecclesiis singulis, sub ritu festi duplicis et cum octava, annuatim celebrent seu celebrari faciant et mandent, expresse, apostolica auctoritate, committimus et mandamus per praesentes.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxv martii MDXXI, pontificatus nostri anno ix.

Dat. die 25 martii 1521, pontif. anno ix.

Bull. Rom. Vol. V.

97

L.

Quod fratres milites et aliae personae militiae de Alcantara, eiusque ecclesiae perfruantur omnibus indultis, privilegiis et indulgentiis concessis et concedendis Ordini Cisterciensi Sancti Benedicti (1).

SUMMARIUM

Exordium. — 1. Honorius III exemptionem a decimis concessit Ordini Cisterciensi.; — 2. Martinus V ampliavit; — 3. Sixtus IV similiter ampliavit; — 4. Innoc. VIII monasteria et alia loca istius Ordinis sub Apostolicae Sedis protectione reservavit, et a iurisdictione ordinariorum ac solutione collectarum et subsidiorum exemit. — 5. Et quoniam Carolus imperator administrator militiae de Alcantara, Ordinis Cisterciensis, exponit Pontifici quod, licet milites ipsi vivant sub Regula Cisterciensi, tamen revocatur in dubium an ipsi privilegiis Ordinis Cisterciensis gaudere debeant, cum in illis specialiter nominati non fuerint, — 6. Hic modo Pontifex declarat eos dictis indultis gaudere, — 7. Et etiam indulgentiis. — 8. Clausulae derogatoriae. — 9. Fides transumptorum.

Leo episcopus servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

In apostolicae dignitatis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, sub regularibus institutis studio piae vitae vacantibus simulque pro fidei catholicae defensione militantibus personis, apostolici favoris praesidium libenter impendimus; ac his, quae solidationem status et profectum ac tranquillitatem earumdem respiciunt, nos eis gratiosos et favorabiles exhibemus, prout etiam catholicorum regum vota exposcunt, et id conspicimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Honorius III, ut nullus ab abbate monasterii Cisterciensis, Cabilonensis dioecesis, eiusque coabbatibus et prioribus ac abbatissis, aliisque personis Ci-

(1) Consonat, quoad alios huius Ordinis milites de Calatrava, constit. xx Iulii II, *Romani*, pag. 466 huius tomi.

Causa huius constitutionis.

Institutio festivitatis cum octava, et officio proprio.

Exordium

Honorius III exemptionem a decimis concessit Ordini Cisterciensi;

sterciensis Ordinis, de terris suis ante generale concilium acquisitis, etiam de illis, quas alias concesserant excolendas et ad eos redierant, si eas manibus propriis aut sumptibus colerent, decimas exigere aut extorquere praesumeret, inter alia per quasdam eius literas inhibuerat.

Martinus V amplius;

§ 2. Et Martinus V, Romanus Pontifex praedecessor noster, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos suae super hoc confectae literae pervenirent, expresse mandaverat ut Cistercienses ac alios abbates, priores et abbatissas, ac omnia et singula monasteria, necnon singulas personas dicti Ordinis, tunc praesentia et futura, ubicumque pro tempore existentia, a praestatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante et post concilium antedictum, quam ex tunc de cetero habendis; et tam de novalibus, sive ante sive post huiusmodi concilium acquisitis et acquirendis, quae propriis sumptibus colebant et colerent, quam alias quomodocumque et qualitercumque excolerentur, necnon de hortis, virgultis et piscationibus suis, ac de suorum animalium nutrimentis singuli ipsorum omnino servarentur immunes.

Sixtus IV similiter amplius;

§ 3. Piaeque memoriae Sixtus Papa IV, etiam praedecessor noster, literas, tam Honorii quam Martini praedecessorum huiusmodi, ratas et gratas habens, illas cum omnibus in eis contentis clausulis, per alias suas literas confirmavit et approbavit, ac iuxta omnimodas earum continentias et formas in sui roboris firmitate perpetuo subsistere decrevit. Et nihilominus Cistercienses ac omnes et singulos alios abbates, priores, abbatissas, necnon omnia et singula monasteria, tunc praesentia et futura, ubilibet existentia, singularesque personas Ordinis huiusmodi a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante et post concilium praedictum, quam ex tunc de cetero habendis et tam de novalibus, sive ante sive post concilium

huiusmodi acquisitis et acquirendis, quae propriis sumptibus excolebant et excolerent, quam alias quomodocumque et qualitercumque excolerentur, et etiam de illis possessionibus de quibus aliquis eadenus decimas perceperat, necnon de hortis, virgultis, piscationibus suis et de nutrimentis ipsorum animalium, auctoritate praedicta penitus exemit, et exempta fore perpetuo decrevit.

§ 4. Et deinde recolendae memoriae Innocentio Papae VIII, similiter praedecessori nostro, pro parte tunc Cisterciensis et aliorum monasteriorum Ordinis huiusmodi abbatum ac dilectorum filiorum conventuum eorumdem exposito quod, licet ipsi, eorumque ac dicti Ordinis monasteria, tam virorum quam mulierum, et alia religiosa loca et membra, ac monaci, moniales, vassalli, subditi et eis servientes, bonaque omnia iamdudum per plures Romanos Pontifices praedecessores nostros, tunc ipsius Innocentii praedecessoris, sub ipsorum Pontificum et Apostolicae Sedis protectione recepti et recepta, ac eidem Sedi immediate subiecti et subiecta, necnon ab omni iurisdictione ordinaria exempti et exempta forent; eisque concessum esset ut ad praestationem aliquarum collectarum seu subsidiorum aut procurationum et aliarum exactionum per Sedem praedictam seu eius legatos, aut ipsorum auctoritate et mandato, seu per locorum ordinarios vel alios pro tempore impositorum non tenerentur; tamen, ut ipsi desiderabant, pro maiori eorum quiete, receptionem, subiectionem et exemptionem praedictas ac singulas desuper confectas literas, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis, auctoritate apostolica, ex certa scientia, per suas literas approbavit, ac perpetuae et inviolabilis firmitatis robur obtinere decrevit. Et nihilominus, pro potiori cautela, monasteria, loca, membra et bona omnia huiusmodi, tunc praesentia et futura, abbates, abbatissas, monachos, moniales, vassallos, subditos et servientes praefatos,

Innocent. VIII monasteria et alia loca istius Ordinis sub Apostolicae Sedis protectione reservavit, et a iurisdictione ordinariarum ac solutione collectarum et subsidiorum exemit.

tunc et pro tempore existentes, auctoritate et scientia similibus, sub beati Petri et sua protectione suscepit, et ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio et potestate archiepiscoporum, episcoporum et aliorum iudicum ordinariorum, eorumque vicariorum et officialium quorumcumque, necnon a solutione subsidiorum, etiam charitativorum, procurationum, collectarum et aliarum exactionum huiusmodi pro tempore imponendorum perpetuo prorsus exemit et totaliter liberavit; ac eisdem Innocentio praedecessori et Sedi immediate subiecit, ita quod archiepiscopi, episcopi, indices ordinarii, vicarii et officiales praefati, etiam ratione delicti aut contractus vel rei, de qua ageretur, ubi cumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in eos aut eorum aliquem seu monasteria, loca, membra et bona praedicta, tamquam prorsus exemptos et exempta, iurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium vel potestatem exercere, aut excommunicationis, suspensionis et interdicti seu quasvis alias sententias, censuras et poenas ecclesiasticas promulgare praesumerent aut possent vel deberent quoquo modo; nec ipsi sic excepti coram illis aut eiusdem Sedis delegatis vel subdelegatis, nisi, in literis eis pro tempore directis, de Innocentii praedecessoris literis huiusmodi specialis, specifica et expressa ac de verbo ad verbum mentio fieret, ad iudicium evocari, aut quovis modo, directe vel indirecte molestari possent vel deberent. Decernens omnes et singulos processus, sententias, censuras et poenas, quos et quas per archiepiscopos, episcopos, indices ordinarios, vicarios et officiales praedictos, seu eorum aliquem, contra abbates et alios exemptos, monasteria et loca huiusmodi, etiam exempta, ut praefertur, haberi et promulgari, nec non quicquid secus super his, ab eis vel alio quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contingeret, irrita

et inania nulliusque roboris vel momenti, prout in singulis literis praedictis plenius continetur.

§ 5. Cum autem, sicut charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum rex, in imperatorem electus, illustris, qui etiam Castellae et Legionis rex, ac militiae de Alcantara dicti Ordinis perpetuus administrator per Sedem praedictam deputatus existit, tam suo, quam dilectorum filiorum universorum priorum, praeceptorum, commendatorum nuncupatorum, militum, fratrum et aliarum personarum dictae militiae nominibus nobis nuper exponi fecit, licet magister pro tempore existens, ac omnes et singuli priores, praeceptores, milites et fratres militiae huiusmodi eisdem Ordinis professores existant, et sub eadem Regula militent et vivant; nihilominus quia in literis Honorii, Martini, Sixti et Innocentii, praedecessorum huiusmodi, de dicta militia et illius personis, monasteriis, domibus, praeceptoribus, alias commendariis nuncupatis, et locis specialis mentio facta non existit, a nonnullis asseratur magistrum seu administratorem pro tempore existentem, priores, praeceptores, milites, fratres et personas mandato, susceptione, exemptione, liberatione et decretis praedictis ac aliis privilegiis, necnon indulgentiis, etiam spiritualibus, ac peccatorum remissionibus eidem Ordini et illius abbatibus, monachis et personis, nec non virorum et mulierum monasteriis, prioratibus et locis, per Sedem praedictam concessis, uti, potiri et gaudere non posse; praefatus Carolus rex et administrator, dictis nominibus, nobis humiliter supplicari fecit ut magistro seu administratori, prioribus, praeceptoribus, militibus, fratribus et aliis personis pro tempore existentibus militiae huiusmodi, cuius etiam clarae memoriae Ferdinandus Aragonum et Siciliae rex, ad cuius supplicationem nonnulla desuper concesseramus, dum viveret perpetuus administrator, per Sedem eandem deputatus, existebat, eorumque

Et quoniam Carolus Imperator administr. militiae de Alcantara Ordinis Cisterciensis exponit Pontifici quod, licet milites ipsi vivant sub Regula Cisterciensis, tamen revocatur in dubium an ipsi privilegiis Ordinis Cisterciensis gaudere debeant, cum in illis specialiter nominati non fuerint,

vassallis et servitoribus ac monasteriis, domibus et aliis locis, quod huiusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione et decretis, ac aliis privilegiis, immunitatibus, concessionibus, gratiis et indultis ac indulgentiis et peccatorum remissionibus, Ordini ac illius abbatibus, prioribus, monachis et personis, necnon monasteriis, prioratibus et locis praedictis ac eorum ecclesiis concessis, gaudere possint, perpetuo concedere, ac alias in praemissis opportune providere, de benignitate apostolica dignemur.

Hic modo Pontifex declarat eos dictis indulgentiis gaudere.

§ 6. Nos igitur, qui religiosarum personarum quarumlibet, praesertim sub regularibus militiis pro defensione christiana fidei insudantium, felici successui, indemnitati et quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, priores, praeceptores, milites, fratres et personas praefatos ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem magistro seu administratori, pro tempore existenti, prioribus, praeceptoribus, militibus, fratribus et aliis personis dictae militiae, illorumque vassallis et servitoribus, etiam pro tempore existentibus, ac eiusdem militiae virorum et mulierum monasteriis, domibus et locis aliis, ac in districtu eorum et dominio ipsius militiae consistentibus ecclesiis, praesentibus et futuris, ut de cetero perpetuis futuris temporibus inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, subiectione et decretis ac literis praedictis et aliis in eisdem literis contentis, necnon omnibus et singulis privilegiis, concessionibus, immunitatibus, gratiis et indultis ac indulgentiis, etiam spiritualibus et temporalibus, ac peccatorum remissionibus

dicto Ordini illiusque abbatibus, prioribus, monachis et personis, necnon virorum et mulierum monasteriis, prioratibus et locis ac illorum ecclesiis, per Sedem praedictam et alias quomodolibet in genere concessis hactenus et in posterum similiter in genere concedendis, perinde ac si etiam militiae ac illius magistro seu administratori, praeceptoribus, militibus, prioribus, fratribus et aliis personis, ac eorum vassallis et servitoribus, necnon monasteriis, domibus et locis, eorumque ac in ipsius militiae districtu seu dominio consistentibus ecclesiis huiusmodi specialiter indulta et concessa fuissent, uti, potiri, gaudere libere et licite valeant.

§ 7. Necnon omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui monasteriorum eiusdem militiae praesentium et futurorum ac in ipsius districtu et dominio pro tempore consistentibus ecclesias devote visitaverint; ac pro manutatione monasteriorum et ecclesiarum huiusmodi manus adiutrices porrexerint, et alia in literis indulgentiarum Cisterciensi Ordini concessis et concedendis huiusmodi contenta, iuxta tenorem illarum, adimpleverint, ut illas indulgentias et peccatorum remissiones, quas consequuntur visitantes ecclesias monasteriorum et aliorum locorum Cisterciensis Ordinis huiusmodi, pro quibus indulgentiae et peccatorum remissiones praedictae concessae reperiuntur et conceduntur, ut praefertur, consequantur, auctoritate apostolica, tenore praesentium, de speciali gratia concedimus et pariter indulgemus. Decernentes irritum et inane quidquid super praemissis aut eorum aliquo, contra magistrum seu administratorem, priores, praeceptores, milites, fratres, personas, vassallos, servitores, ac

Et etiam indulgentiis (1).

(1) Adverte quod revocatae sunt indulgentiae, pro quibus porrigendae sunt manus adiutrices, a Pio V.

monasteria, domos et loca, necnon privilegia, concessiones et indulta praedicta, et in eis vel eorum aliquo contenta, a quoquam, quavis auctoritate fungente seu functuro, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulae
derogatoriae.

§ 8. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon Ordinis et militiae praedictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis, usibus et naturis, ac quibusvis aliis privilegiis ac indultis apostolicis Ordinum Cisterciensium huiusmodi, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis efficacissimis, insolitis, etiam derogatoriis derogatoriis, clausulis irritantibus; quam etiam decretis aliis, etiam iteratis vicibus concessis et confirmatis, quibus, quatenus obstant, etiam si de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica vel individua et expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus; necnon omnibus illis, quae dicti Honorius, Martinus, Sixtus et Innocentius praedecessores in praefatis eorum literis voluerunt non obstare, ac quaecumque consuetudine introducta, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides
transumptorum.

§ 9. Caeterum, quia difficile foret etc. Nulli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo vigesimoprimo, decimo kalendas iulii, pontificatus nostri anno ix.

Dat. die 22 iunii 1521, pontif. anno ix.

LI.

Henricus octavus, rex Angliae, titulo defensoris christianae fidei donatur, quod contra Martinum Lutherum eiusque et aliorum haereses scripsit; et ipsos haereticos eorumque sequaces persequi profletur.

SUMMARIUM

Proemium. — 1. Henricus librum scripsit, contra Lutherum, et huic Pontifici misit eius approbationem petens. — 2. Qui illum approbat; — 3. Titulum defensoris fidei illi donat; — 4. Eidem, coniugi et filii benedicit. — Sanctio poenalis.

Leo episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Henrico, Angliae regi illustri, fidei defensori, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex supernae dispositionis arbitrio, licet imparibus meritis, universalis Ecclesiae regimini praesidentes, ad hoc cordis nostri longe lateque diffundimus cogitatus, ut fides catholica, sine qua nemo proficit ad salutem, continuum suscipiat incrementum; et ut ea, quae, pro cohibendis conatibus illam deprimere aut pravis mendacibusque commentis pervertere et denigrare molientium, sana christifidelium, praesertim dignitate regali fulgentium, doctrina sunt disposita, continuis proficiant incrementis, partes nostri ministerii et operam impendimus efficaces. Et sicut alii Romani Pontifices, praedecessores nostri, catholicos principes, prout rerum et temporum qualitas exigebat, specialibus favoribus prosequi consueverant, illos praesertim, qui, procellosis temporibus et rabida schismaticorum et haeticorum fervente perfidia, non solum in fidei serenitate et devotione illibata sacrosanctae Romanae Ecclesiae immobiles perstiterunt, verum etiam, tamquam ipsius Ecclesiae legitimi filii ac fortissimi athletae, schismaticorum et haeticorum insanis furoribus spiritualiter et temporaliter se opposuerunt; ita etiam nos maiestatem

Proemium.

tuam, propter excelsa et immortalia eius erga nos et hanc sanctam Sedem, in qua, permissione divina, sedemus, opera et gesta, condignis ac immortalibus praeconiis et laudibus efferre desideramus, et ea sibi concedere, propter quae invigilare debeat a grege dominico lupos arcere, et putrida membra, quae mysticum Christi corpus inficiunt, ferro et materiali gladio abscindere, et nutantium corda fidelium in fidei soliditate confirmare.

Henric. librum scripsit contra Lutherum, et huic Pontif. misit, eius approbationem petens.

§ 1. Sane, cum nuper dilectus filius Ioannes Clerk, maiestatis tuae apud nos orator, in concistorio nostro, coram venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus et compluribus aliis Romanae Curiae praelatis, librum, quem maiestas tua, charitate, quae omnia sedulo et nihil perperam agit, fideique catholicae zelo accensa, ac devotionis erga nos et hanc sanctam Sedem fervore inflammata, contra errores diversorum haereticorum, saepius ab hac sancta Sede damnatos, nuperque per Martinum Lutherum suscitatos et innovatos, tamquam nobile ac salutare quoddam antidotum, composuit, nobis examinandum, et deinde auctoritate nostra approbandum obtulisset; ac luculenta oratione sua exposuisset maiestatem tuam paratam ac dispositam esse ut, quemadmodum veris rationibus et irrefragabilibus sacrae Scripturae ac sanctorum Patrum auctoritatibus notorios errores eiusdem Martini confutaverat, etiam omnes eos sequi ac defensare praesumentes, totius regni sui viribus et armis persequatur; nosque eius libri admirabilem quamdam et coelestis gratiae rore conspersam doctrinam diligenter accurateque introspexissemus, omnipotenti Deo, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum est, immensas gratias egimus, qui optimam et ad omne bonum inclinatam mentem tuam inspirare, eique tantam gratiam superne infundere dignatus fuit, ut ea scriberes, quibus sanctam eius fidem contra novum errorum damnatorum

huiusmodi suscitatore defenderes, ac reliquos reges et principes christianos tuo exemplo invitares, ut ipsi etiam orthodoxae fidei et evangelicae veritati, in periculum et discrimen adductae, omni ope sua adesse opportunaeque favere vellent.

§ 2. Aequum autem esse censentes, eos, qui pro fidei Christi huiusmodi defensione pios labores susceperunt, omni laude et honore afficere, volentes non solum ea, quae maiestas tua contra eundem Lutherum absolutissima doctrina nec minori eloquentia scripsit, condignis laudibus extollere ac magnificare, auctoritateque nostra approbare et confirmare.

§ 3. Sed etiam maiestatem ipsam tuam tali honore ac titulo decorare, ut nostris et perpetuis futuris temporibus christifideles omnes intelligant, quam gratum acceptumque nobis fuerit maiestatis tuae munus, hoc praesertim tempore, nobis oblatum; nos, qui Petri, quem Christus in coelum ascensurus vicarium suum in terris reliquit, et cui curam gregis sui commisit, veri successores sumus, et in hac sancta Sede, a qua omnes dignitates ac tituli emanant, sedemus, habita super his cum eisdem fratribus nostris matura deliberatione, de eorum unanimi consilio et assensu, maiestati tuae titulum hunc, videlicet *Fidei defensorem*, donare decrevimus, prout te tali titulo per praesentes insignimus, mandantes omnibus christifidelibus ut maiestatem tuam hoc titulo nominent, et cum ad eam scribent, post dictionem regi, adiungant *Fidei defensori*. Et profecto huius tituli excellentia et dignitate, ac singularibus meritis tuis diligenter perpensis et consideratis, nullum neque dignius neque maiestati tuae convenientius nomen excogitare potuissemus. Quod quotiens audies aut leges, totiens propriae virtutis optimique meriti tui recordaberis; nec huiusmodi titulo intumesces vel in superbiam elevaberis, sed solita tua prudentia humilior, et in fide Christi ac devotione huius sanctae Sedis,

Qui illum approbat;

Titulum defensoris fidei illi donat;

a qua exaltatus fueris, fortior et constan-
tior evades, ac in Domino, bonorum om-
nium largitore, laetaberis, perpetuum hoc
et immortale gloriae tuae monumentum
posteris tuis relinquere, illisque viam
ostendere, ut, si tali titulo ipsi quoque
insigniri optabunt, talia etiam opera effi-
cere, praeclaraque maiestatis tuae vestigia
sequi studeant.

Eidem, coniugi
et filijs benedi-
cit.

§ 4. Quam, prout de nobis et dicta
Sede optime merita est, una cum uxore
et filiis ac omnibus, qui a te et ab illis
nascentur, nostra benedictione in nomine
Illius, a quo illam concedendi potestas
nobis data est, larga et liberali manu
benedicentes, Altissimum illum, qui di-
xit *Per me reges regnant et principes im-
perant*, et in cuius manu corda sunt re-


gum, rogamus et obsecramus ut eam in
suo sancto proposito confirmet, eiusque
devotionem multiplicet, ac praeclaris pro
sancta fide gestis ita illustret, ac toti orbi
terrarum conspicuam reddat, ut iudicium,
quod de ipsa fecimus, eam tam insigni
titulo decorantes, a nemine falsum aut
vanum iudicari possit; demum mortalis
huius vitae finito curriculo, sempiternae
Illius gloriae consortem atque participem
reddat.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum,
anno Incarnationis dominicae millesimo
quingentesimo vigesimoprimo, quinto idus
octobris, pontificatus nostri anno IX.

Sanctio posua-
lis.

Dat. die 11 octobris 1521, pont. anno IX.



INDEX

NOMINUM ET RERUM PRÆCIPUARUM

NUMERUS PAGINAM INDICAT. — *a* PRIMAM COLUMNAM — *b* SECUNDAM DESIGNANT.

A

- Abbreviatores litterarum apostolicarum a Pio II instituuntur, 232 *b*; supprimuntur a Paulo II, *ibid.*; a Sixto IV innovantur 235 *a*. Abbreviatores omnes fiunt nobiles, comites palatini, Sedis Apostolicæ notarii (si clerici sint), familiares et continui commensales Summi Pontificis, eorumque indultis potiuntur, eisq̄e præferuntur, 652 *a* et *seq.*; expectatarum gratiis donantur, 654 *a*; a quorumcumq̄e iurisdictione eximuntur, 655 *a*. Unus ex cuiuscumq̄e familiaribus censeri per Urbem gestare potest, *ibid.* *b*. *V. insuper* Camerae Apostolicæ *etc.* et Romanæ Curiae officia.
- Administratio beneficiorum. *V.* Beneficiorum debita iura.
- Advocati concistoriales. *V.* Romanæ Curiae officia.
- Advocati et iudices Romanæ Curiae in eaq̄e litigantes offendi nequeant, sub excommunicationis poena, 595 *b*.
- Ædificantium in Urbe privilegia, 578 *a* et 657 *a*.
- Ægidianæ constitutiones quid sint, 260 *b*. Officiales eas observent et observari faciant, *ibid.* Eadem nec non aliae in homicidas innovantur, 261 *a*. Item, declarantur circa collationem officiorum et mercedem notariorum, *ibid.* *b*; circa gubernatorum munera et iudicium itinera, 262 *a* et *seq.* Harum extensio ad Urbem et totum Statum Ecclesiasticum, 265 *a*.
- Æmoniensis et Parentinæ ecclesiarum unio, 13 *a*.
- Agnus Dei. *V.* Cereæ figuræ.
- Alberti, Romanorum imperatoris, mors, 109 *b*.
- Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Regulam tradit, 5 *a*.
- Bull. Rom. Vol. V.* 98

- Albertus (S.) de Drepano, Ordinis fratrum B. Mariae de Monte Carmelo, beatorum honoribus coli permittitur, 252 *a* et seq.; permissio confirmatur, 255 *b*.
- Alcantara (de) militia. *V.* Militiae de Alcantara.
- Alexander VI Papa cccxvi eligitur, 550 *a*.
- Alexandra de Alphanis novam Religionem, sub invocatione et instituto S. Ioannis Hierosolymitani, prope Florentiam fundat, 271 *a*.
- Alexandrina in via aedificantes favoribus distinguuntur, 578 *a*.
- Ambrosii (S.) fratres in unam congregationem rediguntur, 55 *b*. Cuius caput monasterium S. Ambrosii ad Nemus, *ibid.* In eo singulis triennii capitula generalia fiunt, *ibid.* Prioris et visitorum officium, 56 *a*. Ipsi et ab eis deputati absolvunt a casibus reservatis, *ibid.* *b*. Fratres ad strictiorem Ordinem transire nequeunt; ordines a quocumque episcopo recipiunt et officium Ambrosianum recitant, 57 *b*. Communio privilegiorum inter eorum monasteria, *ibid.*
- Animae immortalitatem denegantes, sicut haeretici, puniendi, 601 *b*. Philosophiae professores illam docere discipulos tenentur, 602 *a*.
- Annatas ex fructibus beneficiorum statutis temporibus non solventes excommunicationi et beneficiorum privationi subiiciuntur, 512 *b*.
- Appellationes a Romano Pontifice prohibentur, 150 *a* et 479 *b*. Veneti tamen et Bentivolii appellant, *ibid.* et seq. Appellantium et fautorum poenae, 480 *b* et seq.
- Archivii Romanae Curiae scriptores instituuntur, 459 *b*. Hi confessionalia concedenda scribunt, *ibid.*; notarii publici sunt, 460 *a*; archivium habent in Palatio Apostolico, ubi registrant notas instrumentorum, quae ad eos deferunt notarii Curiae, *ibid.*; matriculant notarios, *ibid.* *b*; recipiunt protocolla notariorum decedentium absque filiis notariis, 461 *a*. Decem ex hisce scriptoribus, correctores nuncupati, examinant alios admittendos, *ibid.* *b*. Scriptorum collegium creat notarios, 462 *b*; bastardos legitimat, *ibid.* Ex eo desumuntur testium et scripturarum interpretes, *ibid.*; uti etiam notarii iudicium non habentium notarios proprios, 465 *a*. Statuta collegii, *ibid.*; privilegia, *ibid.*; officia resignare possunt, *ibid.* *b*. Declaratio privilegiorum huiusmodi, 465 *a*. *V.* Romanae Curiae officia.
- Armeni. *V.* Romanae Ecclesiae etc.
- Auctoritas cardinalis protectoris fratrum Minorum Ordinis S. Francisci, 205 *a* et seq.
- Auditor causarum Curiae Reverendae Camerae Apostolicae per locumtenentes causas tam civiles quam criminales cognoscere valet, 521 *b*; nec non processus et sententias exequi, 522 *a*. *V.* Camerae Apostolicae etc. et Romanae Curiae officia.
- Auditores Rotae reducuntur ad numerum duodecim, 207 *b*. Antequam quisque admittatur ad hoc officium, examinetur coram vice-cancellario, 208 *a*. Officium huiusmodi, non vacat per promotionem titularis, *ibid.* *V.* etiam Litterae apostolicae, Romanae Curiae officia et Rotae Romanae etc.
- Augustini (S.) canonici regulares, in episcopos promoti, habitu, quo clerici saeculares eadem dignitate insigniti, utantur, 729 *a*.
- Augustini (S.) Eremitarum Ordo decoratur privilegio exercendi in perpetuum, per unum ex eiusdem fratribus, officium sacristae cappellae Sacri Palatii Apostolici, 568 *b*; donatur insuper omnibus gratiis et privilegiis aliorum Ordinum Mendicantium, 471 *b*.
- Augustini (S.) fratres Eremitae, congregationis Illicitanae, a superioritate praelatorum, non vero prioris generalis totius Ordinis, eximuntur, 71 *a*. Eorundem gratiae

et privilegia, *ibid.* et *seq.* Declaratio statutorum, 74 *b* et *seq.* Fratres non possunt gratis uti, aut consequi dignitates extra societatem, absque superiorum licentia, 75 *b*.

B

Banniti minas offensis, pro habenda pace, intentantes, et illarum delatores pluribus poenis coercentur, 541 *b*.

Barones et communitates non custodientes propria territoria a bannitis et similibus puniuntur, 712 *b*. In profundis furtis et damnis inde sequutis, stetur declarationi clericorum Camerae Apostolicae, praecedente iuramento damnum passi, *ibid.* Qui contra dominos et communitates locorum agere potest, 715 *a*. Ut viae securae sint, latibula hinc inde amoveantur, *ibid.*

Basileense concilium Ferrariam transfertur, 52 *a*. Huic congregationi, post eius dissolutionem, adhaerentes a censuris et poenis absolvuntur, si ad Pontificis obedientiam tempore praefixo revertantur, 95 *a* et *seq.*

Basilii (S.) congregatio monachorum in provinciis Siciliae, Calabriae et Apuliae reformanda, 81 *b*. Visitatores deputantur, *ibid.* Taxa pro magistrorum salariis et studentium expensis, 82 *a*. Visitorum facultates corrigendi et corripiendi personas Ordinis, etiam archimandritas, 85 *a*. Illorum stipendia, *ibid.* *b*.

Benedicti (S.) monachi et moniales, Ordinis Cisterciensis, albi tantum et nigri coloris vestibus utantur, 225 *b* et *seq.*

Beneficiorum, officium recitare omittentium, poenae, 612 *a*.

Beneficiorum debita iura solvantur, sub privationis poena, 198 *b*; administrationem sumentes, litteris apostolicis non expeditis, quibus poenis subiiciantur, 408 *b*. Item, non solventes annatas tempore debito, 409 *b*. Beneficia, quae cardinalibus commendari nequeunt, 606 *b*; concistorialia quomodo impetranda, 754 *a*.

Bentivolus Ioannes et eius nati, Bononiae tyranni, a Papa ad futurum concilium provocant, 480 *a*.

Bernardinus de Senis (S.), Ordinis Minorum de Observantia, vitae exemplo et praedicationis opera in tota Italia Dei Evangelium praedicat, 102 *b*; quamplurimis miraculis splendens, 105 *a*; sanctorum catalogo adscribitur, 104 *b* et *seq.*

Bernardi (S.) in Italia monachorum congregatio, Ordinis Cisterciensis, reintegratur in provinciis Hetruriae et Lombardiae, 497 *a*. Capituli celebratio, eius forma, inque eo peragenda, *ibid.* Modus eligendi praelatos, *ibid.* *b*. Alternativa in electione praesidentis, *ibid.* Visitorum numerus et officium, *ibid.* Moniales visitantur a visitatore propriae provinciae, *ibid.* Priores conventuales vocem habent in capitulo, 498 *a*. Monachus unius provinciae ad aliam non transferatur, *ibid.* Monasteria a superioribus propriae provinciae reformantur, *ibid.* Privilegiorum communitio inter omnia monasteria.

Blasphemantium Deum, Mariam Virginem et alios sanctos poenae, 610 *b*. Illos accusantium indulgentiae aliaque praemia, *ibid.*

Bona reorum. *V.* Reorum consanguinei.

Bonaventura (S.) Franciscanum Religionem profitetur, 285 *a*; doctrina, humilitate et innocentia splendet, *ibid.* *b*; generalis minister Ordinis efficitur, *ibid.*; Ordini et fratribus maximo est adiumento, *ibid.*; cardinalis et deinde episcopus Albanensis creatur, *ibid.*; concilio Lugdunensi praest et praefulget, 286 *a*; usque ad obitum virtutibus emicat, *ibid.*; post obitum miraculis clarus, *ibid.* Imperator et alii

- supplicant pro Bonaventurae canonizatione, *ibid.* et *seq.* Canonizatio, 287 *b.* Eius festum, 288 *a.* Officium duplex Ordini S. Francisci conceditur, *ibid.* Indulgentiae eius sepulcrum vel ecclesiam visitantibus, *ibid.*
- Bononiae privilegia confirmantur circa eiusdem regimen, 531 *a.* et 405 *a.* Civitatis et districtus causae terminantur iuxta illius statuta, 494 *a.* Forma indiciorum Rotae Bononiensis, 495 *a.*
- Britannia novem ecclesiis cathedralibus clara, 135 *b.*
- Bulla in Coena Domini cur singulis annis publicetur, 491 *a.* Excommunicantur in ea omnes haeretici ipsorumque fautores, *ibid.* et *seq.*

C

- Calatrava (de) militia. V. Leges pro indemnitate.
- Callistus III PP. ccxi eligitur, 116 *a.*
- Camaldulenses, Ordinis S. Benedicti, maius obtinent indultum recipiendi monachos aliorum Ordinum, 17 *b.*
- Camaldulensis Eremiti et S. Michaelis de Murano, Ordinis S. Benedicti, congregationes uniantur, illarumque statuta confirmantur, 545 *b.* Dubia exorta in privilegiis, solvenda in monachorum favorem, 544 *b.* Unius monasterii privilegia communia sunt aliis eiusdem congregationis, etiam monialium, *ibid.* Unita congregatio nuncupatur *Eremiti et Sancti Michaelis*, *ibid.* Generale capitulum condere et corrigere potest statuta pro regimine Ordinis, *ibid.* Praelati obediunt generali, monachi vero praelatis, 543 *a.* Appellatio ab eis, etiam ad Sedem Apostolicam, absque Papae licentia, monachis prohibetur, *ibid.* Processus tam civiles quam criminales, secundum usus et statuta formentur, *ibid.* Transitus de loco ad locum quando, de licentia Sedis Apostolicae, est permittendus, *ibid.* *b.* Fugitivi non recipiuntur, praelatis invitatis, *ibid.* Translati, iuxta ordinationem capituli, ad alia loca Ordinis, eorum locorum professi censentur, *ibid.* Loca et personae omnibus Ordinis privilegiis gaudent, dummodo dietae congregationis instituta non obstant, *ibid.* Loca non invicem subiecta sunt, sed invicem suffragantur, 546 *a.* Monasteria conferuntur praelatis Ordinis a capitulo generali vel ab ipso generali et maiori parte visitorum, *ibid.* Praelati sic electi, absque alia Sedis Apostolicae dispensatione, monasteriis praesunt, et tam in spiritualibus quam in temporalibus ea gubernant, *ibid.* Loco absentium praelatorum alii substituuntur a capitulo vel a generali cum deputatis, iuxta eorum consuetudines et statuta, *ibid.* *b.* Loca et monasteria congregationis in commendam, titulum aut pensionem dari non possunt, *ibid.* Beneficiorum omnium collatio libere ad praelatos Ordinis pertinet, 547 *a.* Excommunicantur qui obstacula obiciunt volentibus Ordinem ingredi, *ibid.* *b.* Monachi a congregatione nullo praetextu divertunt, *ibid.* Vagantes extra claustra a generali et praelatis Ordinis, coercentur, 548 *a.* Exemptio congregationis ab ordinariorum et aliorum superioritate, *ibid.* *b.* Praelati et monachi cogi nequeunt interesse conciliis, funeralibus *etc.*, 549 *a.* Testimonia patrum in eorum causis legitima sunt, *ibid.* *b.* Exemptio monachorum ab impositionibus saecularium, *ibid.* *b.* a decimis et quacumque praestatione, 550 *a.* et *b.* Monachi succedunt in haereditatibus pro eorum monasteriis, *ibid.* Praescriptio LX annorum tantum datur contra Ordinem, *ibid.* Interdicti tempore celebrare possunt, ianuis clausis, *ibid.* Sacros ordines recipiunt a quocumque antistite, ad solam eorum praesentationem per praelatos Ordinis, 551 *a.* Generalis et praelato-

rum auctoritas dispensandi cum monachis, *ibid.* Eorundem facultas admittendi ad Ordinem omnes religiosos, *ibid.* Monachi confessiones omnium audire et confitentes absolvere et vota commutare possunt, *ibid. b*; non sunt excommunicati nisi communicent cum excommunicatis specialiter denunciatis, 552 *a.* Praelati cum monachis, ex legitima causa, possunt dispensare a recitatione officii divini, *ibid.* Sepultura in monasteriis datur omnibus non excommunicatis nec publicis usurariis, *ibid.* Facultas praelatorum contractum ineundi super monasteriis congregationi addendis, *ibid.* Congregationis privilegia a nullo contrario actu, qui ex negligentia aut ignorantia processerit, destruantur: nec a generali Sedis Apostolicae dispositione, *ibid. b.* Indulgentia plenaria, in mortis articulo, fratribus danda est a confessoribus, 555 *b.* Aliae indulgentiae pro personis Ordinis, 554 *a.* Sacerdotes, in itinere, ante diem celebrare possunt, *ibid.* Eremitarum peregrinatio quando sit permissa, *ibid.* Familiares, etiam laici, tempore interdicti, divinis interesse, et sacramenta sumere queunt, *ibid.* In eius conservatores quinam ab Ordine eligi possint, et quae sit conservatorum iurisdictio, *ibid. b.* Recensio monasteriorum unitorum, 556 *a et seq.* Subventiones ab Eremita praestandae monialibus pauperibus, 558 *a.* Beneficia nemini ad vitam conferuntur, *ibid.* Praelati congregationis rationem reddere debent de fructibus annexorum locorum, *ibid. b.* Praelati perpetui congregationi cedere possunt loca, quae tenent, *ibid.* Huiusmodi praelati monasteria cedentes, in eorum abbates et priores ad vitam praefici possunt, ceteri vero nequaquam, 559 *a.* Loca extra congregationem, cum primum vacant, congregationi uniuntur, *ibid.* Generalis abbas totius Ordinis est caput congregationis, *ibid.* Prior Eremita primum, post generalem, locum tenet, *ibid.* Abbatis et prioris electio eorumque officia, *ibid. b.* Prior Eremita ibi semper morari debet, *ibid.* Generalis abbas Ordinis eligit vicarios, 560 *a.* Modus et tempus celebrandi capitula, *ibid.* Monachi Observantes et Eremitae ad Conventuales transire prohibentur, *ibid. b.* Conventuales ad Observantes transire possunt et recipi debent, *ibid.* Venientes ad Ordinem recipiuntur tantum ab Observantibus, 561 *a.* Licentiae standi extra Ordinem revocantur, *ibid.* Familiaritas praelati vel cardinalis quomodo impetranda, *ibid. b.* Beneficia obtinentes et in eis non residentes privantur beneficiis, eaque Ordini aggregantur, *ibid.* Curata beneficia habentes lampadem accensam ante Corpus Christi tenere obligantur, et a cura animarum desistere infra annos quinque, *ibid.* Pro Ordinis auxilio, quinque prudentes viri in locis Observantiae tenentur, quibus indulgentiae duplicantur, 562 *a.* Loca Ordinis, quorum redditus transcendunt summam 600 florenorum, debent praeceptores conducere et tenere, *ibid.* Loca Ordinis ingredi prohibetur mulieribus expressam generalis licentiam non habentibus, *ibid. b.* Monialium monasteria visitentur a visitoribus Observantium, et moniales nihil proprii habeant, *ibid.* Eremiticae vitae rigor a toto capitulo tantum immutari potest, *ibid.* Capitulum Eremita quibus personis conflatur, *ibid.* Officiales omnes in Eremita, singulis annis, pro die S. Romualdi, eliguntur a priore et capitulo, 565 *a.* Qui non sunt bonae conversationis ex locis Eremita removeantur, *ibid.* Capitulum Eremita quid possit, *ibid.* Barbari Eremitae deferre possunt, *ibid. b.* Pecuniam habere prohibentur dum sunt in Eremita, *ibid.* Administratores bonorum temporalium Eremita qui sint, *ibid.*; rationem reddere tenentur, 564 *a.* Eremita undique clausa, uno aut duobus ad summum aditibus relictis ad pauperibus et peregrinis subveniendum, *ibid.* Mansio pro hospitibus seorsum a cellulis Eremitarum constructa, *ibid.* Nemo,

- sine licentia prioris, in claustra admittitur, nisi in loco hospitibus deputato, *ibid.* Eremitae, etiam extra Eremum, abstinentias servare debent, *ibid.*; diebus et horis silentii, clausura exire prohibentur, sine prioris licentia; et quibus conditionibus haec detur, *ibid. b.* Nemo in Eremitam acceptatur, absque capituli licentia, *ibid.* Nullus Eremita de Eremo ad aliud monasterium invitatus trahitur, absque dicti capituli permissione, *ibid.* Mendicantes ad eremiticam vitam accedentes in Eremo tantum officia et praelaturas habent, 565 a. Eremitae cogi nequeunt sacros ordines, praelaturae aut visitationis munus suscipere; qui et quando possunt se recludere, *ibid.* Reclusorum immunitates, *ibid.* Missa celebranda et audienda a reclusis, *ibid.* Quibus dispensationibus ipsi gaudeant; asperiores vitam eligere possunt; idipsum et alii Eremitae qui, post professionem, per quatuor annos in Eremo vixerint, *ibid. b.* Peculium fratrum huius Ordinis, morientium extra claustra et Ordinem, applicatur Eremo, *ibid.* Antiquiores ordinationes reformantur, *ibid.* Statuta Eremi, quoad eius peculiare regimen, immutari nequeunt, 566 a. Orandum pro Papa et Ordinis protectore, *ibid. b.*
- Camerae Apostolicae clerici ad septem reducuntur, 52 b. Aggregandus supra dictum numerum emolumenta non recipit, 55 a. Statuta a clericis edita confirmantur, 77 a. Tenor statutorum, *ibid.* Numerus clericorum, officium ac potestas decani, *ibid. b.* Ordo sedendi, loquendi rerumque agendarum in Camera, *ibid.* Clerici mensarii munus, 78 a. Quinque minorum servitiorum divisio, *ibid. b.* Supranumerarii quo modo admittendi, 79 a. Promovendi ad dignitatem maiorem, *ibid.* Cura infirmorum, decedentium exequiae, altaris ornamenta, officiorumque celebratio, *ibid. b.* Supranumerarii abstinent a consultationibus, et a Camera clausa exeunt, 116 b. Numerarii absentes nihil de proventibus percipiunt, sine voto duarum ex tribus clericorum partibus, 117 a. Intrusi in horum absentium locum amovendi, *ibid. b.* Thesaurarius et septem numerarii sunt familiares et cappellani Sedis Apost., 118 a. Eorum privilegia, 204 b. Abbreviatorum Camerae Apostolicae numerus varie a variis Pontificibus constitutus, 252 b et seq. Eorum officia compatible sunt cum aliis Curiae officiis, 254 a. Habitus, admissio et emolumenta, *ibid.* Cappellam habent ubi missam audiunt diebus cancellariae, 256 a. Localia debent in admissione ad officia, *ibid.* Haec resignabilia sunt, *ibid.* Indultis perfruuntur scriptorum apostolicorum, *ibid. b.* Ipsorum collegium propria statuta condit, *ibid.* Abbreviatores laici matrimonium rite contrahunt, 257 a. Vice-cancellarii locumtenens eiusque emolumenta, *ibid. b.* Vigintiduo officia abbreviatorum conferuntur a vice-cancellario, 258 a; reliqua a Sum. Pontifice, *ibid. b.* Generalis auditoris Camerae facultas, 521 b. V. etiam Romanae Curiae officia.
- Camerae Apostolicae clerici et ministri participantes contractibus rerum cameralium excommunicantur et officio privantur, 421 a. Item, scientes et non revelantes, *ibid.*
- Camerae Apostolicae praesidentes mittunt singulis annis aliquot clericos ad visitandas provincias, 419 a. Visitantium facultates ad reos detegendos et puniendos, *ibid. b.* Legati, gubernatores etc. deputatis obediunt, 420 a.
- Camerarii S. R. E. et magistrorum viarum facultates circa aedificia construenda in urbe Roma, 274 b et seq. Eorum iurisdictio in Urbe confirmatur et ampliat, 655 b et seq.; datur etiam praedictis iurisdictio supra vineas et viridaria urbana et suburbana, 658 b.
- Camerarius et clerici Camerae Apostolicae omnimodam habent superioritatem et

- iurisdictionem in quascumque personas Status Ecclesiastici, 699 *a*. Quarumdam terrarum gubernium eisdem iterato committitur, *ibid.* *b*. Emolumenta dicti gubernii, *ibid.* Terras, arces et officia Sedis Apostolicae, singulis annis, illi visitare possunt, 700 *a*. Confirmatio praecedentium et aliorum privilegiorum et facultatum, nec non statutorum ab ipsis clericis editorum, *ibid.* *b* et *seq.*
- Canonici regulares. *V.* Lateranensium canonicorum *etc.* et Salvatoris (S.) canonici.
- Canonici saeculares. *V.* Georgii (S.) *etc.*
- Canonizatio B. Osmundi episcopi. *V.* Osmundi (B.) *etc.*
- Canonizatio S. Bernardini Senensis. *V.* Bernardinus de Senis.
- Canonizatio S. Bonaventurae. *V.* Bonaventura (S.).
- Canonizatio S. Francisci de Paula. *V.* Franciscus (S.) de Paula.
- Canonizatio S. Leopoldi, Austriae principis. *V.* Leopoldus (S.).
- Cantores. *V.* Romanae Curiae officia.
- Cardinales in consistorio secreto pronunciati non habentur tales usquedum insignia non susceperint, 2 *b*, nec votum habent in eligendo Summo Pontifice aut aliis actibus, absque eius licentia, 5 *a*. Aliter praesumentes puniuntur, *ibid.* Cardinales dignitate ceteris antecellunt, 55 *b*. Eorum officium a B. Petro institutum, vel iussu Dei ex veteri Testamento originem traxit, *ibid.* Papae coadiutores in concilio Nicaeno appellantur cardinales, et absque testium multitudine condemnari nequeunt, 56 *a*. Membra Pontificis nuncupantur, eosque offendentes laesae maiestatis rei iudicantur, *ibid.* Praeeminentiis decorati, *ibid.* *b*. Constantinus imperator eos patres appellavit, *ibid.* Romana Ecclesia eorum coetum ceteris illustriorem habet, *ibid.* Quibus praeeminent ab immemorabili, 57 *a*. Hoc idem obtinuerunt in conciliis generalibus, *ibid.* In omnibus sententiis ante omnes nominantur, *ibid.* *b*. In praelationibus eorum dignitas praecellit, etiam ubi non tamquam cardinales, sed tantum uti ecclesiarum praelati intersunt, *ibid.* Ipsi a solo Papa, alii vero praelati ab ipsis iudicantur, 58 *a*. In electione Pontificis, servent praescripta in conciliis Lugdunensi et Viennesi, 87 *b*. Cardinales Curiam Romanam sequentes ab ea absentari nequeunt 266 *b*; circa vitam et mores reformantur, 607 *a*. Visitare tenentur saltem semel in anno titulorum loca, 608 *a*; nimii non sint in subveniendo consanguineis, *ibid.*; in commendis vicarios teneant, *ibid.*; earumque ecclesias instaurent et bona conservent, *ibid.* *b*; quid servare debeant circa familiarium numerum et qualitates, et circa impensas, *ibid.*; fidei conservationem et propagationem praecipue curent, 609 *b*; si legati et gubernatores sint provinciarum, ibi resideant, ac personaliter gubernent, *ibid.*; si secus, Curiae Romanae intersint ac Sedi Apostolicae assistant, 610 *a*. Quae impensae pro cardinalium funeribus faciendae, *ibid.* Cardinales non revelent ea super quae silentium indictum fuit a Pontifice in consistorio, *ibid.* Poenae offendentium cardinalem aliquem aut eius domum invadentium, 649 *a* et *seq.*
- Caritatis confraternitas pro pauperibus mendicare erubescitibus et incarceratis Romae instituta, 759 *b*; confirmatur ac in archiconfraternitatem erigitur, 740 *a*. Propria statuta fratres condere possunt, *ibid.* *b*. Indulgentiae, *ibid.* Bona quaecumque confraternitati relinqui possunt, 741 *b*.
- Carmelitae. *V.* Albertus, patriarcha.
- Carolus, Hispaniarum rex, eiusque coniux Catholicorum titulo insigniuntur, 692 *a*.
- Cartusiensis Ordo obedit priori maioris domus Cartusiae et definitoribus capituli

- generalis, 469 *b*. Prior et capitulum dispensant cum fratribus, etiam ex aliis Ordinibus ad eum translatis, super variis irregularitatibus, 470 *b*.
- Catharina (B.) virgo Senensis angelicam in terris vitam ducit, 161 *b*; nonnulla eius miracula, 165 *a* et *seq.*; Romae obit, 164 *b*; in ecclesia S. Mariae supra Minervam sepelitur, et miraculis emicat, *ibid*; coelitibus adnumeratur, 165 *a*. Eius festum, *ibid*. Indulgentiae sepulcrum visitantibus, *ibid*.
- Causae forum ecclesiasticum concernentes, non autem beneficia generaliter reservata, in prima instantia coram ordinariis cognoscendae veniunt, 619 *b*.
- Cavalcatae, gentium coadunationes hostiles et similia vetuntur in Statu Ecclesiastico, 560 *b*. Contravenientium poenae, 561 *a*.
- Census vel alia iura non solventes Camerae Apostolicae, excommunicatione et officiorum privatione plectuntur, 549 *b*, 569 *b* et *seq.*
- Caepa vel Septa provincia, in Africa, Lusitanae coronae addicta, 111 *b*.
- Cereae figurae *Agnus Dei* nuncupatae a nemine consecrari possunt nisi a Summo Pontifice, 199 *b*. Harum virtutes, *ibid*. Poenae contravenientium dictae prohibitioni, 200 *a*. Cui resignandae contrafactae huiusmodi figurae, *ibid*.
- Christifidelem in servitum redigentes, aliisque vendentes, excommunicantur, 150 *b*. Captivum liberantibus remittitur tertia pars peccatorum, 151 *b*.
- Christo Iesu (in) duae sunt naturae, 46 *a*. Duae item voluntates et operationes, 47 *a*.
- Christophorus Columbus. *V. Ferdinandus*.
- Circumcisionis usus a fide christiana alienus, 62 *a*.
- Cisterciensis Ordinis abbates nulla ratione subtrahuntur auctoritati abbatis generalis, visitorum et reformatorum, 55 *b*. Eius monachi professi ad alium Ordinem transire nequeunt, uno Cartusiano excepto, 59 *a*. Omnes eximuntur a solutione impositionum, 524 *b* et *seq.* Locorum ordinarii eos non iudicant, absque speciali mandato, 525 *b*. Cistercienses in provinciis Thusciae et Lombardiae in unam congregationem, *S. Bernardi in Italia* nuncupandam, ununtur, 572 *b*. Eorum statuta, 575 *a* et *seq.* Ordinem in electionibus perturbantes excommunicantur, 755 *b*. Electiones ad alterius procreationem factae nullae sunt, 756 *a*.
- Clarae (S.) Ordinis moniales eximuntur ab omni iurisdictione ordinariorum iudicum et ab omnibus impositionibus, 42 *b*; a fratribus de Observantia regi cupiunt, 90 *b*. Hoc illis conceditur, 91 *a*. Vocales et votorum numerus, in electione abbatissae, determinantur, *ibid. b*. Regulae modificatio circa ieiunium, calecamenta, silentium, praecepta et fereculum, *ibid. et seq.* Ordinis prima et secunda Regula explicatur, 650 *a*. Licentia monialibus datur celebrandi sub duplici ritu festum B. Agnetis et Undecim millium virginum, 651 *a*.
- Clerici ad sacros ordines promoti extra tempora aut legitimam aetatem, aut sine debita dispensatione, ab ordinibus suspensi declarantur, 165 *b*.
- Clerici Camerae Apostolicae. *V. Camerae Apost. etc. et Romanae Curiae officia*.
- Clericorum incontinentium poenae, 611 *b*.
- Clerus Galliae. *V. Galliae clerus*.
- Clerus urbis Romae. *V. Constitutiones*.
- Colleo Bartholomaeus italicus in Tureas exercitus dux, 192 *b*.
- Commeudae cardinalium. *V. Cardinales*.
- Commendatarii. *V. Eleemosynae*.
- Commissarii destinantur ad inquirendum de vita et moribus officialium Status Ecclesiastici, in provinciis officia exercentium, 260 *a*.

- Commissarii fabricae S. Petri. *V.* Petri (S.) de Urbe basilica.
- Communicantes in Hebdomada Sancta vel infra octavam Paschae satisfaciunt Ecclesiae praecepto, 52 *a.*
- Communitates non custodientes propria territoria. *V.* Barones.
- Concilium Basileense. *V.* Basileense concilium.
- Concilium oecumenicum Lateranense quintum. *V.* Lateranense concilium.
- Concilium provinciale. *V.* Episcopi.
- Concubinariorum poenae, 611 *b.*
- Constitutiones editae pro bono regimine cleri Urbis confirmantur, 7 *a.* Tenor constitutionum, *ibid.* et *seq.*
- Corae terra. *V.* Populus Romanus.
- Cornetana ecclesia, in prov. Etruriae, in cathedralem erigitur, cum privilegiis, gratiis et indultis, 18 *b.*; ab iurisdictione episcopi Tuscanensis eximitur et Viterbiensis, *ibid.*, reservatis nihilominus huic episcopo antiquis iuribus in dicta terra et redditibus, 19 *b.*
- Corporis Christi (SS.) festivitas ad octavam extenditur, 14 *b.* Duplicantur indulgentiae festivitatem celebrantibus iam concessae, *ibid.*
- Corpus et Sanguinem D. N. I. C. consecrandi forma, 64 *a.* Nil refert an panis triticeus consecrandus eodem vel hesterno die confectus sit, *ibid.*
- Corsignani oppidum, Pii II patria, ab ipso sumptuosis aedificiis ornatur, 166 *b.* Cuius ecclesia et ei propinqua de Monte Ilcino in cathedrales eriguntur, *ibid.*: oppida vero in civitates, quarum prior *Pientina*, posterior *Ilcinensis* vocatur, 167 *a.* Dispositiones pro ipsarum bono regimine, *ibid.* et *seq.*
- Crucis D. N. I. C. titulus invenitur in ecclesia S. Crucis in Hierusalem de Urbe 567 *b.* Indulgentia plenaria conceditur ecclesiam visitantibus in inventionis anniversario, *ibid.*
- Curiae Capitolinae iudices cognoscunt de omnibus causis, exceptis in Rota Romana pendentibus, 554 *a.*
- Curiales aliique ad Sedem Apostolicam venientes, apud eam commorantes aut inde recedentes non conveniantur extra Romanam Curiam, 10 *b.* Secus acta irritantur, *ibid.* Secus attentantes excommunicantur, *ibid.* Curiales libere disponere possunt, etiam favore incapacium, de bonis in alma Urbe et infra decem milliaria acquisitis, 211 *b.* et *seq.* Curiales Romanam Curiam sequentes nequeunt, sub anathematis et privationis officii poena, se ab Urbe absentare, sine licentia Pontificis, 267 *a.* et *seq.*
- Curia Romana. *V.* Romanae Curiae officia.
- Cursores. *V.* Romanae Curiae officia.

D

- Damnatio conciliabuli Pisani a quinto Lateranensi oecumenico concilio peracta, 555 *b.*
- Debitores. *V.* Ripae debitores.
- Delinquentes e templis extrahi licet in regno Angliae, 404 *b.*
- Detinentes libros et scripturas Camerae Apostolicae excommunicantur, 458 *a.*; pariterque amoventes et non reportantes, *ibid.*
- Diocesani facultatem habent visitandi semel in anno monasteria monialium, 619 *b.*
- Dispensationum taxae, 577 *b.* et *seq.*
- Divinae Misericordiae confraternitas. *V.* Ioannis Baptistae etc.

- Dominici (S.) Ordo amplissimis gratiis et privilegiis donatur, quae *Mare Magnum* constituunt, 224 *a* et *seq.*
 Duello (in) pugnantium aut illud permittentium poenae, 473 *a*, et quoquomodo participantium confirmantur et augentur, 728 *a*.

E

- Ecclesiastica bona alienare, exceptis certis casibus, prohibetur, 194 *b*.
 Electio Romani Pontificis. V. Cardinales.
 Eleemosynae a monasteriorum commendatariis largiendae, 606 *a*.
 Episcopalis dignitas a Sabinensi ad S. Liberati ecclesiam in terra Malliani transfertur, 561 *b* et *seq.* Numerus canonicorum huius cathedralis, 563 *a*. Eorum reditus, *ibid.* *b*. Episcopalis dignitas quam eminens sit, 683 *b*.
 Episcoporum praecedentia, 132 *b*. Episcopi et eorum superiores concilium provinciale quolibet triennio celebrare tenentur, 621 *a*.
 Eremitae. V. Francisco (S.) de Paula *etc.*, et Petri (B.) de Pisis *etc.*
 Eugenius IV PP. ccix eligitur, 4 *a*.
 Exemptiones irrationabiles damnantur, 619 *b*.
 Extra tempora. V. Clerici ad sacros ordines *etc.*

F

- Familiares cardinalium. V. Cardinales.
 Familiares Papae et vice-cancellarii eximuntur a solutione pro litteris apostolicis, 253 *a*.
 Ferdinandus et Elisabeth, Hispaniarum rex et regina, fidei propagationem fovent, 561 *b*. Regnum Granatae e Saracenorum manibus vindicant, 562 *a*. Christophorum Columbum ad incognitas regiones mittunt, *ibid.* Qui novas insulas detegit, quarum incolae ad fidem christianam sunt proni, *ibid.* *b*. Terrae firmae et insulae huiusmodi, inventae et inveniendae, Hispaniarum regi et reginae conceduntur, 565 *a*.
 Ferraria. V. Basileense concilium.
 Florentinae nationis in Urbe statuta confirmantur, 750 *a*. Varia privilegia pro eius notariis, pro carceri mancipandis et similia decernuntur, 750 *a* et *seq.*
 Forus Romanorum. V. Romanorum civium *etc.*
 Francisci (S.) Assisiensis, Ordinis fratrum Minorum institutoris, festum ritu duplici celebrandum esse decernitur, indulgentiaeque servantibus conceduntur, 210 *b*. Fratres eius Minores Conventuales amplissimis gratiis et privilegiis donantur, quae *Mare Magnum* nancupantur, 218 *a* et *seq.* Minoribus omnibus renovatur privilegium quo ceteris Ordinibus interdicuntur domos aedificare infra trecentarum annarum spatium ab illorum domibus, 478 *b*. Minores de Observantia uti possunt amplis domibus magnificisque ornamentis ecclesiasticis, 605 *b*. Ordinis commendatio, 692 *b*. Discordia inter Observantes et Conventuales, 695 *b*. Principes complures iurant apud Pontificem pro illorum concordia, *ibid.* Varias dispositiones ad eam restituendam, 694 *a* et *seq.* Fratres de Observantia digniorem locum habent Conventualibus in processionibus et aliis actibus publicis, 711 *a*. Duo generales, unus per Observantes, alter per Conventuales eligendi, *ibid.* Qui possunt solitam crucem prae se ferre, non autem in loco digniori, *ibid.* *b*. Fratres de Obser-

vantia declarantur veri fratres S. Francisci, *ibid.* Eorum perturbatores variis afficiuntur poenis, *ibid.* Tertia Regula, pro saecularibus edita a beato Assisiensi, regularibus de Poenitentia nuncupatis accommodatur, 764 *b.* Tenor statutorum, *ibid.* et *seq.*

Francisco (S.) de Paula ibi oratorium construendi licentia datur, 215 *a.* Ordo Eremitarum ab eodem fundatur sub invocatione S. Francisci Assisiensis, quibus omnia privilegia ceterorum Eremitarum conceduntur, *ibid.* *b.*; quique eximuntur a iurisdictione ordinarii, 214 *a.* Ordinis superior cum omnimoda facultate Franciscus eligitur, *ibid.* Fratres sacerdotes missam ante diem celebrare et confessiones audire possunt, *ibid.* *b.* Ordo loca alia recipere potest; privilegiis Mendicantium donatur; eximitur a iurisdictione ordinariorum; sub immediata Sedis Apostolicae protectione recipitur, 213 *a.* et *seq.* Ordinem suum *Minimorum* vocat, eique Regulam tradit, quae approbatur ad preces Caroli VIII, Francorum regis, 535 *a.* Tenor Regulae, *ibid.* *b.* et *seq.* Alia statuta conficit pro suis Eremitis, 585 *a.*; approbantur, Ordinique huiusmodi omnia privilegia Ordinum Mendicantium confirmantur, *ibid.* *b.* Statuta reformat pro Minimis et Tertiariis, 583 *a.* et *seq.* Franciscus de Paula Ordinem Minimorum seu Eremitarum extendit, 422 *a.* Rursus Ordo approbatur et gratiis donatur, *ibid.* *b.* Eius Regula in tredecim capitulis sancitur, et gratiae confirmantur, 425 *a.*; necnon privilegia Mendicantium ad hunc Ordinem extensa *ibid.* *b.*; item, Regula reformata et alia pro Tertiariis, *ibid.* Beatus Franciscus Ordinis corrector generalis declaratur, 424 *b.* Bona Ordini donata fratres retinere possunt, *ibid.* et *seq.* B. Franciscus nova statuta condere valet, 426 *a.* Mendicantium privilegia extenduntur ad portantes habitum huius Ordinis, eius famulos atque eligentes sepulturam in eius domibus, 427 *a.* Clerici ad ordines admittuntur, *ibid.* Fratres infensi excommunicantur, *ibid.* Privilegia Ordinis sunt communia inter varia eiusdem loca, *ibid.* Praelati ornamenta ecclesiastica benedicere queunt, *ibid.* *b.* Nova loca construendi facultas, *ibid.* Ecclesias Ordinis quisque episcopus consecrare potest, recusante ordinario, 428 *a.* Eas praelati benedicunt, et pollutas reconciliant, *ibid.* *b.* Fratres, etiam alterius Ordinis, in hoc recepti, permaneant, *ibid.*; confessorumque eligere possint, *ibid.* Ordinis privilegia tutricibus et fundatricibus communicantur, *ibid.* Tres Regulae a B. Francisco editae pro fratribus, sororibus et tertiariis confirmantur, 429 *a.* Fratres molestati circa possessionem cuiusdam domus prope Abbatisvillam, ius suum obtinent, 450 *a.*; eximuntur a solutione quartae funeralis et decimarum, 451 *a.* et *seq.* Facultas recipiendi quoscumque alios religiosos, 452 *a.*; confessiones audiendi, *ibid.* *b.* Privilegia data Ordini sub nomine Eremitarum Minimis concessa esse declaratur, *ibid.* Fidelibus omnibus ad eorum ecclesias confluentibus sacramenta ministrandi facultas, 453 *b.*; apostatasque puniendi, *ibid.* Indulgentiae fratribus et benefactoribus conceduntur *ibid.* Correctoris generalis auctoritas; a quibus amoveri possit, 453 *a.* Electoribus longe degentibus specialis mora conceditur, ut concurrant ad electionem correctorum, *ibid.* *b.* Praelati statim post electionem administrationem habent, *ibid.* Ubi fratres lectores in theologia docere valeant, *ibid.* Fratres ordines a quocumque antistite recipiunt, 456 *a.*; ubicumque oratoria habent et sacramenta accipiunt, *ibid.*; in terris interdictis morantur, *ibid.* Praelati fratres absolvunt, *ibid.* Exemptio a cura monialium, inquisitionis officio et aliis, 457 *a.* Cuiquam extra Ordinem deservire nefas; deservientes ad Ordinem revocandi, *ibid.* *b.* Generalis correctoris auctoritas in fratres inquisitioni aut crucis praedicationi deputatos, *ibid.*; in discedentes ab

Ordine post professionem, 458 *a*; in apostatas, *ibid. b*. Expulsi ab Ordine nequeunt confessiones audire, praedicare aut docere, *ibid.*; sed ad alios Ordines transire possunt, *ibid.* Minorum habitus ceteris prohibetur, 459 *a*. Ingressus Ordinem bona incertorum dominorum possunt afferre, *ibid.* Sepultura, in locis Ordinis, cuiusque a fratribus concedi potest, *ibid.* Exequiae celebrari et mortui sepeliri nequeunt, invitis fratribus, in eorum locis, *ibid. b*. Tempore interdicti norma celebrandi, *ibid.* Fratres confitentur praelatis Ordinis, *ibid.* Exemptiones, a synodis, processibus et aliis, 440 *a*; a solutione canonicae portio de rebus Ordini relicta, *ibid.* Fratres possunt loca Ordinis dimittere, *ibid. b*. Exemptio ab omni praestatione et onere non expresse a S. Sede praescriptis, *ibid. b*. Fratres, pro absolutione, Sedi Apostolicae remittendi, 441 *a*. Speciales exemptiones a iurisdictione praelatorum, *ibid. b*.

Franciscus (S.) de Paula piis parentibus ortus, 718 *b*; a puero religionem diligit, 719 *a*; in oratione et labore assiduus, *ibid. b*; affabilis, *ibid.*; nudis pedibus super ignem incolumis ambulat, 720 *a*; ob miraculorum famam, a cubiculario Papae visitatur, *ibid.*; illo praesente, ignem manibus accipit, *ibid.*; apostema incurabile Iacobi de Tarsia sanat, *ibid. b*; item, paralyticum et leprosum, 721 *a*; muto a nativitate loquelam dat, *ibid.*; puellae caecae visum, *ibid. b*; obrutos illaesos reperit, *ibid.*; fabas sine igne coquit, *ibid.*; lampadem absque igne accendit, 722 *a*; filium viduae, mortuum fere, sanat, *ibid.*; euidam oculi albuginem aufert, *ibid.*; mortuum, in sepulcrum mittendum, vitae restituit, *ibid. b*; alium ab evidenti mortis periculo liberat, *ibid.*; arduas titiones manibus accipit, 723 *a*; iussu Sixti IV, ad regem Franciae Ludovicum XI accedit, qui benigne eum recipit, ecclesiamque, pro eo et suis Eremitis, aedificat, *ibid. b*. Romani Pontifices plurima privilegia ei et Ordini suo concedunt, 724 *a*. Franciscus, praevio mortis suae die, sacris susceptis, obdormit in Domino die Veneris Sancti, *ibid.*; etiam post mortem multis miraculis claret, *ibid. b*. Rex Franciae et alii insistunt pro eius canonizatione, *ibid.* Sanctorum catalogo adscribitur, 726 *a*. Orationes propriae decernuntur, *ibid. b*. Eius festivitas cum octava instituitur, *ibid.* et 769 *a*.

Franciscus, Britanniae dux, et eius uxor Margarita petunt a Summo Pontifice approbationem ritus orandi qui *Psalterium B. M. V.* dicitur, 268 *a*.

Franciscus I, Francorum rex, personaliter tractat et concordat cum Sum. Pont. Leone X de abolitione Pragmaticae Sanctionis 665, *b*. Conventiones inter eos fiunt circa electiones ad cathedrales et metropolitanas ecclesias, 666 *a*; ad ecclesias vacantes per obitum apud Sedem Apostolicam, *ibid. b*; circa nominationem consanguineorum regis, sublimium personarum aut fratrum Mendicantium ad dictas ecclesias, *ibid.*; circa monasteria et beneficia electiva, 667 *a*; gratias, expectativas et reservationes, *ibid. b*; collationes fiendas per ordinarios, *ibid.* et *seq.*; litteras Papae in forma mandati, 671 *a*; verum beneficiorum valorem exprimendum, *ibid.*; causas in Francia cognoscendas, *ibid. b* et *seq.*; possidentes beneficia quin titulum idoneum habeant, 672 *b*; modum puniendi clericos concubinariorum, *ibid.* Concubinarij publici qui sint, 673 *a*. Cum quibus excommunicatis conversari liceat, *ibid. b*. Quibus casibus interdicta promulganda, 674 *a*. Stabilimentum concordiae cum dicto rege, *ibid. b*. Acceptatio concordiae in regno Franciae paciscitur, 675 *a*. Forma mandati apostolici, *ibid. b*. Forma alterius mandati apostolici, 677 *a*. Confirmatio dictae concordiae, sacro Lateranensi approbante concilio, 678 *a* et *seq.* Declaratio expositorum, 679 *b* et *seq.*

Fratres barbati. *V.* Romanae Curiae officia.

Fratres de Monte Carmelo. *V.* Mariae (B.) *etc.*

Fridericus, rex Romanorum, et nonnulli Germaniae principes iuspatronatum obtinent super ecclesia Viennensi, 97 *a* et *seq.* Romanorum imperator ille coronatur, 110 *a.*

Funera cardinalium. *V.* Cardinales.

G

Gabellae. *V.* Populus Romanus et Vectigalia.

Galliae clerus iterato citatur ad causas dicendas, coram Sum. Pont. et concilio Lateranensi, cur Pragmatica Sanctio non sit invalidanda, 660 *a.* Post elapsos comparitionis terminos, citatis non comparentibus, Pragmatica aboletur, *ibid.* *b* et *seq.*

Georgii (S.) in Alga Venetiarum canonici saeculares eximuntur a decimis et oneribus quibuscumque, 66 *a.*

Gradensis patriarchatus Venetias transfertur, 108 *a.* Cui applicatur dos Gradensis et Castellanensis ecclesiae, *ibid.* *b.*

Graecae et Latinae Ecclesiae concordia, 40 *a.* Articuli de quibus in concilio Florentino actum, *ibid.* *b.* Omnes christifideles profiteri debent processionem Spiritus Sancti, 41 *a.*; consecrationem in azymo vel fermentato, *ibid.*; purgatorium et suffragia, *ibid.*; infernum, *ibid.* *b.*; primatum Romani Pontificis, *ibid.* Ordo patriarcharum, *ibid.*

Graeci presbyteri, inter missarum solemnia, Romani Pontificis nomen elata voce canere, integrumque *Credo* dicere tenentur, 159 *b.*

Gubernatores, in Statu Ecclesiastico, munera non recipiant, 185 *a.* Officiorum collatio a Papa conferri solitorum illis interdicitur, *ibid.* *b.*; nec non remissio bannitorum et poenarum condonatio, 186 *a.*

Gubernatoris urbis Romae facultates, 614 *b* et *seq.* *V.* Romanae Curiae officia.

H

Haereditates condemnatorum. *V.* Joannis Baptistae (S.) *etc.*

Haeretici perquirendi et puniendi, 615 *b.* *V.* *insuper* Bulla in Coena Domini.

Henrici, Infantis Portugalliae, gesta insignia, 111 *a.* Subigit ipse Aethyopes occiduos, 112 *a.*; pluresque eorum religione Christi informat, *ibid.* Tam Alfonso regi, quam Henrico, eius filio, et eorum descenditibus ius in regna barbarica confirmatur, 115 *a.*

Henricus, archiepiscopus Cantuariensis, quaestionem movit de praecedentia cum cardinali S. Balbinae, 54 *b.*

Hieronymi (S.) de Fesulis congregatio, sub Regula S. Augustini, confirmatur, 55 *a.* *S. Hieronymi Fesulani* vocari praecipitur, *ibid.* *b.* Conventus Fesulanus caput congregationis, in coque capitula generalia celebrantur, in quibus praepositus generalis et rectores eliguntur, *ibid.* Ipsorum facultates et munera, 54 *a.*

Homicidae exulent, quamvis facta pace cum adversariis, 157 *a.*; nullum saluumconductum nec appellationis beneficium habeant, *ibid.* *b.*; etiam absoluti, officia exercere nequeunt in locis a quibus banniti fuerant, 158 *a.* Homicidae, banniti *etc.* eorumque fautores, quibus poenis afficiantur, 415 *b* et *seq.*; in provincia Marchiae non audiantur extra carceres, 489 *a.*; gratiati, gratiam coram praeside

iustificent. *ibid. b*; annum vigesimum attingentes, pro maioribus habentur, 490 *a*. Homicidarum et similium malefactorum poenae confirmantur, 757 *b*; extenduntur ad non curantes illorum capturam, et aliae imponuntur, 758 *a*.
V. insuper Egidianae constitutiones.

Hospitale S. Mariae de Populo. *V. Mariae (S.) de Populo etc.*

Hospitale S. Spiritus in Saxia. *V. Spiritus (S.) in Saxia etc.*

I

- Iacobitae Aegypti cum Romana Ecclesia concordiam ineunt, 59 *a*. Expositio fidei Iacobitarum legato facta, *ibid. b et seq.* Catholicam doctrinam ipse acceptat, 64 *b*.
- Iesu Christi Sanguinem, in triduo passionis, ab ipsa Divinitate separatum praedicare et credere vetatur, 181 *a*. Contravenientium poenae, *ibid. b*. Sedi Apostolicae hi denunciantur, *ibid.*
- Impedientes executionem mandatorum cuiuscumque iudicis Curiae Romanae, variis poenis subiiciuntur, 540 *b et seq.*
- Impressio librorum absque superiorum licentia vetatur, 624 *a*. Contravenientium poenae, *ibid. b*.
- Incantatorum et maleficorum poenae, 615 *a*.
- Incapaces. *V. Curiales.*
- Indictio belli contra Turcas, 189 *b*. Quid factum sit pro conciliandis principibus christianis, *ibid.* Plurimae discordiae in Italia componendae, 190 *a*. Contraversiarum difficillimarum decisio ad Sum. Pontificem spectat, *ibid.* Perpetua pax inter Italos principes indicta, 191 *a*. Concordiae interpret Pontifex est, *ibid. b*. Veteris concordiae pactioes redintegrate, 192 *a*. Bartholomaeus Colleo italicus in Turcas exercitus dux, *ibid. b*. Centum millia annuorum stipendii attribuntur ei, 195 *a*. Summarum divisio pro rata inter foederatos, *ibid.* Oppida nonnulla Florentinis et Tadeo de Manfredis restituntur, *ibid.* Foedifragi excommunicantur, *ibid. b*.
- Indictio generalium conciliorum ad Romanum Pontificem tantummodo spectat, 502 *b*; etiamsi de eius causa agatur, 505 *a*. Pisana civitas non est concilio generali accommodata, *ibid. b*; nec locus tutus, *ibid. b*. Indictio concilii Pisani damnatur, 504 *a*. Ipsius auctorum et fautorum poenae, *ibid. b*. Oecumenicum concilium Lateranense indicitur, 505 *b*. Praelati omnes ad concilium invitantur, 506 *a*; necnon imperator, reges et alii principes, *ibid. b*. Securitas omnibus accedentibus promittitur, *ibid.* Officialibus Ecclesiae praecipitur dictae securitatis observantia, 507 *a*.
- Indulgentiae pro cooperantibus fabricae basilicae Sancti Petri de Urbe. *V. Petri (S.) de Urbe basilica.*
- Innovatio omnium constitutionum contra violatores ecclesiasticae libertatis, 615 *a*.
- Inquisitores haereticae pravitatis qua polleant auctoritate in maleficorum sectam, 297 *b*; facultatem habent puniendi suo arbitrio et tradendi curiae saeculari testes falsidicos in causis fidei, 714 *a*. Eorum inrisdictio non minuitur ob adiunctionem alterius iudicis, 767 *b*. Officiales saeculares exequi tenentur illorum sententias absque revisione, 768 *b*.
- Ioannes de Capistrano, in virtute vexilli Crucis, quadraginta Turcarum millia fugat, 157 *b*.

- Ioannes Palæologus imperator petit concilium Basileense Ferrariam transferri, 51 *b*.
- Ioannis Baptistae (S.) confraternitas, Divinae Misericordiae nuncupata, approbatur, 544 *b*. Eius cappellanus condemnatorum confessiones audit, eisque sacra ministrat, *ibid.* Confratres gaudent facultate propria condendi statuta, confessorem sibi eligendi, *ibid.*; Ap. Camerae foro utendi, 543 *b*; haereditates a condemnatis sumendi, *ibid.* Indulgentiae eorum ecclesiam visitantibus vel eidem faventibus conceduntur, 546 *a*.
- Ioannis de Poliaco errores circa Poenitentiae sacramentum iterum damnantur, 86 *a*.
- Ioannis (S.) Hierosolymitani Religio, in ditione Florentina, supprimitur ob insufficientiam facultatum ad religiosorum sustentationem, 271 *b* et *seq.* Huiusce Religionis professores ad alium ex approbatis Ordinibus transferuntur, 272 *b*.
- Iubilæum quolibet centesimo anno celebrandum, 200 *b*; ad quinquagesimum annum reducitur, 201 *a*; postea ad trigesimum tertium, *ibid. b*; tandem ad vigesimum quintum, 202 *a*.
- Iudaei concessionibus pontificiis abusi, 68 *a*; familiariter uti christianis prohibentur, *ibid. b*; decimas solvere iubentur, 69 *a*; non possunt famulum famulamve habere christianos, *ibid.*; signum in vestibus gerere tenentur, *ibid.*; usuras a christianis accipere vetantur, *ibid. b*. Blasphemi iudaei debita poena afficiantur, 128 *b*.
- Iudices non doctores iudicare tenentur enim voto assessoris, 620 *a*.
- Iudices Sedis Apostolicae delegati cauti et diligentes sint in examinandis et discutiendis causis alienationum bonorum ecclesiasticorum, 183 *b*. Contravenientium poenae, 184 *a*.
- Iulius II Papa ccxviii eligitur, 599 *b*.
- Iurisdictionem ecclesiasticam impediendum poenae, 620 *a*.
- Iurispatronatus concessiones revocantur quoad beneficia electiva, 517 *b*, et quoad non electiva, 518 *a*.
- Iustinae (S.) de Observantia monachi, Ordinis S. Benedicti, legata pia eorum monasteriis facta acceptare, et ad ea consequendum procuratores instituere, et iuxta capituli generalis et visitorum iudicium distribuere possunt, 4 *a*. Eorum congregatio confirmatur, cum declaratione circa capituli generalis celebrationem, superiorum electionem et auctoritatem, 12 *b*. Privilegia, gratiae atque exemptiones, 21 *b* et *seq.* Congregatio habet conservatores et executores litterarum apostolicarum omnes quibus S. Sedes causas delegare potest, 525 *b*. *V. etiam* Montis-Casini monasterium.
- Iustinae (S.) de Padua monasterii monachi, Ordinis S. Benedicti, gravibus sunt damnis affecti, 27 *b* et *seq.* Iudices, qui provideant deputantur, 28 *b*. Conservatorum facultates ampliantur, 29 *b*.

L

- Lateranense concilium a Iulio II coadunatum damnat Pisanum conciliabulum a nonnullis cardinalibus convocatum 555 *b*. Illud Leo X prosequitur; ad illud euntibus datur salvus conductus, 650 *b* et *seq.* Causae concilii praecipuae, 651 *a*. Imperator et principes christiani concilio consenserunt, *ibid. b*. Pisanum conciliabulum iterum damnatur, *ibid.* Pax inter principes christianos concluditur, 652 *a*.
- Lateranensium canonicorum regularium congregatio, Ordinis S. Augustini, antiquitate

- et meritis refulget, 254 *b*. Basilicam Lateranensem et eiusdem nomen obtinet, 255 *a*. Varias vices in possessione basilicae, *ibid.* *b* et *seq.* Congregationis privilegia, 256 *b* et *seq.* *V.* Salvatoris (S.) canonici.
- Latini ad ritum graecum transire non licet, 100 *b*. Inquisitores haereticae pravitatis procedere iussi in contravenientes, *ibid.*
- Lauredanus Leonardus a Papa ad futurum concilium appellat, 479 *b*.
- Legati et gubernatores provinciarum. *V.* Cardinales.
- Leges pro indemnitate militiae de Calatrava, Cisterciensis Ordinis, 466 *b*.
- Leopoldus (S.), Austriae princeps, quadraginta annos principatum Austriae, turbulentissimis etiam temporibus, in pace regit, 500 *b*; miraculis claret, 501 *a*; obit anno 1156 in magna et semper crescente populorum veneratione, *ibid.* *b*. Rodolphus, Austriae dux, supplicat pro canonizatione, *ibid.* Debitis processibus canonizatur, eiusque dies festus indicitur, 502 *b* et *seq.*
- Leo I (S.) Papa Ephesinae synodi contra fidem acta revocat, 661 *a*.
- Leo X Papa ccxix eligitur, 557 *b*.
- Liberati (S.) ecclesia. *V.* Episcopalis dignitas.
- Libertatis ecclesiasticae violatores. *V.* Innovatio omnium constitutionum.
- Libri Camerae Apostolicae. *V.* Detinentes.
- Libri canonici Romanae Ecclesiae, 60 *a*.
- Librorum impressio. *V.* Impressio librorum.
- Litterae apostolicae ab abbreviatoribus non signatae, nullae sunt, 257 *a*; pro auditoribus Rotae et aliis gratis expediendae, 258 *a* et 567 *a*; iteratur nullitas non subscriptarum, 652 *b*; subscriptarum executio praelatis et ceteris, ad quos spectat, praecipitur, 715 *b*.
- Lutherus corripitur ob suos errores circa fidem, 748 *b*. Multae et scandalosae eius haereses, 749 *b*; praecipuae recensentur, 750 *a*; damnantur, 752 *b*. Ex eius aedibus multi convertuntur; novos tamen adipiscitur, nec ipse respicit, 761 *a*. Lutherus et eius aederae excommunicantur maiori excommunicatione cum interdicto, 762 *a*. Excommunicationem ubicumque publicari, et in haereses ardentius praedicari praecipitur, 765 *a*. Henrici Angliae regis in Lutherum liber, 774 *a*.

M

- Magistratus saeculares, absque revisione, executioni demandent sententias inquisitorum haereticae pravitatis, 526 *b*.
- Magistri caeremoniarum. *V.* Romanae Curiae officia.
- Magistri grammaticae etc. discipulos doceant quae ad religionem pertinent, 610 *b*.
- Magistri omnes hospitalium, sub vocabulo S. Spiritus, subiiciuntur magistro archihospitalis S. Spiritus in Saxia, 227 *b*. Quaestuantes pro hisce hospitalibus, absque magistri generalis licentia, excommunicantur, 228 *a*; beneficia amittunt, *ibid.* Forma colligendi elemosynas, *ibid.*
- Magistri registri bullarum. *V.* Romanae Curiae officia.
- Magistri viarum Urbis. *V.* Camerarii.
- Maleficorum et incantatorum poenae, 615 *a*.
- Manichaei reprobantur, 60 *b*.
- Mare magnum. *V.* Dominici (S.) Ordo et Fratres Minores.
- Marchiae provinciae constitutiones. Aegidianae nuncupatae, ad Urbem et totum Statum Ecclesiasticum extenduntur, 265 *a*. In ea provincia rei condemnati ap-

- pellare nequeunt in causis criminalibus, nisi facto deposito poenae pecuniariae, 417 *b*. Praeceptum hac de re gubernatoribus et aliis officialibus datur, 418 *a*.
- Margarita, Britanniae ducissa. *V. Franciscus, Britanniae dux.*
- Mariae (B.) de Mercede, Redemptionis captivorum, fratres ad Ordines Mendicantium transire non possunt, 141 *b* et *seq.*
- Mariae (B.) de Monte Carmelo fratrum mitigatur Regula, 3 *a*. Observanda circa carniū esum, *ibid.*; mansionem et deambulationem in claustris, *ibid. b*. Fratres ad observantiam antiquioris Regulae non tenentur, *ibid.*; concessis antea privilegiis gaudent, *ibid.*; confessarium ex ipso Ordine sibi eligunt, *ibid.* Facultas huiusmodi non suffragatur relabentibus, 6 *a*. Observanda circa ieiunium sextae feriae, *ibid.* Fratres ab eorum generali dispensari possunt super ieiunio et esu carniū, 243 *a*. Eorundem facultas confessorem extra Ordinem eligendi, ipsiusque potestas, *ibid. b*.
- Mariae (B.) Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, monachi confirmantur in antiquis privilegiis, et novis donantur, 169 *b*. Eisdem conservatores deputantur, et eorum auctoritas praefinitur, 412 *b*. Monachis sibi conservatores eligendi facultas datur, 414 *a*. Et ampliatur, *ibid.* Institutio duorum ex praelatis congregationis circa venditionem, locationem et permutationem honorum stabilium, 443 *b*. Fratres iterum confirmantur in antiquis gratiis, 445 *a*. Interpretatio gratiarum in favorem congregationis fiat, *ibid. b*. Congregatio est una omnium monachorum, *ibid.* In capitulo generali statuta fieri possunt, *ibid.* Quomodo praelatus monasterium reformare possit, 446 *a*. Praelati obediant abbati, et alii monachi praelatis, *ibid.* Appellatio a praelatis, capitulo et abbate denegetur, *ibid.* Translatio monachorum ad aliam Religionem de Papae licentia tantum fiat, *ibid. b*. Apostatarum receptio vetatur, *ibid.* Transcuntes ad loca conventualium, pro conventualibus habeantur, *ibid.* Indulta prosint, dummodo congregationis constitutionibus non sint contraria, 447 *a*. Monasteria non sunt invicem subiecta, sed invicem copulata, *ibid.* Eaque reguntur a praelatis, qui eliguntur a capitulo, vel abbate cum deputatis, et ab ipsis removeri possunt, *ibid.* Electi statim administrant, iisque absentibus, alteri datur administratio, *ibid. b*. Ad quos spectet prioratum collatio, *ibid.* Impedientes hanc Religionem profiteri excommunicantur, aequae ac assumentes huiusmodi religiosos ad propria servitia, *ibid.* Praelati revocare possunt extra congregationem divagantes, 449 *a*. Haec ab omnium iurisdictione exoneratur, *ibid.* Eiusdem monachi compelli non possunt ad administrandam iustitiam, ad processiones, concilia, *etc.*, 450 *a*; eximuntur a gabellis principum, et a decimis, *ibid. b*. Praescriptio LX annorum tantummodo congregationi obstat, 451 *b*. Missam celebrandi et sacramenta suscipiendi tempore interdicti licentia, *ibid.*; nec non ordines recipiendi a quolibet antistite, absque examine, *ibid.* Facultas praelatorum dispensandi cum monachis et congregationem intrare volentibus, *ibid.* Fratres idonei confessiones audiunt, 452 *a*. Participatio cum excommunicatis quando liget monachos, *ibid. b*. Praelati ab officii divini recitatione dispensare, omnibusque christifidelibus in locis congregationis sepulturam concedere queunt, *ibid.* Simonia beneficalis quando non incurratur, 453 *a*. Indulgentia pro monachis, 454 *a*; pro eorum ecclesias visitantibus aut favore prosequentibus, *ibid. b*. Missam ante diem celebrandi licentia, *ibid.*; uno utendi visitatore in casu locationis aut venditionis honorum immobilium, quo antea duos adhibere debuerant, 634 *b*.

Mariae (S.) de Populo et S. Jacobi in Augusta in Urbe hospitale dicatur specialiter infirmis incurabilibus, 640 *b.* Quibus personis eius regimen committatur, 641 *a.* In archihospitale erigitur et caput omnium hospitalium pro incurabilibus, *ibid. b.* Eius syndicis et visuatoribus facultas datur suscipiendi inenrabiles aliosque infirmos vagantes per Urbem et ad varia hospitalia transmittendi, 642 *a.* Eximitur a datis et gabellis, omnibus vero donatur privilegiis aliorum Urbis hospitalium, *ibid.* Notarii renunciare debent officialibus hospitalis actus, quos receperint, illius utilitatem concernentes, *ibid. b.* Indulgentiae et privilegia confratribus, benefactoribus aliisque concessa, 645 *a* et *b.* Archihospitale et confratres omnesque personae quoquomodo ad illud pertinentes Sedi Apostolicae immediate subiiciuntur, 645 *b.* Officiales ipsius possunt, in evidentem utilitatem, eius bona permutare, 646 *a.*

Matrimoniales dispensationes, 577 *b* et *seq.*

Mendicantium Ordinum generales omnimodam iurisdictionem habent in suos religiosos ad studia incumbentes in Universitatibus, 144 *a.* Huiusmodi fratrum opera quam fructuosa sint, 685 *a.* Eorum privilegia moderantur ad concordiam inter eos et episcopos, 686 *a.* Qui eos visitant et corrigunt quoad parochianorum curam et sacramentorum administrationem, *ibid. b.* Quisque sacerdos in eorum ecclesiis celebrare potest, *ibid.* Ipsi ad processiones, requisiti, eant, *ibid.* Non admittuntur ad confessarii munus, absque ordinarii licentia, 687 *a.* Sacramenta ministrare possunt, *ibid.* Pacta inter fratres et episcopos serventur, *ibid.* Mendicantes non ingrediantur, absque parochi licentia, eius ecclesiam ad levanda funera, *ibid.* Eligentibus sepulturam in eorum ecclesiis, illam concedere valent, *ibid. b.* Ordines ab ordinario recipiunt, *ibid.* Ab eodem ecclesias Ordinis consecrari eurent, *ibid.* Sponsos non benedicant, absque curatorum consensu, *ibid.* Campanam, die Sabhati Sancti, post cathedralem pulsant, *ibid.* Censuras ordinariorum servent et publicent, *ibid.* Decimarum solutionem suadeant, 688 *a.* Conservatores habent, *ibid.* Excommunicatos ad Religionem non recipiunt, *ibid.* Tertiarii propriis domibus degentes uti laici reputantur, *ibid.*; si claustraliter vivant, iisdem gaudent privilegiis, quibus alii Ordinis claustrales, *ibid. b.* Mulieres autem virginalem aut caelibem vitam ducentes, etiam extra claustra omnibus supradictis privilegiis gaudent, 689 *b.* Mendicantium Ordines eorumque loca et personae privilegiorum et indulgentiarum communione inter se perfruuntur, 752 *b.* Dietae indulgentiae saecularibus non communicantur, 755 *b.*

Mentientes in litteris apostolicis excommunicantur, 529 *b* et 690 *b.* Officiales in praemissis complices illa aliisque poenis mulentur, 690 *b.*

Messanense monasterium. V. Salvatoris (S.) Messanense.

Michaelis (S.) monasterium. V. Vallis Umbrosae *etc.*

Milites in terris S. R. E. recipi nequeunt absque licentia Sum. Pontificis, 627 *a.*

Militiae de Aleantara fratres indulta, privilegia et indulgentias obtinent concessas et concedendas Ordini Cisterciensi, 772 *a.*

Minorum fratrum Ordo. V. Praedicatorum et Minorum, *etc.*

Missam audientes, diebus dominicis, in ecclesiis fratrum Mendicantium satisfaciunt Ecclesiae praecepto de missa audienda, 710 *b.*

Monachi Casinenses. V. Montis-Casini monasterium.

Monasteriorum commendatorum reformatio, 606 *a.*

Monasterium pro mulieribus a turpi vita redeuntibus Romae erigitur, 744 *a.* Ab-

batissa ei praeficitur, *ibid.* b. Recipiendarum qualitates, habitus et Regulae, *ibid.* Monasterii regimen archiconfraternitati Caritatis committitur, 745 a. Receptae vocantur *Moniales Beatae Mariae Magdalenae*, *ibid.* Spolia meretricum Urbis monasterio applicantur, *ibid.* b. Earum confessario ampla conceditur absolvendi facultas, 746 a. Protectio Papae, *ibid.* Indulgentiae pro illis et eorum benefactoribus, *ibid.* b.

Monomachia damnatur. V. Duello (in) pugnantium *etc.* .

Montes Pietatis utrum liciti sint, 622 a. Liciti declarantur, 625 a.

Montis-Casini monasterium, Ordinis S. Benedicti, unitur congregationi S. Iustinae de Observantia, 401 b. Unio huiusmodi vocatur *Congregatio S. Iustinae*, 402 a.

N

Nannetensis Universitas instituitur, 154 a. Nannetensis episcopus perpetuus eiusdem cancellarius declaratur, *ibid.* b. Gradus et insignia doctoratus inibi sumere licet, 155 a. Privilegia, *ibid.* b.

Naufragantium in mari S. R. E. bona occupare vetitum, 477 a; naufragantibus vero auxilium dantes indulgentias consequuntur, *ibid.* b.

Nepesina et Sutrina ecclesiae ununtur atque uni eidemque episcopo subiiciuntur, 20 b.

Nicolaus de Tolentino (B.) virtutibus et miraculis enicat, 88 b; haec magna ex parte enumerantur, *ibid.* et *seq.* Sanctorum albo inscribitur, 90 a. Eius festus dies instituitur, *ibid.* Indulgentiae sepulcrum visitantibus, *ibid.*

Nicolaus V Papa ccx eligitur, 96 b.

Notarii Romani, in contractibus inter Romanos, eximantur a praescriptis in bulla erectionis eorum collegii, 540 b. V. *insuper* Camerae Apostolicae *etc.*, Romanae Curiae officia et Populus Romanus.

Nuptiarum multiplicitas successiva permissa, 64 b.

O

Officiales archivii. V. Romanae Curiae officia.

Ordinarii procedere possunt in omnes delinquentes, etiam exemptos, si eorum iudices negligentes sint, 618 b.

Ordinatores Romanae Curiae. V. Romanae Curiae officia.

Ornamenta ecclesiastica. V. Fratres Ordinis Minorum.

Osmundi (B.), Sarisberiensis episcopi, origo, 121 a. Ecclesiam Sarisberiensem ipse dotat, *ibid.*; canonicatus et praebendas erigit, *ibid.*; varia edit ingenii sui monumenta, *ibid.* b. Eius virtutes, *ibid.*; miracula, 122 a; acta, *ibid.*; canonizatio, 124 b; festum, 125 a.

P

Palaeologus imperator. V. Ioannes Palaeologus.

Papa simoniace electus, pro Papa habendus non est, quin imo cardinalitia dignitate et omnibus beneficiis privandus, 406 a. Haec electio per adorationem non confirmatur, *ibid.* Cardinalium facultas illi non obediendi, *ibid.* Simoniacum eligentium poenae, *ibid.* b. Obligationum simoniacarum annullatio, 407 a. Cardinales non complices simoniae alium Pontificem eligere et concilium con-

- vocare possunt, *ibid.* Bulla Iulii II super electione Romani Pontificis approbatur a concilio Lateranensi, 557 a.
- Parentina ecclesia. V. Emoniensis et Parentinae etc.
- Parma et Placentia Sedi Apostolicae restituntur, 625 b.
- Paulus II Papa ccxiii eligitur, 182 a.
- Pauperes Iesuati nominantur *Fratres Iesuati S. Hieronymi*, eandemque denominationem habent confraternitates laicorum in illorum ecclesiis institutae, 576 b. Ceteris religiosis huiusmodi appellatio interdicitur, 577 a.
- Panperis vitae fratrum Apostolorum congregatio Ordini et Regulae S. Augustini subiicitur, 566 b.
- Pensiones reservandae super ecclesiarum fructibus, 606 b.
- Petri (B. de Pisis) Eremitae pluribus gratis donantur, 50 a et 229 b. Capitula provincialia, annuatim; generalia vero, singulo triennio, ab ipsis celebranda sunt, 251 b.
- Petri (S.) de Urbe basilica reaedificatur 482 a. Dantes vel promittentes, infra annum, aliquid pro restauratione possunt sibi eligere confessarium cum specialibus facultatibus, *ibid.* b. In favorem ultramontanorum dictus annus prorogatur, ad eosque commissarius mittitur, qui elemosynas colligat, *ibid.* Benefactores plenariam indulgentiam consequuntur, 484 a. Commissario facultas datur componendi super male ablatiis et similibus, 485 a; item, dispensandi in multis casibus, *ibid.* b. Excommunicatio et aliae poenae in eos qui commissarium perturbant, aut alios quaestores delegant, 487 a. Facultas commissarii alios subdelegandi, *ibid.* b. Supradictae indulgentiae animabus in purgatorio existentibus suffragantur, 488 a.
- Petrus de Osma et plerique alii propositiones erroneas de peccatorum confessione et aliis sacramentis emittunt, 264 a. Petro eiusque asseclis vocatis, illae a Summi Pontificis delegatis examinantur, *ibid.* b et *seq.* Utpote haereticae damnantur, 265 b. Petrus de Osma suos errores abiurat, 266 a. Contra impetentes, tanquam contra haereticos, procedi, et Petri abiurationem publicari praecipit Pontifex, 266 a.
- Philosophiae professores. V. Animae immortalitatem etc.
- Philosophia et poesis. V. Sacris (in) constituti.
- Picus Ioannes, Concordiae comes, propositiones varias circa fidem edit, easque publice defendendas suscipit, 527 a. Quas subiicit examini Pontificis, *ibid.* b. Qui erroneas illas reperiens, etiam auctoris confessione, damnat; Picum autem absolvit, *ibid.* et *seq.*
- Pius II PP. ccxii eligitur, 145 a; adhuc in minoribus, contra Eugenium IV scribit, 175 b. Scripta retractat, 174 a et *seq.*
- Pius III Papa ccxvii eligitur, 599 a.
- Pisanum conciliabulum. V. Lateranense concilium et Indictio generalium etc.
- Placentia. V. Parma.
- Plumbatores. V. Romanae Curiae officia.
- Poenitentiana. V. Romanae Curiae officia.
- Poenitentarius maior S. R. Ecclesiae qua polleat auctoritate, 292 a et *seq.*
- Poliaco (de) Ioannes. V. Ioannis de Poliaeo.
- Populus Romanus iurisdictionem recuperat super civitate Tyburtina, 515 a; reintegratur in suis iuribus et privilegiis, 558 a; multa officia et omnia Urbis beneficia obtinet, 559 a et *seq.*; a gabella vini romani et farinae eximitur, 540 b.

- Redditus gabellae vini forensis studio Urbis assignatur, *ibid.* Conservatores urbis Romae exonerantur a gabella farinae, vini romani, corsi et graeci, 340 *b.* Civitas Veliterna et terra Corae ei restituntur, 341 *a.*
- Possessio beneficiorum sumi nequit sine licentia Sedis Apostolicae, 313 *b.* Contravenientium poenae, 314 *a* et *seq.*
- Pragmatica Sanctio. *V.* Franciscus I et Galliae clerus.
- Praedicationis munus valde necessarium declaratur, 681 *a.* Praedicatores scandalosa proponentes corripuntur, *ibid.* Sanctus Gregorius M. eisdem imitandus proponitur, 682 *a.* Praedicatores debent examinari et approbari, *ibid.* Ad praedicationem admissi, iuxta Evangelium et doctores praedicent, *ibid. b.*; futura praedicere, Sedis Apostolicae aut ordinariorum non obtenta licentia, vetantur, 683 *a.* Contravenientium poenae, *ibid. b.*
- Praedicatorum et Minorum fratrum Ordines confirmantur in eorum gratiis et privilegiis, tam spiritualibus quam temporalibus, 279 *a.* Eorum ecclesias visitantes vel ipsarum constructioni aut ornameto faventes consequuntur plures indulgentias, *ibid. b.* Dietorum Ordinum fratres confessarium sibi eligere possunt, 280 *a.* Facultas absolvendi praelatorum Ordinum S. Dominici et S. Francisci restringitur, *ibid.* Ordinum gratiae sororibus et tertiariis eorundem communicantur, *ibid. et seq.* Locorum ordinariis et aliis iubetur ne religiosos circa eleemosynas molestent, *ibid. b.* Defuncti possunt in locis Ordinum sepeliri cum habitu ab ipsorum praelatis recepto, 281 *a.* Fratres habilitati ad beneficia non gaudent privilegiis Ordinis sine praelatorum consensu, *ibid. b.* Generales Ordinum coercere debent fratres servientes inquisitioni, *ibid.* Inquisitores unius ex dictis Ordinibus contra fratres alterius Ordinis non procedant, 282 *a.* Omnibus gratiis donantur aliis Mendicantium Ordinibus concessis, *ibid.* Declaratio circa absolutiones fratrum, 283 *b.* Ipsi extra coenobia, absque superiorum licentia, morari nequeunt, etiam occasione studiorum, 475 *a.* Contravenientes a praelatis coercuntur, *ibid. b.*
- Praelati ecclesiastici eorumque officiales ac familiares reformantur, 604 *a* et *seq.* Quales promovendi ad episcopatum et ad alia officia ecclesiastica, 603 *a.* Examini subiciuntur, *ibid. b.* Episcopi et abbates, etiam in notoriis criminibus, habeant defensiones, 605 *b.* Transferri, absque ipsorum consensu, nequeunt, 606 *a.* Quid eis servandum sit circa beneficiorum separationem vel unionem, necnon beneficiorum pluralitatem et reservationem, 607 *a.* Promoti ad ecclesias et dignitates iuramentum praestent fidelitatis Sedi Apostolicae, 684 *a.* Contravenientium poenae, *ibid. b.*
- Principes saeculares eorumque officiales, in fructus beneficiorum se iugerentes, poenis afficiuntur, 612 *a.*
- Procuratores Rotae. *V.* Romanae Curiae officia.
- Protector fratrum Minorum. *V.* Auctoritas.
- Protonotarii apostolici non praecedunt episcopos, 152 *b.*; locum determinatum habent in cappellis pontificiis et in concistoriis publicis, 153 *a.* Ipsi et alii Sedis Apostolicae officiales, necnon familiares cardinalium eximuntur a iurisdictione ordinariorum, 619 *a.*
- Psalterium B. Mariae Virginis. *V.* Ritus orandi.

R

- Regum vera laus, 111 a.
- Reorum consanguinei et affines compelluntur ad emenda illorum bona, 295 b. In affinium defectu, communitates, 296 a. Parentes condemnatorum, etsi adhuc viventes, solvant eis legitimam, *ibid.*
- Residentia cardinalium legatorum. V. Cardinales.
- Ripae debitores non admittuntur ad bonorum cessionem nec ad quinquennalem dilationem, 542 b.
- Ritus miscere non licet, 100 b.
- Ritus orandi, qui *Psalterium B. Mariae Virginis* nuncupatur, approbatio, cum indulgentiarum largitione, 268 b.
- Romanae Curiae officia reformanda sunt, 571 a. Statim ac reformatio publicata fuerit, observanda, *ibid.* b. Transgressores acerrime puniendi, 572 a. Romam pro gratia vel iustitia confugientes a sollicitatoribus literarum apostolicarum non graventur, *ibid.* Magistri caeremoniarum, *ibid.* Ordinarios Romanae Curiae, 575 a. Potestarii, 574 a. Clerici et notarii Camerae Apostolicae, *ibid.* b. Rota, 573 b. Poenitentiarum, 576 a. Taxae scriptorum sacrae Poenitentiarum pro dispensationibus, 577 b et seq. Poenitentiarum minores, 580 b. Sollicitatores, 581 b. Magistri plumbi, 582 a. Fratres barbati, 582 b. Abbreviatores, 585 a. Scriptores apostolici, *ibid.* b. Magistri registri bullarum, 584 a. Eorum emolumenta, *ibid.* b. Scriptores registri bullarum, 587 b. Advocati concistoriales, 588 b. Procuratores, 589 a. Notarii Rotae, *ibid.* b. Subdiaconi, 592 b. Cantores, 595 a. Magistri, clerici et scriptores registri supplicationum, 595 b. Secretarii, 594 b. Cursorum officium, 596 a. Officium gubernatoris, auditoris Camerae et vicarii Papae, 597 b. Notarii gubernatoris, auditoris, *ibid.* Notarii vicarii Papae, 599 a. Scriptores brevium, *ibid.* b. Officiales archivii, *ibid.*
- Romanae Ecclesiae concordia cum Armenis, 45 a. Datur eis fidei compendium, *ibid.* b et seq.
- Romanorum civium et incolarum forus civilis, 512 a. Clericorum Romanorum, *ibid.* b; forus delinquentium, *ibid.* A sententiis marescalli appellatur ad auditorem Camerae, *ibid.* Gubernatoris iurisdictio, *ibid.* Officiales omnes syndicanur a deputatis Summi Pontificis, 515 b. Appellationes in Curia Capitolina ad quos dentur, *ibid.* Executoribus merces assignatur, *ibid.* Alia tribunalia iudicum ordinariorum prohibentur, 514 a. Contravenientium poenae, *ibid.*
- Rota Bononiensis. V. Bononiensis civitatis.
- Rotae Romanae auditorum officia vacant per illorum promotionem ad ecclesias cathedrales vel metropolitanas, 519 b. Eorundem facultates circa causarum praesentationem, 559 b; citationum validationem, *ibid.*; viduarum et pupillarum causas, 540 a; remissorias, *ibid.*; reiterationes terminorum, *ibid.*; registrorum fidem, *ibid.*; gravaminis articulos, *ibid.*; fatalium prorogationem, *ibid.*; appellationum instantiam, *ibid.*; sententiarum nullitates, *ibid.* Auditori dicenti aliquid fecisse de voto Rotae, credatur, *ibid.* b. V. etiam Romanae Curiae officia.

S

- Sabbati celebratio deserenda est, 62 *a*.
- Sabinensis ecclesia. *V*. Episcopalis dignitas.
- Sacramenta novae legis septem, 48 *a*: Baptisma, *ibid. b*; Confirmatio, 49 *a*; Eucharistia, *ibid. b*; Poenitentia, 50 *a*; Extrema Unctio, *ibid. b*; Ordo, *ibid.*: Matrimonium, 51 *a*.
- Sacris (in) constituti, philosophiae aut poesi vacantes, tenentur theologiae ac sacris canonibus etiam operam dare, 602 *a*.
- Salis pretium in urbe Roma imminuitur, 511 *a*.
- Salutarum oppidum, in civitatem, et eius ecclesia collegiata in cathedralem erigitur, 509 *b*. Haec Sedi Apostolicae immediate subiicitur atque dotatur, 510 *a*. Nonnulla supprimuntur beneficia in favorem mensae episcopalis, *ibid. b*. Dignitates in alia Salutarum collegiata ecclesia ordiuntur, 511 *a*.
- Salvatoris (S.) canonici, Ordinis S. Augustini, sunt veri canonici regulares dieti Ordinis, eiusdemque privilegii potiuntur, 126 *b*. Confirmantur eis antiqua privilegia, 517 *a*. Eorundem interpretatio ad favorem canonicorum facienda, *ibid. b*. Indultorum communicatio inter omnia ipsorum monasteria, *ibid.* Huiusmodi religiosi declarantur veri canonici, 518 *a*; propria statuta, in capitulo generali, condere valent, 519 *a*. Quisque praelatus, iuxta statuta, reformationi incurrere debet, *ibid.* Capitulo generali omnes obediunt, *ibid. b*. Praelati obediunt priori generali, ceteri autem praelatis, *ibid.* A capitulo ad Sedem Apostolicam appellare vetatur, absque speciali licentia Sum. Pontificis, *ibid.* Canonici aliis praelatis extra congregationem non serviant, nec ad alios Ordines transeant, 520 *a*. Praelati non cogantur recipere canonicos fugitivos, *ibid.* Nemo ipsorum, absque licentia, habitum dimittat, *ibid.* Priores contra inobedientes et vagantes extra claustra procedant, *ibid. b*. Impedientes alicui professionem huiusce Religionis excommunicantur, 521 *a*. Ingredi Ordinem possunt etiam qui se aetiori Religioni voverint, *ibid.* Iredientes prioribus assignent bona incertarum personarum ab eis detenta, *ibid.* Aliqui a choro, alii a recitatione totius divini officii dispensantur, *ibid. b*. Sacros ordines a quocumque antistite recipere possunt, *ibid.* Definidores capituli generalis et alii superiores nonnullas dispensationes concedere possunt, 522 *a*. Generalis consecrat et benedicit omnia sacris usibus inservientia, *ibid.* Sacerdotes, ante diem, missam celebrare queunt, *ibid.*; altarique portatili uti, *ibid. b*; sacra celebrare etiam tempore interdicti, *ibid.* Praelati dispensant super irregularitate, *ibid.*; confitentes absolvunt a casibus non expresse reservatis, 525 *a*. Religionis huiusmodi personae utriusque sexus confessarium bis eligunt, qui eas absolvit ab omnibus casibus, *ibid. b*; plures indulgentias consequuntur, 524 *a*; legatis pontificiis, iuxta Congregationis statuta tantum obedire tenentur, *ibid. b*; a iurisdictione ordinariorum et a cura animarum eximuntur, 525 *a*; in propriis ecclesiis sepulturam omnibus concedere possunt, *ibid.*; exonerantur a iurisdictione episcoporum, inquisitorum et aliorum omnium, *ibid. b*. Poenae contra dictam exemptionem impediunt, 526 *a*; item, contra imponentes onera religiosi eisdem, *ibid.* Exemptio congregationis a decimis, etiam solitis, *ibid. b*. Poenae contra desuper eam molestantes, 527 *a*. Exemptio a praestatione procuratorum legatorum Papae et a decimis papalibus, *ibid. b*. Quaecumque

- monasteria acquisita et acquirenda congregationi retinere licet, 528 a. Contra eam currit tantum praescriptio sexaginta annorum, *ibid.* b. Facultas congregationis alienandi bona, *ibid.*; alia loca suscipiendi, 529 a; paciscendi in locorum susceptione, *ibid.* Monasteria congregationis per eiusdem dumtaxat praelatos reguntur, *ibid.* V. *insuper* Lateranensium canonicorum etc.
- Salvatoris (S.) Messanenense monasterium, Ordinis S. Basilii, in antiquis immunitatibus confirmatur et eximitur a iurisdictione ordinariorum, a collectis et impositionibus, 152 b. Romanae Ecclesiae immediate subiectum declaratur, 155 a.
- Salvatoris (S.) Transfigurationis festum, 155 b et seq.
- Salvi (S.) monasterium. V. Vallis Umbrosae etc.
- Sancta Sanctorum mulieres ingredi nequeunt. V. Sixtus IV.
- Saraceni decimas solvant, 69 a; famulos christianos non habeant, *ibid.*; signum in vestibus habeant, *ibid.*; a christianis usuras non accipiant, *ibid.* b. Mittentes vel deferentes arma, victualia aut merces ad Saracenos, necnon eorum fautores gravibus poenis puniuntur, 106 a. Saraceni christiana benignitate abutuntur, 127 b. Christiani cum illis non habitent, 128 a. Blasphemi Saraceni debita poena afficiantur, *ibid.* b.
- Scriptores apostolici, brevium et registri supplicationum. V. Romanae Curiae officia.
- Secretarii apostolici augentur ad numerum vigintiquatuor, 550 b. Unusquisque in antiquis privilegiis confirmatur 551 a. Propria statuta condere possunt, *ibid.* b. Vicecancellarii officiales sunt, et Papae veri familiares, *ibid.*; in Palatio Apostolico locum pro secretaria habent, 552 a. Litterae ad eos deferunt plumbatores, *ibid.* Litterae apostolicae gratis pro eis expediuntur, *ibid.* Absentes ob mandatum pro praesentibus habentur, *ibid.* b. De officiis libere disponunt, *ibid.*; Sedis Apostolicae notarii reputantur, *ibid.*; habitum a vice-cancellario suscipiunt, 555 a. Eorum unus in secretarium domesticum PP. deputatur, *ibid.* Emolumenta eis assignantur de minutis, *ibid.* b; de expeditione litterarum, 554 b; de taxa brevium apostolicorum, 555 a. Declaratio circa solutionem taxarum, *ibid.* b. Visitare arces eorum est, 556 a. Forma distributionis emolumentorum, *ibid.* Declaratio circa expeditiones factas et faciendas, *ibid.* b; circa confirmationem concessionum, 557 a. Assignatio emolumentorum, *ibid.* b. V. *etiam* Romanae Curiae officia.
- Secretarii Romanae Curiae. V. Romanae Curiae officia.
- Senensis ecclesia in archiepiscopalem erigitur, 151 a. Gratiae ei conceduntur, 152 a.
- Sententiae inquisitorum. V. Magistratus saeculares.
- Simoniae scelus quam sit detestabile, 16 a. Simoniacorum poenae confirmantur et augentur, *ibid.* Scientes simoniacos et non revelantes excommunicantur, *ibid.* b. Iterum damnantur simoniaci, 208 a; ad vanum beneficia obtinent, et eorum fructus percipere nequeunt, 209 a.
- Simonia in electione Papae. V. Papa.
- Sixtus IV Papa cxxiv eligitur, 205 b; novam cappellam, in qua eius recipiantur exuviae, iuxta basilicam S. Petri erigit, 269 b. Eam dedicat Conceptioni B. Mariae Virginis, Sanctis Francisco et Antonio de Padua, *ibid.* Dotem ei constituit, 270 a; illam visitantibus, sub expressis conditionibus, indulgentiam plenariam concedit, *ibid.*; mulieribus interdicit ad eam accessum, exceptis diebus dedicationis et anniversarii obitus ipsius Pontificis, *ibid.*
- Sodomitarum poenae, 611 b.

- Sollicitatores litterarum apostolicarum. *V.* Romanae Curiae officia.
- Spiritus (S.) in Saxia de Urbe hospitale fundatur, 246 *b.* Vetustate fatiscens a fundamentis reaedificatur, *ibid.* et *seq.* Confraternitas S. Spiritus pene extincta rursus erigitur, 247 *b.* In eandem Papa et cardinales ingrediuntur, omnesque honestae personae ingredi possunt, *ibid.* Privilegia, gratiae et indulgentiae confratribus, benefactoribus aliisque conceduntur, 248 *a* et *seq.* Variarum praescriptiones in eorum nec non hospitalis favorem, 249 *a* et *seq.* Forma eligendi magistrum et protectorem hospitalis, 289 *a.* Cura praeceptoris in expositis, *ibid.* *b.* Exemptio hospitalis et eius membrorum ab omni gabella et aliis oneribus, *ibid.*; ab omni iurisdictione praeterquam magistri generalis, 290 *a.* Communicatio omnium privilegiorum monachorum Cassinensium, *ibid.* *b.*
- Spoletana et Interamnensis civitates. *V.* Terrae quaedam.
- Statuta ad decorem urbis Romae. *V.* Camerarii S. R. E.
- Studium generale, a Bonifacio VIII Romae institutum Leo X approbat, 568 *b.* Collegii statuta, *ibid.* et *seq.* Scholares fruuntur privilegio fori et exemptione a gabellis, 569 *b.* *V.* etiam Populus Romanus.
- Subdiaconi. *V.* Romanae Curiae officia.
- Summator litterarum apostolicarum, cum privilegiis et emolumentis, instituitur, 579 *a.*
- Supplicationes omnes Summo Pontifici deferri debent, per magistros registri, ad vice-cancellarium, qui eas distribuit abbreviatoribus, 255 *a.*
- Sutrina ecclesia. *V.* Nepesina et Sutrina *etc.*
- Synodi generales ab Ecclesia Romana approbatae, 65 *a* et *seq.*

T

- Taxa brevium. *V.* Secretarii apostolici.
- Taxae scriptorum sacrae Poenitentiariae pro dispensationibus. *V.* Romanae Curiae officia.
- Terrae quaedam a iurisdictione civitatum Spoletanae et Interamnensis eximuntur, 597 *b.* Gubernandae traduntur clericis Romanae Camerae, 598 *b.*
- Terrarum domini et communitates propria territoria a furibus servant et a sicariis, 400 *a.* Contravenientium poenae, *ibid.* *V.* Barones et communitates.
- Testamenti Veteris legalia, post Christi adventum, cessarunt, 62 *a.* Ad illa pertinet ciborum differentia, ideoque expungenda, *ibid.* *b.*
- Titulus Crucis. *V.* Crucis D. N. I. C. *etc.*
- Tybertina civitas. *V.* Populus Romanus.

U

- Unio congregationum Eremitarum *etc.* *V.* Camaldulensis Eremitarum *etc.*

V

- Vallis Umbrosae monasterium S. Salvi et aliud S. Michaelis uniuntur, sed quilibet abbas in suo iure remanet, 504 *b.* Regula S. Benedicti in eis observetur, *ibid.* Statuta circa regimen monasteriorum approbantur a PP., et monasteria uniuntur sub unico abbate et titulo *Congregationis Vallis Umbrosae*, *ibid.* et *seq.* Tenor statutorum, 508 *a* et *seq.* Huiusmodi congregationi communicantur omnes gratiae concessae et concedendae congregationi Cassinensi, 457 *a.*

- Vectigalia pro quibuscumque rebus ad Urbem delatis et pro quocumque contractu semel tantum exigantur, 80 a.
- Veliterna civitas. V. Populus Romanus.
- Veneti magistratus obstant executioni sententiarum inquisitorum Romanae Curiae, 768 a.
- Viarum magistri. V. Camerarii S. R. E.
- Vicarius Papae. V. Romanae Curiae officia.
- Viennense oppidum, in Austria, a iurisdictione episcopi et capituli Pataviensis eximitur, 196 a. Oppidum in civitatem et eius praepositura in cathedralem erigitur, *ibid.* b. Dioecesis circumscriptio, capituli efformatio, dos episcopi, 197 a. Austriae ducibus conceditur ecclesiae iuspatronatus, *ibid.* Facultas capituli et episcopi statuta sibi conficiendi, *ibid.* b.
- Vincentii Ferrerii (S.) brevis vitae enarratio, 146 a. Meritis plenus obit in Domino *ibid.* b. Miraculis rite probatis coelitus albo ad-cribitur, 148 b.
- Vincentius Valentinus (S.). V. Vincentii Ferrerii (S.) etc.
- Vindictam transversalem aut hominum collectas facientium poenae, 187 b. Principalium offendentium eorumque fautorum domos demoliri iubetur, 188 a.
- Violatores ecclesiasticae libertatis. V. Innovatio omnium constitutionum.
- Visitationis B. M. V. festivitas confirmatur, 107 a.
-

INDEX ALPHABETICUS PONTIFICUM

Alexander VI habet Constit. XVI. Callistus III » IX. Eugenius IV » XXXVIII. Innocentius VIII » XXI. Iulius II » XL. Leo X » LI.		Nicolans V habet Constit. VIII. Paulus II » X. Pius II » XIII. Pius III » » Sixtus IV » XXIX.
--	--	--

IDEM CHRONOLOGICE DISPOSITUS

Eugenius IV Anno 1451 pag. 4 Nicolaus V » 1447 » 96 Callistus III » 1455 » 116 Pius II » 1458 » 145 Paulus II » 1464 » 182 Sixtus IV » 1471 » 203		Innocentius VIII Anno 1484 pag. 298 Alexander VI » 1492 » 350 Pius III » 1503 » 599 Iulius II » 1503 » 599 Leo X » 1515 » 537
---	--	--

INDEX INITIALIS

A

Accepimus fisco, 417.
 Ad ea, 581.
 Ad Ecclesiarum, 26.
 Ad hoc, 74.
 Admirabile sacramentum, 367.
 Ad reformandum, 515.
 Ad retinendas, 156.
 Ad Romani Pontificis, 524.
 Ad sacram Ordinis fratrum, 568.
 Ad sacram Petri Sedem divina dispositione sublimati, 97.
 Ad sacram Petri Sedem divina dispositione vocati, 376.
 Ad universalis Ecclesiae, 53.
 Alto, 504.
 Ambitiosae cupiditati, 194.
 Apostolatus officium, 465.
 Apostolicae Camerae, 511.
 Apostolici regiminis, 601.
 Apprime, 521.

C

Caelestis aulae, 252.
 Cantate Domino, 58.
 Circumspecta, 519.
 Constituti, 650.
 Consueverunt Romani Pontifices, 491.

Cum ab Apostolica Sede, 516.
 Cum detestabile scelus, 16.
 Cum ex relatione, 569.
 Cum ex sacrorum ordinum, 165.
 Cum homines se invicem, 415.
 Cum inchoatam, 555.
 Cum in omnibus, 185.
 Cum servare, 152.
 Cum, sicut accepimus, in nostra, 457.
 Cum, sicut accepimus, nonnulli, 515.
 Cum, sicut accepimus, non obstante, 658.
 Cum, sicut nobis nuper exponi, 628.
 Cum, sicut non sine displicentia, 529.
 Cum Sixtus IV, 754.
 Cum, tam divino quam humano iure, 405.
 Cum vectigalia, 80.
 Cunctis orbis ecclesiis, 15.
 Cunctorum, 550.
 Cura pastoralis, 295.

D

Decet Romanum Pontificem, ex debito, 511.
 Decet Romanum Pontificem, ex tradita sibi, 761.
 Decet Romanum Pontificem, Iesu Christi, 549.
 Decet Romanum Pontificem sic, 198.

De supernae, 644.
 Devotionis augmentum, 523.
 Dilectus filius, 526.
 Dispositione divina gregi dominico, 3.
 Dispositione divina, quamvis immeriti,
 205.
 Divina aeterna, 252.
 Divina disponente elementia, 678.
 Divina in eminenti, 10.
 Dudum ad nostram audientiam, 68.
 Dudum ad sacrum, 422.
 Dudum cum ad ecclesiam, 729.
 Dudum per nos accepto, 752.
 Dum ad fructus uberes, 469.
 Dum ad universos, 254.
 Dum attenta meditatione, 245.
 Dum intra mentis arcana revolvimus, 685.
 Dum singularem, 558.
 Dum suavissimos, 568.

E

Ea quae, 268.
 Etsi ad benemerendum, 471.
 Etsi ad universos regulares Ordines, 444.
 Etsi a summo, 545.
 Etsi circa, 87.
 Etsi cunctis, 225.
 Etsi cunctorum, 260.
 Etsi de cunctarum, 275.
 Etsi ex commisso, 402.
 Etsi ex iniuncto, 527.
 Etsi ex pastoralis officii, 597.
 Etsi ex sollicitudinis, 11.
 Etsi, pro cunctarum, 614.
 Etsi universis Romanae Ecclesiae ... quo
 ipsam sacerdotalem civitatem, 577.
 Etsi universis Romanae Ecclesiae ... quo
 ipsa sacerdotalis civitas, 211.
 Etsi universis xenodochiis, 226.
 Excellentissimum, 14.
 Excelsus Dominus, 717.
 Ex debito, 654.
 Excerabilis, 149.

Ex iniuncto per quae gregem, 418.
 Ex iniuncto per quae monasteriorum,
 445.
 Ex paternae caritatis officio, 496.
 Exponi, 478.
 Exposuisti, 285.
 Ex querelis, 555.
 Ex supernae dispositionis arbitrio, 773.
 Exultate Deo, 44.
 Exurge, Domine, 748.

F

Fide digna relatione, 488.
 Fidei digna relatione, 52.
 Finem litibus, 539.

G

Gregis nobis, 85.

H

Honestis petentium votis, 767.

I

Illa quae, 17.
 Illius, qui caritas est, 739.
 Illius, qui pro dominici, 246.
 Illud reputantes, 150.
 Immoderata, 199.
 Imperator aeternus, 109.
 In apostolicae dignitatis specula, in-
 iunctum nobis, 6.
 In apostolicae dignitatis specula, sub
 regularibus, 769.
 Ineffabilis providentia, 200.
 Ineffabilis summi providentia Patris, 180.
 In eminenti Apostolicae Sedis specula, li-
 cet immeriti, 76.
 In eminenti Apostolicae Sedis specula
 Romanus Pontifex, 578.
 In eminenti Sedis Apostolicae specula, di-
 vina disponente elementia, constituti, 2.
 In eminenti Sedis Apostolicae specula, di-
 vina disponente elementia, licet, 594.

Inhaerendo vestigiis, 690.
 In minoribus, 175.
 In supremæ dignitatis apostolicæ specula, 18.
 In supremæ dignitatis specula, dispositione superna, 195.
 In supremæ dignitatis specula, meritis licet insufficientibus, 472.
 In supremo Apostolicæ Sedis solio, 714.
 Intelleximus quod, 715.
 Intelleximus quosdam, 710.
 Inter alia laudabilia et necessaria, 684.
 Inter cætera divinæ Maiestati beneplacita, 561.
 Inter cæteros in militanti Ecclesia, 516.
 Inter cætera desideria, 92.
 Inter cætera gravia pulsantia pectus, 52.
 Inter cætera nostro regimini credita, 764.
 Inter curas multiplices quæ, 655.
 Inter curas multiplices quibus, 81.
 Inter desiderabilia, 343.
 Inter divinæ dispositionis arcana, 133.
 Inter felicitates, 155.
 Inter graves, 625.
 Inter multiplices curas, 560.
 Inter multiplices nostræ sollicitudinis curas, 622.
 Inter sollicitudines, 625.
 Ite et vos in vineam meam, 692.

L

Laetentur, 40.
 Licet alias, postquam statueramus, 711.
 Licet ea, quæ de nostro mandato, 264.
 Licet ea, quæ laudabili, 541.
 Licet ecclesiarum omnium, 182.
 Licet, ex debito ministerii pastoralis, 169.
 Licet felicis recordationis, 698.
 Licet militans, 88.
 Licet per alias, 769.
 Licet Romanus Pontifex, 42.
 Liqueat omnibus, 482.

M

Magnas omnipotenti, 31.
 Merentur, 602.
 Meritis, 552.
 Militanti Ecclesiae monasteriorum, aliorumque, 27.
 Militanti Ecclesiae monasteriorum omnium, 414.
 Militantis Ecclesiae regimini, 456.
 Misericordias Domini in æternum, 101.
 Misericordias Domini, quas in dies, 159.
 Munera excaecare oculos, 184.

N

Non debet, 550.
 Non mediocri, 34.
 Nuper in sacro Lateranensi concilio, 689.

O

Officii nostri debitum, 546.
 Olim, 105.
 Omnes quidem christifideles, 737.
 Ordinis tui, 90.

P

Pacificus et æternus rex, 691.
 Pastor æternus, 659.
 Pastoralis officii debitum nobis, 730.
 Pastoralis officii debitum, quo, 755.
 Pastoralis officii divina providentia, 571.
 Pastoris æterni, qui, ut humanum, 757.
 Percepimus, 420.
 Perniciosam, 208.
 Pervenit ad aures, 100.
 Piae vitæ studio, 566.
 Plantatus in agro, 572.
 Praeclara, 209.
 Primitiva illa Ecclesia, 664.
 Pro excellenti præeminentia Romani Pontificis, 509.
 Pro excellenti præeminentia Romano Pontifice, 166.
 Provenit, 50.

Q

Quae laudabilis, 116.
 Quam Deo et hominibus, 727
 Quamquam ex debito, 63.
 Quia in futurorum eventibus, 270.
 Quia nihil est quod, 599.
 Quoniam intelleximus, 542.
 Quoniam nonnulli, 292.

R

Rationi congruit, 145.
 Redditori, 159.
 Regimini universalis Ecclesiae, disponente Domino, 617.
 Regimini universalis Ecclesiae Clemens episcopus, 217.
 Regimini universalis Ecclesiae Nos igitur, 224.
 Regimini universalis Ecclesiae, quamquam immeriti, 55.
 Regimini universalis Ecclesiae, quamquam immerito, 70.
 Regis aeterni, 107.
 Regis pacifici, 474.
 Regularem vitam agentibus, 22.
 Regularem vitam professis, 59.
 Religionis zelus, 289.
 Religiosorum excessus, 145.
 Romani Pontificis indefessa, 207.
 Romani Pontificis, in quo, 466.
 Romani Pontificis providentia circumspicua ad ea, 408.
 Romani Pontificis providentia circumspicua nonnumquam ea, 4.
 Romani Pontificis providentia circumspicua praedecessorum suorum, 712.
 Romanorum gesta Pontificum, 106.
 Romanum decet Pontificem, 404.
 Romanus Pontifex caelestis clavigeri successor, 111.
 Romanus Pontifex, cui a Domino, 269.
 Romanus Pontifex, cui tot tantaque, 679.
 Romanus Pontifex, pacis, 476.
 Romanus Pontifex qui super, 266.

S

Sacrae merita Religionis, 126.
 Sacri Praedicatorum, 278.
 Sacrosancta Romana Ecclesia..... earumque ac personarum, 564.
 Sacrosancta Romana Ecclesia..... earumque profectus, 20.
 Sacrosanctae, 500.
 Sacrosanctam, 299.
 Salvator noster, 743.
 Salvatoris nostri, 640.
 Sancta Minorum Religio, 205.
 Sedes Apostolica, æqua in omnibus, 213.
 Sedes Apostolica, æqua semper, 229.
 Sedis Apostolicae providentia, 566.
 Si ad reprimendos, 127.
 Sicut prudens paterfamilias ad laudabilem, 458.
 Sicut prudens paterfamilias cuncta, 700.
 Sincerae devotionis affectus, 494.
 Si nostrarum civitatum, 514.
 Si summus rerum Opifex, 556.
 Summi bonorum, 651.
 Summis desiderantes affectibus, 296.
 Summus Pontifex, 118.
 Super cathedram, 400.
 Super gregem dominicum.... officium, 141.
 Super gregem dominicum prout, 55.
 Superna caelestis, 284.
 Supernae dispositionis arbitrio, 604.
 Supernae Maiestatis praesidio, 681.
 Suscepti regiminis, 479.

T

Temerariorum, 648.
 Triumphans Pastor, 150.

U

Urget nos, 152.
 Ut liberius, 189.

V

Viros sanguineos, 186.
 Virtute conspicuos, 455.

INDEX RUBRICARUM

EUGENIUS IV.

- I. Quod S. R. E. cardinales, in consistorio secreto pronunciati, non dicantur creati cardinales, quousque cardinalatus insignia non susceperint, nec votum habeant in eligendo Summo Pontifice, aut alio actu, quousque licentiam Summus Pontifex eis impertiatur, pag. 2.
- II. Quod congregatio monachorum de Observantia S. Iustinae, Ordinis S. Benedicti, quaecumque legata pia eius monasteriis et locis, quamvis non expressis, facta acceptare, et ad ea consequendum procuratores constituere, et iuxta capituli generalis et visitatorum iudicium distribuere possit, 3.
- III. Declaratio et mitigatio Regulae fratrum B. Mariae de Monte Carmelo, ab Honorio III hactenus approbatae, 4.
- IV. Statuta et ordinationes a clero Urbis in publicis solemnitatibus servanda, aliaque circa eiusdem reformationem et gubernium decernit, 6.
- V. Privilegium curialium sive officialium Sedis Apostolicae obsequiis existentium, aliorumque pro eorum negociis ad eandem Sedem venientium, et apud eam comorantium, aut inde recedentium, ne interim extra Romanam Curiam conveniantur, 10.
- VI. Approbatio congregationis S. Iustinae de Observantia monachorum Ordinis S. Benedicti, cum declaratione circa capituli generalis celebrationem, definitorumque ac visitatorum, abbatum et priorum electionem et auctoritatem, 11.
- VII. Quod festivas Sanctissimi Corporis Christi etiam in octava celebretur, duplicatis indulgentiis a praedecessoribus Pontificibus concessis, 14.
- VIII. Aemoniensis Ecclesia Parentinae unitur, 15.
- IX. Contra simoniacae pravitate reos, eorumque mediatores, 16.
- X. Ampliatio indulti a Gregorio IX concessi Eremitae Camaldulensi, monachorum Ordinis S. Benedicti, recipiendi religiosos aliorum Ordinum, 17.
- XI. Erectio ecclesiae Cornetanae, in provincia Etruriae, cum privilegiis, gratiis et indultis, 18.
- XII. Unio Nepesinae et Sutrinae ecclesiarum, quae uni eidemque subiiciuntur episcopo, 20.
- XIII. Privilegia et gratiae ac exemptiones congregationis S. Iustinae de Observantia, monachorum Ordinis S. Benedicti, 21.
- Exemptiones de quibus supra, 26.
- XIV. Iurisdictio et facultates iudicium conservatorum quarumcumque litium congregationis Cassinensis, alias S. Iustinae de Padua, monachorum Ordinis S. Benedicti, 27.

- XV. Concessio nonnullarum gratiarum Eremitis B. Petri de Pisis nuncupatis, 29.
- XVI. Translatio generalis concilii Basileensis ad civitatem Ferrariae in provincia Lombardiae, 31.
- XVII. Praefinitio numeri clericorum Reverendae Camerae Apostolicae praesidentium, ad septem, 32.
- XVIII. Quod abbates Ordinis Cisterciensis, quavis auctoritate, etiam apostolica, ad abbatias promoti vel confirmati, ab eiusdem Ordinis abbate generali, visitoribus et reformatoribus non sint exempti, 33.
- XIX. De S. R. E. cardinalium dignitate, ceteris ecclesiasticis dignitatibus praestantiori, 34.
- XX. Monachi professi Ordinis Cisterciensis monachorum S. Benedicti, ad alium quam Carthusianorum Ordinem transire prohibentur, 39.
- XXI. Concordia Ecclesiae Graecae et Latinae, cum definitione quorundam articulorum catholicae fidei in quibus dissidebant, primatusque Romani Pontificis et Ordinis patriarchalis, 39.
- XXII. Exemptio sororum sive monialium Ordinis S. Clarae a iurisdictione et superioritate ordinariorum et aliorum quorumcumque, et a solutione pedagiorum et quarumlibet contributionum, 42.
- XXIII. Concordia Armenorum cum sancta Romana Ecclesia, et declaratio articulorum septem novae legis sacramenta et pluraque alia concernentium, 44.
- XXIV. Communicantes in hebdomada Sancta vel infra octavam Paschae Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, satisfaciunt praecepto sanctae Romanae Ecclesiae, 52.
- XXV. Approbatio congregationis fratrum S. Hieronymi, sub denominatione *S. Hieronymi de Fesulis*, et sub Regula S. Augustini, cum praefinitione muneris et electionis praelatorum ipsius congregationis, 52.
- XXVI. Fratres S. Ambrosii sub una congregatione rediguntur, eiusque caput monasterium S. Ambrosii ad Nemus Mediolanense constituitur, munus praelatorum praefinitur et privilegia conceduntur, 54.
- XXVII. Concordia Iacobitarum in Aegypto cum sancta Romana Ecclesia, et explicatio nonnullorum articulorum catholicam fidem concernentium, 58.
- XXVIII. Exemptio canonicorum saecularium congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum a solutione decimarum, impositionum et onerum quorumcumque, 65.
- XXIX. Edictum contra hebraeos, quibus publica munera gerere, et christianis cum iis vesci, bibere, in eadem versari domo etc. interdicitur, 67.
- XXX. Separatio fratrum Eremitarum S. Augustini regularis observantiae congregationis Illicitanae, et illi unitorum, a superioritate praelatorum, non tamen prioris generalis totius Ordinis: ac elargitio quarumdam gratiarum et indulgentiarum, 70.
- Declaratio dictae constitutionis, 74.
- XXXI. Confirmatio statutorum pro bono Camerae Apostolicae regimine editorum, 76.
- Statuta et ordinationes, 77.
- XXXII. Quod, de quibuscumque rebus ad Urbem delatis, seu quomodolibet, ratione contractus, alienatis vel commutatis, semel dumtaxat vectigal debitum exigatur, 80.
- XXXIII. Approbatio ordinationum in capitulo Romae acto praefinitarum, pro reformatione monachorum Graecorum S. Basilii in provinciis Siciliae, Calabriae et Apuliae, 81.
- XXXIV. Innovatio damnationis trium articulorum Iohannis de Poliacio, catholicae veritati circa poenitentiae sacramentum contrariorum, 84.
- XXXV. Sanctae Romanae Ecclesiae cardi-

- nales, in electione Romani Pontificis, Lugdunensis ac Viennensis sancti concilii servare debere decernit, 87.
- XXXVI. Canonizatio B. Nicolai de Tolentino, professoris Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, eiusque adscriptio catalogo Ss. confessorum, et institutio festivitatis pro die x septembris, 88.
- XXXVII. Declarationes et mitigationes Regulae sororum sive monialium S. Clarae, et earum suppositio Ordini fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, 90.
- XXXVIII. Absolutio eorum qui congregationi Basileensi adhaeserunt post dissolutionem concilii, et ad Summi Pontificis obedientiam redierunt; provisioque et declaratio circa collationes ecclesiarum et beneficiorum, 92.

NICOLAUS V.

- I. Confirmatio concordiae initae inter Fridericum imperatorem principesque Germaniae ac legatum apostolicum, super reservatione et collatione ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum: et approbatio constitutionis Eugenii IV in his, quae huiusmodi concordiae non adversantur, 96.
- II. Catholicos Latini ritus ad Graecum transire non posse decernit, 100.
- III. Canonizatio S. Bernardini Senensis, professoris Ordinis fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, eiusque relatio in numerum sanctorum confessorum, 101.
- IV. Contra impios christianos mittentes et deferentes arma, victualia et mercimonia ad partes Saracenorum, vel eisdem favorem aut auxilium praestantes, 105.
- V. Bonifacii PP. IX litteras super festo Visitationis sanctissimae Virginis Mariae confirmat, 106.
- VI. Translatio patriarchalis ecclesiae Gradensis ad civitatem Venetiarum, cum suppressione tituli eiusdem ecclesiae Gradensis, 107.
- VII. Coronatio Friderici tertii, Romanorum imperatoris, in alma Urbe, cum approbatione electionis iam de eo factae, 109.
- VIII. Declaratio, tum Septem, tum reliquam Africam a Promontoriis Bajadoc et Nam ad Guineam usque, vel etiam ultra ad antarcticum, omniaque adiacentia Saracenorum regna Lusitanae coronae esse addicta, 110.

CALLISTUS III.

- I. Thesaurarius et clerici Reverendae Camerae Apostolicae, veri familiares Papae, eiusque et Sedis Apostolicae cappellani esse declarantur, 116.
- II. Sanctorum confessorum pontificum canonum adscribit beatum Osmundum Sarisberiensem in Anglia episcopum, cum festi eiusdem sancti institutione, 118.
- III. Declaratio, quod canonici congregationis S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini, sunt veri canonici regulares dicti Ordinis, eorumque privilegiis omnibus perfruantur, 126.
- IV. Sanctio ad evitandum quodlibet christianorum cum iudaeis et saracenis commercium, rescissis quibuscumque privilegiis antehac eisdem concessis, 127.
- V. Qui christifideles quoquomodo in servitute redigere, aliisque vendere audent, subiiciuntur anathemati: propositis eos quomodolibet liberantibus indulgentiis, 130.
- VI. Exemptiones et immunitates monasterii et monachorum S. Salvatoris Messanensis, Ordinis S. Basilii, 132.
- VII. Transfigurationis festum Salvatoris vulgariter nuncupatum a christifidelibus, colendum instituit pro die sexta augusti, indulgentiasque elargitur, 133.
- VIII. Presbyteros Graecos inter missarum solemnium Romani Pontificis nomen

elata voce canere, integrumque *Credo*, iuxta Romanae Ecclesiae ritum, dicere obligatos fore decernit, 139.

- IX. Fratres Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum ad Ordines Mendicantium transire non possint, cum, respectu quarti voti, illis strictior possit censeri, 140.

PIUS II.

- I. Generales Ordinum Mendicantium omnimodam habeant iurisdictionem in omnes Studiorum scholares et officiales, suorum Ordinum professores, quibuscumque Studiorum privilegiis non obstantibus, 143.
- II. Expeditio bullae Callisti III de canonizatione S. Vincentii Valentini, professoris Ordinis fratrum Praedicatorum S. Dominici, eiusque adscriptio catalogo Ss. confessorum, et institutio festivitatis pro die vi mensis aprilis, 144.
- III. Appellantes a Summo Romano Pontifice ad futurum concilium, eorumque consilarii et fautores poenis excommunicationis criminisque laesae Maiestatis divinae et humanae subiiciuntur, 149.
- IV. Erectio ecclesiae episcopalis civitatis Senarum, in provincia Etruriae, in ecclesiam archiepiscopalem, 150.
- V. Praecedentia episcoporum aliorumque ad cathedrales ecclesias electorum ac protonotariorum apostolicorum, 152.
- VI. Erectio Universitatis Nannetensis, 153.
- VII. Contra homicidas, vel de homicidio condemnatos aut diffamatos, ditioni sanctae Romanae Ecclesiae mediate vel immediate subiectos, 156.
- VIII. Canonizatio S. Catharinae de Senis eiusque relatio in catalogum Ss. virginum, et festivitatis institutio pro prima dominica mensis maii, 159.
- IX. Contra clericos ad sacros ordines male promotos, 165.
- X. Erectio oppidi Pientini in civitatem,

eiusque ecclesiae collegiatae in cathedrali, 166.

- XI. Privilegia congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti, una cum communicatione omnium gratiarum congregationis Cassinensis eiusdem Ordinis, 169.
- XII. Retractatio eorum, quae ipse Pontifex, in minoribus existens, scripserat pro concilio Basileensi contra Eugenium quartum, 172.
- XIII. Prohibitio praedicandi, disputandi aut suadendi haeticum vel peccatum esse credere Iesu Christi Sanguinem, in triduo suae passionis, ab ipsa Divinitate divisum vel non divisum fuisse, 180.

PAULUS II.

- I. Iurdictio et facultates vicarii Papae in Urbe eiusque districtu, 182.
- II. De his quae observare debent iudices a Sede Apostolica delegati in causis alienationum honorum ecclesiasticorum, 183.
- III. Gubernatores civitatum et aliorum locorum Status Ecclesiastici, munera (praeter esculenta et poculenta quae triduo consumuntur) non recipiant. Officia per Papam conferri solita, non conferant. Exulesque vel poenas, supra florenos sex, non remittant, 184.
- IV. Contra vindictam transversalem in Urbe eiusque districtu sumentes, aut cavalcas seu hominum collectas facientes, brigososque et eorum fautores, 186.
- V. Indictio sacri belli contra Turcas, 189.
- VI. Prohibitio alienandi bona ecclesiastica aut illa ultra terminos locandi, 194.
- VII. Erectio ecclesiae cathedralis Viennensis in Austria, cum reservatione iurispatronatus pro duobus Austriae, 195.
- VIII. Quod monasteria, prioratus et alia beneficia ecclesiastica, perpetuo unita

- et de cetero non vacantia, teneantur Reverendae Camerae Apostolicae debita iura et servitia, ut taxata sunt, praestare: alia vero amata persolvere singulis quindecim annis, 197.
- IX. Conficiendi, benedicendi et consecrandi *Agnus Dei* vulgariter nuncupatos Romano dumtaxat Pontifici potestatem reservat, 199.
- X. Reductio sanctissimi Iubilaei, sive anni sancti ad annum vigesimum quintum, quo visitantes basilicas Ss. Petri et Pauli et S. Iohannis in Laterano ac S. Mariae Maioris de Urbe, plenissimam peccatorum veniam consequuntur, 200.

SIXTUS IV.

- I. Privilegia thesaurarii et clericorum Reverendae Camerae Apostolicae, suorum nepotum et familiarium, 203.
- II. Approbatio et explicatio constitutionis Gregorii XI, de auctoritate cardinalis pro tempore protectoris fratrum Minorum Ordinis S. Francisci, 205.
- III. Reductio auditorum Rotae Romanae ad numerum duodecim, 207.
- IV. Contra simoniacos, dantes vel recipientes munera pro sacris conferendis vel suscipiendis ordinibus, dignitatibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis, excommunicationem aliasque poenas statuit, 208.
- V. Quod festum S. Francisci, Ordinis fratrum Minorum institutoris, uti duplex ab omnibus celebretur, ab omnique opere servili absteatur, ac sub observantia et praecepto, 209.
- VI. Privilegium curialium tam laicorum quam ecclesiasticorum, libere disponendi, etiam ad favorem incapacium, de bonis in alma Urbe et infra decem milliaria, quamvis ex fructibus bonorum ecclesiasticorum acquisitis, 211.
- VII. Approbatio congregationis fratrum Eremitarum Sancti Francisci de Paula, cum exemptionum et gratiarum enlargemente, 212.
- VIII. Amplissimae gratiae et privilegia fratrum Minorum conventualium, Ordinis Sancti Francisci, quae propterea *Mare magnum* nuncupantur, 217.
- IX. Amplissimae gratiae et privilegia fratrum Praedicatorum Ordinis S. Dominici, quae propterea *Mare magnum* nuncupantur, 224.
- X. Quod brunus color vestimentorum praefinitus a Benedicto XII pro monachis et monialibus S. Benedicti, Ordinis Cisterciensis, intelligatur de colore nigro, et non griseo. Et quod totus Ordo albi tantum et nigri coloris vestibus utatur, 225.
- XI. Quod omnes magistri vel praeceptores quorumcumque locorum sub vocabulo S. *Spiritus* sint totaliter subiecti magno magistro seu generali praeceptori archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, et absque eius licentia eleemosynas quaerere non possint, et ad ipsum solum spectet collatio locorum Ordinis Sancti Spiritus, 226.
- XII. De celebratione capituli generalis et capitulorum provincialium congregationis Eremitarum Beati Petri de Pisis, ac electione eius praelatorum, 229.
- XIII. Comprobatio concessionis Callisti III de canonizatione sancti Alberti de Drepano, insulae Siciliae, olim professoris Ordinis fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, 232.
- XIV. Constitutiones pro bono regimine congregationis canonicorum regularium Lateranensium, cum immunitatum et gratiarum concessione, 234.
- XV. Declaratio et mitigatio constitutionum Honorii III, editae super Regula fratrum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo circa esum carniium et ieiunium, 244.
- XVI. Renovatio confraternitatis piorum virorum in archihospitali S. Spiritus in Saxia de Urbe, cum indulgentiarum aliarumque gratiarum enlargemente, 245.

- XVII. Innovatio collegii abbreviatorum litterarum apostolicarum, cum assignatione indultorum et emolumentorum, 251.
- XVIII. De observantia Egidianarum seu Provinciae Marchiae constitutionum in toto Statu Ecclesiastico locisque ei immediate subiectis, et de reformatione rectorum civitatum provinciarumque dicti Status, 259.
- XIX. Damnatio quarundam propositionum a Petro de Osma et aliis temere proditarum, praesertim circa peccatorum confessionem et alia sanctae Romanae Ecclesiae sacramenta, 263.
- XX. Excommunicatio contra revocantes ab Urbe S. R. E. cardinales, patriarchas aliosque praelatos, seu ipsis, ut recedant, vel se absentent, mandantes *etc.*, 266.
- XXI. Approbatio antiqui ritus orandi, qui Psalterium B. Mariae Virginis nuncupatur, cum indulgentiarum pro sic orantibus largitione, 268.
- XXII. Sacellum iuxta basilicam Sancti Petri, Sixtinum a se nuncupandum, erigit, ibique indulgentias et alia largitur, 269.
- XXIII. Suppressio et extinctio novae Religionis sub invocatione et instituto S. Ioannis Hierosolymitani in ditione Florentina noviter excitatae, cum personarum eiusdem ad alios approbatos Ordines translatione, 270.
- XXIV. Ampliatio iurisdictionis sanctae Romanae Ecclesiae camerarii et magistrorum viarum Urbis, circa aedificia ad eius ornatum construenda, una cum privilegiis eiusmodi aedificia construendum vel ampliantium, 273.
- XXV. Concessio gratiarum et privilegiorum pro Ordinibus S. Dominici et S. Francisci, 278.
Declaratio § 6 praecedentis bullae, 283.
- XXVI. Canonizatio S. Bonaventurae Bagnoregionensis, generalis ministri Ordinis fratrum Minorum conventualium

S. Francisci, S. R. E. cardinalis et episcopi Albanensis, eiusque relatio in numerum Ss. confessorum pontificum doctorum, cum suae festivitatis institutione, 284.

- XXVII. De electione et munere magistri seu praeceptoris archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, et exemptionibus, immunitatibus ac privilegiis eiusdem, 289.
- XXVIII. De auctoritate maioris Poenitentiarum sanctae Romanae Ecclesiae, 292.
- XXIX. Consanguinei et affines reorum in causis criminalibus condemnatorum, in Statu Ecclesiastico, ad redimendum eorum bona compellantur; eisque non extantibus vel impotentibus, communitates ad id cogantur; et parentes filiorum condemnatorum, etiam viventes, teneantur ad integram eorum legitimam fisco persolvendam, 295.

INNOCENTIUS VIII.

- I. Inquisitorum haereticae pravitatis iurisdicatio contra haeresim sive sectam maleficorum, 296.
- II. S. Leopoldi, Austriae principis, canonizatio et inter sanctos confessores adscriptio, cum festivitatis institutione pro die xv mensis novembris, 298.
- III. Unio monasteriorum congregationis monachorum Vallis Umbrosae, sub uno abbate generali, nuncupando Vallis Umbrosae, et praefinitio nonnullarum ordinationum pro regimine monachorum dictae congregationis sub Regula Sancti Benedicti, iurisdictioneque eiusdem abbatis, 303.
- IV. Contra annatas, ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum, statutis temporibus, non solventes, 311.
- V. Contra accipientes bonorum ecclesiarum et monasteriorum administrationem, absque Sedis Apostolicae licentia, litterisque ab ea impetrandis minime expeditis, 313.
- VI. Iurisdicatio clericorum Reverendae Ca-

- merae Apostolicae quascumque causas interesse ipsius Camerae concernentes summarie *etc.* cognoscendi, 315.
- VII. Declaratio et revocatio concessionum iurispatronatus et praesentandi ad beneficia ecclesiastica, per Sedem Apostolicam eiusque officiales ab annis xxv citra factarum, 316.
- VIII. Auditorum Rotae Romanae officia vacent per eorum promotionem ad Ecclesias cathedrales vel metropolitanas, 319.
- IX. Iurisdictio et facultates auditoris causarum Curiae Reverendae Camerae Apostolicae, 320.
- X. Quod conservatores et executores litterarum apostolicarum ad favorem congregationis S. Iustinae de Observantia monachorum S. Benedicti, omnes in dati censeantur, quibus Sedes Apostolica causas delegare potest, 323.
- XI. Exemptio monachorum Ordinis Cisterciensis a iurisdictione ordinariorum et solutione exactionum et subsidiorum quorumcumque etiam charitativorum, 324.
- XII. Inquisitorum haereticae pravitatis sententiae, contra haereticos promulgatae, a magistratibus saecularibus executioni demandantur, absque aliqua processuum revisione, 326.
- XIII. Damnatio nonnullarum propositionum Ioannis Pici, comitis Concordiae, cum inhibitione illas imprimendi ac legendi, sub poena excommunicationis, 327.
- XIV. Contra asserentes, in litteris apostolicis, se esse tales quales non sunt, pro earumdem litterarum expeditione gratis consequenda, 329.
- XV. Ampliatio collegii sex secretariorum apostolicorum ad numerum viginti-quatuor, et praefinitio officii unius secretarii domestici, cum emolumentorum tam ipsius secretarii quam totius collegii, privilegiorumque concessione, 330.
- XVI. Iurisdictio et facultates auditorum Rotae Romanae in causis per eos cognoscendis, 339.
- XVII. Contra exules et bannitos ab Urbe, minas pro habenda pace ab offensis vel eorum haeredibus inferentes, eorumque nuncium scienter desuper afferentes, 341.
- XVIII. Quod debitores occasione bonorum ripalium in Ripis almae Urbis venditorum ad quinquennalem dilationem vel bonorum cessionem non admittantur; quodque a iudicibus ipsarum Riparum ad Cameraam Apostolicam tantum appellari liceat, 342.
- XIX. Approbatio confraternitatis sub invocatione S. Ioannis Baptistae Decollati, Divinae Misericordiae nuncupatae, in alma Urbe nuper institutae, ad pie consolandum morti a iudicibus condemnatos, curandumque eorum animae salutem et sepeliendum corpora eorundem, 343.
- XX. Contra impediens quoquo modo executionem citationum et aliorum mandatorum cuiuscumque iudicis causarum in Romana Curia pendentium, et contra eorum fautores notariosque instrumenta huiusmodi executionum dare recusantes, 346.
- XXI. Contra non solventes, in festo Ss. Petri et Pauli apostolorum, census Reverendae Camerae Apostolicae debitos, 349.

ALEXANDER VI.

- I. Confirmatio privilegiorum Bononiensis civitatis circa regimen eiusdem per legatos aliosque a Sede Apostolica deputatos exercendum cum consensu magistratum, 350.
- II. Approbatio Regulae, sive statutorum et ordinationum confirmatio a beato Francisco de Paula primitus suis fratribus traditorum in Cusentina eremo, 352.
- III. Contra sibimet ius dicentes, aut cavalcantem aut hominum missionem facientes in Statu Ecclesiastico, 359.

- IV. Insulae novi orbis, a Ferdinando Hispaniarum rege et Elisabetha regina repta et reperiendae, conceduntur eisdem, propagandae fidei christianae causa, 361.
- V. Translatio episcopalis dignitatis Sabiniensis ad ecclesiam S. Liberati terrae Malliani: quae quidem terra civitatis titulo insignitur, 364.
- VI. Congregationi fratrum Apostolorum pauperis vitae Regula S. Augustini datur, etiam quoad vota, 366.
- VII. De titulo Crucis Domini nostri Iesu Christi Salvatoris, die ultimae dominicae mensis ianuarii MCCCXCII in ecclesia Sanctae Crucis in Hierusalem nuncupatae de Urbe invento. Conceditur plenaria indulgentia hanc ecclesiam die illa visitantibus, 367.
- VIII. Privilegium Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod officium sacrorum apostolicum, per unum ex eis exerceatur, 368.
- IX. Contra non solventes census, canones et alia iura vel regalia Reverendae Camerae Apostolicae, 369.
- X. Unio congregationis monachorum Ordinis Cisterciensis in provincia Tusciae et monachorum eiusdem Ordinis in provincia Lombardiae, et ex eis institutio unius congregationis, S. Bernardi in Italia nuncupandae, cum statutis et ordinationibus pro eius regimine, 371.
- XI. Quod Pauperes Iesuati, de caetero fratres Iesuati S. Hieronymi nuncupentur, caeteris religiosis eiusmodi denominatione interdicta, 376.
- XII. Privilegia aedificantium in via Alexandria nuper in Urbe directa a Castro Sancti Angeli ad plateam S. Petri principis apostolorum, 377.
- XIII. Institutio officii summatorum litterarum apostolicarum, in officium perpetuum vacabile, cum indulgentiarum et gratiarum concessione, 378.
- XIV. Minimorum seu Eremitarum Ordinem, a Sancto Francisco de Paula

nuper institutum, privilegiis et gratiis donans, approbat; Regulam noviter reformatam confirmat, ad ipsumque Mendicantium Ordinum praerogativas et indulgentias extendit, 380.

- XV. Contra offendentes, per se vel alium, litigantes in Curia Romana, eorumque iudices, advocatos, procuratores, notarios, testesque et alios, 394.
- XVI. Concessio gubernii quarundam terrarum Status Ecclesiastici clericis R. Camerae Apostolicae, 397.

PIUS III.

Eius vita, 399.

IULIUS II.

- I. Contra barones et communitates Status Ecclesiastici, eorum territoria non custodientes a bannitis, luribus et aliis delinquentibus, 399.
- II. Monasterium Cassinense, Ordinis S. Benedicti, congregationi monachorum Sanctae Iustinae de Observantia eiusdem Ordinis unitur, et dictam congregationem Cassinensem alias Sanctae Iustinae denominari praecipitur, eique privilegia omnia communicantur, 400.
- III. Confirmatio capitulorum circa regimen et gubernationem civitatis Bononiensis per legatos et gubernatorem exercenda editorum, 402.
- IV. Contra abutentes immunitatibus ecclesiarum in regno Angliae, 404.
- V. Damnatio simoniacae electionis Summi Pontificis Romani, cum poenarum impositione in electum eligentesque et eorum complices, 405.
- VI. Innovatio constitutionum Bonifacii VIII, Alexandri V, Pii II et Innocentii VIII, contra provisores ingerentes se in administrationibus beneficiorum, litteris apostolicis non expeditis; et contra non solventes annatas Camerae Apostolicae, 408.

- VII. Privilegiorum congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, deputandi iudices, conservatores bonorum et personarum ipsius congregationis, eorumque conservatorum ampla iurisdictio, 411.
- VIII. Contra homicidas et alios capitaliter bannitos, aut sibi ius dicentes, aut cavalcata facientes *etc.*, eorumque receptatores et fautores, 415.
- IX. Prohibitio appellandi in causis criminalibus provinciae Marchiae in Statu Ecclesiastico, non facto deposito poenae pecuniariae, in qua rei condemnati sunt, 417.
- X. Iurisdictio et auctoritas clericorum Reverendae Camerae Apostolicae praesidentium aliquot ex se ipsis annis singulis transmittendi ad loca Status Ecclesiastici visitanda, officialesque et alios quoscumque delinquentes coercendi, 418.
- XI. Contra clericos et ministros Reverendae Camerae Apostolicae, quomolibet in contractibus rerum camerae participantes, 420.
- XII. Approbatio et institutio Ordinis fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula, qui alias Eremitae nuncupantur, et confirmatio unius Regulae a B. Francisco pro dictis fratribus et alterius pro sororibus et etiam pro Tertiariis editae, cum plurimarum gratiarum et privilegiorum elargitione, quae propterea *Mare Magnum* appellatur, 421.
- XIII. Sequitur alia concessio eorumdem et aliorum privilegiorum, 434.
- XIV. Facultas duorum ex praelatis congregationis monachorum Beatae Mariae Montis Oliveti, Ordinis Sancti Benedicti, circa alienationem eius bonorum, si huiusmodi alienatio in evidentem utilitatem cedit, 442.
- XV. Ordinationes pro bono regimine congregationis monachorum B. Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, eiusque gratiae et immunitates, 444.
- XVI. Approbatio gratiarum et privilegiorum a Pontificibus, imperatoribus et aliis concessorum congregationi monachorum Vallis Umbrosae, Ordinis S. Benedicti, et communicatio quarumcumque gratiarum et indulgentiarum quoquomodo congregationi Cassinensi monachorum eiusdem Ordinis concessorum et concedendorum, 455.
- XVII. Contra occultantes vel retinentes scripturas ad Reverendam Cameram spectantes, 457.
- XVIII. Institutio collegii scriptorum archivii Romanae Curiae notariorum in causis commissariis in Urbe apud iudices proprios notarios non habentes; et concessio facultatis creandi alios notarios, ac legitimandi bastardos, 458.
- XIX. Sequitur declaratio praedictae constitutionis, 465.
- XX. De portionibus fructuum ex beneficiis militiae de Calatrava, Cisterciensis Ordinis, communi thesauro debitis, certis duntaxat casibus expendendis, 466.
- XXI. Quod totalis obedientia Ordinis Cartusienensis perpetuo sit sub priore maioris domus Cartusiae et definitorum capituli generalis, 469.
- XXII. Quod Ordo fratrum Eremitarum Sancti Augustini gratiis et privilegiis aliorum Ordinum Mendicantium perfruatur, 471.
- XXIII. Ne religiosi Ordinum Praedicatorum et Minorum commorentur extra coenobia, etiam occasione studiorum, 472.
- XXIV. Contra pugnantes in duello, aut illud permittentes in Statu Ecclesiastico, 474.
- XXV. Prohibitio occupandi bona naufragantia in locis maris S. R. E., 476.
- XXVI. Renovatio privilegii monialium et fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de novis monasteriis circa eorum domos infra spatium ccc annorum non aedificandis, 477.

- XXVII. Extensio constitutionis a Pio II editae contra appellantes a Romano Pontifice ad futurum concilium, eorumque complices et fautores, 479.
- XXVIII. Facultates et privilegia commissariorum fabricae Sancti Petri principis apostolorum de Urbe, 481.
- XXIX. Homicidae et aliorum rei criminum, quorum poena in provincia Marchiae esset capitalis vel sanguinis, non audiuntur nisi prius in carceribus constituti. Et homicidae attingentes annum vigesimum pro maioribus vigesimoquinto habeantur, 488.
- XXX. Anathematizatio haereticorum et aliorum contravenientium contentis in constitutione, quae Bulla in Coena Domini nuncupatur, 490.
- XXXI. Quod decisio causarum Bononiensis civitatis et districtus, in quacumque instantia agitari contingat, iuxta statutorum et ordinamentorum formam praefatae civitatis habeatur, 493.
- XXXII. Reintegratio congregationis monachorum S. Bernardi in Italia, Ordinis Cisterciensis, ab Alexandro VI instituta, in provinciis Iltruriae et Lombardiae, regularis observantiae; ordinationesque circa electionem ac munus praelatorum eiusdem congregationis, 496.
- XXXIII. Indictio sacri Oecumenici Concilii Lateranensis quinti pro die XIX mensis aprilis anni MDCXII, et damnatio conciliabuli Pisani, 499.
- XXXIV. Erectio cathedralis ecclesiae Salutarum in ditione ducis Sabaudiae, cum privilegiorum et indulgentiarum elargitione, 509.
- XXXV. Declaratio iurisdictionum Vicarii Papae, Gubernatoris, Auditoris Camerae, Senatoris aliorumque iudicum Curiae Capitolii ac Marescalli Urbis, 511.
- XXXVI. Reintegratio incliti populi Romani ad iurisdictionem, quam eius conservatores in Urbe et ipsius populi castris, praesertim super consulibus artium et annonae, hactenus exercuerunt, necnon et ad superioritatem in civitate Tyburtina, 514.
- XXXVII. Gratiarum, immunitates et privilegia canonicorum regularium congregationis S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini, 516.
- XXXVIII. Iurisdicatio et facultates iudicum Curiae Capitolii circa causarum Urbis decisionem, 533.
- XXXIX. Damnatio conciliabuli Pisani, cum omnibus in eo secutis, 534.
- XL. S. Lateranense Concilium editam iam a Julio PP. constitutionem super electione Pontificis ratam habet et confirmat, 536.

LEO X.

- I. Reintegratio incliti populi Romani ad sua privilegia, gratias et officia, 538.
- II. Reductio et unio congregationis Eremitae Camaldulensis et congregationis S. Michaelis de Murano, monachorum Ordinis S. Benedicti, in unam congregationem; ac plurimae ordinationes pro electione et munere praelatorum et regimine totius congregationis, cum indulgentiarum et gratiarum concessione, 542.
- III. Rotae Romanae Auditorum privilegium, quod litterae apostolicae a quibuscumque Romanae Curiae officialibus gratis pro eis expediantur, 566.
- IV. De munere, auctoritate et privilegiis rectoris et reformatum lectorumque et scholarium Studii generalis almae Urbis, et officio bidelli, 568.
- V. Reformatio omnium officiorum Romanae Curiae in sacro Oecumenico Concilio confirmata, 571.
- VI. Asserentes animam esse mortalem et unicum in cunctis hominibus, uti haeretici plectendi sunt. Et catholica veritas, circa dogmata philosophorum fidei adversantia, a philosophiae professoribus explicanda est, 601.
- VII. Quod fratres Ordinis Minorum de Ob-

- servantia habere possint domos amplas et magnifica ornamenta ecclesiastica, 602.
- VIII. Reformatio generalis praelatorum ecclesiasticorum, eorumque officialium ac familiarium et aliorum, 604.
- IX. Iurisdictio et facultates Gubernatoris almae Urbis eiusque districtus, ac Vicecamerarii, 614.
- X. Iurisdictio ordinariorum ecclesiasticorum cognoscendi quascumque causas ad forum ecclesiasticum spectantes in prima instantia, in omnes personas, etiam exemptas, si iudices eis dati sunt negligentes; et innovatio constitutionum editarum contra impediennes libertatem ecclesiasticam, 617.
- XI. Montes Pietatis, christiana charitate instituti, pecunias licite mutuant, aliquo pro impensis et indemnitate, et quidem moderate, recepto, 621.
- XII. Prohibitio imprimendi libros, absque examine et approbatione vicarii Papae et magistri sacri Palatii Apostolici in Urbe, et episcoporum haereticarumque pravitatis inquisitorum in aliis locis, 623.
- XIII. Contra occupantes vel invadentes terras et loca S. R. E. eorumque complices et fautores, 625.
- XIV. Declarationes quorundam dubiorum super prima et secunda Regula sororum seu monialium S. Clarae, et licentia duplici officio celebrandi festa B. Agnetis et Undecim Millium Virginum, 628.
- XV. Ampliatio indultorum et gratiarum collegii abbreviatorum litterarum apostolicarum, 631.
- XVI. Hospitalis B. Mariae de Populo et S. Iacobi in Augusta de Urbe erectio in archihospitale pauperum infirmorum incurabilium, cum privilegiorum elargitione, 639.
Alia in idem privilegiorum concessio, 644.
- XVII. Contra offendentes aliquem ex S. R. E. cardinalibus vel eius domum invadentes, etiam tempore conclavis, aut bona eiusdem diripientes, eorumque complices et fautores, 648.
- XVIII. Confirmatio sacri et Oecumenici Concilii Lateranensis quinti, et iudicio expeditionis contra infideles, 650.
- XIX. Facultas visitatorum congregationis monachorum Beatae Mariae Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, circa locationes et alienationes bonorum immobilium dictae congregationis in evidentem eius utilitatem, 654.
- XX. Confirmatio et extensio iurisdictionis S. R. E. camerarii et magistrorum viarum almae Urbis, et declaratio circa appellationes ab eorum sententiis interponendas, 655.
Extensio dictae bullae, 658.
- XXI. Damnatio pragmaticae sanctionis in regno Franciae editae in detrimentum Sedis Apostolicae, et concordia cum Ludovico rege circa provisiones beneficiorum ecclesiasticorum, 659.
Concordia super provisionibus beneficiorum ecclesiasticorum, 664.
Eiusdem Pontificis alia dictae concordiae confirmatio, sacro Lateranensi Concilio approbante, 678.
Dictae constitutionis declaratio, 679.
- XXII. De praedicatorum verbi Dei munere, examine et approbatione, 680.
- XXIII. De fidelitatis iuramento per promotos ad quascumque ecclesias et dignitates praestando, poenisque contra non praestantes infligendis, 684.
- XXIV. Moderatio et declaratio indultorum quibuscumque Mendicantium et aliorum religiosorum Ordinibus et eorum Tertiariis concessorum, 685.
Declaratio dictae bullae quoad Tertiarios, 689.
- XXV. Contra mentientes personas in litteris apostolicis ut earum expeditionem gratis assequantur, officialesque eorum complices, 690.
- XXVI. Carolus rex Hispaniarum eiusque coniux catholicorum titulo decorantur, 691.

- XXVII. De electione praelatorum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, eorumque a fratribus Conventualibus seijunctione, 692.
- XXVIII. Iurisdictio camerarii et clericorum Reverendae Camerae Apostolicae in causis et contractibus cameralibus et guberniis locorum eis commissorum. Neenon et confirmatio ordinationum per eosdem clericos pro feliciori Camerae regimine editarum, 698.
Alia constitutio confirmatoria praecedentis et aliarum hic relative insertarum, ordinationumque a clericis Camerae pro eius gubernio feliciori editarum, 700.
Tenor statutorum a clericis supradictis editorum, 702.
- XXIX. Quod audientes missam in ecclesiis fratrum Mendicantium, in dominicis et festis diebus, satisfaciunt praecepto Ecclesiae de missa audienda, 710.
- XXX. Fratres Minores Ordinis S. Francisci de Observantia, in processionibus et actibus publicis, fratres Conventuales praecedunt, digniorique loco crucem deferunt, 711.
- XXXI. Contra barones et communitates non custodientes eorum territoria a bannitis, furibus, etc., 712.
- XXXII. Inquisitorum haereticae pravitatis facultas suo arbitrio puniendi et curiae saeculari tradendi testes falsidicos in causis fidei, 713.
- XXXIII. Contra quoscumque, etiam praetextu indulti Urbani VI, quoquo modo impediens executionem litterarum apostolicarum, 714.
- XXXIV. Canonizatio sancti Francisci de Paula, Ordinis fratrum Minorum institutoris, eiusque adscriptio catalogo sanctorum confessorum, et institutio festivitatis pro die secunda mensis aprilis, una cum octava, 717.
- XXXV. Contra pugnantem in duello, aut illud permittentes vel spectantes in Statu Ecclesiastico, 727.
- XXXVI. Quod canonici regulares S. Augustini, in episcopos promoti, utantur habitu, quo utuntur alii clerici saeculares in episcopos creati, 729.
- XXXVII. Iurisdictio et alia privilegia consulis et consiliariorum universitatis mercatorum Florentinorum in alma Urbe, 729.
- XXXVIII. Communicatio omnium privilegiorum Mendicantium, tam concessorum quam concedendorum, inter singulos eorundem Ordines, eorumque loca, ecclesias, fratres, moniales, tertiaros, conversos et oblatos, 732.
- XXXIX. De his quae servari debent circa impetrationem beneficiorum concistorialium, 734.
- XL. Animadversio contra illos, qui per vim, metum aut fictis promissionibus praelatorum electiones in monasteriis Ordinis Cisterciensis impediunt, aut electores ad personas sibi benevisas eligendas adstringunt, 735.
- XLI. Contra homicidas, bannitos, etc., communitates et dominos eos non capientes, aut auxiliantes, faventes et receptantes in Statu Ecclesiastico, 737.
- XLII. Approbatio archiconfraternitatis Caritatis nuper in Urbe institutae, ad pauperum mendicare erubescendum carceratorumque subventionem, ac mortuorum sepulturam, 739.
- XLIII. Institutio monasterii in Urbe pro mulieribus ab inhonesta vita ad honestam se convertentibus, sub invocatione Sanctae Mariae Magdalенаe ac Regula Sancti Augustini, et sub regimine archiconfraternitatis Caritatis, cum indultorum concessione ac spoliolorum impudicarum mulierum applicatione, 742.
- XLIV. Damnatio errorum Martini Lutheri et sequacium, cum monitione et requisitione ut ab eis recedant, 748.
- XLV. Indulgentiae confraternitatis Rosarii beatae Mariae Virginis, 757.
- XLVI. Damnatio et excommunicatio Martini Lutheri haeretici et eius sequacium, 761.

- XLVII. Institutio Tertiae Regulae pro fratribus et sororibus Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, de Poenitentia nuncupatis, sub tribus votis essentialibus in communi viventibus, 764.
- XLVIII. Inquisitorum haereticae pravitatis iurisdictio per adiunctionem alterius iudicis non intelligatur diminuta in procedendo contra maleficos, sortilegos, a fide apostatantes *etc.* Et officiales saeculares, absque processus revisione, eorum sententiae exequantur, 767.
- XLIX. Circa celebrationem festi sancti Francisci de Paula, 769.
- L. Quod fratres milites et aliae personae militiae de Alcantara, eiusque ecclesiae perfruantur omnibus indultis, privilegiis et indulgentiis concessis et concedendis Ordini Cisterciensi Sancti Benedicti, 769.
- LI. Henricus octavus, rex Angliae, titulo defensoris christianae fidei donatur, quod contra Martinum Lutherum eiusque et aliorum haereses scripsit; et ipsos haereticos eorumque sequaces persequi profitetur, 773.

V. ex delegatione DD. Archiepiscopi Taur.

P. CLODOVÆUS A COSTILIO Ord. Min.

ERRATA-CORRIGE

<i>Pag.</i>	436	<i>col.</i>	1 ^a	<i>lin.</i>	16	Militanti	<i>lege</i>	Militantis
»	717	»	1 ^a	»	15	Minorum	»	Minimorum